Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Ingrassia, Giovanni Filippo.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc primum sedulo in lucem edita... quibus appositus est graecus Galeni contextus, una cum nova et fideli ejusdem Ingrassiae in latinum versione

Panormi : ex typ. J. B. Maringhi, 1603.
Cote : 292

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?00292

©BIU Santé

Dionysii Guerini D.M.P. 1615.

IOAN. PHILIPPI
INGRASSIAE
SICVLI RACHALBVTENSIS,

MEDICI ET PHILOSOPHI CELEBERRIMI,

IN ALMO NEAPOLITANO GYMNASIO

publici olim ac ordinarij Professoris,

NECNON IN SICILIÆ REGNO REGII

summiq; Archiatri,

IN GALENI LIBRVM DE OSSIBVS
DOCTISSIMA ET EXPECTATISSIMA
COMMENTARIA,

NVNC PRIMVM SEDVLO IN LVCEM EDITA,

& aptè Naturam imitantibus Iconibus insignita.

QVIBVS APPOSITVS EST GRÆCVS GALENI

contextus, vnà cum noua & fideli eiusdem Ingrassiæ in latinum versione.



SVPERIORVM PERMISSV.

PANORMI, Ex Typographia Io. Baptistæ Maringhi.
M. D C I I I.

©BIU Santé

MATTHAEVS DONIA PANORMITA,

PHILOSOPHVS ET MEDICVS,

IN AVTHORIS EFFIGIEM.



Eſt hic dotatus veneranda fronte PHILIPPVS,
Sicanus Archiater, Sicanus Hippocrates;
Effigies animum pandit, mihi credito verum:
Ex hac perfectum non niſi pende Virum.

©BIU Santé

DON FRANCISCO BOSCO

MISILMERII DVCI, ET VICARI COMITI,

FOELICISSIMI PANORMITANI

SENATVS PRAETORI OPTIMO;

Necnon Bernardo Yermo, Garciæ Oliueræ, Alexandro Settimo, D. Euritio Bononio, D. Mario Corso, D. Ludouico Spatafora eiusdem Senatus PP. CC. vigilantiss. & Stephano Riggio Sindico fidelissimo.

Nicolaus Ingrassias V. I. D. Fœlicitatem perpetuam.

CVM mecum reputo, SENATVS ILLVSTRISSIME, reputo autem sæpissimè, quàm misera sit humanæ vitæ conditio, quanta eius infirmitas, quanta mobilitas, non possum non admirari, ac grauissimas calamitates, quæ nō semel in nostræ vitæ curriculo se nobis opponunt, & hominibus quasi Tantalo lapis impendent, attenta cogitatione considerans, neminem adesse censeo, qui illas non sentiat, qui sæpe etiam dolens non lacrymetur. Quod vel ex eo clarè conijci potest, ac perspici cùm plerique vbi quamplurimos annos homines adiuuaturi laborare contenderint, antequàm ea, quæ mente conceperunt, ne ipsa perficiant, statim omnia relinquere non sine maximo generis humani detrimento vel improuisa, vel immatura morte coguntur. Ac ne longius quàm par est diuagari videamur: cùm Philippus Ingrassias Auus meus qua semper in omnes flagrauit benignitate cōpulsus, ea mādari litterarum typis in animo haberet, quæ & Medicis, & ægrotis summam vtilitatem essent allatura: ecce tibi mors eum rapuit, rapuit Panormitanæ Reip studiosissimum virum, rapuit (liceat mihi quod sentio liberè dicere) præclarum, & doctissimum Philosophiæ, ac Medicinæ Doctorem: cuius nomen & dignitate, & doctrina tantum est, quantum eius eruditissima monumenta testantur, quantum etiam tanti viri memoria in animis impressa mortalium eloquentissimo silentio prædicare videtur. Quis enim eius scripta legendo, & illustrium præceptorum multitudine, & verborum nitore referta valde non commouetur? aut quis in eis acutissimum ingenium, solidamq; doctrinam vtilissimis veterum Medicorum præceptis iure optimo comparandam nō agnoscit? Quo pacto igitur nescio (siue id Philippi doctrinæ, siue eius in omnes, inopes etiam, ac tenues benignatati videatur adscribendum; vel vtriq; potius, quod propius attingere veritatem puto) quo pacto inquam nescio, ita in omnium memoria Philippus viuit, ac viget, vt an mortem obierit, an potiùs apud homines immortalitatem morte fuerit consecutus, ignoro: cuius quidem rei & si non singuli modò homines, sed & Vrbes integræ, eaq; nobilissimæ, ac celeberrimæ possent esse mihi locupletes testes; illud tamen erit argumento quamfirmissimo: cùm mihi, SENATVS ILLVSTRISSIME, ea quæ semper in te viguit Siculorum omnium, ac Panormitanorum inprimis amantissimi viri memoria commotus: anno proximo mandasti, vt librum illum, qui de Ossibus ageret, ab ipso diligentissima cura compositum quamprimum excudi curarem. Ego igitur tāto libentiùs rem hanc, qualiscumq; sit illa, complector, quanto magis Auo mihi carissimo deberi video, quāto etiam futurum erit, vt clariùs tua perinsignis benenolentia in eos, qui suum omne studium, ac operam Panormitanæ Reip. deuouerunt, cunctis Populis, ac nationibus innotescat: Quas tibi igitur actum iri gratias, SENATVS ILLVSTRISSIME, putas? quæ habebuntur in omni tempore ab huius scientiæ studiosis viris, dum hoc volumen perlegent, ac diligenti cura tractabunt? quot homines libri huius causa integræ sanitati restituentur? Non magis Authoris ope, quàm tua restitutā esse fatebuntur. Ego interim præclarā nactus occasionem debitum PANORMITANO SENATVI studium meum declarandi, quo me hoc ipsum opus, quod te iubente imprimendum curaui volentem, ac alacrem ducit, in spem veni posse à me tibi quidem nonnihil satisfieri; ipsi verò Ingrassiæ plurimam, quando nobilissimum hoc, ac linguis omnibus cōmendandum opus clarissima tui nominis luce collustratum prodire curassem. Vale.

A 2

©BIU Santé

MATTHAEVS DONIA PANORMITA,

PHILOSOPHVS ET MEDICVS

LECTORI.

HAVD longa vtar verborum syntaxi, vt iam nimis per se celebrem, nunquam tamen satis laudatum Ioannem Philippum Ingrassiam Siculum nostrum extollam; sua siquidem præclara non pauca Medicæ Artis monumenta (vltra nobilem prosapiã, & Christianas, quibus optimè fruebatur, dotes) suam ipsius testantur conditionem. Hic enim præterquam quòd in almo Neapolitano Gymnasio publicus Lector summo innumerorum auditorum applausu Concurrentem suum, ita vt vnicus ac sine pari annis multis exinde remanserit, longè superauit; rem Anatomicam insuper magno coram spectantium cœtu publicè nulli Anatomicorũ secundus professus est: immo primus Stapham, seu mauis Deltoidem ab ipso nominatum osficulum, auditoriæ facultatis non ignobile instrumentũ, eiusq; vsum (quod ipsemet in huius operis proœmio enarrat, & doctissimus Falloppius reuerenter eum in cælum efferens fatetur) & nouam cribrosi ossis fabricam, vt in primi capitis commentu sexto hic legitur, adinuenit; Vnde meritò Neapoli cùm à discipulis, tum à Principibus omnibus magno in pretio habebatur, eumq; idcirco publica in gymnasii testudine affixa inscriptione in hanc vsq; diẽ perdurante, hunc in modũ honestarunt; PHILIPPO INGRASSIAE SICVLO, QVI VERAM MEDICINAE ARTEM, ATQVE ANATOMEN PVBLICE ENARRANDO NEAPOLI RESTITVIT, DISCIPVLI MEMORIAE CAVSA PP. M. D. &c. Postmodum naturali Patriæ, suorumq; amore attractus (miro discipulorum, ac Neapolitanorum Procerum, immo vniuersi Populi, qui eum prece, pretio, ac nixu omni frustra detinere tentauit, dolore) in Siciliam reuersus est; & non nisi Diuino id consilio factum esse reor, siquidem ab eo mox pestifera ingluuies, quæ totum hoc in Regnum graßabatur, solertissimè, ac scientissimè profligata fuit, vt hinc non ab re Siculus Hippocrates dici mereretur. Hic iucundissimũ gelidæ potum post medicamentum purgans ingenti cum exterorum admiratione, ac tuto immensoq; ægrotantium iuuamine amplificauit. Humanas literas, sicut & græcanicas tantopere Medicis proficuas calluit. De Philosophia, & Medicina non est vt ambigam: in hac enim præcipuè tanti fuit, vt nedum vulgares, sed Magnates, & Heroes omnes non solum Vrbis, & Regni huius, verumetiam alienigeni ad eum vndecunq; recurrerent. Quid mirum igitur si à Catholico, Inuictissimoq; Rege nostro Protomedicalibus Insignibus, Iuribusq; vita durante, quod rarissimè alijs concedebatur, decoratus fuit? Quod munus ita laudabiliter exercuit, vt non nisi à se arcto examine recognitos, approbatosq; (siue Physici, siue Chirurgi, quos dicunt Licentiatos, siue Barbitonsores, quos aptiùs phlebotomiæ respectu, venitonsores nuncupabo; siue Obstetrices fuerint) admittebat; Quinimmo eatenus Medicinæ zelotipus extitit, vt primus ipse Doctores etiam ad conclusiones publicè sustentandas, Regio impetrato iussu, impulerit. Hoc vnum præterea de tanto viro notandum occurrit, quòd in Regni sua protomedicali, vt dicitur, visitatione, suo subditis officio, siquando delinquebant, acri tantùm facta correctione, lucro posthabito, sibique dumtaxat facto præiudicio, vigente in reliquis Constitutionum obseruantia, pœnas humaniter vel modificabat, vel vt plurimum penitus remittebat. Statis rursus temporibus, è Regno Panormum omnibus ferè conuocatis Medicis, publicam Anatomiam (præter frequentes priuatim factas corporum sectiones, velut etiam alias medicas lectiones) vt qui ex hac Medicorum omnium peritiam emanare noscebat, nunquam dimisit; Ita quoq; literis addictus fuit, vt nihilum obstante senio (posteriorem enim diem prioris esse discipulum, ac τὸ διδάξασθαι δὲ τοι εἰδότι ῥᾴτερον optimè sciebat) sæpissimè noctes pro bonorũ Authorum lectione, insomnes duxerit: assiduòq; interdiu cum Medicis, atq; aliarum scientiarum professoribus, lautis disputationibus versabatur; quo factum est, vt eius domicilium appositè à cunctis bonarum disciplinarũ vocaretur Emporium. Et quod minimè silendum est, iuniores Medicos, quos ingeniosos & eruditos agnouisset, præponebat, ac paternè fouebat, eorumq; vota in consultationibus neutiquam despiciebat, immo quò magis suam ipsius opinionem scientificè disceptando impugnabant, eò magis caros habebat, atq; magnificiebat, sicut alios ex aduerso, qui vel adulanter, vel ignoranter suis dictis plaudebant, contra hodiernum abusum, negligebat. Cæterùm sua quæ in lucem prodierunt, ac per manus doctorum hominum vagantur opera, quæ hactenus habuerim, & audiuerim, hæc sunt; De Tumoribus præter naturam liber doctissimus. In Galeni Artem Medicam Commentaria fertilissi-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 4 sur 292

©BIU Santé

fertilissima. Iatrapologia, Quæstio; Quæ capitis vulneribus, ac phrenitidi medicamenta conueniant. Tractatus de pestifero & contagioso morbo, Italico sermone conscriptus, & in quinq; partes digestus, verè opus aureum, à cunctis mehercle Medicis cordatè legendum, latinaq;, vt alijs impertiretur gentibus, dignum versione. Ducis Terrænouæ casus enarratio, & curatio, è quibus tum penetrantis in thorace vulneris, tum fistulæ curandæ methodus eluceſcit. Quæstio; Vtrum victus à principio ad statum vsq; subtiliando, an potiùs ingrossando procedere debeat. Quæstio alia de purgatione per medicamentum, & de sanguinis missione; an sexta die fieri possint. Constitutiones Protomedicales. De Medicina veterinaria; quòd formaliter vna eademq; cum nobiliore hominis Medicina sit, materiæ dumtaxat nobilitate differens, &c. De Marchionis Piscariæ morbo, ac morte. De frigidæ potu posi medicamentum purgans, Epistola. De monstruoso embryone Epistola alia. Et demum Commentaria hæc in Galeni librum de Ossibus, Nicolai Ingrassiæ I. peritissimi, Viri æquè probi ac solertis industria, magno Artis Medicæ emolumento impressa; quæ quantifacienda sint, ne adulatoris notam subeam subticebo: ipsa verò doctrina suimet Authoris præstantiam demonstrabit. Extant præter has & aliæ boni Senis non minoris momenti compositiones, qualis est Tractatus de humano partu ad Obstetrices. Methodus dandi relationes Pro mutilatis, Pro torquendis, aut à tortura excusandis, Pro deformibus, venenatisq; iudicandis, Pro elephanticis extra vrbem propulsandis, siue intus vrbem domi sequestrandis, vel fortassis publicè conuersari dimittendis, ac Pro semestrium, octimestrium, vndecimestrium, ac aliorum siue maiorum, siue minorum successionibus defendendis; Deq; frigidis, aut impotentibus, & maleficiatis; ac tandem Pro gemellorum duorum, siue plurium primogenio determinando: Opera meo sanè iudicio Philosophis iucunda, Iuris verò professoribus, Magistratibusq;, ac Medicis propter subiecti necessitatem, & Authoris dignitatem instanter exquirenda; His accedunt Consilia medica nō pauca, necnō dilucida in Hippocratis Aphorismos, & in Galeni libros de Anatomicis administrationibus Cōmentaria, quæ omnia fauente DEO quamprimum ipsemet Nicolaus Aui sui memor typis cudenda curabit; Tu interim Lector humanissime Authori gratus his fruere, & Vale.

EIVSDEM,

IN OPERIS, ET AVTHORIS LAVDEM, AD TYRONES HEXASTICHON.

COrporis ossa basis veluti sunt firma caduci,
Sic opus hoc Arteni fulcit Apollineam.
Quot, quibus, & quare connexa sit ossibus, & qua
Nostra caro serie, discere nunquid aues?
INGRASSIA docet præstans, accede libenter,
Accede o Tyro, quo bene doctus eas.

©BIU Santé

CHARISSIMIS SVIS AVDITORIBVS

IOANNES PHILIPPVS INGRASSIAS,

FOELICITATEM SEMPITERNAM.



FFLAGITASTIS (*noſtri tanquam filij Chariſſimi*) *non ſemel, aut bis, verùm aſſiduis quærimonijs, & quaſi quibuſdam negligentiæ conuitijs* (*eo modo quo mecum familiariter cõuerſari ſoletis*) *increpuiſtis, vt quod ſæpè vobis ſpoponderam, pro Chirurgicorum, aliorumq; non paucorum Medicorum, quinimmò potiùs pro eorum, quos ipſi mederi, atq; curare ſolent, vtilitate, Galeni opuſculum de oſſibus enarrare, atq; elucidare velim: prout me publicè illud enucleantem, annotantemq; ſæpenumerò audiueratis. Cùm introductio quædam ad totã anatomen, alioſq; omnes libros anatomicos vſq; adeò perneceſſaria ſit: vt faciliùs, citiuſq; cælum volando pertingere digitulo queamus, quàm ſine oſſium præcognitione, anatomes reſiduum intelligere. Accipite igitur, ne ampliùs me torqueatis, Galeni de oſſibus ad tyrones, anatomeſq; candidatos enarrationem, quibuſdam cum annotationibus: Præſertimq; vbi ex ſimiarum diſſectione deceptus Galenus à vera hominis conſtructione, ac ſceleto deuiat. Verumtamen haud nobis continget, quod alijs ferè omnibus: vt prætermiſſa, ac penitùs ſpreta antiquorum debita reuerentia, primo ſtatim obtutu, perfricta fronte ad illorum deriſum, turpeſq; contumelias, nedùm rei cõtradictionẽ deueniamus. Noſtra enim intentio ſemper fuit, in quibus omnibus veteres defendere interpretando, elucidare, atq; excuſare poſſimus, eos defendamus, interpretemur, elucidemuſq; & excuſemus, ac tandem pro viribus omninò à nimiùm liberis, audacibuſq; detractoribus liberemus. Id quod præcipuè in proœmij huius libri expoſitione patebit. Vbi verò poſt longas lucubrationes, diligentiſſimumq; examen, nullam ſiue Galenus, ſiue quiuis priſcorum recipiat medelam, nulloq; pacto excuſari queat, cùm omnibus præferenda ſemper veritas ſit, eam modeſtè propalabimus habita quidem vbiq; præcæteris Galeni Medicorum proculdubio luminis reuerentia, ſæpiuſculè interim pro quadam eius, ſiue aliorum conſolatione, quænam errandi cauſa extiterit, declarabimus. Quod in huiuſmodi opuſculi, nedùm in aliorum poſteriùs ædendorum enarratione, quamprimum patebit. Haudquaquam verò illud obſeruabimus, quod plurimis familiare eſt, in margine inquam annotare [Galeni error] ſeu [Auicennæ error] & ſic de reliquis. Fortaſſis enim meus, & non illorum error eſt. Verum nihilominùs eſt, quod mea ſententia contra illorum decreta erit. Idcircò noſter mos fuit, eritq; ſic in margine libri annotare [contra Galenum] vel [contra Auicennam] idemq; de reliquis. Atq; idipſum (vt diximus) honeſtatis, modeſtiæq; gratiã, prout in noſtro libro de tumoribus præter naturã quilibet obſeruare poteſt, reſeruatis intereà contumelijs aduerſùs pertinaciſſimos, perfidiſſimoſq;, ac refractarios homines, duræq; ceruicis calũniatores. Sed interim filij dilectiſſimi valeatis, meq; (prout hucuſq; indeſinenter conſueuiſtis) tanquam veſtrũ patrem reciprocè diligatis. Nos verò ad propoſitum, pro veſtris votis, conuertamur.*

©BIU Santé

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΟΣΤΩΝ, ΤΟΙΣ ΕΙΣΑΓΟΜΕΝΟΙΣ.

GALENI DE OSSIBVS, AD TYRONES.

TEXTVS PRIMVS.

Τῶν ὀστῶν ἕκαστον ὁποῖόν ἐστιν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, καὶ ὡς ἔχει τῆς πρὸς ἄλληλα συντάξεως, ἐπίστασθαι φημὶ χρῆναι τὸν ἰατρὸν, εἴπερ γε ὀρθῶς μέλλει τάτε κατάγματα αὐτῶν, καὶ τὰ ἐξαρθρήματα ἰᾶσθαι.

Ex ossibus quodlibet quale quid est ipsum secũdùm seipsum, & quam inuicem cum alijs constructionem habet, scire medicum oportere dico: siquidem rectè tùm fracturas ipsorum, tùm luxationes curaturus est.

COMMENTVM PRIMVM.

Tametsi nostri Siculi Balamij versionem commendamus: clarioris tamen, ac tutioris doctrinæ gratià (quòad possibile, sine præiuditio, fuerit) ferè verbum verbo reddere conabimur, latino interim candori faciliorem, apertioremq; ac tutiorem sermonem præferentes.

QVALE quid] intellige secundùm proprium temperamentũ (de quo posteà loquemur. .a. Quodquidem tẽperamẽtum, iuxta Galeni, quem interpretamur, decreta, ipsorum ossium, sicuti & aliarũ partium similarium essentia, formaue substantialis est, quemadmodũ alibi .b. vberrimè ostẽdimus. Adeò vt idem sit ita dicere [quale quid vnumquodq; sit] ac si diceremus [quodnam sit vniuscuiusq; temperamentum] siue [quænam sit cuiuslibet essentia, seu quiditas] eo modo, quo primo Artis medicinalis dictionem eandem [qualia nam sint] secũdùm eorum definitionem, de salubribus, insalubribusq;, & neutris corporibus intelligendum fore demonstrauimus. .c. Idem enim [ὁποῖόν τι] & [ποιόν τι] & [ὁποιόντι] hoc est latinè [quale quid] significat. Quod à substantijs etiam secũdis significari, Aristoteles .d. testis est. Dicit autem Galenus [quale vnumquodq; sit] statimq; Græcè [αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ] quod claritatis gratià

a. Tex. 3.

b. 1. art. med. cõ. 15. & 2. cõ. 3.

c. Com. 13. 14. & 20. lib. 1.

d. In prædicto cap. de substantia circa med.

©BIU Santé

gratiâ vertimus [ipſum ſecundùm ſeipſum] quanquã dicere poſſemus cum interprete Balamio [per ſe] hoc eſt, ſeorsùm, & ſecundùm propriam ſuam eſſentiam. Verùm enimuerò quanuis principaliùs de ipſorum oſſium ſingulorũ temperamento diſcutiendum, pertractandumq; eſſe, hac dictione [quale quid quodlibet ſit] intelligatur: Nihilominùs tamen & alia quoq; ſeptem ſubintelligenda hic ſunt: videlicet vſus, magnitudo, propria eorum corporea moles, ſiue ſubſtantia, forma, ſeu figura, numerus, foramina, & ſenſus. Neceſſe igitur eſt Medicum præſcire oſſium ſingulorum hæc octo: videlicet primò temperamentum, formamue ſubſtantialem: Secundò vſum: Tertiò magnitudinem: Quartò propriam eorum corpoream molem, ſiue ſubſtantiam: Quintò exteriorem formam, ſiue figuram: Sextò numerũ: Septimò foramina: Octauoq; demùm eorum ſenſum. Quorum quidem octo prænoſcẽdorum quatuor prima generatim priùs cum Galeno declarabimus: *.e.* videlicet temperamentum, vſum, magnitudinemq;, & propriam corpoream ſubſtantiam. Reliqua verò quatuor, nos ex ipſius etiam monumentis ſupplebimus: *.f.* videlicet figuram, numerum, foraminaq;, & ſenſum: Ex ipſius inquam monumẽtis: figuram nanq;, numerumq;, & foramina primo capite tanget, † ac de duobus horum primis capite etiã tertio: * de ſenſu autem capite quarto: dum ſolis dentibus illum ineſſe ait. § Speciatim verò in ſingulorum proprijs capitibus: vbicunq; opportunum fore nobis videbitur. Hæc igitur de oſſibus per ſe, ac ſecũdùm ſeipſa prænoſcenda Galenus proponit: Deinceps verò quam ſtructuram, ſiue compoſitionem, aut coniunctionem (quæ Græcè σύνταξις dicitur) vnumquodq; cum alijs habeat ſiue principalibus oſſibus, ſiue eorundem proprijs appendicibus. Cum quibus maxima ex parte per ſynchondroſim, interdùm verò per eam, quæ ſine medio remanet, ſymphyſim ipſa vniuntur. Præſcire igitur medicum oportet ſingulorum oſſium non modò prædicta octo per ſe, ac ſeorsùm ſecundùm ſeipſa: ſed quam inuicem ſtructuram habeant. An ſcilicet per articulum, Græcè κατ' ἄρθρον, an per eam ſpeciem, quæ σύμφυσις dicitur: vera inquam vnio, coaleſcentiaq;? Quòd ſi per articulum: an per eam articulationis ſpeciem, quam διάρθρωσιν Græcè, latinè autem dearticulationem vocant, propter motum quidem manifeſtum perpetuò factam: An per aliam συνάρθρωσιν, latinè coarticulationem appellatam? quæ propter motum occultum maxima ex parte: Nonnunquam verò etiam ſine motu exiſtit? Quemadmodum ſymphyſis vbiq;, ac neceſſariò propter quietem eſt. Harum igitur omnium conſtructionum ſpecies quoq; ſigillatim prænoſcere Medicus debet (de quibus infra loquemur *g.*) ſiquidem rectè curaturus eſt tàm oſſium ipſorũ fracturas, quàm luxationes quoq; ipſas: quùm ſcilicet à ſua ſede dimouentur. Cuius propoſitæ neceſſariæ præcognitionis rationem eueſtigiò ſubdit, dicens.

Octo præcognoſcenda.

e. Infra tex. 3. 4. & 5. f. Com. 5.

† Figuram tex. 1. vſq; ad 7. num. tex. 1. 6. & 7. foramina tex. 8.

* Ferè per totum.

§ Tex. 5. g. Tex. & com. 10. & ſeq.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 8 sur 292

©BIU Santé

TEXSTVS SECVNDVS.

» Δῆλον γὰρ δὴ ὡς ἐν ἅπασι τοῖς ἐν ἰατρικῇ, σκοπὸν ἔχειν δεῖ τὸ κατὰ φύσιν ὅστισδὲ τοῦτο ἀγνοεῖ, ὅτε ὅπι τὰ
» πεπονθότα τῆς φύσεως ἐξίσαται, ὅτε ὡς χρὴ αὐτὰ ἐπανάγειν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἔισεται ὥστε οὐδὲ γνωρίζειν τὰς
» νόσες, οὐδ' ἰᾶσθαι ὀρθῶς δυνήσεται.

» Etenim in omnibus, quæ ad medicinã pertinent, perſpicuũ eſt, id, quod ſecundùm Naturam
» eſt, ſcopum habendum eſſe. Quiſquis verò id ignorat, neq; vbi à Natura ſua patientia membra
» diſtrahuntur, intelliget: Neq; quemadmodũ ad id, quod ſecundùm Naturã eſt, reduci debeant.
» Qua de re nec morbos noſcere, nec rectè illos curare poterit.

COMMENTVM SECVNDVM.

VNIVERSALE axioma eſt ſexcentis in locis ab ipſo etiã Galeno celebratum: In omnibus .ſ. his, quæ ad medicinã pertinent, quinimmo & in cũctis, quæcunq; ſint, quæ correctione, ac reductione indigent, id ꝙ ſecundùm Naturã eſt, tanꝫ ſcopum neceſſariò habendũ eſſe: ſiue intemperiẽ, ſiue malã quamlibet cõpoſitionis ſpeciem, aut vnitatis ſolutionem tùm noſcere, tùm curare aggrediamur. Verùm enimuerò addendũ hic aliquid à nobis reſtat. Galenus enim oſſium præcognitionẽ, videlicet qualia nam ſingula per ſe, ac ſecundũ ſeipſa ſint, tùm quã inuicẽ ſtructurã habeant, medico neceſſariã eſſe, in præcedenti textu inquit, ob ſpeciales quaſdam cauſas: ſcilicet ſi luxata locare, vel fracta inſtaurare intendit. cuius tamen vniuerſalẽ rationẽ aſſignauit in preſenti contextu. vt id .ſ. ꝙ ſecundùm Naturã eſt, tanꝫ ſcopũ in omnibus habeamus. Nos autẽ generaliſſimã eſſe eam oſſiũ anatomes neceſſitatem demonſtrabimus, nõ his tantũmodò chirurgis luxata, fractaq; curãtibus: ſed alijs quoq; omnibꝰ & vulnera, & vlcera, preſertimq; maligna, & corroſiua, tumores quoq; omnes, ac preципuè, qui ex Gallica lue, noſtra hac ætate, oriuntur, curare voluerint. Sed ne chirurgicis quidẽ ſolis prædicta oſſiũ doctrina perneceſſaria eſt: ſed phyſicis quoq; vocatis, qui magis in curãdis morbis in intemperie factis, ac preſertim calida & ſicca, vt febriũ omniũ genus eſt: Itemq; in mala corporis cõpoſitione, vt preцeteris in meatu, ſeu via: cuiuſmodi obſtructiones ſunt, vniuerſum ſtudiũ ſuũ reponunt. vt qui niſi totius corporis, maximeq; viſcerum anatomen pernouerint, venarum quoq;, arteriarũ, & neruorũ: Itemq; muſculorũ omniũ diligentem, exactamq; habuerint preцognitionem: morbos quoſuis exactè noſce, aut curare minimè gentiũ poterunt. Potiùs enim ſine alis volabunt, quã ſine horũ exquiſitiſſima notitia methodicè quenq; curare valebunt. (Quanꝫ nos minimè præterit ab ignauiſſimis fycophantis, Thraſonibuſq; plus garrulitatis, ſeu ſcurrilitatis propriæ, quã cuilibet ſcientiæ confidentibus, totam ſiue mortuorũ, ſiue viuorũ anatomen floccipendi, non ſecùs ac omne quoq; ſtudiũ, omnemq; doctrinã deridentibus negligi.) Sed his tanꝫ pernitioſiſſimis Naturæ inimicis, omninò preцtermiſſis, cõdemnatiſq; ad propoſitũ reuertamur. Neceſſaria inꝫ ipſi quoq; phyſico quomodocunq; curare volenti eſt viſcerũ omniũ anatomes preцognitio, preſertimq; triũ principalium: vt cerebri cũ ſuis neruis, ſpinaliq; medulla: cordis cũ ſuis arterijs, ac hepatis cũ ſuis venis. At quomodo ſitũ, nexumq; horũ noſcere quimus, niſi priùs omniũ oſſiũtàm per ſe, quàm cũ alijs inuicem ſtructorũ perfectã notitiã habuerimus? Neceſſaria deinceps phyſico nuncupato medico eſt muſculorũ omnium cognitio. Sed quis erit, qui muſculos ipſos, abſq; oſſium exquiſitiſſima preцcognitione, noſcere, aut deſcribere poterit? Quamobrem Galenus libro de anatomicis adminiſtrationibus primo, .b. fic anatomes ordinem
» rectiſſimè diſpoſuit. [Oſſium (vt dixi) omnium Natura perdiſcenda eſt, ſiue in humano, ſiue in
» ſimiæ corpore, modò poſſis: preſtaret autẽ in vtroq;. Poſt illa mox ad muſculorũ anatomen pro-
» perandũ. Nã hæ duæ corporis partes reliquis omnibus veluti fundamẽta ſubiecta ſunt. Deinde
» licebit quoduis diſcere primũ, ſiue arterias, ſiue venas, ſiue neruos: Atq; in horum anatomis tibi
» verſato, viſcerum Natura, adhæc inteſtinorũ, adipis, & glandularũ innoteſcet. Quæ rursùs ipſa
» per ſe exquiſitiùs inſpicere cõuenit. Hunc igitur exercitij ordinẽ ſequi potiùs tibi ſuaſerim, &c.]
Ecce igitur, quod oſſium anatome omnibus alijs preferenda venit. Quamuis autẽ oſſa, & muſculos, vtraq; aliarum partiũ fundamenta Galenus in iam iam preallegatis verbis dixerit: oſſa tamen priora ſunt, & ipſorum quoq; muſculorum fundamenta, vt paulò poſt cum ipſo etiã Galeno declarabimus. .i. Quamobrem & idem conſulebat, .k. vt vnuſquiſq; domi ſuæ oſſium ſtructuram (veluti plurium nos corporum, diuerſorumq; animalium domi habemus) quam Greci ſceleton vocant, retineant. Hanc igitur ob cauſam & hic liber inter anatomicos libros primò ſcriptus, etiã primò legendus eſt: veluti Galenus idem quoq; perdocuit. .l. Sed tempeſtiuũ iam eſt, vt aliquam ex preнominatis oſſiũ qualitatibus interpretemur, incipiamuſq; ex oſſibus, qualia nã ſint ſingula

Oſſiũ Anatomes pcognitio, quo modo neceſſaria ſit.

Pro Chirurgicis omnibus.

Pro Phyſicis.

Quomodo ꝙ phyſicis.

h. Cap. 1. in fine. Anatomes ordo.

i. Infrà tex. & com. 4.

k. Primo de anato. admin. cap. 2. poſt prin.

l. Primo de anat. adm. c. 3. ī prin. & de libris ꝓprijs cap. 3. ī prin. & de ordine librorum ante med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 9 sur 292

©BIU Santé

per ſe,ac ſeorſum priùs contemplari. Ab ipſorum igitur temperamento cum noſtro,quem interpretari aggreſſi ſumus, Galeno, exordiamur.

TEXTVS TERTIVS.

Ἔστι μὲν δὴ τὰ ὀστᾶ σκληρότατά τε, καὶ ξηρότατα τῶν ζώων ξύμπαντα· καὶ ὡς (ἄνθρωποι τις) τεταμένως εἰπεῖν, γεωδέστατα.

Sunt autem oſſa duriſſima, ſicciſſimaq; animantis membra: Et (vt quiſpiam dixerit) maximè terreſtria.

COMMENTVM TERTIVM.

Tacite obiect. ſolutio. m. 1. de tẽperamẽtis in fine capitis 9. n. Prima primi doc. 3. cap. 2. o. 2. de temperamẽtis cap. 5. p. 2. art. med. tex. 12. q. 2. de generat. animal. cap. 4. poſt med. 1. cap. 10.

OMNIVM corporis membrorum oſſa ſicciſſima ſunt. Quamuis enim pilos Galenus, .m. & eius interpres Auicenna .n. oſſibus ſiccióres poſuerint: Pili tamen verè corporis membra non ſunt, ſed excrementa quædã ex fuliginoſis, craſſiſq;, & terreis vaporibus inuicẽ ordine inſpiſſatis, cõpactiſq; (vti Galenus .o. ait) genita: quærente interim Natura corpus expurgare. Quare nec ipſorũ vllũ eſt regimen (eodẽ authore .p.) ſed generatio ſola. Oſſa igitur inter corporis vera membra, veraſq; animatas partes maximeq; (vti Galenus addit) inter ea, quæ cutis operit, ſicciſſima ſunt, indeq; duriſſima. Velut enim humiditatem ſequitur mollities: ita ſiccitatẽ durities. Eſt ergo durities effectus ſiccitatis, ſed nobis notior, ideoq; priùs de duritie meminit, ex cuius notitia in ſiccitatis cognitionẽ peruenimus. Quamobrem perbellè dicebat Ariſtoteles .q. [Nerui, & oſſa calore interiore cõficiuntur, ſicceſcente humore: quãobrẽ reſolui ab igne nõ poſſunt: quomodo teſta indiſſolubilis eſt. Quaſi enim in fornace excocta à calore generationis ita cõſtat. Hic autem calor nec ex quolibet carnem, aut os facit, neq; quolibet modo, aut tempore: ſed ex materia apta, & vt aptè, & quùm aptè effici poteſt.] Hęc Ariſtoteles. In quibus verbis Nota, ꝙ ex materia quidẽ apta fieri dixit: quia oſſa ex terreſtriore, craſſioreq;, ac per hoc frigidiore, ſiccioreq; ſanguinis (ſecũdum Ariſtotelem) parte fiunt. Ex diuerſis enim ſeminis partibus diuerſas partes Natura generauit, Galeno etiã ipſo ſingula enarrãte, hoc modo in primo de ſemine, de oſſibus (vt alias interim partes omiſerimus) ſcribente .r. [Reliquã craſſiorem, ac terreſtrẽ, minuſq; ad diſtrahendũ idoneã in oſſium ſede Natura depoſuit.] Sola igitur inter hos authores differentia eſt. Quoniã Ariſtoteles ſanguinis menſtrui, Galenus verò ſeminis craſſiores partes materiã generationis oſſiũ voluit. Sed Galeni verba proſequamur. Paulò enim infrà alterã Ariſtotelis ſententiã de calore cõfirmat, dicens [Vſaq; eſt ad oſſium procreationem, caloris maximè facultate, quæ torreret ea, ac prorsùs arefaceret. Id ꝙ melius ſanè ipſis fuit: tùm quia dura eſſe debebant: tùm propterea ꝙ omnis, quęcunq; inerat, pinguis pars, quaſi efferuescentiũ ſpuma quędam, effundi, atq; exprimi ita maximè poterat.] Pauloq; antea & caloris effectum, & materiam quoq; tangens, hoc etiã modo ait [Simulq; ipſa oſſa pinguiſſima quaq; partẽ ſuctu extracta, terreſtria, atq; arida, nec nõ pinguedine omni prorsùs carentia reddidit.] Sed de ipſorum tẽperamento ſatis ſuperq; dictũ hucuſq; ſit. Quærenti verò, cur ſicciſſima, duriſſimaq;, & maximè terreſtria eſſe oſſa Natura voluit: Quamprimùm reſpondet Galenus, ſecundum infimul, ꝙ anteà .ſ. propoſuimus, tangens, ſcilicet ipſorũ oſſium vſum. Etenim Orbis vniuerſi fundamentum terra eſt elementorum omnium ſicciſſima: cui oſſa ipſa comparantur.

ſ. Supra com. 1.

TEXTVS QVARTVS.

Ὑποβέβληται δὲ, καὶ οἷον ὑπερήρεισαι τῇ λοιπῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ, καθάπερ τινὰ θεμέλια. Πάντα γὰρ ἐπὶ τοῖς ὀστοῖς πέφυκάσι, καὶ ἐστήρικται.

Subijciuntur autem, ac veluti fundamenta quædam reliquæ corporis ſubſtãtiæ quaſi ſubhæreſcunt. Omnia enim oſſibus ipſis adnaſcuntur, ſtabiliunturq;.

COMMENTVM QVARTVM.

Oſſiũ vſus quinq; t. cap. 2. in prin. idẽ in nuit. Ariſt. 2. de part. cap. 9. poſt prin.

QVINQVE oſſium vſus aſſignari queunt. Non inquã ꝙ ſingulorũ oſſium quinq; vſus ſint: Sed diuerſorũ oſſium diuerſi quoq; vſus exiſtunt: quanquã aliqua ſint, quæ duos, aut tres etiã vſus habeant. Reliquis verò generalior hic eſt, quem Galenus hoc loco refert. ſcilicet vt ſint omniũ aliarũ partiũ fundamenta, ſeu ſuſtentacula. Ad quorũ variationem, aliæ quoq; omnes partes variantur: preſertim figura, magnitudine, numeroq;, & ſitu. Tametſi Galenus de duabus primis tantùm, hoc eſt, figura, & magnitudine locutus eſt, in primo de anatomicis adminiſtrationibus libro, dicens .t. [Quod in tentorijs preſtant pali, & in ædibus parietes,

©BIU Santé

„ parietes,id nimirùm in animalibus oſſium ſubſtantia. Quippè ad huius imitationē cętera in ani-
„ mante ſolent effingi, mutariq;. Vt ſi animali caluaria ſit rotunda, neceſſariò cerebru tale fuerit.
„ Quemadmodū etiā ſi oblonga ſit,talē quoq; figurā huic ipſi animali cerebrū induet. Iam verò ſi
„ maxillæ paruæ, facieſq; tota exiſtat rotundior,neceſſariò quoq; ipſarū muſculi parui erunt. Pari
„ ratione ſi longæ,lōga ſtatim huiuſmodi animali erit tota facies,eiuſq; muſculi tales apparebūt.]
„ Pauloq; infrà rursùs ita inquit [Hi enim (ſcilicet muſculi)oſſibus foris protenduntur: Quare etiā
„ tùm magnitudinē ipſorū,tùm figurā imitantur. Hos rursùs arteriæ,venęq;, & nerui ſequuntur.
„ Hæc igitur ſimilia in ſimilibus oſſibus exiſtunt. Itaq; cùm corporis forma oſſa repręſentet,& his
„ aliarū partiū Natura reſpondeat: Dignum eſt te imprimis exactā humanorū oſſium experientiā
„ indipiſci,&c.] Hæc de duabus primis, ſcilicet figura, & magnitudine Galenus. Nos autē tertiū ſcilicet numerū addemus. Aliarum enim partiū numerus ipſorū quoq;oſſium numerū ſequitur. Si quidem igitur quatuor digiti manus, pediſue fuerint,muſculorū numerus (puta qui inter oſſa poſtbrachialis, pedijue abſconduntur) diminuetur. duo igitur muſculi neceſſariò deficient. Sin verò ſex digiti fuerint, ex prędictis duos ſuperabundare neceſſum eſt. Bini enim in oſſium poſtbrachialis,ac pedij quoq; interuallis muſculi intercluduntur. Ita venarū,arteriarū,neruorū,tendonum,ligamentorumq; numerus cōminuetur,vel augebitur. At quis demùm de ſitu ambiget? ꝙ aliarum partiū quoq; ſitus,ipſorū oſſiū ſitū neceſſariò ſequantur? Si enim muſculi,venæ,arteriæ, nerui,tendones,aliæq; particulæ omnes oſſibus firmātur,ac ſuperſternuntur,quorsùm ipſa oſſa tendunt,verguntq;, eorsùm & hæc tēdere,ac vergere neceſſum eſt. Pro cōpertiſſimo igitur habemus omnia ferè oſſa (pręter admodū pauca, quæ in aliorū vſum declaratione enarrabimus) ſuſtentandi munus habere, ac fundamēta aliarū partiū eſſe. Quoniā verò quadrifariam corporis vniuerſi mēbra ſimplicia (Galeno docente .*u*.) diuiduntur. Aliqua enim ſunt,quibus actio attribuitur (In omni enim organico mēbro vnā ineſſe particulā ſimplicē,neceſſe eſt,cui attribuenda veniat actio, prout ſexcentis in locis Galenus idē oſtendit.*x*.) Reliquæ verò ſimplices illius eiuſdem organici particulæ omnes quendā vſum,ac famulatū ad illā actionē pręſtant. Quarum particularū vſus triplex eſt. Nonnullæ enim ſunt, ſine quibus actio illa fieri non poteſt. Nonnullæ verò propter melius fieri eandē actionem. Quædā deniq; genitæ à Natura ſunt ad prędictarum omniū particularū ſalutem,& conſeruationem. vt (verbi gratiā) in oculo prima, cui attribuitur actio, particula ſimplex eſt, humor cryſtallinus. (Quotiēs enim Ariſtoteles pupillæ actionem attribuit, verè quidem reprobandus venit: Niſi ꝙ pium magis eſſet, pro antiquorū, pręſertimq; tanti viri reuerentia,violentā quandam gloſſam vellet quiſpiam afferre, pupillæ ſcilicet nomine cryſtallinū intellexiſſe Ariſtotelem, dicens quatenus ſcilicet per pupillam cryſtallinus relucet, ſuamq; cōplet) pupilla verò(quæ aliud verè nō eſt,quā vueæ tunicæ foramen)neruiq; ophthici famulatū pręſtant, vſumq;, ſine quibus actio videndi fieri nō poteſt. Id quod patet in exquiſitis, cōpletiſq;ſuffuſionibus,aut vbi nerui illi quopiā craſſo,terreſtriq;,aut lento humore opplentur, obſtruunturq;. At palpebrarū,& ſuperciliorū pili vſum quendam habent propter melius: vt ſcilicet viſio perfectior, ac diſtinctior fiat, longiuſq; tanquā magis vnita extendatur. (Omitto aliū harū partiū vſum, defenſionis inquā gratiā, tuitioniſq; à rebus deſuper incidentibus) Sed ipſæ demùm venæ, arteriæq;, ac membranæ quartū vſum habent, videlicet propter totius, & aliarū partiū ſalutem,& conſeruationem. Ita in manu quatuor hæc contemplari poſſumus, cuius actio eſt apprehenſio(Galeno etiā didaſcalo .*y*.) Id enim cui attribuitur actio,muſculus eſt,ſeu tendo. propter melius verò vſum pręſtant oſſa. Nanq; in appręhenſione oſſa ipſa ſimpliciter neceſſaria non ſunt (Galeno quoq; cōprobante .*z*.) Polypus enim validiſſimè iam appręhendit, retinetq; interdum natantiū crura, ſeu tibias, quibus inuoluitur: vt ſæpenumerò illos ſummergere faciat: Haud tamen ita commodè,& perfectè,ſicut homo ſuis manibus: quibus enſem variè pertractat, lanceamq;, pennam, acum, multaq; demùm, & varia, paruaq;, & magna inſtrumenta: Manus quoq; exquiſitè aperit, rectaſq;, & ipſas validè apertas tenet: Multaq; tandem facit, ad quæ oſſa deſeruiunt, ſuſtentando alias omnes partes, quæ ipſis inſternuntur. Non igitur ſimpliciter neceſſaria ad apprehenſionem ſunt oſſa,ſed ad meliorem quidem apprehenſionem cōmodioremq; vtilia ſunt. Quare propter melius,vſum habere dicenda ſunt. Verùm quæ ſecundum vſum prę-
ſtant,vt ſine quibus non,Articuli ſunt,& quęcunq; illos circūnectunt,ligamēta:prętereà nerui, per quos ſentiēdi, ac mouēdi potentia à cerebro deſcēdit. Abſq; his enim motus fieri nō poteſt: ac per hoc deficiente manus plicatione, ipſa manus apprehenſio peribit. Cutis deniq;, ac membranæ,venæq;,& arteriæ vltimū vſum pręſtant: videlicet ſalutem,& conſeruationem, ipſamq; nutritionem. Quod ſi de cruribus veſtiges, quatuor hæc eadem ineſſe cōperies. Ipſorum igitur actio cùm ſit, deambulatio, .*a*. & ſtatio: ſimplex particula, cui attribuenda talis actio venit,muſculus quoq;, vel tendo erit. Oſſa verò hic ſunt, ſine quibus nō. Quomodo enim rectus ſtare poterit homo, & eleuato capite, ac toto corpore deambulare (vt eius proprium, Galeni dogmate, .*b*. fuerat) niſi cruribus oſſa intercluderentur? Quam ob cauſam & ipſa etiam ſpina neceſſariò in

Reliquæ partes oſſium figurā imitantur. Magnitudinem.

Numerū.

Situm.

Simplex mēbrū qua druplex. u. 1. de vſ. par. cap. 8. & 10. x. vt ibidē, & 4. eiuſdē 12. 2. meth. 6. cir. med. & in fine, & alibi ſæpiſſimè. Exemplū primū in oculo. Cōtra Ariſtotelem.

Exemplū ſecundū in manu. y. 1. de v. p. 8. 9. & 10. & 2. eiuſdē cap. 9. circa prin. z. 1. de v. p. cap. 12.

Exemplū tertium in cruribus. a. vide 3. de v. p. prę-ſertim cap. 5. b. 3. de v. p. pſertimq; cap. 1. & 3.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 11 sur 292

©BIU Santé

homine ossea fuit: quoniã rectus stare homo non posset, si ex molli quapiam substantia cõstituta fuisset. Articuli quoq;, ac sua ipsorũ ligamenta, magisq; nerui, per quos sensitiua, motiuaq; virtus è cerebro descendit, ex eorũ numero sunt, sine quibus non. Sine his enim deambulatio, statioq; fieri nõ potest. Etenim ad standũ etiã necessarij sunt. Nam si veluti marmorea, & sine articulis essent crura, adeò vt vel introrsùm, vel extrorsùm, & vario modo aptari non possent, stare homo rectus nequiret, sed caderet: præsertimq; in asperis, inæqualibusq; locis. Pedũ verò digiti necessarij simpliciter nõ sunt ad crurũ actionẽ, nisi propter melius, perindeac ex ipso etiã Galeno de vsu partiũ libro tertio discere potes: quùm sic dicebat .c. [vidi autẽ & alios quosdã, quorũ
c.cap.5.ante med. Historia. digiti soli mortificati à niue exciderant. Sed hi quidẽ neq; stando, neq; ambulando, neq; currendo in planis saltem, & lęuibus vincebantur à sanis. Quod si cubi oporteret aliquẽ peruadere difficilem locũ, & maximè si præceps, ac præruptus fuisset: non solũ superabantur, sed omninò erant inutiles, & præ illis impotentes.] Hæc Galenus, qui in planis necessarios nõ esse pedum digitos ostendit: In asperis verò, & præruptis locis, inutiles esse, atq; impotentes dicens eos, qui talibus digitis carerent, nõ ꝙ nullo pacto deambulare, vel stare potuissent, intelligit (falsum enim id esse iam experti sumus.) At ꝙ satis debiliter, & ignauo quodã modo vel incedebant, vel stabant. Sed
Historia. quendã nouimus nostrũ amicissimũ hodie Panormi viuentem, cuius pedũ digiti, ob validã, strictamq; tibiarũ prope talũ ligaturã (dum capite pluriès in aquã summerso à crudelissimo pyrata Dragutto in antennæ extremo ligatus super triremibus atrocissimè torqueretur) denigrati, ac mortificati omnes vtriusq; pedis digiti fuerunt. Adeò vt ipse met, deficiente medicorũ auxilio, proprijs manibus illos singulatim pręcidens in mare proiecerit. Nulli tamen siue in planis, siue in asperis locis, vel stando, vel deambulãdo apparenter cædit. At de his alibi fusiùs. Vltimũ verò vsum simpliciũ particularũ cruris cõpleamus. Venæ igitur, arteriæq;, ac membranæ, & ipsa etiã
Dubium. cutis propter conseruationẽ, & salutẽ sunt. Sed quorsùm hæc? dicet quispiã. Respondemus, nõ
Responsio. aliorsùm, nisi vt ostendamus ad quem ex prędictis tribus actioni deseruiẽtibus vsibus primus hic à Galeno propositus ossiũ vsus reducendus veniat. Ex tribus inquã actioni deseruiẽtibus vsibus.
d. vt 1. cap. 8. 10. & 16. 3. cap. 13. in fine, & sæpè. Etenim primum, ꝙ cõsiderabatur, actio ipsa organici, alicui tamen simplici principaliter attributa, erat: Reliqua verò tria, vsus nuncupabantur. Qui quidẽ interea simpliciũ particularũ vsus (veluti Galenus in libris de vsu partiũ sæpiùs ostendit .d.) omnes propter ipsam actionem sunt, illiq; tanquã indigniores famulantur: quanquã alter illis nobilior organicorũ vsus est, ex actione
e. 2. art. me. com. 3. Ossiũ actio quæ? proueniens, illamq; insequens: de quo quidẽ alibi vberiùs locuti sumus. .e. Sed quæ ossiũ actio? Nullã esse, respõdemus. Nisi fortassis dentiũ actionẽ quandã esse dixeris ipsã incisionẽ, cõtritionemq;, ac molitionẽ ęsculentorũ. Verùm exquisitè cõtemplantibus, dentes quoq; nullã habere actionẽ, eueſtigiò cõpertissimũ fiet. Prędictę enim actiones musculorũ infernã maxillã mouentium sunt. Dentes verò instrumenta potiùs quędã sunt, veluti malleus, gladiusq;, ac molendini lapis, neq; simpliciter ad tales actiones necessarij: sed propter melius (vt patet). Masticant enim senes dentibus vtrinq; carentes, sed non æquè benè, sicut dentati, prout rursùs infrà dicemus. Haud igitur necesse est, simplices particulas omnes, nisi pauciores, actionẽ habere. Quinimmò
f. lib. 2. cõ. 3. Ossiũ vsus prim. quales. veriùs loquẽdo, ipsis organicis actiones attribuuntur, ratione tamen simplicis particulæ, sed de hoc in arte medica .f. vberiùs. Ad quem igitur horum trium reducetur hic primus ossium vsus? Respondeo, ꝙ in animali simpliciter considerato, necessarius non est. vt v. g. ille est, qui dicitur sine quo non. Innumera enim sunt animalia terrestria, & maritima (vt omnibus cõpertissimum est) sine ossibus, quæ mouentur tamen, & deambulant. In homine autẽ, qui rectus stare, ac incedere quoq; rectus debet, Itemq; ascendere, & descendere, ac varijs tandem modis moueri: præterea manibus in bello, & pace, ac multis etiã sedentarijs artibus vti: Nonnulla, immò plurima hinc eius ossa (veluti paulò ante diximus) esse necessarium fuit, sine quibus prędictę, alięq; multę humanę actiones fieri nequeunt. Quemadmodũ tibiarũ, & femoris ossa, nec non spina, seu spinę vertebrę sunt, atq; etiã pedum ossa. Nec aliter de ossibus manuũ, vt ad plurimas humanas actiones, necessariarũ, dicendũ est. Quanquã in alijs quibusdã particulis (perinde ac de dentibus prętactum iam est) ossa propter melius duntaxat fabricata fuerunt. Sed alios ossiũ vsus percurramus.
Secundus ossiũ vsus. Præter hunc enim, alij quatuor inueniuntur: quos Galenus, tametsi hoc loco breuitatis causã dimisit, in suis tamen alibi scriptis cõmentarijs insinuat. Secũdus ergo vsus est, vt alterius cuiuspiã nobilioris particulę propugnaculũ sint, ac veluti murus, seu vallũ. ficq; ad salutẽ, & cõseruationem. Quemadmodũ cranij ossa cerebri propugnacula sunt. Vnde (vt postea videbimus .g.) nomen tale merita sunt: quia velut cranon, idest, galeã quandã cõstituunt. Itidemq; thoracis ossa,
g. infrà cõ. 33. & posteriores, lateralesq; spinę processus, nedùm tota vertebrarũ omniũ substantia, cordis, pulmonisq;, ac spinalis medullæ propugnacula (vt loco suo videbimus) existunt. Sed ne ignorauit
h. cap. 2. circa med. quidẽ hunc vsum Galenus, cùm libro de vsu partiũ sextodecimo posuerit, .h. sic scribens. [Ossiũ porrò substantia multis quidẽ locis velut stabilimentum, ac sedes alijs partibus est subiecta: alibi etiã passim velut propugnaculũ quoddã, ac murus. Hæ enim duæ sunt ossium vtilitates.] Hæc Galenus,

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 12 sur 292

©BIU Santé

Galenus,qui ad hunc quoq; vſum reducit appendicū vſum,ſiue vtilitatem,de qua infra .i. ſermo fiet. Eſt autē & hic vſus non ſolum ad defenſionem, conſeruationemq;, ſed etiā propter melius. Id quod illi, quibus ob Gallicā luem, maxima cranei pars deroſa, abſciſſaq; iam eſt, prę ſeferunt. Qui viuunt quidē, ſed malè, & cū periculo: cuiuſmodi nō paucos agnouimus. Vtrumq; dictum vſum tetigit Ariſtoteles,dicens [Cęteris igitur partibus oſſa omnib⁹ ſubiacent,aut flectendi gratià,ſi mouentur,aut cōſeruandi causà,ſi immobilia ſunt,vt coſtæ,quæ pectus ſalutis viſcerū gratià claudunt.] Tertius ſuccedit quorundā oſſium vſus: quæ ſcilicet articulis manuum,ac pedum intùs in planta, digitiſq; nonnullis ſubijciuntur, ne laxiùs illi articuli moueantur,aut firmentur, aut in nimiū acutos inclinentur angulos: Quomodo etiā in genu patella efficit. Huiuſmodi oſſa, prę ter patellā, parua admodū ſunt: Adeò vt veteres Anatomicarū aggreſſionū profeſſores ſeſamino ſemini cōparantes, ſeſamoidea oſſa nomenclarint. De quibus in huius proæmij calce ſermocinabimur. Eſt verò tertius hic vſus vna ratione propter melius. Abſq; his enim fieri ſtatio, ac deambulatio in planis (licet non æquè benè) poterat. In decliuibus autem locis dicendus eſt, ſine quo non. Quartus verò vſus eſt dentiū,videlicet incidendi,cōterendi,& molēdi. Incidendi quidem,vt anteriorum, quos propterea inciſorios nuncuparunt: Conterendi verò,vt caninorū: Molendiq; demùm,vt ipſorū molariū vſus eſt. Quæ omnia ad maſticationē, cibiq; elaborationē pertinent. Sed hic quidē vſus propter melius eſt. Multos enim edentulos vidimus,pueroſue,aut ſenes,maſticare cibos incidendo,cōterendoq;,ac moliendo,quamuis nō adeò perfectè,nec faciliter, ſicut dentati iuuenes faciunt: prę ſertim ſi cibi duriores extiterint. Quorum tamen dentiū, prę cipueq; anteriorū, alius quoq; vſus homini,ſeu rectiùs dixerimus,abuſus eſt etiā propter melius, ſcilicet vt ad diſtinctā loquelā adiuuent. Quamobrem & definitionū Medicarū author ait. [Dentes cibum conterunt, conficiuntq;, & ad vocis articulationē nonnihil faciunt.] Sunt verò & alij duo dentiū abuſus (vt poſteà .k. videbimus) tùm ſcilicet ad apprehendendū, retinēdumq; loco manus,tùm ad offendendū,defendēdumq; loco armorū,ſuntq; hi duo etiā propter melius. Si quis autē tanquā diſtinctos hos quatuor dentium vſus annumerare voluerit,facillimè poterit. Tuncq; nō quinq;, ſed octo dicendi venirent oſſium vſus. Nos autē facilioris memorię gratia in vnum omnes dentiū vſus reducentes, ad quinq; reſtrinximus. Quintus igitur vſus eſt trium oſſiculorum auditus: vt ſcilicet audiendi actioni famulentur, hoc modo. Eſt enim primū os cuiuſdā mallei formā prę ſeferens,quod tranſuerſim tenuiſſimę illi mēbranę interiùs ſua cauda,capuloue adnaſcitur, cohęretq;, quæ quidē auris foramen, amplā propè exteriorem cauitatem claudit, ne exterior aer,ſiue quiduis aliud intrò ingrediatur, auditūq; lędat,defendens,cuſtodienſq;: internumq; potiùs,natiuumq; aerem intùs vt recludat,ſine quo auditus fieri nequit. Verū eſt tamen, ꝙ exterior aer in quolibet ſono percuſſus (prout philoſophorum omniū decretū eſt) ſecundùm gyrum quendā per partē poſt partē ad aurē peruenit: veluti ex lapidis in aquā iactu gyrum hunc in vndis efficiente (Galeni etiā documento .l.) liquet. Ad aurē igitur exterior aer percuſſus (vti diximus) perueniens,membranā prędictā percutit:prędictumq; oſſiculū illi adnatū,malleumq; vocatum agitat, occulteq; quodammodo mouet, inſimulq; aerē aliū intùs in auris antris, cauernuliſq; inſitū percutit. Alterū nanq; à Natura inſitū aerē intùs quieſcentē,aliaq; ratione in eiſdē antris perpetuò mobilē, rectiſſimè poſuit Ariſtoteles, .m. ſine quo auditum fieri impoſſibile eſt: Adeò vt illi audiendi actionē principaliùs,quāuis nō rectè, attribuerit. Malleus verò ab externo aere, ſiue ſono ſic percuſſus, agitatuſq;, ac motus neceſſariò ſecundum ſibi in extremo capitulo coarticulatum, pprijſq; vinculis colligatū oſſiculū cōmouet,percutitq;: quod quia incudi aſſimilatur, incudē Veſſalius nō temerè nomenclauit. Fabrorum enim ferrariorū malleū ſuper incude poſitum, illamq; percutientem figura, & vſu duo hæc oſſicula quodammodo referunt. Idipſum igitur ſecundū oſſiculū,quod incudē vocauimus,duo habet crura,ceu radices duas,quā ob causā & molari quoq; denti duabus tantùm radicibus fulcito aſſimilari poteſt. Quorum cruriū alteri, longiori inquā, ac tenuiori coarticulatū eſt ſua apice tertium aliud à nobis repertū oſſiculū prædictis duob⁹ lōgè minus,quod deltę Greccę literę maiuſculę formā habet,ſic .Δ. vnde os deltoides aliquādo nuncupauimus. Quo autē modo id oſſiculum primò nobis cognitū fuerit, enarremus. Anno enim à Mūdi redemptione milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſexto,dum publicè Neapoli theoricam,& practicā ambas medicinę ſic vocatas partes,atq; anatomen quoq; profiteremur, id tertium oſſiculum non inuenimus, ſed reperimus. Ipſum enim minimè quęrebamus, quia nullā de eo notitiā,neq; ſuſpitionē habebamus. Scalpro autē,malleoq;,auris oſſa percutientes, vt internas cauernulas, & in ipſis cōtentas ſubſtātias circūſtātibus ſcholaribus noſtris oſtenderemus, Vbi iam duo priora oſſicula demonſtraueramus, tertiū id oſſiculum, neſcio quomodo in tabulæ plano caſu potiùs inſpeximus. Quod inſpectum, conſideratumq;, ac adamuſſim perpenſum, nō ex accidenti, ſed ex Naturæ propoſito factum eſſe decreuimus. Vnde autē reſilierit, & quis eius eſſet vſus adhùc ignorabamus. Statim igitur aliorū animaliū, præſertimq; bouū diuerſa capita,quæ in macellis nō defuerant, diſſecare aggreſſi ſumus, facillimeq; ſingulas oſſis,in quo

i. com.6.

Tertius vſus.

Quartus oſſiū vſus. Dētiū vſus quatuor.

k. cap.4. com.1.

Vſus quintus oſſium qui auditus eſt. Malleus.

l. 8. de v.p. cap.6. poſt med.

m.2.de anima cap.8. Cōtra Ariſtotilem.

Incus.

Deltoides.

Oſſiculi tertij inuētionis hiſtoria.

©BIU Santé

quo auditus fit, partes obſeruādo, alteri tandem, longiori ſcilicet, tenuioriq; incudis cruri annexum, pendenſq; id tertium officulum inuenimus: Indeq; quamprimum ad humani capitis diſſectionem reuerſi, perpetim illud vel clauſis oculis inuenimus, cui quidē eueſtigiò ſtaphę primum nomen impoſuimus: quia longè maiorem ſimilitudinē hoc officulum habet cum ſtapha, ſeu ſtapede, quam alia duo cum malleo, & incude. Nec me preterit ſtaphę nomen vulgare eſſe, nō latinum. (Nonnulli enim ſtapedem, alij verò ſtrapedam Grammaticè potiùs, quā Latinè vocant) ab initio tamen mei philoſophici ſtudij vocabulorum ſuperſtitioſas obſeruationes floccipēdere, ac rerum ſententias, veritatemq; pro viribus emedullare decreui. Aduertendum tamen pro hac ſimilitudinis ratione, quod nō ferreę noſtri tēporis ſtaphę, in qua equorum ſellis inſidētes pedes ſiſtunt, aſſimilauimus, prout nonnulli ſcripſerunt, inuentoris titulum ſibi vendicantes tàm rei, quàm nominis. Cùm tamen à quibuſdā noſtris ſcholaribus (vt cōpertiſſimum habemus) & rem, & nomen, atq; vſum, licet imperfectè hunc, didicerint: Sed potiùs ligneę cuidam ſtaphę à nobis cōparatum tale officulum eſt, qua in Sicilia vtimur, viceregia quadā pragmatica olim prohibiti ne ferreis vtamur, quotiès videlicet mulis, quæ ſtipendio quodam locari ſolent, ſuperinſedimus. Triangulares enim abſq; vllo interim diſtincto foramine, per quod coriaceum lorum, ſtaphile à noſtris nuncupatum, tranſmitteretur. Sed per idē amplum foramen, eiuſq; ſuperiorē angulum acutum cannabinos funes mularum domini traducunt. Quicunq; igitur è noſtris ſiculis auditoribus, qui prędictę rudis, ligneęq; ſtaphę formā pręcognouerant, nominis impoſitionem admirati quamprimùm ſunt, exclamantes interim, nulli rei me potuiſſe aptiùs, quā illi ſtaphę huiuſmodi tertium oſsiculum nuper inuētum cōparare. Quanquā & antiquiſsimas veterum ſtapedas ferreas, vel rubigine ſemideroſas vidimus: quinimmò & in veterrimis quibuſdā picturis eiuſmodi etiā formę fuiſſe obſeruauimus. At hęc obiter. Ad id verò, quod maioris momenti eſt, oſsiculi inquam huius vſum conuertamur, exquiſitiùs interim & aliorum duorum vſus elucidātes. Itaq; huius tertij oſsiculi baſis oblongum quoddā, oualeq; foramen ſibi ſubiectum æqualiter, & exquiſitè obturat: cuius quidem claudendi, aperiēdiq; gratiā factum eſſe id os à Natura veriſimile eſt. vt niſi aliquo modo moueatur, in foramen illud ingredi nihil queat: per quod nihilominùs foramen in effatu dignam quandā cauernā, labyrinthumq; à nonnullis nō temerè nuncupatum, ingreſſus fit, indeq; ad plures alios ſibi inuicem reſpondentes anfractus, ac gyros cochleam radicis chartilagineę auriculę inſtar (philoſopho etiā docente) .n. repręſentantes. Primam nanq; cauitatem, in qua tria hęc oſsicula cum prędicto ouali foramine cōtinentur, tympanum nonnulli appellant. Nos autem tympani nomine totum inſtrumētum ſuis cum cauernulis omnibus intelligimus. Exterior itaq; aer à ſonante re dura quapiam percuſſus, auris, tympaniq; primā membranam, malleumq; illi adnaſcentē, coaleſcentemq; neceſſario percutit, agitatq;, ac mouet: Malleus autem ita cōmotus, agitatuſq; incudem eodē inſtanti percutit, eodemq; motu agitur, ac mouet: fauet autem tali in incudem mallei cōcuſsioni minimus quidā muſculus (tempore videlicet, quo actentiùs, arrectis iam auribus audire conamur, voluntaſq; nōnihil cōcurrit) Incus verò ſic percuſſa, & cōmota deorsùm aliquatenùs grauatur, alteri cruri alligatā ſtaphā cōprimens, ſimiliq; modo percutiens, ſtaphaq; demum ſic deorsùm cōpreſſa, ſua quidē baſi ſub ſe contentum, à naturaq; inſitum in labyrintho aerem alium cōprimit, percutitq;. qui ſic deniq; commotus, verberatuſq; per cauernulas, anfractuſq;, ac gyros ſecundę, ac tertię cauitatis decurrens (ad quos auditorius quinti paris neruus terminatur, in membranulas quaſdam diffōlutus, extenuatuſq; illos oblinens) ibiq; tintinans, quandā velut echo facit, per aliā feneſtrā in eandem primā cauitatem reſiliens. Adiuuat autem huiuſmodi reſonātiam & aliquantula inſiti in prima cauitate aeris percuſsi iam per ouale prędictum foramen violenter factus ingreſſus, dum cōpreſſa ſtapha, introq; propulſa, nonnihil dehiſcit, conniuetq; foramen illud. Qui quidem aer eadem ratione alterum in ſecunda, ac tertia cauitate reuerberans, eandem facit reſonantiā. Quò magis autē talis ſonus, aeriſq; repercuſsio procedit, eò tenuior, ſpiritaliorq; fit, donec debita quadā menſura, & ordine talis alteratio, motuſue, ac agitatio in auditorium neruum, ac ipſam deniq; cerebri ſubſtantiam imprimatur, audiendiq; actio cōpleatur. Ipſi enim neruo tanquam principaliſsimę, ſimpliciq; interim totius organi particulę (vt par eſt) talis actio, ſeu paſsio attribuenda eſt. Neceſſarius autē fuit percuſsi aeris per aliā feneſtrā exitus, & ad primā cauitatem reuerſio. Niſi enim ſic a Natura conſtitutum eſſet, aer ille intùs in cauernulis, & labyrinthi gyris, ipſoq; vltimo antro cochleam repręſentāte incluſus, cōdenſatuſq;, & aſtrictus minimè reſonaret, membranulaſq; illas interſipientes, cauernuliſq; illitas fortè frangeret. Tympanum verò (vt dixi) nō primū modò antrum (vt nonnullis anatomes proceribus nō ineptè interim placet) multoq; minùs extimam duntaxat membranam, cui malleum inſeri prętactum eſt (prout imperitè alij quidam ſumpſerunt) ſed totum os, oſsiumue connexum intelligimus auditus organum conſtituens, ampleCteniq; à prima ſcilicet membrana prędicta ad extremū vſq; cochleę terminū. Velut enim in bellico, vel quouis artificiali tympano vtrinq; corium ineſt, anterius inquā, poſteriuſq;, quod intùs vacuū eſt con-

cludens,

Contra Realdū.

Officulorū triū vſus.

n.1. de hiſt. anim. cap. 11. poſt prin.

Tympanū quid apud nos.

Tympanū quid ſecundū nos, & ſecūdū aliquos.

©BIU Santé

eludens, circum circa verò à ligneo quodã orbe cõprehenditur: Ita & hic velut anterius corium eſt prior, exteriorq; prędicta membrana, cui malleus adnaſcitur, aeriſq; percuſſi primus impetus occurrit: poſterius verò, oppoſitumq; corium eſt vltimarum cauernularũ terminus, illisq; oblinitæ membranulæ, ad quas percuſſio, ſonusq; penetrat, indeq; vltima reſonatio velut echo fit. Neruęum deniq; illud filum in medio primi antri protenſum, incudiq;, & ſtaphę articulo annexum, ei chordulę reſpondet, quæ poſteriori tympani corio attenditur, ſonum (vt patet) mirum immodum adiuuans. Quod quidem filum, ſiue chordulam hic nõ interioris modò aeris, ſed officulorum quoq; motus, percuſſioq; agitat, ac mouet, ficq; demùm perbellè ſonus ibi repręſentatur, neruoq; (vti dictum eſt) auditorio tanquam ſenſus cõmunis nuntio imprimitur, eoq; ſpiritualior, ſpecioſiorq; auditus fit, quò magis intrò ad cerebrum vſq; penetrat. Officula igitur (vt ad principale propoſitum reuertamur) exteriorq; prędicta membrana, cui malleus adnaſcitur, ac modò pręſcriptum iam filum, vſum quendam pręſtant: haud inquã, ſine quo non. quia ſine ipſis auditio fieri poteſt, prout in auibus perſpicuum eſt, quæ nullam ex prædictis particulis habent. Itaq; propter meliorẽ, perfectioremq; auditum, pręſertimq; in homine (in quo manifeſtiùs patent) poſita hęc oſſicula, mẽbranaq;, ac filum ſunt. Membranulę autẽ, quæ cauernulas illinunt, ipſęq; etiã cauernulę ſuis cum gyris, buccinoſiſq; contorſionibus neceſſarię ſunt, vt ſine his (vt in quibus reſonatio, & echo fit) auditum perfici impoſſibile eſt. Vſum igitur hęc habent, ſine quo non. Sed de his hic obiter intãtùm pro quinto ipſorum oſſium vſu, & ferè ad nauſeã vſq;, dictum iam ſit: (cur enim oſſeum huiuſmodi auditorium tympanum factum ſit, curq; ſic anfractuoſum, infrà ex Galeni dogmate declaraturi ſumus.*) Operę pretium ergo eſt, vt ad tertium, & quartum oſſium prędicatum cum Galeno conuertamur: ſcilicet magnitudinẽ, & ſubſtantiæ propriæ modum. Vt qualia nam ſint oſſa per ſe, adamuſſim ſingula pernouerimus. Galenus enim hæc duo inſimul ſubiunxit, dicens.

* Cap. 1. com. 8. de foram. oſſis tẽporũ.

TEXTVS QVINTVS.

Ἐισὶ δὲ ἐν αὐτοῖς, τὰ μὲν μεγάλα, κοιλίας μεγάλας ἔχοντα μυελῶ πλήρεις: τὰ δὲ σμικρότερα, καὶ στερεά ἐσὶ, καὶ ἀμύελα, καὶ ἀδεμίαν αἴσθησιν ἔχει κοιλότητος.

Sunt autem in his, quędam grandia cauitates magnas medulla plenas habentia, quędam verò parua, ſolidaq;, & ſine medulla ſunt: nullamq; ſenſibilem habent cauitatem.

COMMENTVM QVINTVM.

Oſſiũ magnitudo.

PENES magnitudinem differentia eſt. Quoniam quędam ſunt grãdia, vt oſſa femorum, tibiarum, & humeri. Quibus oſſa etiam addas, quæ ſacri oſſis lateribus vtrinq; connectuntur, & quanuis tria ſecundum diuerſas partes nomina habeant, ilium tamen oſſa vulgò nuncupantur. Quędam verò parua ſunt: vt oſſa brachialis, dentes, & oſſicula, quæ ſeſamo aſſimilantur. Adde quod quędã mediocria ſunt, vt oſſa digitorum, & poſt-brachialis, oſſa pedij, & tarſi, nec non vertebrę: & huiuſmodi multa. Penès ſubſtantiã verò differentia alia eſt. Quoniam quędam ampliter concaua ſunt, ac medulloſa: vt oſſa femoris duo, tibięq; duę: ac ſurę etiã duę: Itemq; humeri duo, cubiti duo, radijq; duo, Maxillaq; demùm iuxtà ipſum inferior, cõmento ſequenti patebit, textuq; etiã ſeptimo. Hæc enim tredecim ponet ſola medulloſa. Tredecim inquam, vtriuſq; lateris partes cõnumerando: Sex enim vtrinq; ſunt, maxillaq; inferior vtriq; parti cõmunis. Alia verò cuncta abſq; medulla eſſe inſinuat. Idemq; libro de vſu partium vndecimo cõprobat, ſic ſcribens. *n.* [Ordiendum igitur nobis ab eo eſt, quod euidentiſſimè in omnibus animalibus conſpicitur: quòd nullum paruum os medullam habet, quod ſinum nullum habeat cõmemorabilem, ac magnum: ſed cauernulas duntaxat, easq; exiles, atq; anguſtas. Quandoquidem ſi pręterquã quòd eſt exiguum, cauum etiã extitiſſet, imbecillum omninò fuiſſet. Quemadmodum ſi quoduis magnorum denſum fuiſſet, ac ſine ſinu, grauiſſimum foret, ac geſtatu difficile.] Ecce igitur quomodo Galenus parua omnia oſſa medullę expertia poſuit: pauca duntaxat medulloſa ſupponens, quæ grandia ſint, & intùs concaua. Cuius tamen oppoſitum de potentijs naturalibus tertio * idem oſtendit, ſic teſtatum derelinquens. [Oſſa verò, quò nutriantur, numeroſa, quæ intercedat, mutatione indigent. Eſtq; qualis carnibus ſanguis: talis oſſibus medulla: ſcilicet in ijs, quæ parua ſunt, ſinusq; expertia, cauernulis eorum inſperſa. In magnis verò, & quibus ſimus nõ deſunt, vtiq; in ipſis collecta. Sicut enim in primo monſtratum eſt libro .o. Quibus ſimilis eſt ſubſtãtia, ijs mutari inter ſe fas eſt. Quibus inter ipſa eſt diſcrimen, ea fieri ſimilia, citra omnes, quæ in medio ſunt, mutationes, nõ poſſunt.] Ecce igitur quomodo in omnibus oſſibus medullam poſuit, tàm ſcilicet paruis, quàm etiam magnis, quæ nutri-

Oſſiũ propria ſubſtãtia.

n. cap. 18. poſt prin.

Galeni cõtradictio.

* Cap. 15. circa med. o. cap. 10.

mentum

©BIU Santé

mentum illorũ esse debeat. Nisi quod magna quidem à paruis differũt, cò quod in magnis ipsis, in amplis concauitatibus aceruata, condensataq; ea medulla est: In paruis autem, in proprijs minutis cauernulis, seu spongiositatibus dispersa est. Idemq; pariter eodem vndecimo de vsũ partium libro cõprobat, sic scribens, *p.* [Nam in cõmentarijs de facultatibus naturalibus .*q.* demonstrauimus medullam ossibus proprium esse alimentũ, & ossibus cauitate carentibus tale quidam in eorum cauernulis contineri.] Iam vides ergò non in diuersis modò libris cõtradictionem: sed in eodem quoq; eiusdem libri vndecimi de vsu partium capite decimooctauo .*r.* (vt patet). Nos autem hoc pacto, ex ipsius etiã Galeni monumentis, apparentem hanc cõtradictionem perbellè sedabimus. Quoniam scilicet medullę nomen bifariam capitur: videlicet verè, & metaphoricè. Verè inquam medulla est, quæ ossium proprium nutrimentũ est, & in ossibus omnibus, siue tanquam in promptuario, scilicet in ipsorum finibus (vt in magnis) siue in proprijs cauernulis, & spongiosiositatibus (vt in paruis) omninò tanquam necessarium eorum nutrimentũ continetur: vt ex tertio de potentijs naturalibus, .*s.* & de vsu partiũ libro vndecimo .*t.* prętactũ iam est. Metaphoricè autem, seu per quandã similitudinem dicitur medulla, de ipso cerebro, ac spinali etiã vocata medulla. Metaphoricè inquam, quoniam cerebrũ, & spinalis medulla ita in ossium cauitatibus continentur, sicuti vera medulla: Ideoq; & hęc etiam ambo medullæ nomine appellari consueuerunt. Atq; idipsum à Galeno etiã discs, quùm sic de spinali loquens, ait .*u.* [Accipitur autem non solùm medulla ex ossibus, quæ sanè reuera. est medulla, sed ex spina: quam & ipsam medullam nominãt, spinalem videlicet, quæ tùm durior, tùm siccior est, quam alia.] Clariusq; alibi ab ipso quoq; scriptum inuenies, hoc modo .*x.* [Spinalis medulla eiusdem quidem cũ cerebro est generis: eam tamen perperàm medullã appellarunt: cùm medulla ipsa non modò spinali hac, verùm etiam cerebro ipso sit humidior, ac mollior, & pinguior. Quòd verò in spinę ossibus contineatur, coloremq; habeat medullę assimilem, ob id ipsam medullã nominant. Quo nomine quidã ipsum quoq; cerebrũ vocitarunt.] Propterea & libro etiã de vsu partium octauo .*y.* Platonem taxare videtur quod cerebrum ille vocarit medullam, credens quidem cerebri substantiã reuera medullam esse: pręcipitq; Galenus, etiam si cerebrũ medulla esset (generatim scilicet capiendo medullam) cum additione tamen nuncupandam: videlicet medullam encephalitin, hoc est, capitalem, seu cerebralem, vel medullam encephalu q. d. medullam cerebri, seu in capite. Quemadmodum & spinę medullam non simpliciter medullam, sed spinalem medullam dicere debemus. Hoc igitur stante duplici medullę nominis vsu scilicet verè, & metaphoricè: hanc ponimus conclusionem. Quod omnia ossa nutriuntur vera medulla, tàm scilicet magna ossa, quàm parua: sicq; accepit medullę nomen Galenus, quãdo in tertio de potentijs naturalibus, .*z.* & vndecimo de vsu partium .*a.* dicebat medullam propriũ esse omniũ ossium nutrimentũ. Quoniam verò cerebrũ, & spinalis medulla ossa, à quibus continentur, minimè nutriunt: Idcircò nõ verè, sed metaphoricè (vti prędictum est) medullę nominari meritę sunt, vel secũdùm quid, cũ additamẽto: Verùm enimuero propriè dicta, veraq; medulla iterùm dupliciter accipi solet, largè scilicet, & strictè. Igitur si largiùs verę medullę nomen capiamus, omnia (vt dictũ est) ossa tàm magna, quàm parua nutriũtur medulla: sicq; omnia sunt medullosa. Sin verò strictiùs medullę nomen accipimus: tunc dicemus, quòd sola ea ossa, quæ amplam cauitatem habent, dicuntur medullosa. Adeò vt medullam verã strictè intelligamus, nõ omnem veram etiã medullam, sed eam duntaxat, quæ in vnum collecta, & quasi coagulata, & omnibus euidens est, & alonge apparens: perindeac etiam dicere vulgò solemus. Ea inquam ossa medullam habere proferentes: in quibus eam vnitam, condensatam, & in ampla cauitate quasi congelatam conspicimus. Qua quidem ad condiendas epulas vtimur: quasi credentes iterùm, prętер cauitates, in ipsa ossium substantia, vel spongiosis cauernis medullam nõ adesse; Idcircò aliam, quæ in paruis ossibus per eorum cauernulas inspergitur, non medullam: sed humorem potiùs album nominare interdùm Galeno placuit, sic scribenti .*b.* [Quæ dura, siccaq; sunt, in ijs cernere spatia licet, sicuti ossium cauernulas: continent hæ naturaliter multum in sese humoris, huiusq; crassi, & albi in id comparati, vt ossa nutriat.] Impręsentiarum ergo (pręsertim quia cũ tyronibus loquebatur Galenus, vulgarem sermonẽ magis obseruantibus) strictè medullę nomen vsurpans, grandia tantùm, & ampliter concaua, medullosa esse determinat. Sed enimuerò quod maioris est momẽti cõsideremus. Etenim Galenus tredecim tantummodò prənarrata ossa concaua, & medullosa posuit: plura verò prętер hæc effatu dignæ magnitudinis ossa manifestam cauitatẽ, amplumq; sinum habere inuenimus: Vt quartũ vtrinq; superioris maxillę os, & temporũ quoq; processus mamillares: ipsiq; auditorij meatus sunt. Itemq; octaui ossis antea. Sępenumerò autem & frontis etiã, ac sphenoidis, hoc est, cuneiformis (vt videbimus) ossa prętер quæ, dentes quoq; manifestos in se sinus, cauitatesq; habent capitisq; os octauũ. Quanquam hæc nõ medullosa existunt, sed ob alios quidẽ scopos concaua, sinuosaq; facta fuerũt. De quibus sigillatim proprijs capitibus sermonẽ habebimus * generatim verò paulò posterius in pręsenti etiã cõmento. Plurima etiã parua sunt ossa, quæ manifestã

cauita-

p. Cap. 18. post med. q. Cap. 15. r. Post prin. & post me. Contra dictionis solutio.

Medullæ nomen dupliciter.

s. Cap. 15, t. Cap. 18. post prin. u. 11. simpliciũ c. 4.

x. 3. de alimen. facul. cap. 10.

y. Cap. 4. post prin.

Conclusio.

z. Cap. 15, a. Cap. 18. & lib. 2. c. 16. in fine.

Medulla verè dicta dupliciter.

b. Lib. de inequali in temp. c. 2.

Contra Galenum.

Ossa alia concaua.

* Cap. 1. com. 8. & c. 3. com. 9. & c. 4. com. 5.

Ossa alia medullosa.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 16 sur 292

©BIU Santé

cauitatem habent, medullaq; intereà repletã. Adeò vt verè medulloſa dici queant: vt pedij oſſa, poſtbrachialiſq;, & ipſorum quoq; digitorũ omnium tàm pedis, quàm manus oſſa: quamuis Galenus de digitis loquens, .c. ipſorum oſſa, minùs rectè, ſolida eſſe expreſsè determinauerit. Sunt igitur, cum prędictis à Galeno, cauitatem manifeſtã habentia oſſa numero octogintanouem: quę ſcilicet medulloſa etiã dici queunt. Cum ſeptem autem iam iam à nobis prędictis, quæ ſine medulla cauitatem tamen amplã habent, erunt omnia nonagintaſex. Non rectè igitur Galenus, vel cõcaua, vel medulloſa oſſa numerauit. Dentibus autẽ foramen ineſſe priùs dicemus, in medullę penitùs expertem cauitatem, ſiue ſinum penetrans. Quod foramen in radice illorum exiſtit, vſq; ad ſolidam, duriſſimamq; extra gingiuas propè exiſtentem ſubſtantiã, vnà cũ ſinu pertranſiens. Vt per ipſum venę, arterięq;, & nerui, pro dentiũ nutritione, ac ſenſu ingreditur, tunicaq; ſenſui oportuna in ſinu ex neruis deniq; gignatur, cum dentibus igitur, auditorijsq; duobus tympanis, erunt ſinuoſa omnia oſſa centũ viginti & octo. Operęprętium verò eſſe duximus rationem emedullare, cum concaua, & medulloſa oſſa à Galeno prędicta exiſtunt. Itaq; ſciendum omninò eſt, quadruplicem, ac diuerſam diuerſis oſſibus, concauitatis rationem ineſſe: Quarũ prima eſt, quæ in prędictis non modò concauis, ſed medullofis etiam oſſibus valet. Quoniam ſcilicet duo ſunt Naturę primi ſcopi, in animaliũ generatione: videlicet motus, & difficilis paſſio. Motus inquã: quia moueri quidem animal ipſum, quantum poſſibile eſt, velociter, agiliterq;, & promptè deſiderat: Ideoq; & inſtrumẽta ad talem motum idonea, pręſertim in homine, fabricare conata eſt. Verùm ſi vnus hic tantùm ſcopus eſſet, ſcilicet motus, leuiſſima membra omnia feciſſet, graciliaq;: Sed quoniam tunc facilè frangibilia fuiſſent, facilemq; haberent paſſionem, Idcircò alter
» ſuccedit ſcopus: qui eſt difficilis paſſio, Græcè diſpathia [Cõmodior porrò (inquit Galenus .d.)
» in animalibus eſt motus, vt qui etiam ex ipſorũ eſt ſubſtantia, ſiue eſſentia. Non enim quatenus
» eſt animal, ab iniurijs omninò eſt tutum, ſed ex ſeipſo mouetur.] q.d. Motus intentio, ſcopuſue prior, & principalior eſt: quia de eſſentia animalis eſt, quatenùs animal. Difficilis autẽ paſſionis intentio, ſecunda, poſteriorq; eſt, nec de eſſentia ipſius animalis: ſed pro eius duratione, conſeruationeq;. Quamobrem propter motus promptitudinẽ, facilitatemq;, oſſa leuiora facere volens Natura, intùs concaua, & ſinuoſa ea generauit. Magis autem, minuſue cõcaua in diuerſis animalibus, ſecundùm quòd eorũ muſculi oſſa mouentes, attollentesq;, robuſtiores, aut imbecilliores fieri neceſſum fuit. Quæ tamen cauitas moderata intantùm eſſe debet, vt interim diſpathia conſeruetur. Si enim ſolam diſpathiã intendiſſet Natura: proculdubiò ſolidiſſima, & calybe duriora oſſa feciſſet. Verùm tunc ob grauitatem difficillimus, ac tardiſſimus motus fieret. Poſita verò in oſſibus cauitate, ob prędictam leuitatem abutitur, hoc eſt, ex ſuperabundanti deinceps Natura ad alium vſum: vt ſcilicet veluti quoddã promptuariũ eſſet verę, proprięq; medullę, quę oſſium nutrimentum eſſe debebat. Forteq; ad humectandum oſſa ipſa, repoſita ibi eſt, ne in vehementibus motibus nimiùm exiccentur. Adeò vt ipſius etiã medullę in ampla cauitate congregatę vſus duplex ſit, primus inquam ad nutriendũ, ſecundus verò ad humectandũ oſſa. Verùm enimuerò ni Galeni reuerentia, maximaq; nos cõuincat authoritas, medullã determinatũ à Natura oſſium nutrimentũ eſſe, (niſi neceſſitatis tempore) haud facilè concipimus. Si enim (vt idem ait) * non eſt tranſitus de extremo ad extremũ, niſi per medium. Medulla quidem hæc frigidior, ſicciorq; eſſe deberet, ſanguineq; ipſo terreſtrior: Cuius tamen oppoſitum apertiſſimè conſpicimus, cùm ea calidior, teruiorq;, & ad flammã obnoxia magis ſit, pinguiorq;: prętereà ſi oſſium nutrimentũ eſt, ſequeretur, q̃ aquilarũ, leonumq; oſſa ſolidiſſima, ipſiq; veriùs dentes, ac reliqua huiuſmodi, vt ſoliditatẽ maximã, penès ipſum quoq; Galenũ habentia, vel carunculis, ſanguineq; craſſo, nõ medulla plena, vt ſincipitis oſſa, penès Hippocratẽ exiſtunt, nutrimento careret. Dicerem ergo, potiùs ex Auerrhois, .e. nedùm Ariſtotelis .f. dogmate nutrimẽti oſſiũ excrementum eſſe, quod pingue, ac tenue, calidumq; eſt, & ineptũ, vt in terreã oſſium ſubſtantiã conuertatur: ideoq; nõ in quanto, ſed in quali verum excrementum intelligimus. Quod interim excrementũ in calidioribus animalibus, vt leone, ac aquila, & his quorum oſſa ſolidiora eſſe oportebat, (ſuppoſito cum Galeno, ad quem loquimur, huiuſmodi animalia cauitatis expertia oſſa habere: cũ tamen oppoſitum nonnulli recentiores * obſeruarent) per halitum inſenſibilẽ digeritur. In alijs verò, quorũ interna cauitas neceſſaria fuerat, abutitur Natura ea cauitate, vt tale excrementũ cõtineat. Quo deinceps pręcipuè ad humectandũ in vehementioribus motibus rursùs Natura eadem abutitur, ne fragilia, ſpongioſaq; eadẽ oſſa ſuperfluè inflãmentur, deſiccenturue. Hicq; verior ipſius medullę vſus erit. Sed hęc vnicuiq; iudicandi integrũ ſit. g. Prima igitur cauitatis ratio fuit propter motus agilitatẽ, medullęq; deinceps cõprehenſionem. Secunda autẽ cauitatis ratio etiã ſine medulla eſt, vel vt aerem cõtineat, amplectaturq; (ſiue propter auditum, vociſq; proprię reſonantiã quandã: propter auditũ quidẽ, vt quæ in oſſibus tẽporũ, ac tympano pręſertim exiſtunt: propter reſonantiã verò proprię vocis, vt de cauitatib⁹ frontis, quartiq; oſſis maxillę ſuperioris, atq; etiã ſphenoidis poſteriùs oſtendemus. * Vel propter ſenſum tactus, ad membranę inquam ſentientis

c. 1. de v. p. cap. 15. in fine.

Dentiũ cauitates.

Cur concaua, & medulloſa aliqua oſſa ſunt.

Cauitatis ratio dupl.

Duo primi Naturę ſcopi.

Primus motus.

Secundus diſpathia.

d. 11. de vſ. par. cap. 18 verſus medium.

Cauitate quomodo natura abutitur.

Medullæ vſus dupl.

Contra Galenum.

* lib. 1. de pot. natur. c. 10. & lib. 3. cap. 15.

Lib. de vul. capitis.

Sententia propria.

c. 2. coll. cap. 8. in medio.

f. 2. de par. cap. 6.

* Vide Realdũ lib. 1. c. 19. poſt med.

Vetus Medullę vſus.

g. vide quę olfecit Cõcil diff. 52.

Cauitatis ratio 2.

* c. 1. cõ. 3.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 17 sur 292

©BIU Santé

extenſionem, vt in dentib⁹ demonſtrabimus,* vel demum, vt excrementa inſe aliquomodo recipiat, vt de octaui oſſis capitis antris poſteà declarabimus.* Verùm de his alias vberiùs. Nunc verò noſtrũ proſequamur propoſitũ, eaq; ſuppleamus, quæ quidẽ à Galeno prętermiſſa in preſenti libro fuerunt. Quatuor etenim dũtaxat oſſiũ prędicata declarauit Galenus: videlicet primò temperamentum, ſecundò vſum, tertiò magnitudinẽ, quartoq; demùm ipſorum propriã ſubſtantiã. Nos igitur alia quatuor in prędecentib⁹, *h.* ex ipſius etiã monumentis à nobis propoſita oſtendamus, ordine ſic poſt illa numerando, videlicet: quintò formã, ſiue figurã: ſextò numerum: ſeptimò foramina: octauoq; tandẽ ipſorũ ſenſum. Hæc igitur omnia prænouiſſe oportet: priùs quidẽ generaliter, deinceps verò in proprijs capitibus ſpeciatim. Vt qualia nam ſint oſſa ſingula, intellexerimus. Ideo autem in preſenti cõmento quatuor illa ſupplere voluimus, quoniã immediatè poſt hunc textũ ad oſſium cõpoſitionẽ, connexumq;, ſermonẽ ſuũ diuertet, oſſiũ (vt videbimus ſuis cũ appendicibus ſtructurã tangens. Inprimis itaq; formã, figuramue ipſorũ oſſiũ generatim perpendamus. Quędam enim ipſorũ ampla ſunt. Vt quæ ſacri oſſis laterib⁹ annexa ſunt: Itemq; ſcapulę, oſſa frontis, occipitijq;, & etiã verticis: Alia anguſta, gracilia, & longa, vt fibula, radius, vlna, & coſtę: Alia demũ oblonga quidẽ, & quadantenùs anguſta, non adeò tamen gracilia ſicut prędicta, vt humerus, femur, & tibia. Prętereà aliqua ſunt quadrata, vt verticis oſſa, quędã triangularia, vt ſcapulę, quędã rotunda, vt patella. Inſuper quędã ſunt aſpera, vt oſſa petroſa: Quædã lenia, vt oſſa frontis, pectoris, & coſtarũ. Demùm oſſa quędã ſunt, quæ varijs rebus aſſimilata, ex illis nomenclaturã obtinuerũt: vt ſphenoides, ideſt, cuneiforme: quia aſſimilatur cuneo: Yoides, ſiue ypſiloides, quoniã ſimile eſt Greçę literę ypſilo .*v.* Sic zigoma q. d. iugale, quia aſſimilatur iugo, pariter & malleus, incuſq;, ac ſtapha, paulò priùs dicta* oſſicula, & alia quoq; plurima, quę ſigillatim proprijs capitib⁹ enucleabuntur. Nunc verò breuitatis gratiã dimittantur: preſertim quia difficillimè vel intelligi, vel memorię mandari queunt, niſi prehabita ſingulatim, ac per ſe cunctorũ oſſiũ notitia. Itaq; ad ſextũ pertrãſire tępeſtiuum eſt ſcilicet oſſiũ humani corporis numerũ; quem varium, ac diuerſum Galenus ponit in diuerſis locis. Etenim libello de formatione fętus, *i.* ait oſſa ducẽta eſſe, & ampliùs. Nonò autẽ de decretis Hippocratis, & Platonis. *k.* inquit, plura eſſe, quã tercentũ. In preſenti verò de oſſib⁹ libello duntaxat ducenta quadraginta duo declarat: pręter oſſicula duo, alterũ cordis (quod ipſe* in homine ſi nõ exquiſitè os, proportionalem tamen ſubſtantiã quandã durã, chartilagineamq; ponebat, quãquã in homine nunquã, ſed in elephante potiùs à ſuo quodã familiari extractũ, aut antiquo fortaſſis equo, vel boue interdùm vidiſſet:) Alterũ verò naſi (ſcilicet cribroſum illud os intrinſecum, quod nos octauum capitis os nuncupabimus:) pręter os quoq; gutturis (vt ait) .*l.* quod proprio nomine yoides, ypſiloides, & lambdoides ab earũ literarũ ſimilitudine, ſcilicet .*v.* & .Λ. quùm ſubuertitur nominare anatomici cõſueuerunt: prout ex eiuſdẽ Galeni monumentis .*m.* etiã didicimus. Herophilus παρασάτην, intellige ὀστοειδὴν appellabat, quoniã ſcilicet linguę, ac pharyngi, hoc eſt guturi, & faucibus aſſiſtit. Vnde φαρύγγετρον etiã dici ſolet. Quod quidem os vnicum, ſimplexue nõ eſt, ſed ex pluribus cõſtructũ, magna quidẽ ex parte ex vndecim oſſiculis in ętate prouectiorib⁹ viris, nonnunquam verò ex tredecim, aliquando ex nouem, aut ſeptem, vel etiã pauciorib⁹, preſertimq; in pueris, ac maximè fęmellis cõſtans. In quib⁹ quidẽ pueris, prouectioreq; etiã, quã maſculorũ ętate, fęmellis tria verè oſſa perpetuò (interiora ſcilicet) inueniuntur. Sunt ergo, quæ omiſit vna cũ prædictis duob⁹ (ſcilicet cordis, & naſi) oſſiculis, vt plurimũ oſſa tredecim. Quib⁹ adde ſeſamoſimilia oſſa in manibus, & pedib⁹, vt plurimũ quadraginta & octo. Sunt igitur cuncta hæc ſexaginta & vnũ. Hęc inquã ſunt, quorũ definitiones prętermiſiſſe Galeno in preſenti opuſculo placuit: tanquã (vt dicet*) tyronib⁹ ipſis, ad quos ſcribebat, minimè reputans neceſſaria. Quæ tamen ſi prędictis ab eo declaratis ducẽtis quadraginta duob⁹ oſſib⁹ adiungantur: erunt omnia (ſi benè computaueris) tercentũ ſupra tria. Nos autẽ prędictum Galeni numerũ, & in quib⁹ à veritate ipſum declinare cenſebimus, ſigillatim proprijs in capitibus annotabimus. Impreſentiarũ verò has ſex ponimus in homine cõcluſiones. Quarum prima eſt: oſſa corporis humani, tametſi diuerſitates patiantur innumeras, iuxta menſium, nedùm annorum diuerſitates (quatenùs inquã magis, minuſq; coagulata, & in vnũ plura iam reducta ſint) nihilominùs tamen, ſi quidem grandior natu ſit, cõpletuſq;, ac perfectus iuuenis, ad ſummũ ſunt trecenta & quinq;. Prętер appendices inquã, quæ in huiuſmodi corpore maxima ex parte ſuis cũ principalib⁹ oſſibus coaluiſſe apparent: eoq; magis, quò maior natu homo ſit. Secunda cõcluſio eſt. Oſſa puberum ante propriè dictã adoleſcentiã, ad ſummũ ſunt trecenta & vnum. Tertia cõcluſio ſuccedit talis, oſſa infantium, nuperq; natorum ſunt numero ducenta ſeptuaginta tria. Sed alia ratione ſunt eorundẽ oſſa trecenta quadraginta quinq;. Et hæc quarta ſit concluſio. Atq; hæc omnia, prætер appendices à ſuis oſſibus diſtinctas, intelligantur. Alius enim, longeq; maior numerus erit, diſtinctis, ac per ſe cõſideratis appendicibus: tanquã ſcilicet alijs oſſib⁹ perpenſis. De quib⁹ tamen poſteà loquemur .*n.* Quinta verò concluſio eſt hæc. Exquiſitiùs infantiũ oſſa perlibrando, erunt duntaxat numero ducenta,

quinqua-

* Ibidẽ, & c. 4. com. 5.
* Cap. 1. com. 8.
h. Supra com. 1.
Oſſium figura. Diſtinctio prima.
*Com. prę cędenti.
Oſſium numerus. i. Cap. 6. poſt med. k. Cap. 8. ante med.
Os cordis.
*7. de anat. adm. c. 10. & lib. 6. de v. p. c. 19. l. in fine huius libelli. m. lib. de diſſect. muſcul. c. 13. & lib. 7. de v. p. c. 19.
* In fine huius libri.
Concluſiones ſex. Oſſa 305.
n. com. 6.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 18 sur 292

©BIU Santé

quinquaginta nouem. Sexta demùm cõclusio est, quod alia ratione perpensa infantiũ ossa plura non erunt, quã centũ nonaginta duo. Sed prędictas sex cõclusiones, pro exquisita ossiũ elucidatione, declaremus. Distinguendo scilicet corpus osseum, sceletonue vniuersum in quatuor partes, hoc est, caput, dorsum siue spinã, aut si mauis dicere truncũ, brachia, & crura. Sic enim cuncta faciliùs intelligemus, memorięq; mandabimus. Caput autẽ accipimus hic totũ cum maxilla superiore, & inferiore, ac ipso etiã osse hyoide. Hęc enim omnia cõprehendit, qui caput alicuius siue hominis, siue alterius cuiuscunq; animalis incidere solet. In hoc igitur toto, septuaginta ossa sunt: videlicet octo capitis propria, quæ cerebrũ cõtingunt: Maxillę verò superioris duodecim: Inferioris nõ duo, sed in grandiusculis vnum: Auditorij organi sex. Ergo sunt prædicta viginti septem. Adde his & dentes triginta duos: sicq; erunt quinquaginta nouẽ. Quibus deniq; adiungas vndecim ossis vocati hyoidis ossicula (quemadmodũ sępius esse solent.) Erunt igitur omnia simul primę partis ossa, vt diximus, septuaginta. Quòd si maxillę superioris tertiũ os vtrinq; vnũ cum spõgoide posueris, interim verò aliud vomeris cultro persimile addideris. Primę partis ossa omnia numero sexaginta nouẽ dices. Secunda pars, quę est dorsum siue truncus, habet ossa sexaginta septẽ. (Capimus enim largè dorsum hic, facilioris memorię gratiã, vt pręter vertebras omnes, & os sacrũ, coccygemq;, costas, scapulas, iugula, sternon, siue pectus, & ipsa etiã ossa, quæ sacro cõmittuntur, cõprehendat.) Sunt igitur vertebrę viginti quatuor: sacri ossis ossa quidẽ sex: coccygis verò quatuor: quę omnia hucusq; sunt triginta quatuor. Itẽ sunt costę viginti quatuor, quę addita prędictis, perueniunt ad quinquaginta octo. Quib⁹ adde scapulas duas, ac iugula duo, nec nõ tria pectoris ossa, prout ętate media vt plurimùm inuenimus (quanquã anteà ex plurib⁹, tandemq; ex pauciorib⁹ ossibus cõstare sternon, pectusue ipsum obseruarimus.) Demumq; duo illa ossa cõiungas, quæ sacro, amploue nuncupato cõnectuntur: Igitur omnia secundę partis ossa sunt ad summũ sexaginta septẽ. Quòd si vel os sacrũ ex quinq;, vel coccyx ex tribus cõstet (velut sępenumerò contigisse vidimus) tunc duntaxat sexaginta sex erunt. Cùm pręcipuè, vbi sex sacri ossis sunt, coccygis tria inueniantur: vbi verò illa quinq;, hæc quidẽ quatuor succedant. Adeò vt simul iuncta maxima ex parte nouẽ, nõ decẽ sint. Nos autẽ hic ad maximum numerum, (vt contingit) attendentes, decẽ numerauimus, ac suppositimus: sacri videlicet ossis sex, coccygis verò quatuor proponẽtes. Tertia pars scilicet brachia, ossa cõtinẽt octoginta quatuor. At pro clariore doctrina priùs alterũ brachiũ cõsideremus, quia eodẽ numero & alterum donatur. Est ergo humeri os vnum, cubiti vnũ, Radij quoq; vnum, quæ sunt tria. Brachialis, seu carpi sunt ossa octo: Metacarpij verò, seu postbrachialis quatuor: omnia igitur hucusq; numerata sunt quindecim. Alia verò quindecim sunt digitorum ossa. Ideoq; erunt simul omnia triginta. In qualibet autem manu sunt serramina ossicula, vt plurimũ duodecim, quemadmodum proprio loco demõstrabimus: quamuis aliquãdò plura, vel pauciora inueniri soleant. Sunt ergo cũ prędictis quadraginta duo. Totidẽ verò cũ sint in altero brachio: Reliquũ est, vt omnia tertię partis ossa sint octoginta quatuor. Quarta demùm pars, quæ est crurum, ossa similiter habet octoginta quatuor: videlicet femoris vnum (eodẽ nanq; modo, sicut in brachijs obseruauimus, alterum crus priùs perpendamus (tibię quoq; vnum, surę seu fibulę vnũ, vnaq; patella, & sic sunt quatuor: prętereà tali vnũ, calcanei vnum, scaphoidis, seu nauicularis vnum: sic ergo sunt septẽ. Quibus adde ossa tarsi quatuor, ac pedis quinq;: sunt igitur hucusq; sexdecim. Adiungas autẽ his ossa digitorum pedis quatuordecim (superatur enim pes à manu quòd ad digitos vnico osse, quia pollex pedis duo tantum, nõ sicuti manus pollex, tria ossa habet) Sic igitur erunt omnia numero triginta. Prętereà sunt in altero quouis pede sesamoidea ossicula vt plurimùm duodecim. Itaq; omnia in altero crure quadraginta duo erunt. Quib⁹ adde alia quadraginta duo alterius pedis, siue cruris. Ecce igitur quomodò sunt omnia similiter manibus octoginta quatuor. Colligamus igitur nunc, cõiungamusq; omnia prędicta ossa: scilicet primę partis septuaginta, secundę partis sexaginta septẽ, tertię verò partis octoginta quatuor, & quartę demùm partis alia octoginta quatuor. Erũt omnia (ni fallor) trecenta, & quinq;. Atq; hęc pro prima cõclusione. Puberes verò, quoniam eis maxima ex parte genuini desunt, ideoq; dentes insunt viginti, & octo tantum: alijs omnib⁹ ossib⁹ instar iuuenum cõputatis, ossa habere dicentur trecenta, & vnum. Hæcq; pro secunda cõclusione. Diuersificari tamen hic numerus potest, prout aliqua ossa nõdum coaluerant, vt sterni ossib⁹ cõtingere solet, quæ vel quatuor, aut quinq; adhùc sint, pluraq; etiam, vel pauciora. Infantium verò, qui dentes nondum genuerunt, deficientib⁹ quidẽ à prędicto cõputo cunctis numero duob⁹ supra triginta dentibus, ossa remanent ducenta, septuaginta tria. Idemq; decrepitis accidere cõsueuit, quibus scilicet dentes omnes ceciderunt. Plura verò, aut pauciora ossa vtriq; habebunt, secundùm quod plures, vel pauciores dentes eis ceciderint, vel nondum orti sint. Quanuis enim intùs infantibus dentes omnes tàm primi, quàm secundi orituri, iã insint.* Quia tamen molles adhùc sunt, Ideò inter ossa minimè numerantur. Talis inquã infantiũ ossiũ numerus esse apparet, quatenus à natu grãdiorib⁹ dentiũ additione superantur. Hæcq; pro tertiẽ cõclusionis elucidatione prętensa

Sceleti partes quatuor.

Primæ cõclusionis probatio.

Prima pars Caput. Ossa 70.

Secunda pars Dorsum. Ossa 67.

Tertia pars Brachia. Ossa 84.

Quarta pars crura. Ossa 84.

Secũdę cõclusionis declaratio.

Tertiæ cõclusionis elucidatio.

* Vide ĩfrà c.4.com.1.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 19 sur 292

©BIU Santé

Quartę cõclusionis apertio.

ſint. Nihilominùs tamen pro quartę cõcluſionis apertione dicendũ, quòd alia ratione grandiorum numerum infantes excellunt, ſuperantq;. Etenim infantiũ vertebrę omnes prętęr ſecundã, diſtinguntur in tria oſſa, per ſynchondroſim cõiuncta, in lateribus inquam, parteq; poſteriore. Secundam verò vertebrã in quatuor, prima ætate ob diſtinctum tunc tẽporis eius dentẽ, prętęr ſupradictas diuiſiones diſtinguemus. Si ergo vertebras illas viginti tres (prętęr primã) ſingulas in tria oſſa diſtinxerimus, erunt earum oſſicula ſexaginta nouẽ. Nos autẽ numerauimus pro viginti & tribus. Remotis ergo trib⁹ & viginti iã enumeratis, remanent vt nunc addantur alia oſſa quadraginta ſex. Rursùs quia ſecunda vertebra in quatuor oſſa diſtinguebatur, ideò ſi vnicũ os eius in natu grandiorib⁹ numerauimus, nunc in ipſis infantib⁹ alia tria addenda ſunt: ſicq; erunt hucuſq; infantium oſſium numero addenda alia quadraginta nouẽ. Prętereà quia illorũ oſſa ampla, quæ ſacro annectuntur, ſingula in tria diſtinguebantur, videlicet in ſuperiorẽ amplã & latã, quę dicitur, os ilium: & anteriorẽ dictã, os pubis in poſterioremq;, ſiue exteriorẽ, quæ dicitur os coxendicis. Ideò ſi ea tanquam duo ſcilicet dextrũ, & ſiniſtrum in iuuenib⁹ numerabamur nunc in infantib⁹ tanquã ſex ſcilicet tria vtrinq;, numerãdo proponimus. Prętęr cõpotum ergo factum, in huiuſmodi oſſib⁹ alia quatuor iam iam dicta addenda veniunt: vt ſint cum prędictis, quinquaginta tria. Rursùm quia pectoris os in infantib⁹ ipſis in octo oſſa diſtingui ſolet. Nos autem tria duntaxat eius oſſa in grandiorib⁹ numerauimus: Igitur & alia quinq; hic addenda ſunt. Adeò vt tandẽ remaneant oſſa adiungenda quinquaginta & octo. Prętereà infantiũ mentum in duo diuiditur, ſimiliterq; os frontis: Alia igitur duo addantur, & ſexaginta ſint. Sed demũ adde, ꝙ infantium os ſacrum, veluti ſuperiores etiã vertebrę, in tria diſtinguitur: igitur ſex eius prędicta oſſa in decẽ & octo diuidentur. Addenda igitur prędictis ſunt alia duodecim: ſicq; erunt omnia infantulis addenda ſeptuaginta duo; quæ prędictis ducentis ſeptuaginta trib⁹ in tertia cõcluſione declaratis addita, in numerum peruenient oſſium trecentorũ quadraginta quinq; (quę autẽ addita ſunt infantibus, primæ partis ſceleti, duo tantùm ſunt, reliqua verò ſeptuaginta ſecundæ partis exiſtunt:) ſed hæc pro quarta cõcluſione. Ad quintã ergo procedamus, quæ ſtatim patet, ſi a iam iam prænarrato infantiũ oſſium numero ea remouerimus interim, quæ nondum vera oſſa in ipſis reddita ſunt: ſed chartilagines. Vt ſunt corporum, brachialiumue oſſa ſexdecim, tarſorum octo, coccygis quatuor, ſeſamoideaq; quadraginta & octo: vtraq; itẽ patella, & hyoidis demùm octo, prętęr prima tria ſemper oſſa exiſtentia. (Quæ omnia ſunt numero octoginta ſex.) Demptis igitur his ab illis trecẽtis & quadraginta quinq; in pręcedenti cõcluſione declaratis, quæ remanent erunt ducenta & quinquaginta nouem. Oſſa tamen hæc, chartilagines veriùs dicẽda, paulò ante nuncupabamus, quatenùs in oſſa cõuertenda ſunt, & per hæc à Natura ordinata ſunt, quamuis verè nondùm oſſa ſint, quia nondùm ad oſſis exquiſitã duritiẽ peruenerunt. Sextam verò deniq; concluſionẽ enucleemus, dicentes, ꝙ ſi oſſa in quarta cõcluſione prędicta infantium, vt indiuiſa capiantur, ſcilicet vertebrę, os ſacrum, oſſa ſacro annexa, Mentiq;, & frontis. Quorum diuiſionis ratione ſexaginta ſeptẽ ibi addebantur (omiſſis interim ſterni oſſib⁹ octo, vt ſtabant, tanquam ex propria natura diuiſis) remoueanturq; prętacta quintæ cõcluſionis octoginta ſex, tanquam non adhùc oſſa dicenda, ſed chartilagines: Remanebunt omnia infantium oſſa duntaxat centum nonaginta duo. Octo inquã ſterni oſſa ex propria natura diuiſa ſunt: quia ſeptẽ eorum coſtis ſeptẽ, quibus coarticulantur, reſpondent: octauũ autẽ ipſi mucronatæ chartilagini. Quæ tamen deinceps paulatim, indurata intermedia chartilagine coaleſcunt. Adeò vt ſæpè non tria, ſed duo, vel vnũ ex octo prędictis fiant. Hæc autẽ de ſex cõcluſionibus ſatis dicta ſunt. Quòd ſi tamen rursùs oſſa à ſuis appendicibus diſtinxerimus, in longè maiorem numerũ deuenient. Sunt enim appẽdices infantium oſſibus adnaſcentes numero (exceptis etiã dentibus) tercentũ & triginta, & vnã cum viginti & octo verò dentib⁹ eſſent in natu grandiorib⁹ trecenta quinquaginta nouẽ (prout in ſermone de appendicib⁹ oſtendemus). *o.* Idcircò infantium oſſa dicere poſſumus abſq; dentibus eſſe ſexcenta ſeptuaginta ſex, videlicet oſſa, oſſiumue partes tercentum quadraginta quinq; (iuxta quartã prędictã cõcluſionẽ) & appendices trecentas, & triginta, & vnã. Sed de oſſium numero impręſentiarũ ſatis, ſuperq; dictũ iam ſit: Infrà verò poſtquã de appẽdicibus, earumq; numero locuti fuerimus, nonnihil, quòd ad propoſitũ conducet, elucidabimus. *p.* Id duntaxat pro ſexta cõcluſione hic addentes, ꝙ prima ſceleti pars oſſa habet triginta: ſecunda verò ſexaginta & octo: Tertia autẽ quadraginta quatuor; Quartaq; demùm oſſa habebit in his infantulis cõpleta quinquaginta. Tempeſtiuũ ergo eſt, vt oſſium foramina generatim perpendamus: prętęr cauernulas enim ſpongiarũ inſtar factas, ſeu cauitates, ſinuſue intrinſecos, Quædam etiã oſſa foraminibus exteriùs apparentib⁹ peruia ſunt. Horumq; nonnulla foramen amplũ habent: vt occipitis os, & vertebræ, atq; ipſum quoq; os ſacrũ: quò dorſali medullæ viam præbeant. Nonnulla verò paruis quibuſdã foraminib⁹ dotata ſunt: vel propter venarũ, ſiue arteriarum, aut neruorum, ſiue duorũ, ſiue omniũ tranſitum: velut pleraq; capitis, maxillarũq; oſſa exiſtunt: vel propter odoris, aeriſq; intrò, aut excrementorum aliquorum cerebri foràs tranſitũ; vt octauũ capitis os eſt, quod

Quintę cõcluſionis cõprobatio.

Sextæ concluſionis enucleatio.

Appẽdices 331.

o. com. ſequenti. Infantium oſſa 676.

p. com. etiã ſequenti. Oſſium Foramina.

cribro-

©BIU Santé

cribroſum ideò nuncupatur, quia inſtar cribri multa foraminula ad prędictos vſus (Galeno docente .q.) obtinuit. Alia verò ſunt oſſa: quæ quidē exteriùs, & in ſuperficie nullū ſenſibile foramen habent: vt carpi oſſa, & digitorū, atq; ipſi etiā dentes. Quanquā nonnulli iniuſtè Veſalium increpent in dentibus foramina negantē, illa interiora perpendentes, quæ ad venarū, arteriarū, ac neruorū quoq; trāſitum, receptionemue ordinata ſunt: Minimè interim aduertentes Veſaliū de foraminibus in exteriore ſuperficie exiſtentib⁹, apparentibuſq; nō de intrinſecis, abditiſq; locutum. Ex quo & paulò ante dētium ſinus nominaſſe potiùs, quā foramina ſibi placuit quamuis ex foraminib⁹ in ſinum tranſitus fiat. Sed hoc minimi quidē momenti eſt. Nōnulla demùm ſunt oſſa, quæ tametſi foraminulis quibuſdam perforata ſint: Ea tamen intrò minimè penetrant. Sed pro exteriore oſſium nutritione facta ſunt: vt ſcilicet per ea venæ, & arteriæ nō in profundū, ſed circiter duriores, denſioreſq; oſſium partes diffundātur: vt in calcis oſſe, ac tali: Itemq; in grandioribus vertebris, & oſſe ſacro, aliiſq; nonnullis patet. De quib⁹ omnib⁹ vberiùs in particulari cuiuslibet ſermone, proprijs inquā capitib⁹ loquemur. Reliquū verò eſt, vt oſſium ſenſum perlibremus. Circa quem profectò paucis indigemus: cùm decretū omninò, ex cōmuni omniū exquiſitiorum doctiorumq; tùm Philoſophorū, tùm Medicorū ſentētia, ſit, nullum os ſentire, præter dentes. Id quod quotidianum experimentum cōprobat: velut tamen operæpretium fuit dentes ſentire, ac per hoc neruos ad eos peruenire, vt alimentorum differentes qualitates agnoſcerent: Ita incōmodum, ac moleſtum Naturæ fuiſſet, alia oſſa ſentire: præſertim ſi opercula, & propugnacula nobiliorū partium, vel ſubſtentamenta omnium aliarum particularū ſiue articulationū firmamenta ſint. Etenim nō in magnis modò, ſed in minimis quoq; motibus, ac laborib⁹ homo dolorē, triſtemue ſenſationē pateretur, ſicq; in ἀνπαθείαν, hoc eſt, ſempiternā paſſionē (vt alibi quoq; diximus *) incidiſſet. Verum tamen eſt, q̄ perioſtij mēbranę ratione quadantenùs ea ſentire, non per ſe (vt dentes) ſed ex accidenti (vt Hepatis externā partē, peritonęi ratione) inficias nō ibimus. Si quidē igitur exquiſitiùs perpendas, nō oſſa ſentiunt, ſed mēbranę ipſorū, quæ ſenſum oſſib⁹ ineſſe, nonnulli ex recentiorib⁹ etiā philoſophaſtris impoſuerunt. Sed de hoc oſſium, ſiue dentium ſenſu in capite proprio de dētibus .r. infrà plura declaraturi ſumus: Ne id quidem cōmentum in nimis prolixum, ac tędioſum extēdatur. Pręcognitis ergo prętactis octo, videlicet oſſium tēperamento, vſu, magnitudine, propriaq; ſubſtantia, Itemq; figura, numero, foraminibuſq;, ac ſenſu: iam qualia nā ſint per ſe oſſa ſingula pernota eſſe decretū eſt. At generatim nunc prętacta hęc ſunt. Sigillatim verò, ac per ſe exquiſitiùs proprijs in capitib⁹ enucleabimus. Occaſio enim pręceps nos ad Galeni contextū reuerti accelerat: prępoſita igitur oſſium penès magnitudinem, ac ſubſtantiā, molemue, diuiſione, (vt patuit in preſenti textu) quoniā ſcilicet aliqua grandia ſunt, caua, & medulloſa: aliqua verò parua, ſine prędicta cauitate, & ſine medulla: Grandibuſq; ſolis, ob veram, proprieq;, ac ſtrictè dictam medullam, appendices oſſibus adnaſci, exiſtimans (vt ſcilicet illius opercula ſint:) ita quamprimùm ſubdit.

q. 8. de v. p. cap. 6. & 7. & lib. 9. eiusdem. 3. Contra Realdū.

Oſſiū ſenſus.

Cur dentes sētiūt, alia verò non, Ro.

* 2. art. me. cō. 12. verſus finē. Quomodo oſſa quandoque ſentiunt.

r. Cap. 4. ſed com. vltimo.

TEXSTVS SEXTVS.

» Τῶν δὲ μεγαλῶν τοῖς πλείοσις ἐπιφύσεις ἐσὶ κατὰ τὸ πέρας ἑτέρων ὀσῶν: οἷον βραχίονι μὲν ἄνω, πῆχυ δὲ,
» κάτω: κερκίδι δὲ, καὶ μηρῷ, καὶ μνήμη, καὶ περόνη, κατ' ἄμφω.

» Grandium verò plurimis aliorū oſſiū appēdices in extrema parte ſunt: vt pote humero quidē
» ſuperiùs: cubito autem, inferiùs: Radio verò, ac femori: Tibięq;, ac ſurę vtrobiq;.

COMMENTVM SEXTVM.

QVID nam ſit appendix, Græcè ἐπίφυσις, paulò poſteriùs ipſe etiam Galenus definiet. ſ. Diſtinctū nanq; os eſt ab oſſe maiore, cuius eſt appendix, illi tamen media priùs quadam chartilagine, ac per hoc (vt videbimus) per ſynchondroſim coaleſcens. Quanquā deinceps in ſenibus, dureſcente illa chartilagine, atq; in oſſeam naturā exquiſitè conuerſa, abſq; vllo medio cōiungi nōnunquā appareat. Hanc verò appendicē indies, dum agnum, aut hędum comedes, eorumq; oſſa ſigillatim cōtemplatus fueris, promptiſſimè cognoſces: quomodo etiā facillimè ob elixationē tabefacta intermedia chartilagine, preſertimq; in tenellis, appendix ab oſſe, cui adnata fuerat, puta femore, aut tibia ſeparetur. Non rectè igitur veterū nonnulli, artuū capita omnia epiphyſes nuncuparūt, quamuis eos referens Galenus corrigere nō curarit, * fortè quia nōnulla huiuſmodi ſunt. Dicit autē Galenus, in extremo grandium oſſium, nō omnium, ſed plurimorū ineſſe, adnaſciq; appendices, vt qui duodecim tantùm hic prętactorum oſſium viginti appendices pernouerit: quæ apud ipſum nō niſi qua parte oſſa hæc appendicibus dotata cum alijs dearticulantur, eorumq; extremis colligantur, proprijs oſſibus adnaſcuntur:

ſ. tex. 8.

* 11. de vſ. pa. c. 8. poſt prin.

Quamuis

©BIU Santé

Appēdicū vſus ſecundū Galenū duplex.

Quamuis perpetuū id nō eſſe, trochanterum femoris appēdices prę ſeferant. Vſus prętereà duos tantùm earum agnoſcens, tùm ſcilicet vt medullę cooperimentū, ac defenſio in attritionib⁹ articulorum ſint, tùm vt inde ligamenta adnaſcantur, quæ articulum ipſum in orbem colligent, nō alibi eſſe appēdices poſſe arbitratus eſt, quā ad medulloſorū oſſium horumq; magnorū extremū, hoc eſt, vbi cum aliorū oſſium extremitate cōiunguntur, articulanturq;. Nos autē cùm pluribus alijs oſſibus minimis etiam, medullæq; expertibus longè plures appēdices declaraturi ſimus, ex eis quoq; multas oſtendemus, quæ neq; ad articulationē diriguntur. Dicit autē in prę ſenti loco Galenus, aliorū oſſium appendices: intelligendo nunc ἐπίφυσιν in abſtracto: capiēdo ſcilicet pro adnaſcentia q. d. grandiū extremis aliorū oſſium adnaſcētiæ fiunt: hoc eſt, alia oſſa adnaſcuntur, quæ appendices vocantur: ſicuti ex alijs locis infrà cōprobabimus.* Vt igitur cuncta clariùs eluceſcant, ſic exordiēdum eſt. Quoniam ſcilicet duodecim duntaxat oſſa a noſtro Galeno cognita fuerunt, quibus appendices in ſui extremo adnaſcerentur, hæcq; grandia, & medulloſa: vt humerus, cubitus, radius, femur, tibiaq;, & ſura, quæ ſunt ſex: atq; hæc quidē in dextro latere: Alia verò ſex in altero latere exiſtunt. Idcircò cuncta ſunt duodecim. Quibus quidem prędictis duodecim oſſibus appēdices numero duntaxat viginti, ſecundū ipſum, adnaſcuntur. Vna enim appendix humero ſuperiùs, ſecunda cubito inferiùs: Tertia, & quarta radio ſuperiùs, & inferiùs: Quinta, & ſexta femori, ſeptima, & octaua tibiæ: Nona, & decima ſuræ, ſcilicet in his quoq;, velut in radio, ſuperiùs, & inferiùs. Sunt ergo decē appendices. Sed in alio latere totidē ſunt: puta in ſiniſtro, velut in dextro. Cōcluditur ergo, q̄ viginti duntaxat appendices cognouit Galenus: haſq; in grandioribus, ac medulloſis tantùm duodecim oſſibus. Non igitur in omnibus à ſe prę narratis medulloſis (haud enim in inferiore maxilla, vt didebimus .t.) In medulloſis verò poſuit appendices, vt veræ, propriæq;, in illorū ampla cauitate retentæ medullæ opercula quædā ſint. Nos autē exquiſitiùs ſingula oſſa per ſe cōſiderantes, multò plures appendices eſſe demonſtrabimus: Multoq; etiā plura eſſe oſſa, quibus appendices adnaſcuntur, & nō grandia tantùm, & medulloſa, ſed parua etiā, ac mediocria quamplurima. Quinimmò grandibus illis à Galeno prę numeratis plures ineſſe appendices, quam Galenus ipſe cognouerit, declarabimus. Si quęras igitur quiſnam ſit oſſium numerus, quæ appēdicibus dotata ſunt? Reſpondeo q̄ pręter hæc duodecim à Galeno prę narrata, ſunt alia oſſa centum triginta duo. Cum his ergo duodecim, ſunt centū, & quadraginta quatuor. Cum quibus deinde, & viginti octo dentibus, erunt cuncta centū ſeptuaginta duo. Sunt igitur oſſa alia, quibus appendices adnaſcuntur, in primis duo tēporum, os occipitis. (In prima igitur ſceleti parte ſunt tria) prętereà ſunt in ſecunda parte oſſa appendicib⁹ dotata quinquaginta & tria, videlicet, vertebræ viginti tres, præter primā: coſtæ viginti quatuor: ſcapulæ duæ, iugŭli duo: oſſa quæ ſacro annectuntur duo. In tertia verò parte ſunt alia triginta & octo, præter ſex à Galeno poſita, videlicet oſſa poſtbrachialiū octo: digitorumq; manus oſſa triginta. Prętereà in quarta ſceleti parte ſunt alia triginta & octo, pręter ſex à Galeno deſcripta, videlicet vtriuſq; pedij oſſa decē: & digitorū deniq; pedis oſſa viginti & octo. Hęc inquā omnia, quæ inſimul collecta ſunt oſſa centū triginta duo, ſuas appendices habent. Quibus addamus alia duodecim à Galeno prętacta. Erunt igitur omnia proculdubio centū quadraginta quatuor oſſa, quæ appendicib⁹ dotata ſunt. Cum dentibus verò centum ſeptuaginta duo. Eundem verò cum ſuis, quibus adnaſcuntur, oſſibus, numerū minimè obſeruant appendices, cùm ſint hæ trecentę viginti ſeptem, additis verò dentibus, trecentę quinquaginta nouem. Etenim nōnulla prędictorum oſſium vnicam tantùm habent appendicē, vt dentes viginti octo (ſi dentes ipſi appendices habere ponantur, prout aliquā ſaltem in pueruli veriſimilitudinē habent: quamuis in natu maioribus nulla ſit,) & ſecūda etiā vertebra in parte inferiore (Dentem enim eius, nō inter appendices, ſed inter oſſium diuiſiones poſuimus.) Vltimuſq; oſſium digitorū manus, ac pedis ordo: quæ ſunt oſſa viginti, videlicet decem manuū, & decem pedum, (parte ſcilicet ſingulorū ſuperiore) coſtæq; vndecima, & duodecima lateris vtriuſq;, quæ oſſa alia quatuor ſunt: Appendiceſq; ſimiliter quatuor, in extrema ſcilicet earū parte, quæ ſola cū vertebrę corpore articulātur. Omnia ergo, ſi rectè annumeres, vnicam duntaxat appēdicem habentia oſſa ſunt quinquaginta tria. Qua de re & eorū quoq; appendices erunt quinquaginta tres. Nonnulla verò ſunt oſſa, quę duab⁹ appendicib⁹ dotata ſunt: vt iugŭli duo, in vtroq; ſcilicet extremo: cubiti duo, radijq; etiā duo, tibiæ quoq; duæ, ac duæ etiā ſuræ: oſſa poſtbrachialiū octo, & vtriuſq; pedij decem. Item primus, & ſecūdus oſſium digitorum manuū ordo, vbi ſunt oſſa viginti: & primus oſſium digitorum pedis vtriuſq; phalanx, atq; etiā ſecundus (pręter pollicem, qui duo tantùm oſſa habet,) vbi ſunt oſſa duodeuiginti: prędicta igitur hæc omnia ſuprà, infraq; appendices habent. Itemq; oſſa tēporum vtrinq;, & ipſum quoq; occipitis os, ſiue eius capitula. Prętereà coſtę viginti à prima ſcilicet ad decimā vſq; duobus inquam in locis, quibus cum vertebris articulantur, extremo ſcilicet cum vertebræ corpore, ac alio in loco, vbi cū eiuſdē laterali proceſſu cōſtruuntur, pręter vndecimam, & duodecimam vtrinq;. Demumq; duo oſſa, quæ ſacro colligantur. Cuncta igitur

Cōtra Galenum.

*cap. 3. tex. 6. & vide etiā c. 15. com. 2. & c. 16, com. 2. & c. 20. ſex, 2,

t. Tex. ſequenti.

Cōtra Galenum.

Oſſiū appendicibus dotatorum numerus. 244. 172.

Appēdicū numerus.

Quæ vnicā habent appēdicē 53.

Quę habēt duas 91.

(ſi benè

©BIU Santé

(ſi benè cõnumeres) oſsa, quæ duabus donata ſunt appẽdicibus, numero ſunt nonaginta & vnũ. Quamobrem erunt huiuſmodi oſſium appẽdices centũ octuaginta & duo. Quædã prętereà oſsa tres appẽdices ſortita ſunt: cuiuſmodi ſunt tertia, quarta, & quinta, ſexta, & ſeptima ceruicis vertebræ. Quinq; igitur hæc oſsa quindecim habent appendices: ſupra ſcilicet infraq;, & in ſpinali proceſsu poſteriore. Nõnulla quatuor appendicib⁹ donata ſunt: vt duo femorũ oſsa, duæq; ſcapulæ (quamuis nõnulli quintã his adiungant in interno ipſarũ latere) & duo quoq; humerorum oſsa. Quæ quidẽ cum ſex tantùm ſint, appendices interea viginti quatuor obtinuerunt. Nõnullaq; demùm ſunt oſsa, quib⁹ quinq; appendices adnaſcuntur: vt duodecim thoracis vertebræ, & lumborum quinq;. Habent enim ſupra, infraq;, in lateralibus, poſterioribuſq; proceſſibus. Cùm igitur decem & ſeptẽ hęc oſsa ſint, erunt eorũ appendices numero octoginta quinq;. Ecce igitur quomodo appendicum numerus ęqualis nõ eſt, nõ dico tantùm oſſium cunctorũ ſimul ſumptorum numero, ſed neq; illorũ oſſium, quib⁹ adnaſcuntur. Omniũ enim numerus eſt pro ætatum varietate (vti prędictũ eſt. *u.*) diuerſus. Iuuenum quidẽ, ætateq; prouectorũ oſsa ſunt trecenta & quinq;, vel ſaltem trecenta & vnum: vt in duab⁹ primis cõcluſionib⁹ patet. Infantium verò, vel oſsa ducenta ſeptuaginta tria (prout in tertia cõcluſione prędictũ eſt) vel ad ſummũ trecẽta quadraginta quinq; (vt in quarta) vel ducenta quinquaginta nouem (vt in quinta.) Adminus verò centum nonaginta duo (prout in ſexta demùm cõcluſione declaratũ eſt.) Oſſium verò duntaxat, quibus illæ appendices adnaſcuntur numerus ab his diuerſus eſt: ſunt enim hæc (vt paulò ante iam diximus) centum quadraginta quatuor, cum dentibus verò, centũ ſeptuaginta duo. Appendicum autẽ (ſi prædictas exquiſitè adnumeres) prępoſitus numerus eſt trecẽtarum & triginta & vnius: cum ipſorũ verò dentiũ appendicib⁹, erunt omnes tercentũ quinquaginta nouem. Quas quidem omnes appẽdices (vt aptiùs faciliuſq; eas memoriæ cõmittere queas) rursùs hoc ordine repetentes, deſcribemus: ſceleton, ſeu mauis oſseum dicere vniuerſum corpus in quatuor partes diſtinguẽdo: ſcilicet caput, dorſum, manus ſiue brachia, & crura. Eodem modo, quo in oſſiũ numero vſi ſumus .*x*. Prima igitur pars, hoc eſt caput (ſi dẽtes poſt hac omiſerimus tanquã veris appendicibus minimè donatos) in tribus oſſibus appendices habet ſex: videlicet in duobus temporum oſſibus appẽdices quatuor, duo videlicet oſsa, quæ gallorum calcaribus, ſcriptorijſue calamis, aut columnis aſſimilantur. (De quibus tamen iterũ ſermo fiet .*y*.) aliaq; duo, quos πόρους ἀκουστικοὺς, hoc eſt, auditorios oſseos meatus appellant, anuloſue oſseos, nos verò auditus tympana nuncupauimus .*z*. Prętereà duas alias appendices habet occipitis os, in duobus ſcilicet capitulis, quibus cum prima vertebra dearticulatur. Secunda pars, quæ eſt dorſum, in oſſib⁹ quinquaginta tribus, appendices obtinuit centũ ſeſsaginta & vnam: hoc modo. Iuguli duo quatuor habent appendices, in alterutro videlicet extremo. Ex vigintiquatuor vertebris prima nullã habet appendicem, (quamuis in prima infantiũ ætate in tria oſsa diſtinguatur.) Secunda autẽ vnam obtinuit appendicẽ inferiore in parte. Tertia verò, quarta, quinta, ſextaq;, & ſeptima tres habuerunt ſingulæ appendices, quæ ſunt (vt anteà diximus) appendices quindecim, & cũ vnica ſecundæ vertebrę ſunt ſexdecim cũ alijs verò quatuor, quæ erant duorum iugulorũ ſunt viginti. Octaua autẽ vertebra, ad vigeſimã quartã vſq; (quæ ſunt numero decem & ſeptem oſsa) cum ſingulæ appendices quinq; obtinuerint, octoginta quinq; appẽdices referunt. Cum prędecentib⁹ igitur erunt omnes centum & quinq;. Pręter has autẽ & in hac ſecunda parte, coſtarũ aliæ quadraginta quatuor appendices ſunt: videlicet primarũ decem coſtarũ radicibus, quæ cum lateribus corporum, proceſſibuſq; lateralibus vertebrarũ dorſi articulantur, adnaſcentes duplices vtrinq;, vt ſint hæ quadraginta: ſimplices verò duabus vltimis coſtis, quæ cum corporibus tantùm vertebrarũ conſtruuntur, vt ſint aliæ quatuor. Inſuper duabus ſcapulis octo appendices inſeruntur, ſingulis videlicet quatuor; duæ quidẽ ad ipſius ſcapulæ baſim, tertia verò ad mucronẽ proceſſus interioris coracoidis, ſiue ancyroidis nuncupati: quartaq; demùm ad acromion, ſummumue humerum. Rursùs aliæ appendices quatuor illis oſſibus duobus inſunt, quæ ſacro cõmittuntur: Duæ videlicet alterutri, vna in ſuperiore, lataq; parte, quam os Ilium vocant: Altera verò in infima parte, quam coxendicis os nominant. Sunt ergo (ni error in cõputando interciderit) appendices dorſi largè ſumpti (vt impreſentiarũ capimus) cẽtum ſeſſaginta & vna, in oſſibus (vt patet) quinquaginta & tribus: ſcilicet in iugulis duob⁹ vertebris viginti tribus, coſtiſq; viginti quatuor, duabus ſcapulis, ac duobus deniq; oſſibus, quæ ſacro cõnectuntur. Tertia pars, quæ eſt manus tota, ſiue brachium, appendices in ſe obtinuit octoginta duos, in oſſibus duntaxat quadraginta quatuor. Videamus ergo in altero brachio, vt alterũ inde cõprehenderimus. Habet enim humerus appendices quatuor: vnam quidem à Galeno cognitã ſuperiùs, tres verò à Galeno ignotas inferiùs, in puerulis tamen adhùc apparẽtes, licet deinde validiſſimè coaleſcant, vt ne veſtigium quidem in natu grandiorib⁹ appareat: quæ ſunt, vna quidẽ toti interno tuberculo adnaſcens, alia verò, quæ externo tuberculo (cui radius dearticulatur) inſeritur, tertiaq; inter prædictas duas appendices adnaſcitur cauitatis partẽ, ac ſuperciliũ exteriùs exornans. Cubitus verò, ac radius ſupra, infraq;; ſinguli

Quę habẽt tres 5.

Quę habẽt quatuor 6. Quę habẽt quinq; 17.

u. com. prę cedenti.

x. com. prę cedenti. Prima pars appẽdices habet ſex oſſa tria. y. Cap. 1. com. 7. verſus finem. z. Suprà com. 4. Secunda pars habet appendices 161. oſſa 53.

Tertia pars habet appẽdices 82. oſſa 44.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 23 sur 292

©BIU Santé

ſinguli duas habent appendices. Sunt igitur hucuſq; prędictę appendices octo: prędictę quas aliæ octo ſunt, in quatuor metacarpi oſſibus (ſuprà videlicet, infraq; in ſingulis) ſicq; erunt ſexdecim. Quibus adde quinq; digitorũ, appendices viginti quinq;: videlicet in primis, ſecundiſq; digitorum oſſibus, ſuprà, infraq;, vt ſint in quolibet eorũ oſſium ordine appendices decem. In vltimis autem oſſibus ſuprà tantùm appendices ſunt, non autem infrà: vbi ſcilicet vngues adnaſcuntur. Ideoq; in illis alię quinq; duntaxat appẽdices ſunt. Omnes igitur in vnum cõiunctę (ſi exquiſitè perpendimus) numero quadraginta ſuprà vnam ſunt. Cùm verò totidem in altero brachio ſint: cõpertiſſimum eſt octoginta duas eſſe tertiæ partis, hoc eſt, brachiorum appendices: in oſſibus (vti diximus) in ſingulis brachijs viginti duobus, vt ſint in ambobus, quadraginta quatuor. Scilicet in humero, cubito, radio, quatuorq; poſtbrachialis, & quindecim deniq; digitorũ oſſibus. Reliqua verò, quę appendicib⁹ deſtituuntur, hic enumerare nõ oportet. In quarta demùm parte ſimiliter octoginta duæ appẽdices inſunt, in oſſibus quoq; pariter quadraginta quatuor. Eſt autẽ quarta pars ipſorũ crurum. Conſideremus igitur in altero duntaxat crure (quemadmodũ in brachijs obſeruauimus) Femur quatuor habet appendices: videlicet ſuprà, infraq;, quas tantùm nouerat Galenus: pręter quas alias duas in rotatoribus habet, ſiue trochanteris: altera quidẽ in trochantere maiore: Alterã verò in minore. Tibia verò duas obtinuit ſcilicet ſuprà, infraq;: ſic etiã & fibula, perindeac rectè Galenus agnouit: ſicq; appẽdices octo hucuſq; ſunt. Quibus adde alias oſſium pedij decẽ appendices: ſunt enim oſſa pedij quinq; ſuprà, infraq; ſingula proprijs appendicibus dotata. Prędictis igitur additę ſunt duodeuiginti: pręter quas, digitorũ oſſib⁹ aliæ inſunt viginti tres: videlicet in primis, & ſecundis quatuor digitorũ oſſium phalangibus ſuprà, infraq; ſunt ſexdecim, in tertio autẽ ordine, cùm ſuprà tantùm habeant appendices, ſunt aliæ quatuor: ſicq; ſunt viginti. In pollice autẽ pedis duo tantùm oſſa ſunt: quorum primũ duas habet, ſcilicet ſuprà, infraq;, ſecundũ autẽ os vnicã tantùm appendicẽ ſuprà habet, ſunt igitur in pollice tres: cum prędictis ergo viginti, & alijs decem & octo, erunt omnes quadraginta, & vna appendices, in oſſibus interim viginti duobus: videlicet femore, tibia, ſura, quinque pedij oſſibus, & quatuordecim oſſibus digitorũ. Totidem verò cùm ſint in alio crure: propterea diximus in quarta parte, videlicet in ipſis crurib⁹ appendices eſſe octoginta duas, in oſſib⁹ quadraginta quatuor. Reliqua enim oſſa appendicib⁹ deſtituta ſunt. Colligentes igitur cunctas totius corporis, & omniũ partiũ eius appendices: videlicet primæ partis ſex: ſecundæ partis centũ ſeſſaginta & vnã: tertiæ partis octoginta duas: Quartæq; demùm partis alias octoginta duas: ni fallimur inueniemus omnes ſimul eſſe trecentas & triginta & vnam. Eo autem plura, paucioraq;, tàm appendices, quàm ipſa etiã oſſa erunt, quò magis, aut minùs in ætate proceſſerit animal. Plura enim oſſa, pluresq; ſimiliter appendices erunt in minoribus: quæ deinceps coaleſcentia numerum diminuent. E quibus demùm omnib⁹ pręoſtenſis liquet, aliquã mulierem vtero gerentẽ, in prima ſcilicet exiſtentem adhùc pubertate, nonimeſtremq; maximũ oſſium numerũ in ſe cõtinere: qui poſſet ad quatuor ferè milia aſcendere. Habet enim oſſa propria iam prędicta iuxta primã cõcluſionem trecenta & quinq;, propriaſq; appẽdices iam iam declaratas trecentas triginta & vnam, quæ ſunt ſimul ſexcenta triginta ſex oſſa: Itemq; infantis adhùc in vtero exiſtẽtis oſſa habet iuxta quartã cõcluſionẽ trecenta quadraginta quinq;, propriaſq; illis appendices: quas ſupponamus etiam crecentas triginta & vnã: ſimulq; 676. ſicq; vtero gerens hæc ſuo cũ embrione, oſſa habere dici poteſt mille, tercentum, & duodecim. Quid igitur erit ſi plures in ſe fætus cõtineret? Quòd ſi igitur quinq; perfectos conceperit (vt ſæpè cõtigiſſe in vna etiam muliere, Ariſtoteles quoq; teſtis eſt *) ſunt autem in vno quoq; infante cum ſuis diuiſionibus, & appendicib⁹ ſexcenta ſeptuaginta ſex oſſa: quinquiès igitur hęc multiplicata erunt tria milia, trecẽta, & octoginta, quæ proprijs matris oſſibus ſexcentis triginta, & ſex adiuncta, erunt quater milia, & ſexdecim. Tot igitur oſſa mulierem vtero gerentẽ quinq; fætus, habere proferre poſſumus. Plus, minuſue, pro infantiũ numero, ac diuerſitate. Hæc enim exempli gratiã dicta hic ſint, nõ quòd certũ determinent numerum, Sed pręcipuè vt quãto itinere à vero ſcopo deriuarit Galenus hic, viginti duntaxat appendices, haſq; in grandibus, medulloſiſq; tantũ oſſibus oſtendens demonſtraretur. Quam ob cauſam & in eorũ vſus declaratione deceptus eſt: dum ipſas appendices opercula quædã eſſe interioris oſſium medullæ tanquã duriores exiſtentes oſſibus, quorũ appendices ſunt, inquit. * Imprimis enim falſum eſſe, cuiuis oculos, & manus habenti liquet, duriores eſſe appendices oſſibus, quorũ appendices exiſtunt (pręter dentes, quorũ tamen veras eſſe appendices, nõ temerè poſteriores abnegarunt, licet illis aſſimilentur.) Cùm ſpongioſum, ac tenerrimum earum corpus ſit, magis, quã oſſium, quibus adhærent; ſiue ipſum recens, ſiue exſiccatum cõſideret. Fragiliores ergo, ac molliores appendices ſunt ipſis oſſibus, quib⁹ annectuntur: ac per hoc vt defenſoria opercula duritiei pręſertim ratione cõputari nõ debent. Prętereà ſi oſſibus minimè medulloſis appẽdices etiã quamplurimis in prima, & ſecunda ſceleti parte numeratis inſunt: quomodo propter medullas, earumq; defenſionẽ, & cooperimentũ generatim factas eſſe appẽdices, dicere poſſumus? Verũ enimuerò

de ap-

Quarta pars appendices habet 82. oſſa 44.

Appẽdicũ omniũ recollectio.

Corollarium.

Vtero gerens oſſa 1312.

* 7. de hiſt. animal. c. 4 poſt med.

Vtero gerens vſque ad oſſa 4016.

Cõtra Galenũ de appendicum numero.

De appendicum vſu contra Galenum.

* 11. de vſ. par. cap. 18 poſt med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 24 sur 292

©BIU Santé

de appendicum vſu nonihil hoc loco tangendũ à nobis fore, operępretiũ iudicauimus. Quamuis enim multiplex aſſignari queat: hicq; in varijs appendicib⁹ diuerſus: Veſalius tamen anatomicorum nõ iniuria princeps Galenum de prædicto vſu reprehendit: .a. nullum intereà vſum ipſe in prima editione definiens: quamquam in recognita ſua ſecunda editione duos, veluti pertranſennam, anceps innuiſſe apparet: quorũ ſecundus in iam iam primo loco dicẽdum incidet, primus verò nullius momenti eſſe nobis videtur: propter commodam ſcilicet eam articulationem, quæ craſſam, ſed nõ prorsùs ſolidã oſſis ſedem requirebat. Quamobrem & nõnulli poſt eum fuerunt, qui duplicem appendicũ vſum poſuerunt. Quorum primus generaliorq; eſt, vt ex ea cõiunctione per ſynchondroſim facta, prodire poſſint ligamẽta, quæ articulos circũligant, cooperiuntq;, & firmiter roborant. Ad hunc vertebrarum, ſuorumq; proceſſuum appendices reducuntur, vbi ligamentis etiam, ſine articulis inuicem connectuntur. Quem vſum ex ipſo etiã Galeno quo ad articulos colligere poſſumus, ſic ſecuudo de vſu partium teſtante .b. [Quin etiã ligamenta quędam membranoſa, valida, in appendicum locis orientia coniungunt, & cõſtringunt, circumplectentia totam articulationẽ in orbem, &c.] Generalior inquã hic vſus eſt, cum omnib⁹ in tertia, & quarta ſceleti parte relatis appendicib⁹ congruat, omnibuſq; alijs, quæ in ſecunda parte ſunt, excepti ſcapulę baſis, ilijq;, ac coxendicis appendicib⁹, exceptiſq; primę partis auditorio tympano, ac ſtiloide: quorũ vſus poſteà declarabitur. Secundus verò vſus eſt ab illis poſitus, vt inde alia quędam ligamenta oriantur, quæ muſculorum capita, & principia ſæpè ſunt. Eſt autem vſus hic longè particularior: ilij propriè dicti oſſis appendici cõgruens, è qua tibię motorũ primus, .α. & ſextus, .β. femoriſq; primus, .γ. & ſecundus .δ. originem ſumũt, coxendiciſq; etiã appẽdici conueniens, à qua tibiam quoq; mouentiũ tertius, .ε. quartuſq;, .ζ. & quintus, .η. ac femoris motorũ quintus .θ. exoritur. * Ad hunc vſum reducere poſſumus baſis ſcapulę appendices, è quibus thoracem mouentium ſecundus muſculus exoritur. Naſcuntur autem & ex ſpinę appendicib⁹ ligamenta ſpinam totam colligãtia. Sed hæc prima carnea ſunt, nõ ligamentoſa: velut etiã ex ilij appendice obliquus abdominis aſcendens muſculus .ϰ. originem ſumpſit. De ſtyloidis autem vſu longior infrà .π. ſermo habẽdus eſt. Nos autẽ alios adhùc quatuor vſus adiungemus. Varij enim ſunt pro varijs quoq; articulationibus, ipſarumq; appendicũ diuerſitate. Quorum primus erit, ne nocumentum, quod in articulo fit, toti cõmunicetur oſſi, atq; ipſi etiã medullæ. Ideoq; non vnum os eſt, ſed aliud propè articulũ adnaſcitur, intermediã chartilaginẽ coaleſcens. Secundus eſt, ne ex attritione in motibus facta, oſſa nimiùm ſiccentur: (quamquã hic vſus ſecundus ad iam iam prędictũ primũ reduci poteſt, ſcilicet ne nocumentũ vni parti factũ alteri cõmunicetur. Ad hos duos reduci poteſt anuli auditorij appendix: cùm pręcipuè vicinus ille ſit, mãdibulę inferioris dearticulationi cõtinuis ferè in motibus, tùm loquendo, tùm magis, in mãdendo, ac mordendo plurimũ laboranti. Tertius vſus eſt, quoniã fractioni pars illa extrema parata, faciliſq; nõ eſt, quemadmodũ foret, ſi vnicũ, integrumq; os totũ eſſet: pręſertim verò infantulis ipſis. Adeo vt abſq; vlla fractione, luxationeue, artus, chartilaginearũ appendicũ ratione cõglobentur: vnum nonnulli appendicũ vſum minimè negligendũ eſſe, ob hanc plicabilitatẽ, conglobationemq; infantis poſuerunt, pręſertimq; in vtero. Sed abuſum potiùs hunc dicemus, non verũ à natura intentum vſum. Quartus denìq; vſus aſſignari poſſet in dentibus, ſi appendices in primis illis conceſſerimus, propter ſubſtantiæ diuerſitatẽ. Etenim in exterioribus, quoniã incidere, conterere, ac molire debebant, in denſiſſimum, duriſſimumq; os terminari neceſſe fuerat. Intùs autem eos ſentire magis opus erat, vt guſtabiliũ differentes qualitates cognoſcerent, recipereq; neruos, venas, & arterias. Idcircò nõ adeò durã illã dentiũ ſubſtantiã intùs mandibularũ foſſulas contentã, eſſe cõgruebat. Durius verò cũ molliore eſſe vel coaleſcere prorsùs nequeunt, vel per intermediam ſubſtantiam, vt per chartilaginẽ quandã, ideoq; per ſynchondroſim coniuncta ſunt, priùs, quam illa etiam chartilago in oſſeam ſubſtantiã dureſcens cõuerteretur. Inde igitur patet, ꝙ appendices quaſdã habuiſſe primos dentes, nõ adeò abſurdũ eſt, quin veriſimillimũ ſit. Cùm præcipuè promptã ſolidioris ſubſtantiæ ſeparationẽ cõſpiciamus, & apparentẽ quandã oſſium ſubſtantiarũ diuerſitatẽ. Non alium quidẽ nouũ emergentẽ, vt aliqui aiunt, dentem: niſi enim quæ abſciſſa iam appendice radix illa nuncupata remanens educatur, vel alium non emergere dentẽ, vel obliquè à latere conſpeximus, quod expertæ, doctæq; mulieres minimè ignorant. Perbellè igitur ſic de durorũ, & mollium coniunctione dicebat Galenus .c. [Ob diſcrimen verò partiũ in oſſibus, cõpoſitiones quoq; in ſquamoſis oſſibus fuiſſe memorauimus .d. atq; etiã artuum capita, quæ vtiq; epiphyſes, & condylos appellant, ob eandem cauſam extiterunt. Vbi enim os medullã habet, eius finibus vtrinq; caput, inſtar operculi cuiuſdam vt plurimũ videas adnaſci.] E quibus Galeni verbis (ſi exquiſitè perpendes) rationem habes, quare diuerſorũ oſſium cõiunctio quędã per mediam aliquã naturã, & nõ vnum os eſt, pręcipueq; appendicũ vnà cũ ſuis oſſibus conſtructio, quibus ſcilicet adnaſcuntur. Eſt enim ratio propter oſſium diuerſitatẽ, ſeu diſcrimen: quia ſcilicet vnum durius eſt, alterũ verò mollius. Perbellè inquã locutus eſt, quò ad hoc, quamquam

Appẽdicũ vſus quis. a. lib. 1. c. 3 poſt prin.

b. cap. 15. verſus finem.

α. 1. & 2. tab. Σ. B. 1. tab. φ. 9. tab. p γ. 9. tab. π. 10. tab. K. δ. 10. tab. Σ. ε. 10. tab. φ. ζ. 10. tab. Ψ. η. 11. tab. Ψ. 12. ξ. θ. 12. & 13. tab. Σ. * 1. tab. 6. R. 8. tab. L. ϰ. 4. tab. π. λ. Cap. 1. cõ. 7. verſus finẽ.

c. 11. de vſ. par. cap. 18 circa prin. d. lib. 5. ciuſ dẽ cap. vlt.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 25 sur 292

©BIU Santé

non rectè (vt paulò ante iam diximus) duriores eſſe in alijs oſſibus appẽdices dicens, niſi in dentibus appendices admiſerimus. In quibus verè durior ſubſtantia eſt, nõ ob id ſolũ, quia incidere, cõterere, & molire cibos interdum quoq; duriſſimos debebãt (veluti prętactum eſt) quinimmò velut arma quædã tenaciter interdùm mordere, ac tenere: ſed etiã vt neruulos, venaſq;, & arterias, membranulamq; è neruulis (vt credimus) intertextam in ſinu interno cõprehenſa hęc omnia defenderet, operculumq; illis quodammodo fieret. Quod ſi capita oſſium, epiphyſes, & condylos pro eodem ſumpſerit in præallegato loco Galenus: Alibi .*e.* tamen inter hæc tria nomina differentiam aſſignans; reprehendendus non eſt. Cùm (vt patet) ex aliorum opinione ea nomina confundens libro de vſu partiũ vndecimo .*f.* prędallegato locutus fuerit. Sed de his, alijſq; multis nominibus inferiùs ſermo fiet. Integrum verò vnicuiq; fuerit, Galeni vſum hic tanquã ſeptimũ ſubiungere, vt opercula ſcilicet medullæ in medulloſis ſint. Octauumq;, qui eſt Veſalij, primus paulò ante iam à nobis relatus; opercula enim eſſe, ac dicere, ab ſurdum nõ eſt: vt quæ lęſionẽ in articulis factã priùs recipiant, etiã ſi duriora nõ ſint. Quinimmò teneriora, ſpongioſioraq; fuiſſe oportuit: vt ſibi adnaſcente chartilagine promptius incruſtentur, quæ vtriſq; oſſibus neceſſaria eſt: chartilaginea igitur cruſta munitæ appẽdices cõmoda opercula ſunt. Verum enimuerò cùm Galenus quædã eſſe oſſa grandia, medulloſa, & ampliter concaua poſuerit: deinceps autem duodecim huiuſmodi oſſa enumerauerit, quibus quidem appendices adnaſci ſubiunxerit: vt ſcilicet cõtentę in cauitatibus medullę opercula ſint, quemadmodũ ex vndecimo de vſu partiũ .*g.* dedicimus: Ambigere quiſpiam hic non temerè poſſet, quoniam vltra ea prænarrata duodecim, maxilla etiã inferior eſt, quam è numero medulloſorum oſſium iam iam ſuppoſuerat: An igitur appendicem ipſa quoq; habeat, vel aliud quodpiã appendicis vicem ſupplens? Ad hanc igitur dubitationem eueſtigiò reſpondet Galenus, ſic dicens.

Contra dictionis ſolutio. *e.* lib. 1. de motu muſcul. cap. 9. Cõtra Veſaliũ lib. 1, cap. 3. *f.* cap. 18, circa prin. ſeptimus & octauus appendicum vſus. *g.* cap. 18,

TEXTVS SEPTIMVS.

» Γένυς δὲ ἡ κάτω, μέλαν μὲν ἔχει, πέφυσιν δ' ἐκ ἔχει. ἀλλὰ τῶν περάτων αὐτῆς, τὸ μὲν κάτω, κατὰ σύμφυσιν
» ἕνωται· τὸ δ' ἄνω δύο ἀποφύσεις ἔχει, τὴν μὲν κορώνην, τὴν δὲ ἀγχόνα μόνον.

» Maxilla verò inferior medullоſa eſt, ſed appendicis expers: ex eius autem extremis partibus,
» quæ infrà quidem eſt, per ſymphyſim vnitur, quæ autem ſuprà, duos proceſſus habet, alterum
» quidem coronen, alterum verò ceruicem tantùm.

COMMENTVM SEPTIMVM.

Cur inferior maxilla ſine appẽdicibus, *h.* infrà cap. 8.

SECCE ambiguitatis propoſitę ſolutionem, quòd ſcilicet appendice inferior maxilla deſtituitur, Rationemq; ſubiunxit, ex duplici interim oſſe conſtare inferiorem maxillam ſaltem in infantibus, ſupponens (De qua tamen proprio eius capite vberiùs .*h.*) Adeò vt quælibet pars eius, ſcilicet dextra, & ſiniſtra duas habeat extremitates. Vnde ſi appendices habitura fuiſſet, omninò quatuor obtinuiſſet: Duas inquã pro qualibet mandibulę parte, ſingulas vtrinq;. Quinimmò ſi exquiſitiùs cõtemplari velimus, ſex habere debuiſſet: cùm ſuperius extremum duplex ſit: Tres igitur vtrinq;. Minimè tamen illas obtinuit: quoniam ex eius (ſcilicet mandibulæ) extremis partibus, quæ infrà eſt (ſcilicet circa mentũ extrema vtriuſq; oſſis mandibulę pars) per ſymphyſim, hoc eſt, verã coaleſcentiã vnitur. Qua de re opus nõ fuit operculo, ſeu appẽdice talem vnionẽ impediente potiùs, quã adiuuante: vna enim pars alterius operculum facta ſibi inuicem eſt. Suprà verò (q.d. extremitas ſuperior, quę ad tẽpora tendit, vtriuſq; ſcilicet oſſis mandibulæ) duos proceſſus habet, in quos deſinit, abſq; appendicib⁹, coronen videlicet, quæ in acutũ protendit, & ceruicẽ, quæ in capitulũ propriũ terminatur. Ideoq; appendicibus illæ quoq; ſuperiores extremitates minimè indiguerunt, ipſo etiã Galeno fuſiùs hæc de vſu partiũ libro vndecimo .*i.* declarante. Sunt enim huiuſmodi proceſſus adeò duriſſimi, quemadmodũ & ipſa quoq; mandibulæ ſubſtantia duriſſima eſt: vt appendicũ vſum, vicemq; ſuppleuerint, Et interim ſententię, quamuis (veluti prętactũ eſt *) nõ iuſtę, Galenus innixus eſt, quòd ſcilicet operculi medullę gratiã factę ſunt appẽdices, quas duriores ſuis oſſibus, quib⁹ adnaſcuntur, eſſe exiſtimans, duritie ſua medullã defendere cõcluſit. Duritiei verò inferioris maxillę, ſuorumq; proceſſuũ finalem cauſam eſſe ait nuditatem. Niſi enim ex propria ſua ſubſtãtia patiendi difficultatẽ eſſet adeptũ os illud, facilè vtiq; prominens adeò, ac nudum expoſitũ cõtunderetur, ac cõprimeretur. Nec duritiei tantùm causà appendicib⁹ minimè indiguiſſe mandibulã inferiorem, ex Galeni dogmate, dicemus: ſed etiam quia minima eſt ipſius interna cauitas, ſinuſq;, ac pauca etiã medulla. Sed antequã ad noſtrã ſententiã perueniamus, Aduertendũ quidẽ circa prę-
ſentem Galeni contextum eſt: q̃ dictio [tantùm] Grękè [μόνον] quæ cum dictione [ceruicem] coniun-

Cur ſuperiores partes ſine appẽdicibus, *i.* cap. 18, verſus finẽ. Ratio 1. * com. prę cedente.

©BIU Santé

coniungitur, dicendo [δυχίνα μόνον] latinè [ceruicem tantùm] non ſic intelligitur, vt caput excluderet: quaſi vellet, ꝙ in ceruicem tantùm ſcilicet ſine capite, deſinit. Etenim præter ceruicem, caput etiã eſt, quod cum oſſis temporis ampla cauitate dearticulatur. Quinimmò ceruix dici nõ debet, niſi caput ei adnaſcatur, ſine quo corone potiùs diceretur, quorum definitiones infrà diſcemus, .k. per hęc verba [Ceruices, tenues ſunt oſſiũ proceſſus. Earum extremũ, quod craſſius, & orbiculatũ eſt, caput nominatur. Quùm verò in mucronẽ proceſſus deſinit, nõ ceruix, ſed corone nuncupatur.] Excluſiua igitur dictio, vel ad verbũ [habet] referenda eſt, hoc modo. [Quæ autẽ ſuprà, duos proceſſus tantùm habet, alterũ quidem coronen, alterũ verò ceruicem.] Sicq; excludat alios proceſſus, quia duo tantùm ſunt, excludatq; omnem appẽdicem. Cùm proceſſus tantùm habeat. Vel ſi ad ſibi proximã dictionẽ referas [ceruicem] quia cũ ceruice neceſſariò caput intelligitur, ideo excludit appendicẽ omnem: ſic intelligendo, ꝙ habet ceruicẽ tantùm, ſcilicet ceruicẽ cum ſuo capite tantùm q.d. ſine vlla appendice, quia caput illud è ceruice procedit, nõ ei adnaſcitur. Sed elucidata Galeni ſententia, noſtrã oſtendamus. Etenim ad propoſitũ dubiũ ſcilicet cur inferior maxilla medulloſa exiſtens, & cõcaua, appendicib⁹ tamen deſtituta eſt? Reſpondebimus alios cõtemplari appendicum vſus, poſtquã ille, quem Galenus poſuit ſimpliciter verus nõ eſt. Alij enim vſus, quos vt veriores approbauimus, neceſſarij minimè hic fuerunt. Imprimis enim ſatius fuit, ꝙ ab oſſe ligamenta oriantur, vt quę duriora eſſe debebant, quò quaſi nuda exiſtentia exterioribus aptiùs reſiſterent: Idcircò appendicib⁹ minimè indiguerunt. Muſculi quoq; maxillę articulũ mouentes in ipſam inſeruntur, non ab ea originẽ habent. Quanuis enim parui, & carneo principio nõnulli muſculi ab ipſa inferiore maxilla oriantur: vt .α. ſecundũ oſſis hyoidis par ſub mento: .β. ſecunda quoq; cõiugatio muſculorũ paruorũ labra mouentiũ: Illa ſcilicet quæ à mento exteriùs inferius labrum deorsùm trahit: Item .γ. ſeptimus, & .δ. octauus muſculus linguæ à lateribus inferioris maxillæ vterq; enatus, atq; etiam .ε. nonus ex menti regione principiũ ſumens: prẽter hos quoq; .ζ. muſculus ille, qui buccas vtrinq; cooperit: tametſi plurimum à ſuperiore, nonnihil tamen ab inferiore etiã maxilla principij obtinens, Quanuis inquam prætacti parui muſculi numero quidẽ (vt patet) nouem ab ipſo maxillæ inferioris oſſe oriantur: principiũ tamen carneũ habent, ſine ligamentis quemadmodũ in multis alijs ab oſſe naſcentib⁹ muſculis contingit: Idcircò chartilagineo illo ligamento minimè indigentes, ipſis etiã appendicibus minimè eguerunt. Et hęc pro duobus vſibus, quos nonnulli ex recentioribus nõ inſcitè aſſignarunt. Clariùs verò, ac faciliùs propoſito dubio ſatisfaciemus, ſi noſtros appendicum quatuor alios vſus perpendamus. Appendicibus enim deſtituta fuit inferior maxilla: quoniam fruſtrà nil facit vnquã Natura. Duriſſimũ verò cùm ſit, ac breue inferioris maxillę os, neq; fiat in eius articulo talis, tantaq; attritio, qualis, quantaq; in brachij, ſiue cruris manuũq;, ac pedũ articulis fieri ſolet, vt inde oſſa vehementer exiccari debeant: Neq; fractionis periculũ iuxta articulum immineat. Cùm eius motus violentus non ſit: proculdubiò ſequitur, vt primus, ſecunduſq;, & tertius vſus à nobis poſiti vacent. Sat enim fuit, pro articuli defenſione, peculiarem illã chartilaginẽ interpoſitam à Natura in eius articulatione (vltra propriã duritiem) fuiſſe: vt in magnis, vehementibuſq; eius motibus violentiam excipiat, ac moderetur. Quartus deniq; vſus dentibus proprius erat. Hic autẽ totam inferioris maxillę ſubſtantiã duriſſimam eſſe, propter nuditatem, cõdecens fuit. Quod ſi ſeptimũ, & octauũ ex Galeno etiã & Veſalio vſus appendicũ admiſerimus, maxillę inferiori nõ conuenire cõpertiſſimũ erit. Maxillam igitur inferiorem appendicis expertem eſſe oportuit: proceſſus tamen duos habuiſſe, neceſſariũ, ob dicendas capite proprio .l. rationes, fuit: generatimq; proceſſuum vſus cõmento noſtro ſequenti declarabimus. Quoniam verò appendix Græcè dicitur epiphyſis: proceſſus verò ab eadẽ Gente apophyſis nuncupatur: Ideò apophyſin, & epiphyſin definire aggreditur, differentiam inter vtranq; intereà declarans.

k. tex. 15.

Expoſitio prima.

Curſine appẽdicibus, ſentẽtia noſtra.

Quò ad duos primos vſus.

α. 4. muſ. tab. x.
2. tab. ε.
3. tab. B.
B. 4. tab. π.
γ. tab. 15.
fig. 24. & 25.
δ. ibidẽ.
ε. ibidẽ n.
ζ. 4. muſ. tab. M.

Quò ad alios quatuor vſus.

De qua infrà cap. 5. com. 2. poſt med.

l. infrà c. 5. com. 2.

TEXTVS OCTAVVS.

» Διαφέρει γὰρ ἀπόφυσις ἐπιφύσεως, ὅτι ἡμὲν ἐπίφυσις ἑτέρου πρὸς ἕτερον ἐστὶν ἕνωσις· ἡ δὲ ἀπόφυσις ἐστὶ τοῦ
» σύμπαντος ὀστοῦ μέρος.

» Differt enim apophyſis ab epiphyſi. Quoniam epiphyſis eſt alterius oſſis ad alterum vnio:
» Apophyſis autem totius oſſis pars eſt.

COMMENTVM OCTAVVM.

Ἐπίφυσις Græcè, latinè multifariàm dicitur ſcilicet appendix, adnaſcentia, annexus, applantatio, additamentũ, & ſimilia. Quidnam ſit epiphyſis, ſiue appendix anteà tetigimus .m. quinam verò ipſius vſus, atq; etiã numerus, vberrimè pertractauimus. Sed eius definitionẽ clariùs nunc

m. com. 6.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 27 sur 292

©BIU Santé

Epiphyſis. elucidemus. Eſt enim aliud os diſtinctū, quod nō in tenellorū animaliū modò, pręſertimq; elixatis oſſib⁹, ſed faciliùs etiā in aſſiccatis cadauerib⁹, veteribuſq; cimiterijs cuilibet vel quātumuis rudiſſimo cōſpicuū fit: circumſcribitur enim, & ab oſſe (cui per mediā chartilaginē, ſiue chartilagineā ſubſtantiā priùs, poſteà p chartilaginē oſſeam, deincepſq; procedente iam dureſcenteq; magis ętate, p os chartilagineū adnaſcitur) breui tēpore, ea quidem intermedia ſubſtātia tanquā teneriore citiùs corrupta, ſeparatur. Etiam ſi chartilago illa in oſſeā ſubſtantiā deniq; degenerauerit; quemadmodū procedente ad ſenium ętate in pluribus fieri ſolet. Apophyſis verò, ſeu proceſſus, ſiue (vt à quibuſdam dicitur) exceſſus, ſiue (vt ab alijs) explantatio, Græcè etiam ἔκφυσις, eiuſdē oſſis integralis pars eſt, cuius dicitur proceſſus, nihil ab ipſo differens, niſi q̄ inſtar ramorum arboris à truncо procedentiū hic à ſuo oſſe protuberat, extenditurq; ob triplicē vſum à Natura quidē procreatus: Primò ad cōmodam oſſium articulationē, & cōpoſitionē, ſiue cōmiſſurā; Secundò ad multarū partium exortū, ſiue inſertionē. Exortum inquā, vt pręcipuè ab ipſo, quaſi ex rupe quadā, aut colle ligamentū, ſeu muſculus prorumpat, ac prodeat. Inſertionē verò dico, vt in eum ipſum proceſſum muſculus aliquis, aut tendo implantetur. Tertiò demùm, vt propugnaculi munus obeat. Id quod ſcapularum, & vertebrarū ſpinales proceſſus atteſtantur. Ideoq; proceſſuū difficilis, ſed interim minimè neceſſarius numerus eſt. Cùm prętер exactam ſphęram, pauciſſima proceſſu deſtitui cōpertum ſit. Sunt verò nō pauci proceſſus ſine appendicibus, ſunt & multi cum adiunctis appēdicibus, vt dicantur illæ appendices proceſſuum, quemadmodum & aliqui etiam ſunt proceſſus appendicum: de quibus quidem omnibus infrà vberiùs, proprijs quidem capitibus, loquemur. Pro duobus igitur prædictis nominibus ſcilicet epiphyſi, & apophyſi, intantùm hoc loco dictum iam ſit.

Apophyſis

Proceſſuū vſus triplex

TEXTVS NONVS.

„ Χρὴ δὲ ἴσως καὶ μερὶ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, οἷς χρησόμεθα, κατὰ λόγον ἤδη διελθεῖν, ὅπως μὴ μεταξὺ τῆς
„ διηγήσεως, χρωμένων αὐτοῖς, ἢ ἀσαφὲς γένηται τὸ λεγόμενον, ἢ τὸ συνεχὲς τῆς διδασκαλίας διακόπτηται, τὸ
„ παραπίπτον ἀεὶ σαρηνίζειν προαιρεμένων ἡμῶν. Ἄριστον δέ μοι δοκεῖ ἐνθένδε πρῶτον ἄρξασθαι. Τῶν ἐν τοῖς ἀνθρώ-
„ ποις ὀστῶν ἁπάντων συνημμένων ἀλλήλοις ὅλη σύνταξις ὀνομάζεται σκελετός, ὥστε τινὲς ἤδη καὶ τὰς βίβλους
„ αὐτῶν, ἐν οἷς περὶ ὀστῶν διειλέχθησαν, ὅτως ἐτέγραψαν [περὶ σκελετῦ.]

„ Fortaſſis autem oportet de alijs, quibus in hoc opere vſuri ſumus, nominib⁹ rationabiliter iam
„ percurrere, Ne inter enarrādum eis nominibus vtentibus, vel obſcurius reddatur, quod dicitur,
„ vel ſeries continua doctrinæ interrumpatur: quicquid occurrerit explicare ſemper proponenti-
„ bus. Optimum verò mihi videtur hinc initiū ſumpſiſſe. Omnium hominis oſſium inuicē cohæ-
„ rentium vniuerſa compactio ſceletos appellatur: vnde nonnulli iam iam libros ſuos, in quibus de
„ oſſibus pertractarunt, adhunc modum inſcripſere [De ſceleto.]

COMMENTVM NONVM.

n. in princ. prefationis lib. de tum. præter Naturam.

QVÆ in prеſenti textu dicit Galenus, vſq; adeò per ſe clara ſunt, vt nulla egeant interpretatione (Interpretis enim munus eſſe aliàs diximus .n. dictiones, quæ obſcuritatem habent, duntaxat elucidare) verſùs calcem verò ait, q̄ omnium oſſium vniuerſa cōpactio ſceletos appellatur; (ſiue autem maſculino genere cū Galeno σκελετὸς dicatur, ſiue neutro σκελετὸν apud nonnullos, nihil refert) Vnde nōnulli ſuos libros, in quibus de oſſibus pertractarunt, inſcripſerūt [περὶ σκελετῦ] quod eſt [de ſceleto] quod nomen aliud nō ſignificat propriè, quā corpus aſſiccatum, ſiue extenuatū, à verbo [σκέλλω] deductum, quod eſt, attenuo, ſicco. Extenuatū enim (demptis carnibus, neruis, venis, ligamentis, omnibuſq; alijs ſubſtātijs, nedùm viſceribus) eſt, omniq; propterea cōſumpta humida ſubſtantia, vehementer exiccatum oſſeum corpus, quod impręſentiarū intendimus. Nonnulli verò titulum impoſuerunt (vt libro de anatomicis adminiſtrationibus primo .o. declaratū eſt) [περὶ ὀστολογίας] quod eſt [de oſſium ſermone] Alijq; rectiùs [ὀστεολογία] ſiue [ὀστεολογίας] ſiue ὀστεαλογία] hoc eſt, latinè [oſſium ſermo] ſicut Introductorius author etiā ſimpliciter ſcripſit .p. Alijq; demùm (è quorum numero ſe fuiſſe Galenus fatetur) .q. ſimpliciter inſcripſerunt [περὶ ὀστῶν] hoc eſt [de oſſibus] Ipſe enim ſic libellum hunc ſcripſit; quem tùm exquiſita rerum indagatione, tùm interpretationis promptitudine, & perſpicuitate, omnibus ante ſe ſcriptis prælcellere, perſuaſum habere, gloriabatur .r. Nonnulli rursùs oſteotomen vocant q.d. oſſium diſſectionem. Multa enim reuera per ſe, ac ſeorsùm oſſa diſſecamus, conterimuſq; in huiuſmodi oſſium contemplatione, vt medullas fortaſſe cōſideremus, aut ſinus, ſiue foramina, vel modū interioris ſubſtātię, ſeu coalitum, aut aliquid huiuſmodi aliud cognoſcamus. Oſſium quoq; ſtructuras omnes diſſecando, & abinuicem ſeparando, pernouimus.

Hpræter Naturam. Libri huiꝰ nomina multa.

q. cap. 2, poſt princ. p. cap. 12, in titulo. q. vbi ſuprà & anatom. adm. 1. r. ibidem.

Ideoq;

©BIU Santé

Ideoq; nõ temerè ossium dissectio nõnunquã dici potest. Vulgares quidã [anatomen siccã] nuncupare cõsueuerunt. At nos Galeni titulũ obseruãtes, librũ hunc [de ossibus] perpetuò inscribemus. Quoniã verò statim ab initio .f. Galenus idẽ hic ait, nota medico esse debere ossa omnia, tùm singula per se, qualia nam sint, tùm quã inuicẽ structurã habeãt: Dictũ est autẽ generatim qualia nam sint, singula per se: Reliquũ est igitur, vt quã inuicẽ structurã habeant, pernoscamus: quisue modus sit, & quotuplex, quo quidem ossa componuntur: Ea propter statim subdit. f. tex. 1.

TEXTVS DECIMVS.

» Εἰσὶ δὲ ὁ τρόπος τῆς συνηθείας αὐτῶν διττὸς κατὰ γένος. ὁ μὲν ἕτερος κατ' ἄρθρον, ὁ δὲ ἕτερος κατὰ σύμφυσιν. » εἴρηται δὲ ἑκατέρου, καὶ διαφοραὶ πλείους εἰσὶ. Τὸ μὲν ἓν εἶδος σύνταξις ὀστῶν φυσικὴ, ἡ δὲ σύμφυσις ἕνωσις ὀστῶν » φυσικὴ. πρόσκειται δὲ ἑκατέρῳ τῶν ὅρων, τὸ [φυσικὴ] ὅτι καὶ τὰ παραρθρήσαντα, ἢ ἐξαρθρήσαντα παράκειται » μὲν ἀλλήλοις, ἀλλ' οὐ φύσει· καὶ ὅσα καταγέντα συνέφυσε πῶρον, ἕνωται μὲν, ἀλλ' οὐ φύσει. Ἱπποκράτης δὲ καὶ » θατέρᾳ τῶν συνταττομένων τῶν ὀστῶν τὸ πέρας, ἄρθρον ὀνομάζει πολλάκις, ἢ μὴν ὁτερόνγε ἔτυχεν, ἀλλὰ τὸ » περιφερέστε, καὶ τῇ κοιλότητι τὸ πλησιάζοντος ἐμβεβυκὸς.

» Modus autem constructionis ipsorum genere duplex est. Alter quidem per articulum, Alter » verò per symphysim: sunt autem & vtriusq; species, ac differetiæ plures. Articulus igitur natu- » ralis ossium structura est; symphysis verò naturalis ossium vnio: vtriusq; autẽ definitioni dictio » hæc [Naturalis] indita est. Quandoquidẽ quæ parùm, vel omninò sunt luxata inuicẽ cohærent: » fractaq; superinducto callo, vniuntur quidem, sed non per Naturam. Hippocrates autẽ alterius » etiam ex cohærentibus ossibus extremam partem, articulum frequenter nuncupat, non quidem » qualiscunq; contigerit, sed eam, quæ orbiculata est, ac in proximi cauum inseritur.

COMMENTVM DECIMVM.

NE marmoreę, ligneęue statuę viuus homo cõparetur, motũ sibi, vt animali quam maximè propriũ amittens, nõ vno ex osse, at ex pluribus cõponi; atq; articulari necessarium fuit: quãquã vt vno cunctis aliquãdo vtatur, præsertim rectus stans: varię tamen sunt cõpositionis, & articulationis formę, iuxta varias quidem cõponendi causas, & vsus. Quinq; enim causas ponit Galenus, .t. ob quas ossa inuicẽ cõponuntur, neq; vnũ fuit con- » tinuũ os. [Prima est gratiã motus, vt in digitis, carpis, cubitis, humeris, coxis, genibus, astragalis, » pedibus, costis, spondylis, & (vt sumatim dixerim) in omnibus dearticulationibus.] Dixit autem dearticulationibus, tanquam clarioribus. Etenim in coarticulationibus motus quoq; sæpiùs est, tametsi obscurus, difficiliq; in his, velut in illis euidẽtissimus est. Idcircò & aliàs inquit .u. gene- » raliùs definiẽdo [Porrò articulatio ossium est cõpositio propter motum voluntarium cõparata.] Secunda cõpositionis causa est, perspiratus, fuliginosorũ scilicet excrementorũ, quæ per ossium porulos in halitum dissolui nequiuerint. Quemadmodũ in capitis futuris anteà .x. iam cõmemorasse ait. Tertia causa est, gratiã transitus cuiusdã substantiæ, vt de ijsdem futuris prędictũ quoq; fuerat .y. ad vasorũ quorundã transitus, quæ partim extrà, partim intrò feruntur. Sic ad quarundam tenuium membranarũ, seu vinculorũ transitum à crassa meninge ortorũ propter pericranij generationẽ. Quarta causa est, partiũ discrimen, vt de futuris squamosis quoq; alibi Galenus idẽ ostenderat, .z. atq; etiã de ossibus maxillã superiorẽ cõponentibus, .a. & de appendicũ suis cum ossibus connexione, .b. declarauit. Durissimum enim os cum molli coalescere nõ potest: Ideoq; distincta cùm remanserint, compositione indiguerunt. Quinta demùm causa cõpositionis est, dispathia, hoc est, difficilis passio: Ne scilicet nocumẽtum vni parti factum alteri cõmunicetur: vt de futuris quoq; aliquando prędixerat, .c. atq; etiã de manuũ præsertim q; carpi, & metacarpij ossibus. Ossiũ igitur cõpositio, seu structura quinq; ob has causas, siue vsus facta est: .d. omnes autẽ rursùs ad bimembrẽ diuisionẽ reducuntur, hoc modo. Quia ossa vel propter motũ cõponuntur, vel propter quietẽ. Prima autẽ causa est propter motũ, hæcq; dicitur generatim articulatio, siue articulus: cuius species sũt dearticulatio, Græcè diarthrosis, & coarticulatio, Græcè synarthrosis, vt paulò post videbimus .e. Reliquæ verò quatuor causæ potiùs propter quietẽ sunt, vel nullum omninò (quantum ad has causas attinet) motũ includentes. Ad hanc igitur bimembrem diuisionem reducere præsentis textus verba facillimè possemus (vt scilicet omnis ossiũ cõpositio sit vel propter motũ, vel propter quietẽ, articulusq; sit propter motũ, symphysis verò propter quietẽ,) Nisi Galenus aduersaretur articulũ hoc libro largiùs capiens: vt nõ modo ea, quæ motũ habent, siue manifestũ, siue obscurũ: sed quæ nullũ quoq; motũ ædunt, contineat: quemadmodũ posteà ostendemus. * Quannis autẽ nõ ita diuisionẽ bimembrem hoc loco declarare possimus: Eam tamen sic extrahemus. Ossa cõiunguntur, cõponunturq; vel propter motum (vt dearticulationes omnes,

Quinq; cõpositionis causæ. .t. 11. de vs. par. cap. 18 in princ. .u. 12. de vs. par. cap. 11. x. lib. 9. c. 1. & 17. .y. Ibidem lib. 8. c. 9. .z. lib. 9. de vs. par. cap. 17. & 18. .a. 11. eiusdẽ cap. 19. & 20. .b. Ibidem cap. 18. c. lib. 9. cap. 17. in prin. d. lib. 2. c. 8. Diuisio eorũdem ad bimembrẽ reducta. e. tex & cõ. sequenti. Articulus large. * Præsertim in fine cõmẽti huius & sequẽtis. Alius modus reducẽdi ad bimẽbrem.

©BIU Santé

omnes, & quædã coarticulationis ſpecies) vel propter quietem (vt quædã aliæ coarticulationis ſpecies, ac ſymphyſis quoq; ipſa.) Sed hæc omnia ſigillatim infrà declarabimus. Galeni verò diſtinctio impręſentiarũ poſita abſq; nulla difficultate bimembris eſt, ſcilicet ꝙ vel eſt per articulum, vel per ſymphyſim. Quid autẽ ſit articulus, atq; ſymphyſis, definit Galenus. Quas definitiones tametſi clariſſimas ab eo ſcriptas, vt expoſitione minimè indigeant, habeamus: In ſpecierum tamen enarratione illas nos exquiſitiùs elucidabimus. Nunc verò adnotãdum eſt (vt paulò priùs iam tetigimus) articuli nomine largiùs vſum hic Galenum, quã nonnulli ex recentioribus ipſum reprehendentes, putarint. Adeò vt nõ modò eorũ oſſium cõpoſitionẽ cõprehendat, quæ motum euidentem habent, velut ea ſpecies eſt, quæ diarthroſis appellatur: ſed etiã quæ obſcurũ, vel nullum motũ ædunt: Diciturq; ſecundũ ſpeciẽ ea cõpoſitio ſynarthroſis. Ita enim & ſecundo in librum de articulis cõmentario, .ſ. de ſuperioris maxillæ cum capite cõpoſitione loquens, quæ nullum motũ habet, neq; manifeſtum, neq; quantumuis obſcurũ, ſuper verbo Hippocratis dicentis [Cõnexa enim capiti eſt, nõ dearticulata] inquit, ꝙ nõnulli expoſitores ibi, [συνήρθρωται] hoc eſt [coarticulata eſt] legunt, Alij verò habent eo modo, quo nos paulò ante legimus [συνάρτηται] ideſt [connexa] ſubditq; ſtatim Galenus legi poſſe [συνήρθρωται] ſicq; maxillam ſuperiorem capiti coarticulatã eſſe [Propterea ꝙ coarticulationem (Græcè ſynarthroſim) quoq; oſſium cõmiſſionem naturalem eſſe vult, quæ exiguũ, & obſcurũ aliquando, aliquãdo verò nullũ omninò motum præſeferant: ſicut dearticulationẽ (Græcè aparthroſim, ſiue diarthroſim) eam cõiunctionem naturalẽ oſſium vocat, quæ euidentem motũ habent.] Ecce igitur quomodo nõ ſolùm apud Galenum, ſed apud ipſum quoq; Hippocratem (ſi alterã literã admiſerimus) ſynarthroſis etiã dici poteſt, de illa oſſium cõmiſſura, ſeu cõpoſitione, quæ nullũ motũ ædunt, neq; propter motum cõiuncta inter ſe ſunt, ſed propter quietem. Idcircò Galenus idẽ hic in definitione articuli, nullã de motu mentionẽ faciens, niſi dicens, ꝙ eſt naturalis oſſium ſtructura: largiùs articuli nomen ſumpſiſſe inſinuauit. Quamobrem mirũ nõ eſt, ſi nõ modò in libro ſecũdo de compoſitione medicamentorũ ſecundũ loca, .g. ſuturã ipſam, ſynarthroſim vocat, caput dicens iuxta ſynciput, propter laxitatem συναρθρώσεως ideſt coarticulationis, ſecundũ coronalem ſuturã facilè frigefieri, &c. Sed libro etiam de vſu partiũ nono, .b. coarticulari capitis oſſa futuris ait, per hæc verba de capite loquens [Simul & futuris, quas vocant, variè coarticulatũ] Græcè [συνηρθρωμένον]. Inde igitur mirũm quoq; adeò nõ eſt, ſi Introductorij author .i. propter quietem, ſeu ſtabilitatẽ, factam eſſe ſynarthroſim, ſeu coarticulationem, definit. Id quod ſi nõ de omni, de aliqua tamen coarticulatione verum eſt. Quamobrem tametſi Galenus hic * ſynarthroſim definit per motum obſcurum, & difficilẽ, nulla penitùs facta mentione de quiete, aut quando nullũ motum habet, fortaſſe quia textus (vt opinor) mancus eſt: Nihilominùs tamen in ſequẽtibus * ſtatim ſuam exponit intentionẽ, ſynarthroſeos ſpecies etiã eſſe adiungens, ſuturã, gomphoſim, & harmoniam. In quibus propter quietem, & nõ propter motum oſſa inuicem cõnexa, cõpoſitaue ſunt, ad eam quidem ſynarthroſim has ſpecies referens, quæ nullum motum habet. Haud enim de tanto viro vſq; adeò diffidendũ eſt, vt in tàm paucis verbis ſtatim ſibi cõtradixiſſe credamus: Quemadmodum audacter, ac temerè nonnulli Galeni haud ſecùs atq; cuiuslibet rudis idiotæ nomen flocci-pendentes, deridenteſq;, ipſum reprehendunt: Cùm tamen eiuſdem Galeni verba nõ hic modò pro veritatis elucidatione, ſed in aphoriſmorũ quoq; interpretatione cõſideranda ſint, quùm ſic nobis teſtatum reliquit, * ſuper Hippocratis verbis [Quicunq; calui ſunt, ijs magnæ varices nõ fiunt, &c. Quando in viri ſapientis libro ſermo inuenitur aliquis manifeſtũ habens mendacium, nõ ſine ratione legentes cõtingit dubitare, & primũ quidẽ ſibi ipſis diffidere, quaſi neq; illa, quæ ſint manifeſta noſcentibus, deinde ſuſpicari, ne quod falſum fuerit interiectum.] Cur igitur ſibi potiùs hi, quã Galeno minimè diffidebant? aut ſuſpicati non fuerint aliquid Galeni verbis fuiſſe vel interiectũ, vel fortè ablatum? Quanuis enim ſæpenumerò perfacile ſit Galeni ſimias potiùs, quam homines diſſecãtis anatomen reprehendere: Haud quaquã tamen ob id adeò impudenter eius theoremata: in quibus ſolo ingenio, iuditioq;, ac doctrina opus fuerat (Quibus quidem nõ medicis modò, ſed philoſophis ferè omnibus etiã ipſum antecellere, cõpertiſſimũ ſanæ mentis hominibus eſt) deridere, ac nullo habito veterũ, pręcipueq; noſtræ medicinæ luminis reſpectu, perfricta fronte, cõdennare debemus. Quorũ nihilominùs aduerſariorũ veritas inde patet: quoniam à ſe inuicẽ omnes hi diſcrepant, vt qui à veritate quidẽ omninò remoti ſunt. Verum nanq; ſibi omni ex parte (Philoſopho teſte .k.) atteſtatur, conſonatq;. Nullam verò cõtradictionem in Galeni monumẽtis inueniſſent, ſi (vt diximus) ſynarthroſim ſumpſiſſent cũ obſcuro, difficiliq; interdum motu, interdumq; ſine vllo: primęq; ſynarthroſeos (quæ cũ obſcuro difficiliq; motu eſt) ſpecies eſſe, enarthroſim, arthrodiam, & ginglymon: ſecundæ verò (quæ ſine vllo motu eſt) alias ſpecies eſſe, ſuturam, gomphoſim, & harmoniã, cognouiſſent. Sic enim ex veterum monumẽtis Galenus determinare voluit. At quæ cõtradictio eſt, ſi Galenus in proœmio ſynarthroſim definit cum obſcuro, difficiliq; motu ſubintelligens (vti diximus) niſi addatur cum nullo etiam

interdum

Articuli nomen quid?

Quod aliqua ſynarthroſis ſine motu. f. com. 8.

g. cap. 1. ſec. 3. ãte med. h. c. 1. poſt med. & vide ĩfrà hic com. 18.

i. cap. 12. in princ.

* Tex. ſeq. Galeni tex. mancus.

* Tex. 17. 18. 19. & 20. huius proœmij. Galeni defenſio.

* 6. aphor. 43. com. in princ. Galeni celebranda ſententia.

k. 1. ethicorũ cap. 10.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 30 sur 292

©BIU Santé

interdum motu. Deinceps verò capite duodecimo pectoris ossa per synarthrosim inuicem copulari dixerit? quæ per harmoniã synarthroseos speciem coarticulari credebat. Pauloq; infrà de costarum cũ pectoris ossibus nexu loquens, ita scripserit [Quarũ motus exiguus adeò est, vt synarthrosis appellari queat.] Non ne videtis, quomodo exiguũ motũ synarthrosi attribuens, definitioni in proæmio propositæ respondet? Sic etiã inuenietis capite decimoseptimo brachialis ossa cuncta inter se per synarthrosim cõstringi, dicentem. Ac rursùs capite duodeuigesimo post brachialis ossa cum brachialis ossibus per synarthrosim alligari, veluti & tibiæ surã capite vigesimoprimo, triaq; demùm tarsi ossicula cum inferiore scaphoidis parte, capite vigesimotertio, per synarthrosim cõnecti scribentem. Quæ igitur cõtradictio est, si cum occulto, difficiliq; motu constructa hęc sunt? iuxta synarthroseos definitionẽ in proæmio .l. propositam? Dicunt ad versarij: Non reducuntur prędictę constructiones ad futurã, neq; gomphosim, neq; harmoniã. Respondeo non esse illas tres species scilicet enarthrosin, arthrodiam, & ginglymon eius synarthroseos, quæ nullum in se motum includit; sicuti sunt hæ iam iam prędictę: Sed alteriùs, quæ obscurum, difficilemq; motum habet. Sex enim esse synarthroseos species, posteà declarabimus: videlicet huius enarthrosim, arthrodiã, & ginglymon. Illius verò futuram, gomphosim, & harmoniam. Sed dices Galenum in aliquo dictorum minùs rectè locutũ esse. Etenim pectoris ossa per synarthrosim inuicẽ copulari ait: cũ tamen excepto primo, reliqua interse per symphysim coaluerint. Respondemus primò dicentes propositum nõ esse nostrum, cuncta Galeni monumenta defendere (Multa enim vel à nobis taxãda remanent) sed hanc solam synarthroseos definitionẽ elucidare, ac tueri, q̃ scilicet nullum aliquando motum in ea esse, veteres conclusissent: Adeò vt non tanta sit Galeni ruditas, qui synarthrosi definita per occultũ, difficilemq; motum, species tandẽ eius subiunxerit, futuram, gomphosim, & harmoniã: quæ nullum habeant motum: deincepsq; iterum aliquas enarret species capitibus iam anteà prænotatis, quæ neq; ad futurã, neq; ad gomphosim, neq; ad harmoniã referantur. Duas enim synarthroses intellexit, quarũ altera cum motu (veluti prędictũ sæpè est) difficili, & obscuro: Altera verò sine motu est, variasq; ambarũ species esse voluit: perindeac paulò ante iam iam declarauimus, & procedente sermone cuncta, quę prędiximus, ipsius etiã ex Galeni verbis elucidabimus. Sat enim superq; hoc loco fuerit, prænotasse, quòd arthron, siue articulus hic largiùs capitur, vt scilicet non modò motum, sed quietem quoq; interdùm cõcludat: eorum scilicet quæ seinuicem absq; coalescentia cõtangunt, Excusabimus tamen secundò Galenum, sterni ossa per harmoniã cõstrui existimantẽ, vt inde ad synarthrosim reduceret, quamuis per synchrondrosim potiùs vniantur. Præterea nunc articulũ intelligimus, in quo adminus duo ossa ad cõpositionem cõcurrunt. Quinimmò interdùm etiã (licet impropriè, vt videbimus .m.) tria, Non sicut Hippocrates nonnunquã accepit, pro capite ossis, quod in alterius cauum ingreditur. Vt ex Galeni interpretatione liquet. Hippocrates enim libri de fracturis cõmentario secundo .n. sic inquit [Articulum reponere facile iam est.] Galenusq; in cõmento sic statim subdit [Ex huiusmodi eius loquutionibus inducti nõnulli articulum vocare eum dicunt, capita ossium, quæ in sinus dearticulantur: vt totum id, quod ex duobus cõstat, quà ossium capita, quæ in porrectionibus, & inflexionibus mouentur, inter se cõnectuntur, dearticulationem: ipiorum verò vtrorumq; ossium, extremum alterius, quod sese inserit, articulum: alterius verò sinum, qui os insertum excipit, cotylem (acetabulumue) & Glenem (hoc est pupillam, siue oculum) ab eodẽ appellari asserant.] Ecce igitur quomodo ex aliorũ opinione apud Hippocratem capi articulum pro ingredientis ossis capite declarat, illosq; nomina hæc elisionẽ q. d. exceptionem habere, insinuasse. Sic enim verba illa vltima traduximus [Ἀλλὰ τᾶντα μὲν ὀνόματα τὴν ἔκθλιψιν ἔχειν] latinè [Sed hæc nomina elisionem habere] scilicet asserunt. Intelligo elisionem, idest exceptionẽ q.d. hanc quęstionem de nominibus reijciendam esse. Vel potiùs exceptionẽ habere aiunt. Quandoq; enim capitur articulus pro ipsa iunctura, siue articulatione adminus duorum ossium. Sic γλήνη pro parua cauitate, non pro omni: sicut & acetabulum, seu κοτύλη pro magna tantùm. Interdùm verò pro alia re capiuntur. Idcircò in huiusmodi nominũ rationibus, tempus cõterendũ nõ est. Quanuis autem ex aliorũ opinione articulũ pro ingredientis ossis capite in diarthrosi capi apud Hippocratem Galenus in præallegato loco dixerit: Deinceps tamen (vt patet) commẽto tertij libri eiusdem de fracturis, .o. super Hippocratis verbis his [Nam femoris articulus pro magnitudine, quã Brachij expeditior est.] in cõmento Galenus nõ ex aliorum, sed ex propria intentione, ait. [Idcircò meritò hic Hippocrates inter se iunctorum ossium articulum appellans, non eius ossis esse inquit, quod eminentiã alterius suscipit, sed eius, quod in alterius sinum insertũ firmatur.] Idemq; paulo posteriùs voluit, quùm Hippocrates dicebat [At brachij articulus & magnus est, & sinus plures habet.] Galenus in cõmento articulum pro capite illius, quod inseritur, exponit dicens [Maius esse inquit caput brachij, &c.] Pauloq; inferiùs .p. articulũ apud Hippocratẽ eo textu sumendũ voluit, vel pro ipsa dearticulatione, seu iunctura: vel pro fine, seu capite brachij: sicq; pro vtroq; capi posse, apud ipsum etiã Hippocratẽ insinuat.

l. vt tex. sequenti patebit. Aduersariorum ratio. Responsio.

Obiectio.

Responsio prima.

*8. ϑ anat. adm. cap. 1. ante med. m. infrà com. 16.

n. tex. 51.

Articulus quid.

Expositio prima.

o. tex. & com. 52.

p. com. 54.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 31 sur 292

©BIU Santé

insinuat. Sed alijs omissis locis, ea duntaxat verba cõsideremus, quæ in principio primi cõmentarij de articulis, .q. super Hippocratis textu dicentis. [Humeri autẽ articulũ vno modo prolabi, q. Tex. & com.1. in alam videlicet, noui] Galenus inquit [Dearticulatione interse cõiunctorũ ossiũ appellare articulum solere, nõ sinum, qui alterius ossis caput in se excipit, sed ipsum, quod inseritur, caput in superiore libro dictũ à nobis iam est.] In superiore libro, intellige, in libro de fracturis, qui librũ hunc de articulis præcedit (vt alias ostendemus) prædictis autẽ locis (vt ad propriũ reuertamur) hic præsens Galeni cõtextus respondet, in quo nõ ex aliorũ voluntate, ac relatione: sed simpliciter ex proprio iuditio articulũ apud Hippocratem sumi pro capite ossis cauũ alterius ingrediẽte determinat. Nec semper sic ab Hippocrate intelligi significat, addens dictionẽ [πολλάκις] latinè [frequenter]. Sed hęc de articuli nomine apud Hippocratẽ intantũ hoc loco dicta sint: vt quisq; sciat nos aliter articulum hoc libro intelligere, scilicet pro ipsa articulatione, seu duorum ossium iunctura, vel structura, siue cõpositione. Quinimmò vsq; adeò largè, vt eam quoq; cõpositionẽ includat, quæ motum nõ ædat. Adeo vt ἄρθρον sumi hoc in loco dixerimus παρὰ τὸ ἀρῶ, quod est ἁρμόζω, idest cõgruo: quoniã scilicet ossa inuicem aptentur, cõgruantq; inter se, nõ vniantur, vt coalescant: sicq; nõ solũ quæ cum motu sunt, sed quæ per suturã, harmoniamq;, & gomphosim aptari, cõgruereq; cum dicantur, per articulũ quoq; cõponi dici possunt. Itaq; vt quæ diximus exquisitius elucidentur, primas articuli species, siue differentias cũ Galeno perpendamus.

TEXTVS VNDECIMVS.

Διαφοραὶ δὲ τῶ μὲν ἄρθρω δύο εἰσὶ: διάρθρωσίς τε, καὶ συνάρθρωσις. ἀλλήλων δὲ διαλάττουσι τῷ τῆς κινήσεως πόσῳ. ἡ μὲν γὰρ διάρθρωσις ὀστῶν ἐστι σύνταξις ἐναργῆ τὴν πρὸς ἄλληλα κίνησιν ἐχόντων. ἡ δὲ συνάρθρωσις ὀστῶν μὲν καὶ αὐτὴ σύνθεσίς ἐστιν. ἐ μὴν ἐναργῆ τὴν κίνησιν, οὐδὲ μεγάλην, ἀλλ' ἀμυδρόντε, καὶ δισφώρητον ἐχόντων. ὅτι δὲ ἑ διαφέρει σύνταξιν ὀστῶν, ἢ σύνθεσιν, ἢ ὁμιλίαν εἰπεῖν, ἀντικρύς δῆλον.

Articuli autem differentiæ duæ sunt: Diarthrosis videlicet, ac synarthrosis. Eæq; inuicẽ pro motus quãtitate discrimen recipiunt. Diarthrosis enim ossium structura est euidentem motum inuicem habẽtium. Synarthrosis autem ipsa quoq; ossium cõpositio est, sed quæ nec euidentem, neq; magnum, at obscurum, difficilemq; motum habent. Quòd autem nullũ discrimen sit, siue ossium structuram, siue compositionem, siue cohęrentiam dixeris, omninò perspicuum est.

COMMENTVM VNDECIMVM.

QVOMODO articuli nomen hic capiatur, vberrimè in cõmento præcedenti prædictũ iam est. Reliquũ igitur est, vt primas eius species, siue differentias perpendamus: quæ sunt. Diarthrosis, latinè dearticulatio, & synarthrosis, latinè verò coarticulatio dicta. Est ergo diarthrosis (quam etiã ἀτάρθρωσιν, hoc est, latinè abarticulationẽ Hippocrates aliquando * vocat, nonnumquã verò προσάρθρωσιν, .s. q.d. adarticulationẽ) Naturalis ossium structura, quorũ motus magnus, validusq;, & euidens est: (semper enim dictio [Naturalis] velut in genere prædictum fuit, ita & in qualibet specie subintelligẽda est) synarthrosis verò, coarticulatioue, naturalis est ossium cõpositio, siue structura, quæ neq; magnũ, seu validũ, neq; manifestũ: sed obscurũ, difficilemq; habent motum. Dixit autem ibi σύνταξις, hoc est, structura: Hic autem σύνθεσις, latinè cõpositio, vt in his nominibus nullam esse, quòad propositũ spectat, differentiam innueret, quòd in fine textus tandem enucleat, nullũ etiam cum ipsa ὁμιλία, hoc est, cohęrentia discrimen esse adiungẽs, vt nil referat quoduis horum prædicatorũ proferas. Dixit etiã in prima definitione, ꝙ euidentẽ motum habent: cui opponit in secunda definitione, ꝙ nõ euidentẽ, sed obscurum eum habent. In qua tamen secunda definitione addit, ꝙ nõ magnum, sed difficilẽ eius ossa motum habeant, innuens per hęc addendũ per oppositũ in prima, ꝙ magno, ac facili motu prædita sint. Prętereà inquit synarthrosim esse ossium structurã, siue cõpositionẽ, quæ non magnum, sed obscurũ, difficilemq; habent motũ: sicq; motum omninò supponit: Minimè interim recordatus de altera synarthroseos, coarticulationisue differentia, quæ nullum penitùs motum habet, vel potiùs fortasse mancus textus est, vt cõmento diximus præcedẽti. Haud quaquã tamen dicẽdum ob id est, nullã esse talem synarthrosim. Cùm alibi eam ponat Galenus .t. (prout in cõmento etiã præcedẽte demonstrauimus) vltra ꝙ hic statim tres subiunget .u. synarthroseos differentias, in quibus nullus à Natura cõstitutus motus est, videlicet suturã, gomphosim, & harmoniam, vel ergo in definitione synarthroseos subintelligendũ, supplendumq; est, ꝙ scilicet interdum nullũ motum eius ossa obtinuerunt (vt Galenũ per semetipsum interpretemur) vel potiùs determinandũ est, ꝙ de prauatus, mancusue textus hic est, sicq; legendus [Synarthrosis ossium quoq; cõpositio est, quæ neq; magnũ, neq; manifestũ, sed vel obscurũ, difficilemq;, vel nullum habent

* Lib.2. de art.tex.8.& lib.3. tex. 37. ſ.lib.3.ciuſdẽ tex.37.

t. Vt 2. de art. com.8. u. Vt infrà tex.18.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 32 sur 292

©BIU Santé

habent motum] ſic igitur additis verbis illis [vel nullum] Græcè [ἢ μηδεμίαν] cõpleta, & clariſſima Galeni ſententia eſt. Quemadmodum verò in articuli nomine neq; motus, neq; quies, quantùm ad nominis inquam prędictam etymologiã ſpectat, includitur: Ita neq; in diarthroſeos, aut ſynarthroſeos nomenclationibus, vel euidens, vel obſcurus motus, aut quies exprimitur. Haud temerè tamen primi impoſitores diarthroſim appellarunt, vbi euidens motus eſt, laxaq; articulatio vſq; adeò eſt, vt plurimùm plicari, flectiq;, & extendi poſſit. In qua quidem flexione, quæ priùs ſeſe quaſi oſculabuntur, inuicemq; coibant oſſa, plurimũ diſtent, ſeparẽturq;, & à proprio ſitu, quem extenſo articulo obtinuerant, permutentur. Id quod præpoſitio illa [διὰ] præſeſert. Quæquidem in cõpoſitione, pręter alia ſignificata, nonnunquã ſeparationẽ ſignificat: quemadmodum in dictione [διάρυσις] apud ipſum quoq; Hippocratẽ, & Galenum pręſefert. Quam dictionem interpres in libro de fracturis ſecundo .x. diſcriminationẽ latinè traduxit. Nõ ob aliud, niſi, quia (velut dictum eſt) [διὰ] ſignificat prędictam diſtinctionem, ſeparationemq; : Quam adhùc magis aliud Hippocratis nomen .y. ἀπάρθρωσις, ideſt abarticulatio, pręſefert, ab alia prępoſitione [ἀπὸ] latinè [ab] ſeparationis, motuſq; vim recipiens. Quemadmodũ verò in flexione ſeparantur quodammodo, ſitumq; mutant articulationis oſſa: Ita deinceps in extenſione rursùs ad propriũ articuli ſitũ accedunt. Hacq; ratione abſurdũ nõ eſt cum Hippocrate .z. προσάρθρωσιν quoq;, hoc eſt, adarticulationẽ appellare. Quoniã ſcilicet in extenſione ad articuli propriũ ſitum accedit. Quæ verò adeò ſibi inuicẽ cohęrent, firmiterq; alligantur, vt neq; flecti, vel admodum occultè, ac difficulter queant, ea per ſynarthroſim q.d. per coarticulationem conſtrui dicuntur: quia dictio [σὺν] latinè [cum] ſocietatẽ, atq; cõiunctionẽ ſignificat. Verùm enimuerò quùm Galenus inquit, pro motus quantitate, Græcè [τῷ τῆς κινήσεως ποσῷ] ſynarthroſim à diarthroſi differre, nõ omnes ſynarthroſeos ſpecies cum diarthroſi cõparaſſe, intelligendum eſt. Niſi eas tantùm quæ aliquo modo puta in motu cũ diarthroſi conuenirent. Etenim (vt videbimus *) ſynarthroſis quatenùs cum motu eſt, licet obſcuro, & difficili, tres habet ſpecies: ſicuti & ipſa etiã diarthroſis (& in his aliquo modo cõueniunt) quæ ſpecies ſunt, ęnarthroſis, arthrodia, & ginglymos. Quatenùs verò ſynarthroſis abſq; vllo motu eſt, tres alias ſpecies ab his diſtinctas habet ſcilicet ſuturam, harmoniã, & gomphoſim, atq; in his tribus ſpeciebus cum diarthoſi minimè congruit. Dicendum ergo potiùs pro his tribus alijs ſpeciebus foret, ꝙ à diarthroſi ſynarthroſis differt [pro motu] ſiue [ſecundum motum] quia diarthroſis cũ motu eſt: Hæ verò abſq; vllo naturali motu exiſtunt. Itaq; cum ſynarthroſis: quòad tres alias ſpecies, cum diarthroſi cõueniat ſcilicet quòad enarthroſim, arthrodiam, & ginglymon: Inter ea verò differentię quęrantur, quæ aliquo modo cõueniunt, Idcircò ne aliquis crederet, ꝙ enarthroſis, arthrodia, & ginglymos eadẽ penitùs ſint re, ſicut in nomine cõueniunt, tanquam ſpecies ſynarthroſeos, ſicuti & diarthroſeos: propterea differentiã declarat, dicens: eas adinuicẽ pro motus quantitate differre. Etenim enarthroſis, quæ ſpecies eſt diarthroſeos, motũ habet magnũ, validumq;, & manifectũ. Enarthroſis verò, quæ eſt ſynarthroſeos, motum habet occultũ, difficilemq;. Sic etiã de arthrodia, & ginglymo determinandũ. Idem verò licet nomen ſit ſpecierũ vtriuſq;, quatenùs in articulationis modo cõueniunt: Haud tamen interim obſtat, ꝙ pro motus quãtitate differentes, hæ ad diarthroſim, illæ verò ad ſynarthroſim referãtur. Nullum verò diſcrimen eſſe ſubdit hic halenus (pro articulorũ omniũ, ac per hoc diarthroſeos, & ſynarthroſeos cõmuniſſimo genere) dixiſſe [oſſium ſtructuram] ſiue [oſſium cõpoſitionem] ſiue [oſſium cohęrentiam] vt v. g. quùm priùs de articulo dictum eſt, ꝙ naturalis eſt oſſium compoſitio, Græcè σύνθεσις, dicere poſſumus [eſt naturalis oſſium ſtructura] Græcè σύνταξις, vel ꝙ eſt naturalis oſſium cohęrentia, Græcè ὁμιλία. Ad differentiã ſemper ipſius ſymphyſeos, quæ eſt naturalis oſſium coalitio, ſeu vera vnio, Græcè ἕνωσις. Eodem igitur modo in diarthroſeos definitione, ac ipſius etiam ſynarthroſeos, dicere poſſumus, ꝙ ſcilicet eſt cõpoſitio, ſiue ſtructura, ſeu cohærentia, &c. Sed melius quidem agemus ſi ad differentias, ſeu ſpecies ſubalternas deſcendamus, earũq; definitiones perpendamus, vt ea, quæ prędicta iam ſunt, accuratiùs intelligamus. Modò priùs hic obiter annotemus, ꝙ quicunq; articulum Græcè ἄρθρον ad motum duntaxat retulerunt, futurã, gomphoſimq;, & harmoniã excludentes, aliter hi etymon τῦ ἄρθρυ intellexerunt ſcilicet παρὰ τὸ ἄιρω, quod eſt, eleuo, ſeu tollo: ſiue quoniã quieſcente prędicto oſſe, poſtlocatũ eleuetur, tollaturue, ac moueatur, ſiue quoniam ὑπὸ τύτων βασαξόμεθα, hoc eſt, ab his articulis portamur, ac mouemur: vt etymologiarum author enucleauit.

Diarthroſis vnde dicitur.

Diaphyſis. x. Tex. & com. 37. y. 2. de art. 8. & 3. 37. Aparthroſis. z. 3. de art. tex. 37. Proſarthroſis. Synarthroſis vnde dicitur.

*Com. ſeq. vſq; ad 17.

TEXTVS DVODECIMVS.

Εἴδη δέ ἐσι τῆς μὲν διαρθρώσεως τρία, καλεῖται ὑπὸ τῶν νεοτέρων ἰατρῶν, τὸ μὲν ἐνάρθρωσις, τὸ δὲ ἀρθρωδία, τὸ δὲ γίγγλυμος. ταῦτα μὲν ἦν τὰ εἰρημένα ὀνόματα τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ὑ πάντι συνήθη. τὸ δὲ ἐνηρθρῶσθαι, καὶ τὸ, ἀρθρωδῶς, καὶ τὸ, γιγγλυμοειδῶς ἀλλήλοις συμβάλλειν, ἔτιτε πρὸς τύτοις, καὶ τὸ ἀρθρῶδες, καὶ τὸ, γιγγλυμοειδὲς ἐυρεῖν ἐσί, καὶ παρ' ἐκείνοις γεγραμμένα, καὶ ὐδὲν ἴσως ἄτοπον, ὀνόματα ποιεῖν, ἕνεκα σαφῦς διδασκαλίας, ἀπὸ τῶν ἤδη κειμένων παράγοντας.

E Sunt

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 33 sur 292

©BIU Santé

Sunt autem ſpecies diarthroſeos quidem tres: vocantur à recentioribus medicis, hæc quidem enarthroſis, hęc autem arthrodia, alia verò ginglymos. Hęc igitur dicta nomina veteribus medicis non admodũ conſueta fuerunt. Verbum autem enerthroſtho, & aduerbia arthrodῶς, & ginglymoidῶς inuicem committi: pręter hæc etiã, hæc nomina arthrodes, & ginglymoides ab illis ſcripta deprehendimus. Quamobrem minimè forſitan abſurdum fuerit, ſi ad euidentiorem doctrinam nomina confingamus: ab his, quæ iam poſita ſunt, deriuantes.

COMMENTVM DVODECIMVM.

TRIPLEX quidẽ hæc ſpecies nõ diarthroſeos tantùm, ſed ipſius etiã ſynarthroſeos (prout anteà oſtendimus *) eſt, quãquã pro motus quantitate differunt. Quamobrẽ vbi textus Galeni habet [τῆς μὲν διαρθρώσεως] addendum videtur [καὶ συναρθρώσεως] hoc eſt [diarthroſeos, & ſynarthroſeos] tuncq; omnis quęſtio ceſſaret. Itidemq; ſi aliter literã correxerimus, legẽtes hoc modo [ἔιδη δέ ἐσι τῶν ἀμφοτέρων τρία] q.d. [ſpecies autẽ ambarum differentiarũ tres ſunt] ſimul autem corrigẽda veniret eiuſdem ſeries infra, quùm dicet* [τὸ δὲ τριοστὸν ἰδος τῆς διαρθρώσεως] vt vel dictio [διαρθρώσεως] expungatur, vel addatur [καὶ συναρθρώσεως] Adeò vt totus trium ſpecierum ſermo ſub vtroq; genere intelligatur (vt omninò condecens eſt) ſcilicet ſub diarthroſi, & ſynarthroſi. Definitiones enim tàm enarthroſeos, quàm arthrodiæ, ac ginglymi nil habent diarthroſi proprium, quod etiã ſynarthroſi nõ conueniat, vt clariùs poſteà declarabimus .a. Melior autem correctio, ſolaq; ſufficiens eſſet, quã infrà dicemus, alijs remanentibus intactis, legendo ſcilicet [τῆς δὲ συναρθρώσεος αὐτά τε καὶ ἄλλα ἔσιν] Quòd ſi textum corrigere nolis (quãquã & magis pium, & facilius idipſum eſt) ad bonũ tamen, verumq; ſenſum reduci facillimè adhùc poteſt, ſubdẽdo poſteà, Quùm ſpecialior ſermo de ipſa ſynarthroſi faciendus ab eo eſt, his verbis .b. [Ipſius autem ſynarthroſeos tres quoq; ſpecies ſunt] q.d. ſynarthroſeos quoq; (prętер dictas tres cõmunes ſpecies, quatenùs aliquẽ motũ habet, ſcilicet enarthroſin, arthrodiã, & ginglymon) tres quoq; aliæ ſpecies ſibi propriæ ſunt (quatenùs videlicet ſine vllo motu exiſtit: ſcilicet ſutura, harmonia, & gomphoſis. Quòd autem tres illas ſpecies ſcilicet enarthroſim, arthrodiã, & ginglymon, cõmuniter definiat Galenus, tàm, ſcilicet vt ſunt ſpecies diarthroſeos, quàm ſynarthroſeos: ex eo cõprobatur: quoniã & ſi nullum exemplũ primę & ſecundę ſpeciei ſcilicet enarthroſeos, & arthrodiæ appoſuerit: Tertiæ tamen ſcilicet ginglymi exempla ſubdit duo: Quorum alterũ eſt vertebrarum. In quibus apud nos obſcurus, difficiliſq; motus eſt (in vna inquã, aut fortaſsè duabus tantùm articulationibus, quãquã totius ſpinę, quinimò ſolius ceruicis, aut dorſi, aut lumborũ, vel magnæ alicuius partis motus euidentiſſimus, validuſq; eſt.) Sic igitur ginglymos hic, vt triũ ſolummodò vertebrarũ articulatio penès ipſum Galenũ, ſynarthroſeos quędã ſpecies exiſtit. Alterum verò exemplũ eſt ginglymi in humeri cum cubito dearticulatione. In qua quidem euidentiſſimus motus, ac facillimus apparet. Idcircò & diarthroſeos ſpecies eſt. Quòd ſi quiſpiam cõtendere velit, quamlibet vertebrarum articulationẽ euidentẽ habere motum, licet cum alijs adiunctã, & ſic ad diarthroſim reducendã: Minimè in hoc (quamuis quadrare nobis nequeat) altercabimur, neq; tempus fruſtrà cõteremus: dummodo ſic nobis (vt diximus) capiendi veniã prębeant: ſingulas inquã articulationes per ſe capiendo. Tria verò nomina hæc ſpecierũ ſcilicet enarthroſin, arthrodian, & ginglymon à medicis, qui nõ multo tempore ante Galeni ſęcula vixerunt (quos recentiores vocat, quamquã nobis veteres exiſtant) vſurpata fuiſſe Galenus idẽ ſubdit. Priſcis autẽ illis longè ante Galeni ſęcula ſcribentibus, vt Hippocrati, alijſq; veteribus medicis nõ fuiſſe admodũ conſueta. Verùm pro primę ſpeciei nomine ſcilicet pro enarthroſi vocata (latinè dicere poſſemus inarticulationẽ) verbo potiùs vtebantur, ſcilicet [ἐνηρθρῶσθαι] q. d. latinè [inarticulari] ſiue potiùs, quia Græcis præteritum eſt [inarticulatum eſſe] ac ſi diceremus [intùs articulari] ſiue [intùs articulatum eſſe] Pro ſecunda verò ſpecie, ac tertia aduerbijs [ἀρθρωδῶς] & [γιγγλυμοειδῶς] ac ſi diceremus arthrodicè, & ginglymoidicè, ſiue articulariter, & cardinaliter inuicẽ cõmitti, vtebãtur, vel nominibus ἀρθρώδες, & γιγγλυμοειδές, quaſi diceremus articulare, & cardinale. His ergo verbis, cuiuſuis modi, aut tẽporis, ſiue aduerbijs, vel poſſeſſiuis quibuſdã nominibus vtebantur magis veteres medici, quàm nominibus enarthroſi, arthrodia, & ginglymo. Velut enim inquit Ariſtoteles. c. Galenuſq; etiã in prẽſenti textu, nomina interdum ad euidentiorem doctrinã fingere operę prętium eſt. Alijs videlicet, quæ impoſita ſunt (inquit Galenus) puta à verbo ἐναρθρῶ, vnde ἐνηρθρῶσθαι, & ab aduerbijs ἀρθρωτῶς, & γιγγλυμοειδῶς, & à nominibus demùm poſſeſſiuis, ἀρθρώδες, & γιγγλυμοειδες, recentiora nomina deriuantes ſcilicet ἐναρθρωσις, ἀρθρωσίαν, & γίγγλυμον. At ne aduerbio quidem ſolo, pro tertia ſpecie ſcilicet ginglymoidὸς, aut nomine ginglymoides vſi ſunt veteres: ſed verbo etiã aliquando, .d. ſcilicet γεγιγγλύμωνται q.d. cardinatę ſunt. Non temerè autẽ Galenus inquit veteribus medicis [ἅ πάντες συνήθη] hoc eſt nomina hęc [non admodum conſueta] vbi duo perlibranda ſunt ſcilicet

[medicis]

* Com. 10. & 11.

* Tex. 16.

a. Com. 13. 14. & 16.

* Com. 17.

b. Tex. 17. huius.

Obiectio.

Reſponſio.

c. In prędicamẽtis in cap. de relatione poſt principia.

d. Vt 3. de artic. tex. 34.

©BIU Santé

[medicis] & [non admodum] quoniã aliquando, licet rarò, potiuſq; apud philoſophos, vſurpatum aliquod horum nominum inueniri contingit: quemadmodũ apud Ariſtotelem libro de anima tertio.*e.* de ginglymo, ſeu mauis dicere, ginglyſmo perlegimus. Nomine autem γιγγλυμοειδὲς vſus eſt ipſe etiam Hippocrates, *.f.* quod interpres ibi non ineptè vertit latinè cardinamentum. ¶ Verùm enimuerò priùs, quam ad huiuſmodi prędictarũ definitiones enucleandas accedamus, operæpretium eſſe duximus, pro articulorũ omnium, ſuarumq; primarũ ſpecierũ (de quibus in prędcedenti textu pertractatũ eſt, diarthroſeos inquã, & ſynarthroſeos, atq; aliarum deinceps ſequentium ſpecierum, de quibus in prędenti contextu loqui iam accepit ſcilicet enarthroſeos, arthrodię, & ginglymi) exquiſita cognitione, oſſium imprimis numerũ cõſideraſſe: in quibus articulus aliquis ſit: Deinde articulorũ quoq; ipſorum inter ea oſſa factorum, numerum: ac demùm tertiò eorũ duntaxat articulorũ, qui ad diarthroſim, atq; ſeorsùm aliorum, qui ad ſynarthroſim pertinent, numerũ perpendiſſe, quò facillimè nõ intelligamus modò ſingulos articulos, ſed memoriæ quoq; omnes mãdare queamus. Cõſideratis ergo cunctis oſſibus iuxta primum, & cõmunem in natu maioribus numerũ, vt ſcilicet ſint omnia trecenta & quinq; (perindeac ſuprà declaratum iam à nobis eſt, *.g.* per primã cõcluſionem) Remotiſq; deinceps centũ, & decem, & nouẽ: in quibus nulla eſt propter motum, ſiue ad motum pertinens articulatio: Sed vel ſutura, vel harmonia, ſiue gomphoſis (quæ ad ſynarthroſim ſine motu pertinent) vel etiã aliqua per ſymphyſim, ſpeciatimq; per ſe, vel per ſynneuroſim, aut per ſynchondroſim, aut deniq; per ſyſſarcoſim vnio facta. Remotis inquam ijs, reſtant quidem oſſa, quæ articulantur, vel in quibus articulatio propter motum fit, numero centũ & octoginta ſex. Sed videamus priùs oſſium numerũ, quæ vel coarticulata, vel vnita motum nõ habent, vel ſaltem propter motum coniuncta nõ ſunt, numero quidem centum & vndeuiginti. Et vt ordinẽ ab initio propoſitũ obſeruemus, in quatuor iterùm partes noſtrũ ſceleton diſtinguamus. In prima igitur parte huiuſmodi oſſa dicemus eſſe numero ſexaginta, videlicet capitis oſſa quinq;: vt frontis os vnũ: ſyncipitis autem duo: quartumq; ſphenoides nuncupatum, ac demùm quintũ, quod ſpongoides, ſiue cribroſum appellamus, idemq; inter capitis oſſa octauũ cõputare ſolemus. Hęc igitur quinq; capitis oſſa propter motum coarticulantur minimè, ſed propter quietem, videlicet ſutura, vel harmonia: Reliqua verò tria capitis oſſa propter motum dearticulãtur: vt duo temporum oſſa cum inferiore maxilla, & os occipitis cum prima ceruicis vertebra. Prętereà maxillę ſuperioris oſſa ſunt duodecim, quæ nulli oſſi motus gratia committuntur, ſed ſutura, vel harmonia inter ſeſe inuicem coarticulantur: vltra quæ, ſunt dentes duo & triginta, qui per gomphoſim cũ maxillis coarticulãtur, minimè verò propter motũ: aliaq; ratione (vt videbimus. *h.*) per ſynneuroſim, ſiue ſyſſarcoſim vniuntur. Adhùc ſunt alia oſſis vocati hyoidis, ſiue hypſiloidis oſſicula vt plurimum vndecim, quæ inter ſe inuicẽ per ſynchondroſim vniuntur: ſicq; per ſymphyſim propter quietem, neq; vllo pacto propter motũ articulantur. Quanuis enim à proprijs muſculis moueantur, propter motum pręcipuè ipſius linguæ, ac laryngis, quas per alios muſculos cõmunes hęc oſſa mouent: Nihilominùs tamen articulationem inter ſe nullã habent, quæ vel ad enarthroſim, vel arthrodiam, ſiue ginglymon reduci queat. Sed ne ad ſuturam quidem, vel harmoniã, vel gomphoſim referri poteſt: vnionem igitur ſiue ſymphyſim habent per ſynneuroſim, aut ſi mauis per ſynchondroſim, quia p chartilaginea ligamenta quædam vnita inuicẽ ſunt. Quinimmò interdùm vſq; adeò ſine intermedia ſubſtãtia coaleſcunt, vt oſſiculorũ numerus diminuatur, & nouem, vel etiã ſeptem, & interdùm pauciora etiam ſint. Itaq; propter quietem talis oſſiculorũ vnio facta eſt, ne in linguæ, aut laryngis motu abinuicẽ diſſipentur. Sed de his aliàs vberiùs: Noſtrum ergo proſequamur propoſitũ. Hæc prędicta oſſa minimè propter motũ cõpoſita ſunt, ſed vel propter quietem coarticulata, vel potiùs vnita ſunt: Hæcq; per ſynneuroſim, ſiue ſynchondroſim, quæ omnia ſi benè cõnumeres, ſine articulis oſſa ſunt ſexaginta in prima parte. Reliqua verò decem remanent propter motũ articulata: ſcilicet os occipitis, duoq; oſſa temporũ, & maxilla inferior, quæ ſunt quatuor: quibus adde ſex auditorij meatus oſſicula, tria videlicet vtrinq;. Articulãtur enim inter ſe malleus cum incude, incuſq; cum deltoide vtrobiq;, vt tria oſſa duos habeãt articulos vtrinq;. Sunt igitur propter motum articulata oſſa in prima parte decem. In ſecunda verò parte propter quietem oſſa cõiunguntur nouẽ, videlicet coccygis oſſa quatuor, quæ per ſynchondroſim inuicẽ, & cum oſſe ſacro coaleſcunt. Suntq; etiã oſſis ſacri nuncupati particularia oſſa quoq; inuicẽ in vnum apertè coaleſcentia. Primum enim eiuſdem ſacri os cum vltima lumborũ vertebra iam articulatur: alia verò quinq; inuicẽ (vti diximus) per ſymphyſim coaluerũt. Pectoris autẽ oſſa quãuis inter ſe propter quietem ſynchondroſi cõſtruantur: ſingula tamen cũ coſtis propter motũ (vt videbimus) coarticulantur. Demptis igitur illis nouẽ oſſibus, reliqua ſecundæ partis quinquaginta octo propter motum articulata ſunt. In tertia deinceps parte, quæ brachiorũ eſt, propter quietem colligantur oſſa viginti quatuor, videlicet ſeſamina oſſicula in manib⁹ ipſis exiſtẽtia. Reliqua verò, quæ ſunt numero ſexaginta, propter motũ articulantur (vt videbimus) Quarta demùm pars oſſa propter

e. Tex. 55.

f. Primo de fracturis tex. 10.

g. Com. 5.

Oſſium numerus, quæ ſunt ꝓpter motũ 186.

Oſſium numerus, quę ſunt ꝓpter quietẽ 119.

Prima pars oſſa 60. ꝓpter quietem.

h. Infrà com. 21.

Propter motũ oſſa decẽ in prima parte.

Secunda pars.

Propter quitem 9.

Propter motũ. 58.

Tertia pars

Propter quietẽ 24.

Propter motũ 60.

Quarta pars.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 35 sur 292

©BIU Santé

Ꝑpter quietem 26. Ꝑpter motum 58.

quietem habet duntaxat viginti ſex, videlicet ſeſamina ſimiliter in pedib⁹ viginti quatuor, duaſq; in genibus patellas. Articulos enim firmantia potiùs hæc ſunt, quã mouentia, quãuis alia ſuper his moueantur. Reliqua verò propter articulata oſſa numero ſunt quinquaginta & octo. Omnia igitur hucuſq; prænarrata oſſa, quæquidẽ propter quietẽ vel coarticulata, vel interdũ etiã coaleſcentia, neq; motum per ſe deſiderantia, ſunt numero centũ, & vndeuiginti: Nonnulla inquam ex his per ſuturam: Aliaq; per harmoniã: Nonnullaq; etiã per gomhpoſim coarticulata: vt in prima parte quamplurima ſunt: Aliaq; etiã per ſe coaleſcentia ſunt, vt ſacri oſſis oſſa. Nõnulla verò per ſynneuroſin ſynchondroſinue, vt oſſa hyoidis: Aliqua clariùs ꝑ ſynchondroſim: vt oſſa coccygis: Aliqua verò demùm ſunt, quæ articulos firmando tendonibus coaleſcentia adiuuant, nõ autem cum aliquo articulantur, vt ſeſamina ſunt, patelleq;. Reliqua verò propter motũ vberiùs perpendenda remanent: cùm in propoſito præſenti textu de articulis ſermo nobis ſit. Erant autẽ per ſuturã nõnulla propria capitis oſſa: per harmoniã verò quædam maxillæ ſuperioris: per gomphoſim autem ipſi dentes. His igitur preoſtenſis reliquum eſt, vt oſſa cuncta pernoſcamus, quæ propter motũ articulantur, numero centũ octoginta ſex. Inter quæ articulationes fiunt trecentæ & ſeptem: interdumq; (vt videbimus) trecentæ & quinq;. Quarũ præterea articulationũ omniũ, centum triginta ſeptem ſunt diarthroſes propter validum, manifeſtiſſimumq; motũ factæ: inter oſſa (vt patebit) centum quadraginta ſeptem: Aliæ verò omnes reſiduæ numero centum ſeptuaginta, ſunt ſynarthroſes, propter obſcurũ, difficilemq; motum cõpoſitæ: inter oſſa quidẽ centũ & tria. Quas profectò cunctas articulationes particulatim locis proprijs elucidabimus: quæ ſcilicet per enarthroſim, .i. ſiue arthrodiam, .k. & ginglymon .l. fiunt, enucleantes. Nunc verò generatim ſic declaremus: Totum videlicet ſceleton (vt hucuſq; fecimus) in quatuor partes diſtinguendo. In prima igitur parte articuli ſunt octo, inter oſſa vndecim: videlicet maxillæ inferioris cum duobus tẽporum oſſibus articuli duo, (alter videlicet vtrinq;) inter oſſa (vt patet) tria. Præterea auditus oſſiculorum articuli quatuor, inter oſſa quidem ſex. Item oſſis occipitis cum prima ceruicis vertebra, articuli etiam duo, alter in dextra, alter verò in ſiniſtra parte, inter oſſa quoq; duo. Quatuor autem horum diarthroſes ſunt. Alij verò quatuor, ſynarthroſes, atq; hęc in prima quidem ſceleti parte. Neceſſe autem fuit hic primam vertebram, quæ ad ſecũdam partẽ ſpectat, adiungere, vt articulationes cõpleri poſſent. Sunt autem duo mandibulæ inferioris articuli cum oſſibus tẽporum: alijq; duo occipitis cum prima vertebra, diarthroſes, quoniã propter magnum, ſatiſq; euidentẽ motũ facti ſunt. Oſſiculorũ verò auditus articuli quatuor inſenſibilem, exiguũq; habent motum, ideoq; ad ſynarthroſim referendi veniunt. In ſecunda verò parte articuli centũ & vndecim, vel interdùm centum & nouem, quãdo ſcilicet decima (vt videbimus) coſta duplici articulo cũ ſua decima vertebra nõ cõnectitur, ſicuti priores: ſed ſimplici, vt vndecima, & duodecima. Sunt autem hi ſecundæ partis articuli facti inter oſſa quinquaginta quinq;. Sed qui nam ſint, perpẽdamus. Secundæ vertebræ cũ prima articuli quidẽ tres: alter ſcilicet vtrinq;, ac tertius ipſius ſecundæ vertebræ dentis cũ anteriore parte primæ vertebræ, inter oſſa tantùm duo. Sed nos vnum in totius numeri concluſione cõputabimus, quia prima vertebra iam anteà in prima parte numerata eſt. Ampliùs cuiuslibet vertebræ ſequentis primã, vſq; ad os ſacrum ſunt articuli duo: Alter ſcilicet in dextris, alter verò in ſiniſtris. Cùm igitur ſint vertebræ illæ viginti tres, addito ſacri oſſis primo, erunt oſſa viginti quatuor. Inter quæ tamen interſtitia ſunt viginti tria, in quib⁹ articulationes fiunt. Erunt ergo horum articuli quadraginta ſex, inter oſſa duntaxat viginti quatuor. Quodlibet enim vertebrarũ interſtitiũ duas recipit articulationes. At in oſſium calculo generali viginti tria duntaxat oſſa ſtatuemus, quia ſecundã vertebram paulò iam anteà numerauimus. Item vertebrarũ dorſi, cum coſtis vt plurimũ ſunt articuli quadraginta quatuor: hoc videlicet modo. Nam coſtæ decem ſuperiores duplici coartãtur articulo: Altero quidem cum vertebræ corpore, altero autem cum ſuo laterali proceſſu: vndecima verò, & duodecima coſtæ ſimplici articulo, cũ vertebræ duntaxat corpore annectuntur. Sic ergo decẽ primæ coſtæ articulos faciunt viginti: duo verò ſunt alij vndecimæ, & duodecimæ. Itaq; ſunt omnes hi viginti duo. Totidẽ verò ſunt in altera parte: Igitur ſunt omnes quadraginta quatuor vt plurimùm. Sæpiùs enim vidimus decimã quoq; coſtam duplici cõiunctam articulo, ſicuti & nouẽ præcedentes. Quanuis Veſalius rarò viderit decimã duplici articulo cõnecti. Si verò ſimplex hic fuerit: tunc duntaxat quadraginta duo ſimul erunt. Sed quouis modo fiant, inter oſſa cõſtant numero triginta ſex: videlicet viginti quatuor coſtarum, & duodecim vertebrarũ. Quanquam in oſſium, quæ articulos habent, generali numero duntaxat viginti quatuor oſſa numerabimus: coſtarũ videlicet; Quia vertebræ iam prænarratæ ſunt. Præter hos alij quatuor articuli ſunt iugulorũ cũ pectoris oſſe primo, & ſcapulis: Duo inquam cum primo pectoris oſſe, alijq; duo cum his ſcapularũ proceſſibus, qui ſummi humeri, Græcè ἀκρώμια, nuncupantur. Suntq; hi quatuor articuli inter oſſa quinq; ſcilicet duo iugula, duaſq; ſcapulas, & primũ pectoris os. Deniq; in hac eadẽ ſecunda parte alij quatuordecim articuli coſtarũ verarũ cum tribus pectoris oſſibus. Quanuis enim * prima coſta cum

primo

Oſſium numerus ꝑpter motum articulatorũ, & articulorũ quoque numerus. Diarthroſes 137. Synarthroſes 170. i. com. 13. k. com. 14. l. com. 16. Prima pars Art. 8. inter oſſa 11.

Diarthroſes quatuor Synarthroſes quatuor Secunda pars art. iii. oſſa 55.

*Vide ſuprà com. 14. & 5, 12, cõ. 3.

©BIU Santé

primo ſterni oſſe maxima ex parte coaleſcat: Nihilominus tamen cùm motus gratia coniungantur, inter articulos numeraſſe nobis placuit. Adeò vt fiant hi articuli inter oſſa decem & ſeptem, videlicet quatuordecim coſtas veras, legitimaſq;, & tria pectoris oſſa. Verùm nos omnia oſſa aggregando inter quæ articuli ſecundæ partis fiunt, duo tantùm hic oſſa numerabimus ſcilicet ſecundum, & tertium pectoris. Nam primum os, & coſtas omnes iam anteà numerauimus. Itaq; ſi adamuſſim annumerare velis, omnes prędictos huius ſecundæ partis articulos, vt plurimũ centum & vndecim inuenies, ad minus verò centũ & nouem: inter oſſa quidẽ quinquaginta quinq;. Cum hac autem parte nõ articulantur oſſa Ilium: quæ ſcilicet oſſi ſacro adnaſcuntur: Idcircò ab hoc numero deſunt. Quòd ſi decimam coſtam ſimpliciter articulatã cum vertebrę duntaxat corpore offenderis, tunc huius ſecũdę partis articulos eſſe cõcludes centũ & nouẽ, inter oſſa tamen eadẽ quinquaginta quinq;. Horum verò articulorũ nõnulli ad diarthroſim referuntur, numero quadraginta nouẽ: alij verò ſexaginta duo ad ſynarthroſim pertinent. Etenim tres ſecundę vertebrę cum prima: Itemq; duodecim vertebrarũ dorſi cum coſtis, alij quadraginta quatuor: Iugulorum quoq; cum pectoris oſſe primo, alij duo articuli, qui ſunt ſimul iuncti articuli quadraginta nouem, inter oſſa (vt patet) quadraginta tãtùm, ad diarthroſim reducuntur: quãquã aliqui ad enarthroſim ſpecialiter, aliqui verò ad arthrodiã (vt videbimus) .*m*. referendi ſunt. Quadraginta tantùm diximus, quamuis ſint quadraginta & vnum: quia primã vertebrã in prima parte computauimus. Reliqui verò ſecundę huius partis articuli ſexaginta duo, puta vertebrarum, excepta prima, cunctarum aliarum viginti trium, vſq; ad oſſis ſacri primum os, quę ſunt oſſa viginti quatuor, inter ipſorum corpora adiuicẽ fiunt articuli quadraginta ſex: prætereà iugulorũ cum ſcapularum acromijs, alij duo: coſtarumq; verarum cum tribus pectoris oſſibus, alij quatuordecim, qui ſunt omnes prędicti articuli ſexaginta duo, inter oſſa quidem quadraginta quinq;, ad ſynarthroſim pertinent: ſpeciatim verò aliqui horum ad enarthroſim, aliqui verò ad arthrodiã, aliaq; ratione quadam ad ginglymon quodammodo ſpectant, vt poſteà quam ſpecies has definierimus oſtendemus. .*n*. Omnes igitur huius ſecundæ partis articuli prædicti iam ſunt numero centum & vndecim, inter oſſa quinquaginta quinq;. Quanuis enim ſynarthroſes inter oſſa quadraginta quinq; fieri dixerimus, quæ cũ prędictis quadraginta tantùm, in quibus fiunt diarthroſes, eſſent octoginta quinq;. Nihilominùs tamen aliqua replicantur, quæ ibi prætacta iam fuerant, præter quindecim ſcilicet quinq; vltimas ceruicis vertebras, & alias quinq; lumborum cum primo ſacri oſſis officulo, quæ ſunt vndecim: duo quoq; ſcapularũ acromia, & ſecundũ, tertiumq; pectoris oſſa. Quanuis igitur ſecundę huius partis ſynarthroſes inter oſſa fiant quadraginta quinq;, noua tamen oſſa in diarthroſi nõ cõputata erunt duntaxat quindecim. Adeò vt benè priùs numerauerimus, ſecundę partis oſſa, in quibus omnes articulationes fiunt, quinquaginta quinq; determinantes, omiſimus autem hic primam vertebram, vt diximus quam paulò ante in prima parte numerauimus. Item duo oſſa ſacro annexa dimiſimus, quia cum oſſibus ſecũdę partis nõ articulantur, ſed per ſynchondroſim coaleſcunt. Ideo nõ ampliùs quinquaginta & octo, ſed quinquaginta & quinq; diximus. Vertebrarũ autẽ articulos ad ſynarthroſim reduximus (pręter primæ cum ſecunda, & cum capite articulos) licet enim eorum omnium, vel multorũ motus euidẽtiſſimus, facillimuſq; ſit: Adeò vt penès ipſum quoq; Galenum, recentioreſq; Anatomiſtas nõ temere ad diarthroſim reducantur: .*o*. Nihilominùs tamen quia quęlibet per ſe ſumpta articulatio (ſiue ad enarthroſim, ſiue ad arthrodiam, ſeu ginglymon referatur) difficillima, & obſcura eſt: vt nullus vnquam demonſtrare queat (velut in brachiorũ, & crurum diarthroſibus) cuius nam vertebræ, aut particularis vertebrarum articuli motus ille ſit: Niſi cp plures videmus articulos inſimul moueri. Propterea (vt anteà quoq; tetigimus .*p*.) ad ſynarthroſim ſingulos vertebrarũ articulos per ſe ſumptos referre, nobis placuit. Sed tertiam ſceleti partem cõtemplemur, quæ eſt à ſcapulis ad extremas vſq; manus, articulos habens nonaginta quatuor, inter oſſa quidem noua, nec in prędecedenti parte numerata ſexaginta, videlicet imprimis (dextra tantùm parte cõſiderata, vt per eam ſiniſtra quoq; intelligatur) humeri cum ſcapula, vnum: humeri cum cubito, vnum: humeri cum radio, vnum: vlnę cum radio, duos: Alterum ſcilicet ſuprà, iuxta vlnę articulum: Alterum verò infrà, propè carpum: Radij cum primo, & ſecundo oſſe brachialis, ſeu carpi, duos: vlnę cum brachialis oſſe tertio, vnum: Primi oſſis pollicis cũ quito brachialis oſſe, vnũ: poſtbrachialis oſſium cum primis quatuor digitorum oſſibus, quatuor. Oſſium digitorum inter ſe, decem. Sunt igitur hucuſq; articuli viginti tres, inter oſſa viginti ſeptẽ, omnes vt videbimus, ad diarthroſim relati: Totidem verò ſunt in altero brachio, ſic igitur erunt diarthroſes quadraginta ſex: quamquã ſpeciatim nõnulli horum ad enarthroſim, nõnulli verò ad ginglymon pertinent. Pręter hos autẽ & alij viginti quatuor articuli ſunt, ad ſynarthroſim referendi, inter oſſa duodecim: videlicet oſſiũ brachialis inter ſe, vndecim: hoc modo primi oſſis brachialis cũ ſecundo, quinto, ſexto, & ſeptimo eiuſdem. Adeò vt quatuor ſint hæ articulationes. Item ſecundi cum tertio, & ſeptimo, & ſic aliæ duæ ſunt: prętereà aliæ quoq; duæ ſunt tertij cum quarto, & octauo. Demùm aliæ tres ſunt

ſcilicet

Diarthroſes 49. oſſa 40.

m.com.13. & 14. Synarthroſes 62. oſſa 15.

n. com.13. 14. & 16.

o. vide ĩfrà c.7. com.1.

p.com.prę-ſenti poſt princ. Tertia pars art.94. oſſa 60. Diarthroſes 46.

Synarthroſes 48.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 37 sur 292

©BIU Santé

ſcilicet quinti cum ſexto, & ſexti cum ſeptimo, & ſeptimi cũ octauo. Sunt ergo omnes prędictæ articulationes oſſium brachialis inter ſe vndecim, præter quas ſunt & aliæ ſeptẽ oſſiũ brachialis cum oſſibus poſtbrachialis, videlicet primi oſſis poſtbrachialis, quod indicem reſpicit, cũ ſexto brachialis oſſe, & quinto: ſicq; duæ ſunt articulationes. Prętereà ſecundi oſſis poſtbrachialis cũ ſeptimo, & obſcurè cum ſexto brachialis, & ſic alię duę ſunt: veluti & alię duę tertij oſſis poſtbrachialis cũ octauo, & obſcurè cum ſeptimo brachialis. Tandem vna eſt quarti oſſis poſtbrachialis (quod ſcilicet auricularem digitum reſpicit) cum octauo brachialis. Adeò vt ſeptem huiuſmodi poſtbrachialis cum brachiali articulationes ſint. Deinde ſex ſunt poſtbrachialis oſſium inter ſe. Etenim poſtbrachialis oſſa quatuor ſunt, ideoq; tria habent interualla, treſq; inde articulationes inter ſe, in parte ſuperiore, tres verò etiam in parte inferiore. Igitur ſex ſunt. Qui cõiuncti cum vndecim prędictis oſſium brachialis inter ſe articulis, & cũ ſeptem alijs oſſium poſtbrachialis cũ brachialis oſſiculis, erũt omnes hi articuli ad ſynarthroſim (vti diximus) relati, viginti quatuor, inter oſſa numero duodecim. Totidem verò cũ ſint in altero brachio, erũt omnes hę tertię partis ſynarthroſes quadraginta & octo, ſed omnes ſimul tertię partis articulos perpendamus. Hi ergo viginti quatuor, cũ alijs prędictis viginti tribus ad diarthroſim ſpectãtibus cõiuncti articuli ſunt quadraginta ſeptem, Inter oſſa (vt patet) triginta nouem. Sed quoniã in altero latere, puta ſiniſtro, ſunt alij quadraginta ſeptẽ ſimiles articuli: Omnes igitur erunt inſimul vtriuſq; brachij pro tertia parte articuli ſynarthroſes, & diarthroſes, nonaginta quatuor: Inter oſſa quidẽ, ſecundùm prędictum numerum, ſeptuaginta octo. Verùm quia nõnulla ſunt oſſa, quæ replicantur, vt quæ cum vno oſſe per diarthroſim, cum alio per ſynarthroſim cõnectuntur: Ideò remotis huiuſmodi oſſium replicationibus, reſtant ſolũ oſſa huiuſmodi tertiæ partis ſexaginta duo, videlicet ſcapula in altero latere vna, humerus vnus: radius vnus: vlna vna: brachialis oſſa octo: poſtbrachialiſq; quatuor: quæ ſunt hucuſq; ſexdecim, additiſq; deinceps digitorũ oſſibus quindecim, fient omnia triginta, & vnũ. Totidem ergo cùm in altero brachio ſint. Reliquũ eſt, vt omnia brachiorũ oſſa cum ſcapulis ſint duo ſupra ſexaginta. Nos verò circa principia huius tertię partis duntaxat ſexaginta oſſa, nõ ſexaginta duo poſuimus. Vnde hæc igitur diuerſitas? Reſpondeo quod cũ ſcapulis oſſa tertiæ partis ſunt ſexaginta duo. Sed quoniam ſcapulæ in ſecunda parte prænarratæ fuerant: idcircò ea duntaxat tangendo, quæ noua ſunt, nec ampliùs (vt ibi diximus) in prędcedenti parte numerata, remanebunt oſſa tertię partis duntaxat ſexaginta, in quib⁹ articuli tàm ꝑ diarthroſim, quàm per ſynarthroſim fiunt. Quarta demùm ſceleti pars eſt, quæ ab illis oſſibus exorditur, quæ ſacro cõmittuntur ad pedes vſq;, articulos habens nonaginta quatuor, inter oſſa quoq; ſexaginta: videlicet (in altero priùs crure nobis cõſiderantibus) coxendicis oſſis cum fęmore articulum vnum: prętereà fęmoris cũ tibia, duos. Duplici enim enarthroſi potiùs, quã ſimplici ginglymo articulari cum fęmore tibiam decernimus (quamquã abſurdum nõ eſt, alia ratione, impropriéq; interim, largeq; ginglymon quarto modo appellare): ad latera enim, & in gyrũ in genu articulo tibia (quãuis occultè) mouetur: Quicquid nõnulli ſapientes Anatomici in oppoſitũ ſcripſerint: Minimè intereà animaduertentes & tibię cũ ſura articulationes, quæ aliter fruſtrà factę fuiſſent, & tendonũ tibiam mouentiũ inſertiones, ac illius pręcipuè muſculi ſitum, qui ſub poplite occultatur, tibiam nõ extrorsùm (vt aiunt nõnulli) ſed introrsùm, ſi rectè perpenderis, retrahens: vt pedem versùs alteram tibiam reuoluat: quò vniri ambas tibias, validiuſq; firmari pedibus faciat. Enarthroſis ergo duplex eſt: ſicut duo fęmoris capita in duos tibiæ ſinus ingredientia ſunt, quæ tamen in motu rectæ extenſionis, flexioniſq;, diarthroſeos ſpecies eſt: validiſſimus enim maximuſq;, & euidẽtiſſimus motus ille eſt. In flexione verò laterali, & obliqua ſatis obſcur⁹, paruuſq;, & difficilis motus ineſt. Adeò vt niſi à fęmoris etiã muſculis, oſſibuſq;, & articulis adiuuetur, vix expleri, ac perfici poſſet. Huius itaq; obliqui motus ratione, ad ſynarthroſim refertur. Prętер hos autem articulos, habet quarta hæc pars ſurę cum tibia duos, tali cum tibia, vnum: tali cum ſura, vnum: tali cũ calce duos: tali cum ſcaphoide, vnum; ſcaphoidis cũ tribus oſſibus tarſi, tres: calcis cum quarto oſſe tarſi vocato cyboide, vnũ: prętereà omniũ tarſi oſſium inter ſe, tres: pedij oſſiũ omniũ cũ quatuor oſſibus tarſi articulos octo, videlicet hoc modo, primi oſſis pedij, quod pollici reſpondet, cum primo oſſe tarſi, vnum: Prętereà ſecundi oſſis pedij cũ ſecundo, primo, & tertio oſſe tarſi, tres. Adhùc tertij oſſis pedij cum tertio oſſe tarſi, vnum: Deinde quarti oſſis pedij, cum quarto, & tertio oſſe tarſi, duos: Deniq; quinti oſſis pedij cum quarto oſſe tarſi vnum. Sunt ergo omnes hi pedij cum tarſo articuli octo. Prętер quos, ad hùc ſunt articuli oſſium pedij cum primis oſſibus digitorũ numero quinq;: Item oſſium pedij inter ſe articuli ſunt alij octo. Quatuor enim cùm ſint oſſium pedij interualla, quatuor quoq; erunt articuli ſuprà, & alij quatuor infrà (medijs interim partibus abinuicem diſtantibus) ſicq; ſunt articuli octo. Deniq; oſſium digitorum pedis inter ſe, alij ſunt articuli nouem: videlicet inter oſſa prima, & ſecunda quatuor digitorum, ſunt quatuor: Inter ſecunda, & tertia eorundẽ, alij quatuor articuli ſunt. Et quia pollex pedis duobus tantùm oſſibus cõſtat: propterea inter primũ, & ſecundũ os eius vnus tantùm articulus eſt. Itaq;

in digi-

Dubium. Reſponſio.

Quarta pars art. 94 oſſa 60.

Ginglymi modos vide infrà com. 16. Cõtra Veſalium.

©BIU Santé

in digitorum ossibus(vti dictum est)nomen articuli sunt.Omnesq; prędictos articulos exquisitè connumerando, quadraginta septem esse alterius cruris inueniemus. Totidem verò cùm sint in altero crure, restat vt vtriusq; cruris, ac ꝑ hoc quartæ sceleti partis articulos esse nonaginta quatuor, cõpertissimum sit. Inter ossa (vt patet) sexaginta, videlicet coxendicis vnum, femoris vnũ: tibię vnum: surę vnum: tali vnum:calcis vnum, scaphoidis vnum, tarsi quatuor, pedij quinq;, ac digitorum quoq; pedis quatuordecim: vt sint omnia hęc ossa triginta, totidemq; in altero crure. Idcircò sunt omnia utriusq;cruris ossa sexaginta. Includuntur enim in hoc numero duo ossa illũ: quæ cum secunda parte nõ cõiungebantur, quia nullam faciunt cum illius ossibus articulationẽ, licet alia ratione ad tertiã partẽ antea reduxerimus. Horum uerò quartę partis articulorũ numero nonaginta quatuor aliqui sunt ad diarthrosim reducendi, numero scilicet triginta octo, inter ossa quidem quadraginta & octo, uidelicet coxendicis cum femore, articulus unus: femoris cum tibia, duo: tali cum tibia, unus: tali cum sura, unus: pedij ossium cum primis digitorum ossibus, quinq;. Prętereà ossium digitorũ inter se, nouem: Qui sunt omnes alterius cruris articuli undeuiginti. Totidem uerò in altero crure inuenimus. Cunctæ igitur utriusq; cruris diarthroses sunt numero triginta octo. Ossa uerò in altero duntaxat crure (ut patet) uiginti quatuor sunt, uidelicet coxendix, femur, tibia, sura, talus, quæ sunt quinq;: Item quinq; ossa pedij, & quatuordecim deniq; ossa digitorum, quæ simul iuncta uiginti quatuor sunt. In utroq; igitur crure simul erunt ossa (in quibus diarthroses fiunt) quadraginta & octo: ipsę autẽ diarthroses (uti diximus) triginta & octo sunt. Alię uerò articulationes numero quinquaginta sex, inter ossa uiginti & octo, sunt synarthroses: uidelicet surę cum tibia, duę: tali cum calce, duę: tali cũ scaphoide, una: scaphoidis cum tribus ossibus tarsi, tres: cyboidis ossis cũ calce, una: tarsi ossiũ inter se, articulationes tres: pedij ossium cum tarso quidẽ, octo: pedij ossium inter se, iterũ alię octo. Quæ sunt omnes coarticulationes, synarthroseue uiginti & octo. Totidẽ uerò in altero crure sunt: Idcircò utriusq; cruris, quarteue partis synarthroses esse quinquaginta sex, concludemus: inter ossa (ut diximus) uiginti & octo: uidelicet surę unum, tibię unum, tali unum, calcis unũ, scaphoidis unũ, quæ sunt quinq;: prętereà tria ossa tarsi, & cyboides, sunt alia quatuor, & pedij quinq;: sunt simul omnia quatuordecim in uno crure: totidemq; sunt in altero: sicq; sunt ossa omnia in quarta hac parte ꝑ synarthrosim coarticulata numero uiginti & octo. Verum (ut anteà quoq; tetigimus) mirum nõ est, si quartę partis articulatorũ ossium numerũ sexagenariũ excedant, quæ nunc dicta iam sunt: scilicet per diarthrosim quadraginta & octo, & per synarthrosim alia uiginti & octo: ut sic dicãtur esse omnia septuaginta sex. Etenim multa replicantur in synarthrosi, quæ prætacta erunt in diarthrosi, cum ossibus quibusdã per diarthrosim, alijs uerò per synarthrosim eadem cõiungantur, articulẽturq;. Repetita igitur tanquã diuersis modis articulata sunt, sura, tibia, talus, pedjq; ossa quinq;, quæ sunt in utroq; crure sexdecim. His ergo demptis noua sunt in synarthrosi duntaxat duodecim, in alterutro scilicet crure sex, ut calx, scaphoides, cyboides, aliaq; tria ossa tarsi. Hęc igitur duodecim cum prędictis in diarthrosi quadraginta & octo, sexagenariũ numerũ non excedunt: sed ipsum adęquant. Prędictarum uerò diarthroseon, & synarthroseon propter motũ factarum species quæ nam scilicet sint: An enarthroses, siue arthrodię, uel ginglymi, posteriùs elucidabimus. *q.* Colligendo igitur articulos primę partis octo, secundę partis centũ & undecim, uel centum & nouem: tertię partis nonaginta quatuor, & quartę demum partis alios nonaginta quatuor, iam esse (ut ab initio proposuimus) articulos omnes trecentos & septem, uel saltem trecentos & quinq; cõpertissimum erit. Ossa uerò inter quæ articulationes fiunt primæ partis sunt undecim: secundę partis quinquaginta quinq;, Tertię uerò sexaginta, Quartęq; demũ alia sexaginta, omnia simul iuncta erunt (prout ab initio quoq; determinauimus) centũ & octoginta sex. His igitur prędictis, ad Galeni cõtextum cõuertamur dicentes. Eorum, quæ per articulũ mouentur, Quędam per diarthrosim articulantur, quę sunt ossa quidem centũ quadraginta septem, diarthroses uerò centum triginta septem. Quędam uerò per synarthrosim connectuntur, suntq; ossa centũ & tria: synarthroses uerò centum septuaginta. Adeò ut sint articuli omnes (perindeac prędictũ iam est) trecenti & septem, uel interdùm trecenti & quinq;. Ossa uerò, inter quæ tales articuli fiunt, numero appareant, propter multorũ prędictas replicationes, duncenta quinquaginta: uerius autẽ, exquisitiusq; singula perpendendo, sint duntaxat centum octoginta sex: quæ omnia studiosis clarissima fient, quæ prędicta hucusq; sunt exquisitissimè, peregrinaq; mente contemplantibus, memorięq; deinceps mandãtibus, pro quorum ingenio, & exercitatione minutatim sic scribere decreuimus: Verum enimuerò si cuncta exactiùs adhùc, acq; adamussim intelligere cupitis: singularũ tàm diarthroseos, quàm synarthroseos specierum definitiones, & exempla perpendamus, ab enarthrosi prima ambarum specie exordientes, quæ ad varios motus alijs articulationibus præstantior est.

Diarthroses 39. ossa. 48.

Synarthroses 56. ossa 28.

q. Com. 13. 14. & 16.

Epilogus articulorũ, & ossium.

Galeni textus.

TEXTVS

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 39 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS TERTIVSDECIMVS.

" Ενάρθρωσις μὲν οὖν ἐστιν, ὅταν ἥτε κοιλότης, ἡ ὑποδεχομένη βάθος ἱκανὸν ἔχει καὶ ἡ ἐγκαταβαίνουσα κεφαλὴ ὑπάρχῃ.

" Enarthroſis igitur eſt, quùm excipiens cauitas profunditatem ſufficientẽ habet: caputq;, quod
" in eam inſeritur, prominens exiſtat.

COMMENTVM TERTIVMDECIMVM.

κεφαλὴ, & κεφάλαιον caput ſignificat. Illud ſcilicet, quod in alterius oſſis cauitatem inſeritur, articulaturq;. Enarthroſeos, latinè inarticulationis, exempla, pro faciliore doctrina, eodẽ ordine proſequemur, quo in præcedenti cõmento, & oſſiũ, & articulationũ priùs generatim, deincepſq; ſpeciatim dearticulationum, & coarticulationũ, Græcè diarthroſeon, & ſynarthroſeon numerũ enucleauimus: Ipſum videlicet ſceleton in quatuor partes diuidẽtes, ac ſigillatim ſingularũ partium enarthroſes oſtendentes. Nec aliter in arthrodię, & ginglymi interpretatione procedemus. Quinimmò enarthroſim priùs elucidabimus, quæ diarthroſeos ſpecies eſt, motu magno, manifeſtoq;, & valenti prædita: deinde aliam enarthroſim, quæ ſynarthroſeos ſpecies eſt, motu inquã paruo, difficiliq;, & obſcuro innixa, demonſtrabimus: tàm vtriuſq; enarthroſeos, quàm oſſium eas cõſtituentium numerũ apponentes. Enarthroſis igitur quæ, & quid ſit, & quomodo fiat, tàm apertè à Galeno in præſenti textu definita eſt, vt noſtra interpretatione minimè indigeat. Numerum verò nos ſuppleamus enarthroſeon, & oſſiũ (vti promiſimus) omnes ergo enarthroſes tàm cum manifeſto, quàm cum occulto motu ſunt nonaginta & ſex: inter oſſa cẽtum & vndeuiginti v. g. ab ea enarthroſi exordientes, quæ cum magno, validoq;, ac manifeſto motu fit, dicamus, & eiuſmodi articulationes ſunt quadraginta ſex, inter oſſa ſexaginta ſeptem. In prima ſi quidẽ parte ſunt enarthroſes duntaxat quatuor, inter oſſa quinq;: videlicet capitis, hoc eſt, oſſis occipitij cum prima vertebra, duæ: inter oſſa quoq; duo. Item inferioris mandibulæ cũ duobus tẽporum oſſibus aliæ duæ, inter oſſa tria: ſupponendo interim mandibulæ os vnũ, ſimplexq;, nõ duplex eſſe. Sic igitur in prima parte ſunt inarticulationes (quas enarthroſes cum manifeſto motu dicimus, quatuor, inter oſſa quinq;, ſcilicet os occipitis, & primæ vertebræ. Itemq; duo temporum oſſa, vnumq; demũ inferioris maxillę. In ſecũda parte nulla eiuſmodi enarthroſis eſt. (Niſi velis duos iugulorũ cum primo ſterni oſſe ad enarthroſim reducere: Nobis tamen magis placuit inter arthrodias cõnumeraſſe.) Quanuis enim prima vertebra cui enarticulatur occiput, ſecundę ſceleti partis ſit: ipſius tamen articulũ, ratione ingredientis, ſuſceptiq; capitis, præcedenti cõmento in prima parte numerauimus. Sic ergo & hic obſeruauimus. In tertia igitur parte alias enarthroſes inquiramus, in qua viginti ſex inuenietmus, inter oſſa quidẽ triginta ſex: videlicet humeri cũ ſcapula, enarthroſis vna eſt: humeri cum radio, vna: (in vno priùs brachio tantum intelligimus) cubiti cũ radio ſuprà, infraq;, duæ. Quanquã alia ratione hæ duæ ad ginglymon reduci queunt, quatenùs ſcilicet radius ſuprà quidẽ à cubito recipitur: infrà verò econtra, radius cubitũ recipit. Quemadmodum cõtrà de humeri articulatione cum cubito dici poſſet: quòd ſcilicet duæ veluti quędã enarthroſes ſunt, dum cubitus ſuſcipit humerũ, & ab eo ſuſcipitur. Sed quia vera ginglymos illa, veraq; vnica articulatio eſt, ea inquã, quæ inter humerũ, & cubitum fit: idcircò ad ginglymi ſermonem ipſam reſeruauimus, vnicã dũtaxat ibi numeraturi. .r. Has verò vlnæ cũ radio tanquã duas enarthroſes hic ſupponentes: cùm duæ in diuerſis locis articulationes ſint. Sed alias proſequamur enarthroſes: videlicet radij cũ brachialis oſſibus primo, & ſecũdo inarticulationes duæ ſunt: cubiti cũ brachialis oſſe tertio, vna: primi oſſis pollicis cum quinto brachialis oſſe, vna: Secundi oſſis pollicis cum primo eiuſdem pollicis oſſe, vna: Demùm poſtbrachialis oſſium cum primis quatuor digitorum oſſibus inarticulationes, ſiue enarthroſes quatuor. Sunt igitur alterius brachij enarthroſes tredecim. Totidẽ verò ſunt in altero brachio. Itaq; omnes tertię partis erunt inarticulationes viginti ſex: Inter oſſa (vt diximus) triginta ſex, quæ ſcilicet ſunt in vno brachio ſcapula, humerus, vlna, radius, quæ ſunt quatuor: Item primum, ſecundum, & tertiũ, & quintũ os brachialis, quæ ſunt alia quatuor. Adhùc primum & ſecundum os pollicis: ſicq; ſunt decem. Vltra ſunt quatuor brachialis, & alia quatuor digitorũ prima oſſa: ſicq; omnia ſunt vnius brachij oſſa inarticulata propter motũ manifeſtũ, duodeuiginti. Totidemq; in altero brachio. Qua de re tertiæ partis oſſa inarticulata ſunt triginta ſex. In quarta demũ parte ſunt enarthroſes ſexdecim, inter oſſa viginti ſex: videlicet coxendicis cum femore, vna: femoris cum tibia, duæ. (Duas enim enarthroſes poſuimus cõmento etiã præcedente. Præſertim quia tuberculum illud in medio duorum ſinuum tibię emergens, propter validiſſimũ potiùs ligamentũ, factũ eſt, quod femur ipſum

cum

Enarthroſis quid.

Enarthroſis cũ manifeſto motu 46. oſſa 67.

Prima pars Enarthroſis quatuor oſſa 5.

Secunda pars. Nihil.

Tertia pars Enarthroſis 26. oſſa 36.

r. Com. 15.

Quarta pars. Enarthroſis 26. oſſa 36.

©BIU Santé

cum tibia cõstringit: nõ ꝙ duorum femoris processuũ intermediũ ſpatium articulatione repleat: quemadmodũ in cubito videmus, & ſecundis, ac tertijs quatuor digitorum dearticulatis oſſibus: in quibus verè ſimplex motus eſt: ſicut verè ginglymos illorum dearticulatio exiſtit. Tibię verò cum femore articulationem ſi ginglymo factam eſſe cõtenderis, largè quidẽ, & impropriè potiùs talem fieri dicendum eſt propter id, quod iam iam prędictũ eſt. Vltra ꝙ ſimplex eius motus non eſt, quia in latera quoq;, & in gyrum, quãquã per aliam articulationẽ cũ ſura ſcilicet ipſius tibiæ factã ſynarthroſim obſcurus, ac difficilis huiuſmodi lateralis motus eſt cõſentiẽte interim aliqua genu articulorũ laxitate.) At alias videamus inarticulationes: pręter dictas igitur ſunt pedij oſſiũ cum primis digitorum oſſibus enarthroſes quinq;. Si benè igitur cõnumeres, erunt quartę huius partis enarthroſes, ſiue inarticulationes cum euidenti motu in altero crure octo. Totidem verò in altero crure ſunt. Igitur omnes erunt ſexdecim, inter oſſa viginti ſex: quæ ſunt, coxendicis, femoris, tibię quę ſunt tria. Item quinq; oſſa pedij, & quinq; oſſa digitorũ prima: ſunt ergo in vno crure tredecim. Totidem verò ſunt in altero crure. Itaq; ſunt omnia quartę partis oſſa, in quibus enarthroſes manifeſtę fiunt viginti ſex. Colligendo igitur enarthroſes primę partis quatuor, tertię partis viginti ſex (in ſecunda enim deeſſe prędiximus) & quartę demùm ſexdecim: erunt omnes totius ſceleti, quæ ſunt cum manifeſto, validoq; motu, vt diarthroſeos ſpecies dicãtur, enarthroſes quadraginta ſex: inter oſſa (vt patet) primæ partis quinq;, tertiæ partis triginta ſex, & quartę viginti ſex: vt ſint omnia ſexaginta ſeptem. Tempeſtiuũ verò eſt, vt alias enarthroſes conſideremus, quæ cum difficili occultoq; motu ſunt, ac per hoc ad ſynarthroſim referuntur: ſunt igitur & hæ quidẽ enarthroſes numero quinquaginta, inter oſſa quinquaginta duo. At particulatim eodẽ ordine in ſingulis quatuor ſceleti partibus eas perpendamus, Numerumq; prius partium, deinceps verò totius colligamus. In prima igitur parte ſunt enarthroſes tãtùm duæ, inter oſſa quatuor: quę ſcilicet ſunt in auditorio tympano inter malleum vocatũ officulũ, & incudem. In vtraq; igitur aure ſunt duę enarthroſes, & oſſa quatuor. In ſecunda parte ſunt enarthroſes viginti quatuor, inter oſſa duo & viginti, v.g. ſex coſtarum verarũ, ſeu legitimarũ (ſcilicet ſecundę, tertię, quartę, quintę, ſextę, & ſeptimę) cum ſterno, ſeu tribus pectoris oſſibus, inarticulationes duodecim: videlicet ſex in alterutra parte (quãquã Galenus, qui largiùs arthrodiæ nomen accepit, ad arthrodiã hos articulos reduxiſſe apparet.*) At nos veras enarthroſes eſſe determinamus: quia oſſium apertam, altamq; cauitatẽ cõſpicimus, & coſtarum inſertas extremitates. Quæ cauitates ita diſtributę ſunt: videlicet ea, in quam ſecunda coſta inſeritur, in medio primi, & ſecundi oſſis pectoris inſculpitur. Quæ verò tertiã, quartã, quintã, ſextamq; coſtas recipiunt cauitates, in ſecundi oſſis ſubſtantiã factę ſunt. Quæ demùm ſeptimã coſtã ſuſcipit, in medio ſecundi, ac terij oſſis ſterni inſculpta eſt. Pręter has autem & alię duodecim ſunt ſcilicet ſex vtrinq; inter lumborum vertebras inter ſe inuicem, & cum duodecima thoracis, atq; oſſe etiam ſacro. Sunt igitur ſecundę partis enarthroſes viginti quatuor, inter oſſa viginti duo, ſcilicet coſtas vtrinq; ſex, quæ ſunt duodecim (pręter primas, vtrinq; vnã) ac tria pectoris oſſa (in ętate inquã prouectis). Itemq; vertebras thoracis duodecimã, & lumborũ quinq;, ac oſſis lati primũ. In tertia parte ſunt inarticulationes ſexdecim, inter oſſa etiã ſexdecim: videlicet brachialis quorundam oſſium inter ſe, vt primi cum ſecundo, quinto, ſexto, & ſeptimo: quę ſunt inarticulationes quatuor: prętereà ſecũdi oſſis eiuſdẽ brachialis cum ſeptimo, vna. Item tertij cum octauo, vna: & demùm quinti cũ ſexto, vna: ſunt ergo hę omnes enarthroſes ſeptem: vltra eſt poſtbrachialis oſſis, quod indici reſpõdet, cum ſexto brachialis, vna. Itaq; ſunt octo. Totidem verò ſunt in altero brachio: Ideoq; ſunt ſexdecim, inter oſſa ſimiliter ſexdecim: videlicet primum, ſecundum, tertium, quintum, ſextum, ſeptimum, & octauũ brachialis, quæ ſunt ſeptem: poſtbrachialiſq; vnum: ſicq; ſunt omnia oſſa in altera manu octo. Totidem verò ſunt in altera: Igitur omnia ſimul oſſa tertię partis, in quibus enarthroſes occultę fiunt, ſexdecim. In quarta demũ parte ſunt enarthroſes octo, inter oſſa verò decem: videlicet fibulę, ſeu ſurę oſſis cum tibia, ſcilicet parte inferiore, vna: Tali cum ſcaphoide, vna: ſicq; ſunt duę: prętereà tali cum calce, duę: ſunt igitur quatuor, inter oſſa (vt patet) quinq;. Totidem verò in altero crure ſunt: Igitur omnes octo exiſtunt. Inter oſſa decẽ videlicet fibulam, tibiam, talum, ſcaphoidẽ, & calcem, quæ ſunt in vna parte, quinq;: totidemq; in alia, ſicq; ſunt decẽ. Colligendo igitur primę partis enarthroſes duas, ſecundę viginti quatuor: tertię ſexdecim: quartęq; demùm octo. Erunt omnes eiuſmodi enarthroſes, quæ ſcilicet cum occulto, ac difficili ſunt motu, numero quinquaginta: Inter oſſa quidem (vt patet) quinquaginta duo ſcilicet primę partis oſſa quatuor: ſecundę partis viginti duo: tertięq; ſexdecim, & quartę decẽ. Coniungamus ergo enarthroſes omnes, quæ cum valido, manifeſtoq; motu, & quæ cum occulto fiunt, omnes procul dubio eſſe inueniemus nonaginta & duo: inter oſſa centũ & vndeuiginti: ſed hęc de enarthroſi, prima quidem tam diarthroſeos, quam ſynarthroſeos ſpecie, dicta ſint.

Enarthroſes cum occulto motu 50. oſſa 52. Prima pars Enarthr. 2. oſſa quatuor.

Secunda pars. Enarth. 24. oſſa 22. Cõtra Galenum. *infrà cap. 22. tex. 3.

Tertia pars Enarth. 16. oſſa 16.

Quarta pars. Enarth. 8. oſſa 10.

Epilogus.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 41 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS QVARTVSDECIMVS.

Ἀρθρωδία δὲ ἐστὶν ὅταν ἥτε κοιλότης ἐπιπόλαιος ᾖ, καὶ ἡ κεφαλὴ ταπεινὴ,

Arthrodia verò eſt, quùm cauitas ſuperficialis ſit, caputq; depreſſum.

COMMENTVM QVARTVMDECIMVM.

ADEO quidem depreſſum capitulũ, cauitaſq; lenis, ac ſuperficialis arthrodiæ ineſt; vt interdùm difficile ſit iudicare quod nam iubeat, quodue recipiat. Hæc verò duplex eſt. Quædam enim ſpecies eſt diarthroſeos, cum motu magno, euidentiq;, ac facili: Quædam verò ſynarthroſeos ſpecies eſt, cum difficili, occultoq; motu conſiſtens, ac minimo: vtranq; igitur proprijs exemplis oſtendamus: Ac primò eam, quę diarthroſeos ſpecies eſt, motumq; euidẽtem, magnũq;, ac facilẽ habet. Huiuſmodi verò arthrodicæ articulationes (quæ in totum ſunt quinquaginta & vna: inter oſſa quadraginta quinq;) in prima parte nõ adſunt, niſi eę, quę occultũ motũ habent: de quibus poſtea loquemur. Ad ſecundam igitur accedamus partem. In qua ſunt arthrodię quadraginta nouem, inter oſſa quadraginta & vnum: videlicet primę ceruicis vertebrę cum ſecunda, duę: ſecundę vertebrę dentis cũ prima vertebra, vna: ſicq; ſunt tres: prętereà iugulorum cum primo pectoris oſſe arthrodię quidẽ duę. Item coſtarum cum dorſi vertebrarum corporibus, arthrodię viginti quatuor: ſicuti coſtę quoq; viginti quatuor ſunt. Item coſtarũ cum earũdem vertebrarũ lateralibus proceſſibus aliæ viginti. Etenim decem coſtę ſuperiores duplicẽ (vt anteà diximus *) ad vertebras articulationẽ habent: Alteram ſcilicet cũ corporibus vertebrarũ dorſi: Alteram verò cũ lateralibus proceſſibus earundem. Duę autem vltimę coſtę ſcilicet vndecima, & duodecima, eam quę ad vertebrarũ proceſſus refertur, articulationem non habent. Decem igitur cùm ſint hę articulationes in qualibet parte: fient omnes viginti. Quòd ſi decima quoq; coſta ſimplicem (aliarum duarum inferiorum inſtar) articulationem obtinuerit, quemadmodũ ſępè ſic accidiſſe cõpertum nobis eſt, licet rariùs, quã duplici: tunc erunt hę coſtarũ cum lateralib⁹ proceſſibus articulationes arthrodicę vndeuiginti: Nos autem frequentiùs viginti cõſpeximus. Cum alijs ergo, quæ ad vertebrarũ corpora referuntur viginti quatuor, erunt omnes quadraginta quatuor, cũ tribus verò primę, ac ſecundę ceruicis arthrodijs ab initio ſtatim dictis arthrodijs, alijſq; etiã prędictis duabus iugulorum cum pectoris oſſe primo articulationibus erunt omnes quadraginta nouẽ: inter oſſa (veluti prętactum eſt) quadraginta & vnũ: videlicet ceruicis vertebras duas, iugulos duos, primumq; pectoris os, quę ſunt quinq;. Item duodecim dorſi vertebras, coſtaſq; demũ viginti quatuor, quæ ſunt omnia quadraginta oſſa, & vnum. In tertia ſceleti parte nulla huiuſmodi arthrodia cum euidẽti, faciliq; motu exiſtit: Quocircà ad quartã partem deueniamus. In qua duæ tantùm arthrodiæ ſunt: ſcilicet tali cum oſſe ſuræ. In qualibet enim tibia vna eſt inter oſſa duo: vt ſint in vtroq; ſimul crure arthrodiæ duæ inter oſſa quatuor. Sunt igitur omnes totius ſceleti arthrodiæ cum manifeſto, validoq; motu quinquaginta & vna: ſcilicet ſecundę partis quadraginta nouẽ, quartęq; partis duæ, in prima verò, & tertia parte nulla eſt: inter oſſa omnia quadraginta quinq;. Sed aliam arthrodiã perpendamus, ſuiſq; exemplis etiã elucidemus, quæ ſynarthroſeos ſpecies eſt, cum occulto ſcilicet, difficiliq; motu. Sunt enim huiuſmodi per totum ſceleton arthrodiæ cẽtum duodeuiginti, inter oſſa ſeptuaginta ſeptem. In prima enim parte ſunt arthrodiæ tantùm duæ, videlicet in alterutra aure, vna oſſis incudem referentis cum ſtaphoide: ſunt igitur duæ, inter oſſa (vt patet) quatuor. In ſecunda verò parte ſunt difficilis motus arthrodiæ triginta & octo, inter oſſa duntaxat viginti quinq;: videlicet vertebrarum omnium ceruicis, prętęr primam, atq; etiam thoracis cunctarum inter ſe numero arthrodię triginta & quatuor. Etenim excepta ceruicis prima, duodeuiginti vertebrę remanent: omiſſis quidẽ lumborum vertebris, erunt omnia hæc oſſa decem & octo. Inter quæ cùm ſint interualla decem & ſeptem, in quibus articulationes fiunt, decem & ſeptem quoq; arthrodię fierent, ſi quidem ſimpliciter articulentur. Quoniam verò duę ſunt in quolibet interuallo aſcendentium, deſcendentiumq; proceſſuũ articulationes: Idcircò quatuor ſuprà triginta erunt arthrodiæ, inter oſſa quidem (vti iam dictum eſt) decẽ & octo. Quòd autẽ alij huiuſmodi articulationes vertebrarũ inter ſe ad aliã arthrodię ſpeciem referant ſcilicet quæ cum manifeſto, faciliq; motu, ac valido, exiſtit: Minimè nobis obſtat, ſingulas per ſe vertebrarum articulationes perpendentibus. Quarum profectò motum ab alijs diſtinctum nullus vnquã oſtendere nobis poterit: quãquã plurium vertebrarum articulationũ motus euidentiſſimus eſt. Sed enim ab arthrodię quidẽ definitione recedent articulationes, quę inter lumborum vertebras exiſtunt, quatenùs longè apertior recipientis cauitas, & illius, quod inſeritur capitulum manifeſtius eſt. Ea propter in prę-

Arthrodiæ cum motu manifeſto 51. oſſa 45. Prima pars nihil hẽt. Secunda pars arthr. 49. oſſa 41.

* Com. 21.

Tertia pars nihil hẽt. Quarta pars arthrodiæ 2. oſſa quatuor. Arthrodiæ cum motu occulto 38. oſſa 77. Prima pars arthrod. 2. oſſa 4. Secunda pars arthr. 38. oſſa 25.

©BIU Santé

in precedente cõmento eas potiùs inter enarthroſes cõputauimus: (Quanuis apud Galenum arthrodię dicendę veniant, largiùs quidẽ arthrodię nomen, quã Veſalius acceperit, vſurpantem.) Preterea ad huiuſmodi arthrodiã pertinent primę vtriuſq; coſtę chartilaginũ cum primo pectoris oſſe articulationes duæ (tametſi ad ſymphyſim hæ ſæpenumerò reduci debeant,* dum coſtę cum oſſe ſterni primo coaleſcunt) Item iugulorũ ad ipſa quidẽ acromia alię arthrodię duę. Sunt igitur ſecundę huius partis arthrodię obſcurũ motum edentes hucuſq; iam dictę numero triginta & octo, inter oſſa (vt patet) duntaxat viginti quinq;: ſcilicet vertebras duodeuiginti, & primũ os ipſius vocati ſterni, duoq; acromia, ſeu ſcapulas: ſicq; ſunt vnũ ſupra viginti: preter quæ ſunt alia quatuor: ſcilicet duę primę coſtę, duoq; iugula: omnia igitur ſunt oſſa viginti quinq;. In tertia parte ſunt huiuſmodi arthrodię triginta: inter oſſa viginti duo: videlicet quorundam oſſium brachialis inter ſe, vt ſecundi cum tertio, tertij cũ quarto, & ſeptimi cũ octauo, quæ ſunt arthrodię tres. Item quatuor poſtbrachialis oſſium inter ſe, alię ſex: tres inquam ſupra, treſq; alię infra. Item poſtbrachialis oſſis illius, quod indici pręponitur, cũ quinto brachialis oſſe arthrodia vna: quæ ſunt hucuſq; decem: preterea poſtbrachialis oſſis illius, quod medio digito reſpondet, cum ſeptimo, ac ſexto brachialis oſſe, aliæ duæ: ſicq; ſunt duodecim. Item illius etiam poſtbrachialis oſſis, quod anulari prefigitur, cũ octauo, & ſeptimo brachialis oſſe, aliæ duæ, vt ſint omnes prędictę arthrodię quatuordecim, quibus tandem addas illius poſtbrachialis oſſis, quod minimo digito reſpondet, cum octauo brachialis oſſe arthrodiam vnam. Sunt igitur huius tertiæ partis arthrodiæ in vno brachio quindecim. Totidem verò in altero brachio exiſtunt. Ideoq; ſimpliciter omnes tertiæ partis arthrodię erunt numero triginta: inter oſſa (vt prędictum quoq; eſt) viginti duo, ſcilicet brachialis omnia, preter primũ, quæ ſunt ſeptem, & quatuor poſtbrachialis: vt ſint omnia in altero brachio vndecim: totidemq; in altero brachio. Ideoq; ſunt omnia tertiæ partis oſſa, in quibus arthrodię fiunt, numero viginti duo. In quarta demùm parte ſunt huiuſmodi arthrodię quadraginta & octo: inter oſſa duntaxat viginti ſex, videlicet ſuræ cũ tibia in parte ſuperiore, vna: oſſium pedij cum quatuor oſſibus tarſi, arthrodię octo (prout ſupra prędeſtenſum iam eſt .ſ.) ſcilicet primi oſſis pedij, quod pollici reſpondet, cum primo oſſe tarſi. Item ſecundi oſſis pedij cum ſecundo, primo, & tertio oſſibus tarſi: præterea tertij oſſis pedij cum tertio oſſe tarſi, quæ ſunt hucuſq; arthrodię quinq;. Rurſùs quarti oſſis pedij cũ quarto, & tertio oſſe tarſi, quæ ſunt alię duę: octauaq; tandem quinti oſſis pedij eſt cum quarto oſſe tarſi: ſunt igitur hæ omnes octo, cum prędicente verò nouẽ. Quibus adde pedij oſſium inter ſe alias arthrodias octo: ſcilicet quatuor quidẽ ſupra, quatuorq; alias infra. Rurſuſq; oſſiũ tarſi inter ſe, tres: ſunt igitur hucuſq; arthrodiæ viginti: preter quas ſunt ſcaphoidis cum tribus oſſibus tarſi, aliæ tres: ac demùm cyboidis oſſis cum calce, vna: ſicq; ſunt omnes huiuſcemodi cum obſcuro, difficiliq; motu arthrodię quartę partis in altero crure viginti quatuor. Totidem verò ſunt in altero crure. Igitur erunt omnes quadraginta octo. Inter oſſa duntaxat viginti ſex, videlicet pedij (in altera inquam tibia) quinq;, tarſi oſſa quatuor, ſurę vnum, tibię vnum, ſcaphoidis vnũ, calcisq; tandem vnum. Quæ ſunt ſimul iuncta tredecim: totidẽq; in altera tibia. Erunt igitur omnia quartæ huius partis oſſa, in quibus arthrodiæ occultæ, quæ ſynarthroſeos ſpecies ſunt, complentur, numero viginti ſex. Colligentes ergo omnes huiuſmodi arthrodias in toto corpore inueniemus numero centum, & duodeuiginti, videlicet primæ partis duas: ſecundę triginta & octo, tertię triginta: quartęq; demùm quadraginta octo. Inter oſſa ſeptuaginta ſeptem: ſcilicet primę partis quatuor, ſecundę viginti quinq;: tertiæ viginti duo: quartæq; viginti ſex. Quòd ſi abſolutè de omnibus arthrodijs interroges: quot nam ſint, ſiue manifeſtum, ſiue obſcurum motum edant. Ex ijs, quę prænarrata iam ſunt, reſpondebimus eas eſſe dicentes cunctas cẽtum ſexaginta nouem, videlicet primas arthrodias, quæ ad diarthroſim, ob manifeſtum motum, referuntur: cõmuniter quinquaginta & vnam: ſecundas verò, quæ ſcilicet ad ſynarthroſim pertinent, propter obſcurũ, difficilemq; earundem motum, centum duodeuiginti. Itaq; ſunt omnes ſimul iunctę arthrodię cẽtum & ſexaginta & nouem. Inter oſſa quidem omnia, in quibus fiunt, cẽtum, & viginti duo, ſcilicet primarum arthrodiarum oſſa quadraginta quinq;: ſecundarum verò ſeptuagita ſeptem. Sed enimuerò quoniã tribus vſus eſt nominib⁹ Galenus in preſenti cõtextu, videlicet [prominens, depreſſum, & caput] ſuperiùs verò duobus alijs vſus eſt: ſcilicet [ceruix, & corone:] preterea duo alia ſunt: ſcilicet [cotyle, ſiue acetabulum, & glene.] Alta enim cauitas, cotyle Græcè, latinè autem acetabulum: lenis verò cauitas, glene, latinè oculus, ſeu pupilla ab interpretibus nuncupatur: Hæc autem vocabula, ſeu nomina ſeptem non omnibus nota ſunt, præſertimq; tyronibus, ad quos ipſe librum hunc dirigit: Ea propter pro ſequentis, nedùm preſcriptę iam doctrinę claritate, ſtatim horum ſeptem nominũ ſignificationes deſcribit, ſic ſubdens.

* Vide infrà c. 12. cõ. 3. & ſuprà cõ. 12. huius.

Tertia pars arthr. 30. oſſa 22.

Quarta pars arthr. 48. oſſa 26.

ſ. Com. 12. in quarta parte.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 43 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS QVINTVS DECIMVS.

Καλῶ δὲ προμήκη, καὶ ταπεινὸν κεφαλὴν, ἐπὶ τὸς αὐχένας ἀναφέρων ἑκατέρου, ἐφ' ὃις πήγνυται, οἱ δὲ αὐχένες ἀποφύσεις εἰσὶ τῶν ὀστῶν ἰσχναί, τελευτῶσι δὲ εἰς παχύτερόν τε, καὶ περιφερὲς πέρας, ὃ δὴ καλεῖτε κεφαλὴν, ὅταν δὲ εἰς ὀξὺ τελευτήσῃ πέρας ἡ ἀπόφυσις, οὐκέτι αὐχὴν, ἀλλὰ κομμὸν καλεῖται. Διαφέρει δὲ οὐδὲν κορωνὴ ἴππου. καὶ τῶν ὑποδεχομένων δὲ τὰς κεφαλὰς κοιλοτήτων, ἡ μὲν βαθυτέρα, κοτύλη καλεῖται, καὶ σύμβολον ἅπασι τοῖς ἰατροῖς τὸ ὄνομα, ἡ δὲ ἐπιπολῆς, ὑπ' ἐνίων ἀρόμασαι γλήνη.

Voco autem prominens, & depreſſum caput, ad ceruices, quibus adnaſcũtur vtrunq; referens: ceruices autem tenues oſſium ſunt proceſſus. Terminantur autẽ in craſſius, orbiculatumq; extremum, quod ſanè caput nominatur. Quotiès verò in mucronẽ proceſſus finierit, nõdum ceruix, ſed corone nuncupatur. Nil autem differt, ſi coronon dixeris. Sed & cauitatum capita excipientium, quæ profundior eſt, cotyle nominatur (eſtq; nomen id medicis omnibus vſitatum) ſuperficialis autem, à nonnullis glene appellata eſt.

COMMENTVM QVINTVM DECIMVM.

QVANVIS caput, ceruix, corone, cotyle, & glene, ſuperciliaq;, proceſſus, apophyſeſue ſint: generali tamen reiecto nomine, vbi præſertim cum alijs articulantur propriis deſignantur, prominens verò, ſiue (vt alij interpretantur) oblongũ, ac econtrario depreſſum caput, ſiue capitulũ appellari inquit, ad ceruices facta ſingulorũ relatione. Id quod bifariàm intelligi poteſt, primò videlicet, q̃ ſi ceruix oblonga ſit, prominenſq;, oblongũ quoq;, ſeu prominens ipſum caput in aliquem ſinum inſeri dicamus. Sin verò ceruix breuiſſima, & minima, vel nulla fortaſſis euidens ſit, depreſſum nos caput inſeri determinemus. Eſt autem apertè oblonga ceruix, caputq; craſſius, & orbiculatũ in tribus præcipuè partibus, videlicet in femoris parte ſuperiore, qua cum coxendicis profundo ſinu dearticulatur. Sic in inferioris maxillæ poſterioribus proceſſibus, quibus cũ tẽporis oſſibus ea cõſtruitur. Quemadmodũ & in talo, qua parte in caput deſinens cum ſcaphoide oſſe articulatur. Depreſſam verò ceruicem dicemus, vbi vel nulla, vel breuiſſima exiſtit: quemadmodũ in quarundã vertebrarum proceſſib? apparet, quibus inter ſe articulãtur. Secundę enim vertebrę ſuperioribus capitibus: quę in primę vertebrę ſuperficiales ſinus per arthrodiã inſeruntur, nulla ceruix ſubiecta deſignari poteſt. Aliarũ verò vertebrarũ proceſſuũ (ſiue ſuperiorũ, vt in collo, ac dorſo contingit, ſiue inferiorũ, vt in lumbis patet) capita ſuis cernicibus innaſcuntur. Quæ tamen ceruices nõ breues modò ſunt: ſed vſq; adeò interim cõfuſę, vt niſi eas exquiſitè inſpicere coneris, abeſſe determinaueris: omnium tamen colli (exceptis primis duab?) ac thoracis quoq; (duodecima excepta) vertebrarũ ſuperiores proceſſus caput ex ceruice pronatũ habent. Quam in ſingulis ceruicem animaduertes, ſi quidẽ illas vertebras ex anteriore parte conſpexeris: longiorem verò, ac euidentiorẽ ceruicem habent inferiores, deſcendẽteſue vertebrarũ lumborũ proceſſus. Quam quidẽ tam ex anteriore, quàm ex poſteriore parte perſpiciens, facillimè cognoſces. Quòd ſi latior aliquãdo ceruix eſt, quã caput: groſſius tamen idipſum, ac quodammodo orbiculatũ exiſtit. Verùm enimuerò diligẽter aduertendũ hic eſt horum proceſſuũ, præcipueq; lumborũ ceruices plurimas eſſe manifeſtè longas: omniũ tamen capitula ſatis depreſſa exiſtere. Adeò vt verũ non ſit, ſi ceruix oblonga eſt, caput quoq; oblongũ neceſſariò dicendũ fore. Id quod in coſtis quoq; cõfirmatur, duplex capitulũ ſuper oblonga ceruice, depreſſum tamen ſingulis, poſteriore in parte habentibus. Ex quo per arthrodiã dearticulari, præoſtenſum iam eſt: ſi nulli quoq; ceruici caput, ſeu capitulum adnaſcatur (vt de ſecundæ vertebrę ſupernis capitulis prædiximus, quæ cum primę vertebrę infernis, ſuperficialibuſq; cauitatibus per arthrodiã dearticulantur) quomodo capitulũ illud dẽpreſſum dici poteſt, ad ceruicẽ relatum? præſertim quia multa huiuſmodi capitula ſine ceruicibus inueniuntur (quãquam nulla ſine capite, vel capiti ſimili dilatatione ceruix dici vnquã poteſt). Quam enim aſſignabimus ceruicem in ipſis iugulis, ſiue vbi cũ ſcapula, ſiue vbi cum pectoris oſſe primo per arthrodiã articulantur? Quomodo igitur ad ceruicem cõparantes depreſſum caput in illis dicemus? Id quod in pluribus quoq; alijs oſſibus ceruice deſtitutis apparet: perpendas enim capitis, ſeu melius dixerimus, occipitis proceſſus, quibus cũ prima vertebra dearticulatur, prominentia enim capita ſunt, in illis nullis tamen ceruici adnaſcentia. Sed quã ceruicẽ in brachialis ac tarſi oſſiculis aſſignabis? Nec aliter de primo pollicis oſſe, vtrinq; ſcilicet dicendũ arbitror, tàm quà ſuperiùs cum quinto brachialis oſſe, quam etiam inferiùs, vbi cũ ſecundo eiuſdem pollicis oſſe per enarthroſim dearticulatur. Nullibi enim ceruicẽ deſignare potuimus. Idem verò de manus, ac pedis digitorũ oſſibus omnibus dicendũ venit: vbi per manifeſti motus ginglymon inter ſe dearticulantur. Nullibi

enim

Prominẽs. Depreſsũ. Expoſitio prima.

Oblonga ceruix.

Depreſſa ceruix.

Obiectio. Longa ceruix, caput tamen depreſſum.

Nulla ceruix caput tamen depreſſum.

Nulla ceruix caput tamen prominens.

©BIU Santé

enim ingredientis capitis ceruicem designare potuimus. Sed neq; in calce ceruix vlla notari potest, qua scilicet parte posteriore in tali ossis cauitatē inseritur. Quemadmodū neq; in anteriore scaphoidis regione, qua cum tribus tarsi ossibus, horumue superficialibus cauitatibus per arthrodiam coarticulatur: pręterea in femoris parte inferiore, vbi cum tibiæ osse duplici enarthrosi (vt diximus .t.) dearticulatur, nullam poteris ceruicem indigitare. Nisi totum os femoris ceruicem appelles: quod contra ceruicis definitionem est, tenuē processum esse, cuius caput grossius, orbiculatumq; sit, declarantem. At femur à sui fere medietate ad grossius, latiusq; versus prędictum caput tendit, nulluſq; tenuis processus ibi adest. Sed quæ iterum ceruix in superiore tibiæ parte, qua cū sura coarticulatur, & in eius leuem sinū per arthrodiā inseritur, assignari potest? Rursusq; in parte inferiore ipsius suræ: vbi in tibiæ euidentē cauitatē per occulti motus enarthrosim inseritur, atq; vbi etiā cū talo, per manifesti motus arthrodiā coarticulatur, quam poteris ceruicem indigitare? Nisi tibiæ, & suræ propinquas capiti partes, ceruices nuncupare velis. Quod omninò falsissimū est: ceruix enim (veluti prętactū iam est) tenuis ossium processus est: Illę autē partes grossiores sunt, quam ossis mediū. Adeò vt caput versus, ingrossando potiùs os ipsum procedat, nullum interea tenuem processum emittens: Nullam quoq; ex humeri suprema parte ceruicem assignari posse, deinceps loco proprio declarabimus: .u. caput tamen prominens est, oblongumq;. Adeò vt per enarthrosim cum euidēti scapulę cauitate dearticuletur. Deniq; in septem vtrinq; chartilaginū verarum costarū cum pectoris ossibus per occulti motus enarthrosim facta coarticulatione, quæ pars dicenda ceruix venit? Nisi totam chartilaginē velis ceruicē appellare: sed tunc vltrà q; tenuis ossium processus nō est: Neq; capitis etiā definitio chartilaginis extremitati cōgruit. Itaq; si multa sunt capita in articulis ipsis absq; ceruice, quomodo prominentia, vel oblonga, siue depressa per oppositū dici ad ceruicē relata queunt? parcant igitur Galeni manes: si quidē eius in hoc loco sententiā minimè cōprobamus, q; scilicet ad ceruicē referentes, oblongū, aut depressum caput, (nisi rarissimè) dicamus. Cùm plurima ossa sint caput sine ceruice habentia, illud tamen caput vel depressum (vt in arthrodijs) vel prominens, oblongumue (vt in enarthrosibus) existens: veluti ex iam iam prælibatis cōpertissimū est. Quinimmò in his, quibus aliqua ceruix subesse apparet, vera non est prima expositio, quā à principio statim huius cōmenti nos posuimus, videlicet quòd si ceruix oblonga sit, oblongū quoq;: sin ceruix depressa, depressū quoq; caput nuncupandū esset. Etenim humeri capitulū inferius, quod cum radio dearticulatur etiam per manifesti motus enarthrosim prominens est, ceruix tamē eius depressissima. Pręterea idē cōspicimus in pedij ossibus quinq;, præcipueq; illo, quod pollici præfertur. Et in ipsius etiā posthrachialis ossibus quatuor, capitula sunt, quæ per manifestissimi motus enarthrosim cū primis digitorū ossibus dearticulantur. Adeò vt oblonga, prominentiaq; capitula dicenda veniant: ceruices tamen horū breuissimæ, ac depressissimæ sint. Quid igitur hic pro Galeni excusatione, verborūq; eius elucidatione dicendū est? An fortè inconsultè quamprimùm cōdennandus ipse venit? An aliam nobis suorū verborū interpretationē subiungentibus potiùs (vt decet, piumq; magis est) excusandus, ac liberandus ab omnibus aduersantiū calūnijs est? Erit igitur alia potius
» acceptanda expositio: quùm scilicet inquit [Voco autē prominens, siue oblongū, & depressum
» caput, ad ceruices, quibus adnascuntur, vtrumq; referens] Ad ceruicē intelligendo, nō eo modo, quo dictū priùs est, scilicet si ceruix oblonga sit, vel depressa, q; inde caput oblongū, vel depressum dicendū sit. Falsum enim esse id, præostensum iam quamplurimis exemplis est: sed ad ceruicē referens q.d. (si ceruix adest) oblongū, prominensue caput dicimus, quod à ceruice incipiens, oblongū prominensue est q. d. multū à ceruice procedens extra ad verticem vsq; protenditur. Quod verò extra ceruicem quamminimè protuberat, illud depressum est nuncupandum. Sic igitur & de humeri capite inferiore proferendum, q; tametsi ceruix breuissima est, ac per hoc depressissima: Nihilominùs tamen à ceruice statim recedens, in oblongū, euidensq; tuberculum extenditur, protuberatq;. Sic verò etiā de posthrachialis, ac pedij ossium infernis capitib⁹ determinandū. In quib⁹ verò à ceruice statim cessat protuberatio illa, adeò vt vix euidens tumor fiat, depressum illud caput nominandū fore determinamus. At quid de his, quę ceruice destituuntur capitibus sentiendū? Correlatiua enim ambo actu existentia simul esse debent. Ad id verò, quod nō est, nulla relatio fieri potest. Quomodo igitur ad ceruicem relatio fieri dicetur, vbi nulla ceruix adest? Respondemus, pro Galeni excusatione, dicentes, q; verè ad ceruicē referimus in omnibus his, in quibus iam ceruix adest. In quibus verò ceruix desideratur: In his quodammodo ad ceruicē referimus q.d. ad locū ceruicis, hoc est, tanquā si ceruix ibi adesset (cùm hæc tunc fiat, quando caput incipit) ab eo loco oblongū, vel depressum mensuratur: Maximè quia capiti huic præcellit os, quod tametsi ceruix verè nō est, quodāmodo tamen ceruicis rationē habet. Sic profectò Galenū medicorū lumen defendere possumus. Quòd si tibi nostra respōsio displicet: integrū proculdubiò fuerit eum (vt lubet) impiè cōdennare. Idipsum tamen interea annotabimus, caput sine ceruice, nō propriè caput, sed tuber, aut protuberationē, siue tuberculū, siue prominentiam

t. Com. 12. & 13.

u. Cap. 15. com. 2.

Depressa ceruix caput tamen oblongū.

Obiectionis solutio.

Expositio secunda.

©BIU Santé

nentiam potiùs nominandũ, aut gibbositatẽ, seu cõuexitatẽ. Quatenùs verò in ipsa articulatione alterũ, quod inseritur, ſepenumerò capitis nomen apud veteres obtinuit. Eapropter nos quoq; cum Galeno caput hoc in libro nuncupabimus, siue oblongũ, prominensue, siue depressum sit. Quanquã propriè magis loquendo, caput, Græcè κεφαλὴν, de oblongo, prominenteq; duntaxat ossis tubere, quod in κοτύλην, hoc est, acetabulũ inseritur, alibi Galenus intellexit .x. Depressum interea tuberculũ, quod in γλήνην, hoc est, oculũ, siue pupillã ingreditur, non caput, seu capitulum, sed condylon appellans. Quamobrem sic dicebat [Vocatur autẽ cauitas, & glene, & prẽterea cotyle, conuexitas autẽ, caput, & condylus. Tantò autẽ cotyle, quam glene est profundior, quantò caput condylo est longius: vtrunq; enim vtriq;, velut cardini locũ aptum Natura cõparauit, &c.] Ita & aliquando .y. Galenus idem condylũ pro omni capite generatim sumit. Sicuti nõnunquã pro alijs etiã significationib⁹ vsurpauit, perindeac nos alibi vberrimè declarauimus. .z. Nunc verò ad textũ prẽsentem cõuertamur. Quanuis enim ad caput referri ceruicẽ, & econtrà, prætactũ iam sit: Interdum tamen tenuis processus in latius, deinde distensum, sinumq; seu acetabulũ constituens ceruix. Græcè ἀυχὴν, & τράχηλος ab Anatomicis nuncupari solet: cuiusmodi scapulę os, qua cũ humero dearticulatur, ostendit. Quanuis etiã rectiùs hic definiat coronen, siue coronon Galenus: Minus tamen rectè hanc definitionẽ in sequentibus obseruat .a. Vbi nõ secùs ac in libro etiã de anatomicis administrationibus quarto, .b. occipitis ossis tubercula, quæ primę vertebræ dearticulantur coronas, siue corona appellauit. Dicitur autem κορώνη, & κορωνὶς i. g. & κορωνὸν n. g. latinè ceruix, vel corona. Verùm cùm reliqua omnia, quæ Galenus refert, clarissima sint, vnum duntaxat nomen interpretatione indigens elucidabimus: scilicet γλήνη. Vnde dicatur, translatumq; tale nomen sit. Clarum nanq; de κοτύλης, hoc est, acetabuli nomenclatura (acceptabulum alij proferunt, Græcèq; etiam κοτυληδὼνα, & ὀξίβαφον) ꝙ ab eo mensuræ genere transumptum est, quod in sua profunda cauitate recipit olei dragmas decem & octo: vini autem vncias duas, ac semissem, scilicet dragmas viginti: mellisq; demùm dragmas viginti septem. At glene apud Græcos duo ad propositum spectantia prẽsefert: scilicet oculum, siue pupillã (vnde nõnulli pupillã: Alij verò ocularem sinum latinè interpretantur) & fauũ ab apibus cõstructum. Magis verò mihi arridet ab huius faui paruis (acetabuli respectu) cauitatibus, quã ab oculis, multoq; magis, quã à pupilla desumptã esse glenes nomenclaturã. Nisi pupillæ nomine esse intellexerimus cauitatem, quæ sub cornea post ragoidis foramen existit aquosum humorem suscipiens. Haud quaquã tamen interea vos cõturbet, quoniã in textu, secundũ Balamij interpretationem, dicitur [ab ocularis sinus similitudine] verba enim hęc tàm hic, quã in alijs quoq; pluribus similibus locis, prẽsertimq; in libris de vsu partiũ, .c. nõ Galeni, sed interpretũ nugę sunt. Qui etiam aliquando .d. pupillã latinè interpretantur. Sunt autẽ & alia nomina articulorũ gratia imposita, vt ἴτυες, ὄφρυες, ἀμβῶνες, χεῖλη, quæ latinis superoilia, & labra dicuntur. Sic βαθμίδες, quæ posteriùs cũ Galeno etiã ipso declarabuntur. Sed enimuerò cùm tres esse tàm diarthroseos, quã synarthroseos species prędictũ sit: scilicet enarthrosim, arthrodiã, & ginglymon. Duas autem primas species iam enucleauerimus: Reliquum est, vt ad tertiæ speciei, scilicet ginglymi definitionem cum Galeno accedamus, dum sic statim subdit.

x. Lib. 1. de motu musculorum cap. 9. post principiũ.

y. 11. de vs. par. cap. 18. circa princ. & 2. eiusdẽ 15.

z. Lib. de tum. prẽter naturã sec. 148. & 158, Corone.

a. ĩfrà cap. 7. tex. 2.

b. Cap. 8. circa prin. Cõtra Galenum.

κοτύλη vnde dicit.

Γλήνη vnde dicit.

c. Lib. 2. cap. 11. & 15. & hic infrà c. 7. & alibi sæpè.

d. 2. de fractis com. 51. & 1. de motu mus. cap. 9.

TEXTVS SEXTVS DECIMVS.

Τὸ δὲ τρίτον εἶδος τῆς διαρθρώσεως, ὃ δὴ Γίγγλυμον ἔφαμεν ὀνομάζεσθαι, τῶν συνταττομένων ἀλλήλοις ὀστῶν ἀντεμβαινόντων γίνεται. καθάπερ ἐπὶ τῶν σπονδύλων ἔχει, καὶ τῆς τε πήχεως πρὸς τὸν Βραχίονα διαρθρώσεως. διαφορὰτις ἐστὶ, καὶ ἐν τούτοις· ἐπὶ μὲν τῶν σπονδύλων, τὸ μέσον τὴν ἀντέμβασιν ἑκατέρῳ τῶν πέριξ· ἐπὶ δὲ Βραχίονός τε, καὶ πήχεως, εἰς ἄλληλα ποιημένων.

Tertia verò diarthroseos species, quam ginglymon vocari dicebamus, ossibus sese inuicem ingrediendo cõstructis, fit. Quemadmodum in vertebrarum, cubitiq; ad humerũ dearticulatione se habet. Differentiaq; in his quædam est. Nam in vertebris, media mutuũ ingressum cũ vtraq; circumstante: humerus verò, cubitusq; inuicem faciunt.

COMMENTVM SEXTVM DECIMVM.

Glglymos quatuor.

DVPLICEM Galenus hic ginglymon statuit: Alterã quidẽ largè, & quasi impropriè sumpta, quæ inter vertebras accidit: Alterã verò, quæ proprijssimè ginglymos dicenda venit, inter humerũ, cubitumq; propriè dictũ cõtingens. Nos autẽ & aliam adiungemus, quæ tametsi propria quidẽ ginglymos est, Minùs tamen propria, quã ea, quæ inter humerũ, cubitumq; fit. Estq; hæc quæ inter ipsum cubitũ, & radiũ, atq; etiã inter tibiam, & suram duplex facta articulatio cõtingit. Adduntq; nõnulli quartã, quã largissimè, atq; impro-

©BIU Santé

impropijſſimè ginglymon appellare poſſumus: vt quæ inter ſuperiorũ vertebrarũ deſcendentes cum aſcendentibus inferiorũ proceſſibus vtrinq; articulatio facta eſt. Quas ob res quadrifariam dici ginglymos poteſt, ſcilicet primò proprijſſimè: ſecundò minùs propriè: tertiò largè, ſiue impropriè: quartoq; demùm largiſſimè, atq; improprijſſimè, Nec indecens erit quintu modum ex Celſo (vt videbimus) adiungere, Qua quidẽ prępoſita ginglymi diſtinctione, quã facillimè Galenũ ab aduerſantiũ recentiorũ calumnijs tuebimur. Ab omniũ igitur proprijſſima, veriſſimaq; ginglymo aptiùs exordientes, eam ſic definiemus: videlicet cp eſt duorũ oſſiũ mutua, ſimplexq; articulatio, qua ſeſe inuicem mutua inſertione (hoſtiorũ cardinis inſtar) ingredientia cõponuntur, ad ſimpliciſſimũ quidẽ motum ordinata. Adeò vt huius gibba, caputue in illius oſſis cauum ſubintret: Illiuſq; ſimul gibba, caputue in huius cauitatem inieratur: ſicq; ſimul, atq; vnica articulatione vtrumq; recipiendo recipiatur. Quæ quidem proprijſſima ginglymos nullibi manifeſtior eſt, quã in humeri cum cubito articulatione, conſtructioneq;: deincepſq; in triginta ſex digitorum tàm manuũ, quàm pedum articulis: videlicet in quatuor digitorum vtriuſq; manus, ac pedis ſecundis, & tertijs, pollicis verò manus duntaxat tertio, pollicisq; demùm pedis tãtùm ſecundo, articulis apparet. Secũda ginglymi ſpecies, quæ tamen minùs propriè talis dicẽda venit, duorũ quoq; oſſium mutua, ſed duplex articulatio eſt, qua ſeſe inuicẽ mutua inſertione, tametſi in diſtantibus, ac remotis partibus ingredientia cõponuntur, ad ſimplicẽ quoq; motũ ordinata. Adeò vt huius caput in illius oſſis cauitatẽ inferatur, illiuſq; alterius caput, alio quanuis articulo, in huius cauitatẽ ſubintret. Sicq; ſimul vtrunq; ſuſcipiendo, ſuſcipiatur: In diuerſis tamen partibus, diuerſiſq; etiã articulis. Hæcq; ſi non ita, ſicut prędicta, proprijſſimè: propriè tamen, ob mutuũ duorũ oſſium ingreſſum, ſimplicemq; motum, ginglymos, latinè cardo, ſiue cardinatio nuncupãda inter cubitũ, & radium, interq; turam, & tibiam euidentiſſima eſt: ſupra enim propè cubiti articulũ vlna radium recipit: Infra verò propè carpum, ab hoc illa recipitur: ſic verò etiã de tibia, & ſura dicendũ. Supra enim tibia ſurã ingreditur: Infra verò econtra ſura tibię cauitatẽ ſubintrat. Quoniã verò duplex, & in diſtantibus partibus, nõ ſimplex articulatio exiſtit: propterea nos duas inter cubitũ, & radium, atq; eam quoq; in parte inferiore ipſius ſurę, qua tibiã ingreditur: tres inquã has per ſe diſtinctas inter enarthroſes, .e. aliam verò tanquã ordine quartã, quæ in ſuperiore tibiæ parte eſt, vbi tibiam à ſura ſuſcipi cõtingit, inter arthrodias connumerauimus. .f. Hanc eandem inter calcem cum talo etiã obtinuimus. Tertia autẽ ginglymi ſpecies eſt, largè atq; impropriè talis nuncupata. Quatenùs enim idem os ſuſcipit, ſuſcipiturq;, ginglymos appellatur. Quatenùs verò nõ duorum oſſium mutuus ingreſſus eſt, ſed trium: largè, atq; impropriè potiùs dicenda talis venit. Eoq; magis, quia nõ ſimplex, neq; ad ſimplicem motũ ordinata articulatio eſt: ſed duplex, varijſq; motibus dotata. Sic igitur huiuſmodi ginglymon definiemus. Quòd ſcilicet eſt trium oſſium duplex articulatio, in qua medũ os ſuſcipit, ſuſcipiturq;. Suſcipit inquam ſuperiùs, ab inferiore autem ſuſcipitur (vt eſt in vertebris lumborũ) vel econtra: ſuſcipit inferiùs, a ſuperiore autẽ ſuſcipitur (vt in vertebris colli, & thoracis apparet: prẽter primã colli, quæ vtrinq; ſuſcipit, & thoracis duodecimã, quę vtrinq; ſuſcipitur) Adeò vt nõ reſpectu eiuſdẽ, vt in propriè dicta ginglymo, ſed diuerſorũ relatione ſuſcipiat, ſuſcipiaturq; : Nec ad ſimplicẽ, ſed variũ quoq; motũ ordinata ſit. Verùm nonnulli Galenũ hic arguunt, quoniã huiuſmodi vertebrarũ articulationes ipſe ginglymos nuncuparit: cùm tamen nullo pacto veræ ginglymi ſint, tùm quia trium, nõ duorũ cõpoſitio quælibet exiſtit: tùm ſecundò, quia nõ eiuſdẽ reſpectu, ſed diuerſorum, ſuſcipit os, ſuſcipiturq;, tùm deniq; tertiò, quoniam nõ ſimplicem, ſed duplicem, variumq; motũ habet. Minimè interim aduertentes aduerſarij Galenũ ex aliorũ medicorũ, atq; interdũ quoq; ex veterũ cõſuetudine locutũ eſſe: vt ex prędecentib⁹ elici facillimè poteſt.* Itaq; ſi Hippocrates medicorũ Phębus, .g. cp vertebrę ginglymo cõſtructę, cardinatęue ſunt, ſcripſit, Græce [γιγγλύμωνται,] cur Galeno veterũ ſcripta, præcipueq; Hippocratis decreta celebranti, ginglymon in vertebris ponere non licuit? [Cardinatas enim eſſe vertebras inquit Hippocrates (Galenomet ipſo exponente .h.) propterea cp cùm proceſſus quatuor habeant, duos alterius ſinibus ſuis vnaquęq; excipit: duobuſq; ſuis in alterius cauitates inſeritur: non ſecùs atq; in cardinationibus fit] Quòd ſi impropriè ginglymon appellari addideris: idipſum eſt, quod quęrimus, ac iam iam propoſuimus. Sed enimuerò prædictorũ aduerſantiũ quorũdam potiùs interpretationẽ reſpuimus, ginglymon inter vertebras alio modo ponentiũ: vt quartã ginglymi ſpeciem adiungere opus ſit, improprijſſimè tamen, ac largiſſimè ſumptã: videlicet de lateralib⁹ vtrinq; poſitis vertebrarũ duarum nexibus intelligendo: quoniã ſcilicet duæ ſint articulationes, vna in dextris, altera verò in ſiniſtris. Adeò vt ſic definiant huiuſmodi ginglymon: cp ſcilicet duorũ vtrinq; facta articulatio ſit: nec mutuus ingreſſus, ſed in vtraq; parte eiuſdem ſpeciei articulatio: puta vel per enarthroſin, vt in duabus occipitij cũ prima vertebra dearticulationibus, alijſq; ad lumborũ vertebras cum prima etiã ſacri oſſis parte ſpectantibus: vel per arthrodiã, vt in reliquarũ quidem vertebrarũ ceruicis inquã, dorſiq; inter ſe nexibus patet. Neq; ſimplicẽ, ſed aliquando diuerſum

motum

Ginglymi prima ſpecies.

e. Suprà com. 13.

f. Com. 14.

Obiectio.

Reſponſio.

* Tex. 12.

g. Lib. 3. de art. tex. 34.

h. Ibidẽ in fine commenti.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 47 sur 292

©BIU Santé

motum habens. Verùm quæ in huiuſmodi duplici nexu ginglymi, ſiue cardinationis ratio reperitur? Si quidē neq; ſuſcipit, ſuſcipiturq; ſimul idem os, ſed duntaxat vel ſuſcipit, vel ſuſcipitur: neq; ſimplicem motū ſimpliciter habet. Quæ ambo de ginglymi eſſentia exiſtunt? Melius igitur omninò fuerit Hippocratis ginglymon in vertebris cum Galeno inter tria oſſa intelligere. Adeò vt aliquod, puta intermediū os ſit, quod eodem ſimul tēpore ſuſcipiat, ſuſcipiaturq;. Sicq; nonnullam ginglymationis, cardinationiſue rationē cōprehendat: quāquā (vti diximus) impropriè, ac largè. Cùm nō inter duo, ſed inter tria oſſa ſit, nec mutuus ille congreſſus ad inuicem, ſed circumſtantiū ſuprà, infraq;, oſſium reſpectu exiſtat: Neq; demùm ſimplicē motū habeat. Quartā igitur cardinis, ginglymiue ſpeciem à veterū mente alienam prorsùs eſſe decernimus. Quanuis enim Celſus .i. maxillę inferioris rotundiora capitula in eo ſinu, qui iuxta foramen auris eſt, cardinis modo fieri, quaſi quintā ginglymi ſpeciem innuens dixerit: Haud quaquā tamen (ſi exquiſitè perpendamus) cardinis rationem eo modo cōſiderauit, quo nos intelligimus: vt vna ſcilicet recipiat, recipiaturq;, neq; ob id, ꝙ in duabus partibus, ſcilicet dextra, & ſiniſtra recipiatur: ſed quoniam veluti poſtes cardinibus, diuerſis in locis, duobuſq; ſaltem (ſuperiùs inquā, inferiuſq;) firmatę hùc, & illùc mouentur, ipſamq; ianuam, portamue claudunt, aperiuntq;: Sic etiā & inferior maxilla duobus in locis, duobus quoq; cardinibus, ſcilicet in dextra, & ſiniſtra parte, fixa in eodē, permanenſq; exiſtens, hùc, atq; illùc mouetur, atq; os ipſum aperit, clauditq;. Qua etiā ratione ginglymon, ſiue ginglymon (vtrunq; enim dici poteſt) ſumpſiſſe in tertio de anima Ariſtotelem, * nos alibi vberrimè oſtendimus. * E quibus prędictis omnibus liquet, ꝙ cùm vertebrarum ginglymos ſit, vt intermediū os ſuſcipiat, ſimulq; ſuſcipiatur (ſuſcipiat inquā intermedia vertebra ſuperiorem, ab inferiore autē ſuſcipiatur, vt in lumborū vertebris conſtitutū eſt: vel econtrà inferiorē ſuſcipiat, à ſuperiore verò ſuſcipiatur, vt in vertebris ceruicis omnibus, prętер primam, & thoracis quoq; cunctis, prętер duodecimā, cōſpeximus) nō benè Balamius interpretatus Galeni cōtextum eſt, dicens [Nam in vertebris media in vtranq; ſuprà, infraq; appoſitam ſubit] vbi Gręcus contextus habet [ἐπὶ μὲν τῶν σπονδύλων, τὸ μέσον τὴν ἀντέμβασιν ἑκατέρῳ τῶν πέριξ.] Vltra enim ꝙ falſum eſſet, quod ſecundum illius traductionem dicit: etiam veri, proprieq; dicti ginglymi ratio, quā quęrit, deſtruitur, ſi in vtranq; ſubit, quaſi ab vtraq; ſuſcipiatur: vt vertebra duntaxat thoracis duodecima exiſtit: ſicq; nec omnibus, niſi vni duntaxat vertebræ, cōueniret. Rectiùs igitur dictiones [ἀντέμβασιν ποιουμένων] latinè [mutuū ingreſſum facientibus] vertendum eſt, quam vt ille interpretatur [vtranq; ſuprà, infraq; appoſitam ſubit] ἀντέμβασις enim à verbo ἀντεμβαίνω mutuū ingreſſum, mutuamue inſertionē, ſiue retributionē latinis prędefert. Quomodo autē, & quam recipiat ſiue ſuperiorē, ſiue inferiorē, aut à qua recipiatur hęc intermedia vertebra, Galenus hic enucleare nō curauit, tanquā infrà, .k. quùm de vertebris loquetur, ſufficienter declaraturus. Tempeſtiuū verò eſt, vt nos, iuxta ordinem in alijs quoq; obſeruatū, ginglymi ſpecies, tàm ſcilicet quę cum manifeſto motu, quā quę cū occulto exiſtunt, ſuis exemplis (vt in alijs quoq; obſeruauimus) elucidemus. Ab ea interim exorſi, quæ manifeſtū ędit motum, ac ad diarthroſim refertur: per quatuor quoq; ſceleti partes, clarioris doctrinę gratia diſcurrētes. At enimuerò cùm in prima, & ſecunda parte nulla huiuſmodi propriè, multoq; minùs proprijſſimè dicta ginglymos ſit, nullaq; etiam largè, ſiue impropriè talis nuncupata, vt ſpecies eſt tertia (Quartam enim, magiſq; quintā negligimus, & prorsùs à ginglymorum natura deletam, vt à veterum quoq; anatomizantiū intentione diuerſam vtranq; determinamus.) Ad tertiā igitur ſceleti partem accedamus. In qua proprijſſimę, ac veriſſimę ginglymi (de quibus hoc in loco principaliter intendimus) numero ſunt viginti: Inter oſſa quidem triginta duo, videlicet humeri cum cubito ginglymos vna: Quatuor digitorū manus ſecundi, & tertij articuli ginglymi octo: Item pollicis articulus tertius, qui eſt cardinatio vna. Sunt igitur hucuſq; ginglymi decē: Inter oſſa ſexdecim, videlicet humerū, cubitumq; (quæ ſunt duo) Item quatuor digitorum, prętер pollicem, prima, ſecunda, & tertia oſſicula, quæ ſunt numero duodecim, cū duobus verò prędictis erunt quatuordecim: Demumq; duo pollicis, ſcilicet ſecundū, & tertiū. Sunt igitur omnia huiuſmodi oſſa, in quibus manifeſti motus cardinationes fiunt, numero ſexdecim. Atq; hęc in vno dūtaxat brachio. Totidem verò ginglymi, oſſaq; in altero brachio ſunt. Itaq; omnes proprijſſimę, veriſſimęq; ſecundę partis ginglymi ſunt viginti, inter oſſa (vti prędiximus) triginta duo. De cubiti autē ginglymo cū radio, quoniā ſeparatę articulationes duę ſunt: idcircò inter enarthroſes à nobis cōnumeratas eſſe, in declaratione ſecūdę ginglymorū ſpeciei prędictū iam iam eſt. In quarta demùm parte ſunt ginglymi etiā aliæ viginti, videlicet tibiæ cū talo, vna: quatuor digitorū pedis ſecundæ, & tertiæ articulationis ginglymi ſunt octo: polliciſq; demùm pedis ſecundus articulus, qui ginglymos vna eſt. Omnes igitur prędictę ſunt decem. Totidem verò ſunt in altero crure. Igitur erunt omnes quartę partis ginglymi numero viginti: inter oſſa quidē ſimiliter (vt in tertia parte) triginta duo, videlicet tibiā, talumq;, & quatuordecim oſſa digitorū: quæ ſunt omnia ſexdecim. Totidem verò cū ſint in altero crure: ſunt igitur omnia oſſa hæc triginta duo. Colligendo igitur

tertiæ

j. lib. 8. c. 1. poſt princ.

* Tex. 55. * In 2. art. med. com. noſtro 7.

Cōtra Balamium.

k. Cap. 7. 8. & 9.

Ginglymi cū cuidēti motu. Prima pars & ſecunda nil habent.

Tertia pars ginglymi 20. oſſa 32.

Quarta pars gīglymi 20. oſſa 32.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 48 sur 292

©BIU Santé

tertiæ partis ginglymos proprijſſimè dictas viginti, quartæq; partis alias viginti: Erunt omnes, quæ interim ad diarthroſim vt euidentiſſimũ motũ edentes, referuntur, quadraginta: inter oſſa (vt patet) ſexaginta quatuor, ſcilicet tertię partis triginta duo, & alterius partis alia triginta duo, vt ſint omnia ſexaginta quatuor ginglymos gignentia ſuis nexibus, quadraginta. Verùm ad ginglymon, quæ ſynarthroſeos ſpecies eſt, pertranſeamus: quãquã niſi ex Hippocrate (vti prędictũ eſt) Galenus vertebrarũ impropriè, largeq; dictã ginglymon interpoſuiſſet, Nos hic nõ ſolùm pro prima: ſed pro ſecunda etiã, & tertia ſceleti parte, pedem ſiſteremus, dicentes omnẽ veriſſimam, proprijſſimamq; ſecundæ, & quartæ partis ginglymon ad diarthroſim referri, nullamq; huiuſmodi eſſe ſynarthroſeos ſpeciem. Cùm nulla ginglymos ibi talis ſit, quæ motũ obſcurum habeat. Quoniã verò (vti diximus) improprias Galenus interſeruit: Idcircò omiſſa prima parte, in qua ginglymos nulla eſt: In ſecũda parte improprias ginglymos eſſe dicimus numero quadraginta quatuor, videlicet vtrobiq;, hoc eſt, in dextro, & ſiniſtro latere viginti duas. Etenim cùm ex viginti quatuor vertebris ſolæ viginti duæ huiuſmodi tertiæ ſpeciei ginglymon obtinuerint (prima enim vertebra vtrinq; ſuſcipit: duodecima verò thoracis vertebra vtrinq; ſuſcipitur: eapropter duæ hæ talem ginglymon ignorant: quæ quidẽ eſt, vt idẽ os ſuſcipiat, ſuſcipiaturq;: niſi quartã pro his ginglymorũ ſpeciem admiſerimus.) Reſtant quidẽ intermediæ vertebræ viginti duę, quę ad ſuperius, & inferius os tanquam ſuſcipiens, & ſuſceptũ ſimul, cõparari queunt. Itaq; cõpertiſſimũ eſt viginti duas quoq; ginglymos fieri. Quoniã verò duplex vertebrarũ inuicem ſic cohęrentiũ articulatio eſt: Altera quidem in dextra parte: Altera verò in ſiniſtra. Totiès enim in ſiniſtra quoq; ſuſcipit, ſuſcipiturq; quotiès in dextra: Igitur omnes erunt ginglymoides huiuſmodi articulationes quadraginta quatuor: Inter oſſa quidẽ (vt patet) viginti quinq;, videlicet viginti quatuor vertebras, & vnum ſacri oſſis primũ officulũ. Quanquis enim viginti duas eſſe vertebras tantùm, quæ talem ginglymon experiantur, prędixerimus: Quia tamen talis articulatio ſuperius os, atq; inferius etiam reſpicit. Cùm ab vno ſuſcipiatur, alterũ verò ſuſcipiat id quod intermediũ amborum eſt. Idcircò nõ ſolum vertebras omnes concurrere neceſſum eſt, ſed ipſum etiam ſacri oſſis principium, tanquã extremi articulationũ prędictarũ termini. Sed enimuerò nos huiuſmodi articulationes propriè magis arthrodias eſſe (quam impropriè ginglymi dicantur) aduertentes, ad arthrodias reduximus, & in arthrodiarũ occulto motu prędictarum albo cõnumerauimus: *.l.* pręter ſecundæ vertebræ ceruicis ginglymon, quæ partim euidentem motũ habet: quatenus ſcilicet cum prima vertebra annectitur, partim verò obſcurum: quatenus tertię coarticulatur. Nos igitur nę rem cõfuſam relinquamus, inter occulti motus ginglymos nunc recenſuimus. Tuum verò fuerit, inter manifeſti motus ginglymos potius (ſi libuerit) annumerare. Modò ſemel tantùm de ea tãquam de vna ginglymo memineris. Duas tamen intereà arthrodias eſſe veriùs determinans: quarum ſuperior ad manifeſti motus, inferior verò ad occulti motus arthrodiam reducẽda venit. In tertia dein parte ginglymos inuenimus proprijſſimè dictas duntaxat duas: ſcilicet vnam in altera manu. Eſtq; ſexti brachialis oſſis cũ ſeptimo eiuſdẽ facta ſimplex articulatio: vna igitur in altera manu eſt, inter oſſa (vt patet) duo: ſuntq; in vtraq; manu ginglymi duę, oſſa verò quatuor. In quarta autẽ parte nulla huiuſmodi veriſſima ginglymos inuenitur, niſi ea, quam ſecundæ ſpeciei ginglymorum poſuimus: duplici quoq; articulo, licet ad ſimplicẽ motum, ordinatam. In qua tamen mutuus duorum oſſium cõgreſſus eſt. Sunt igitur huiuſmodi ginglymi quartæ partis quatuor: videlicet tali cum oſſe calcis in vtroq; pede, duæ. In anteriore enim ſede calx talum ſuſcipit: in poſteriore autem, a talo calx ſuſcipitur. Verùm quia duplex articulatio per enarthroſim eſt, neq; veriſſima ginglymos dicitur: ſed ſecũdi duntaxat minùs propriè dicti modi: Eapropter nos anteà inter enarthroſes connumerauimus. *.m.* Prętereà & altera eſt vtrobiq; tibiæ oſſis cum ſura ginglymos etiã ſecundi modi, ſiue mauis dicere ſecundę à nobis declaratæ ſpeciei: Quoniã verò duplici articulo in diſtantibus quoq; partibus facto mutuus ille ingreſſus eſt: Idcircò ſuperiorem articulũ ad arthrodiam: Inferiorem verò ad enarthroſim reduximus, & pro duobus articulis numerauimus: vt in declaratione quoq; ſecundę ſpeciei ginglymi ſuprà iã videre potes. *n.* Si tamen inter ginglymos cõnumerare tibi placuerit: ſcito in hac quarta parte quatuor eſſe ginglymos: inter oſſa quidẽ octo, videlicet talum, calcem, tibiamq; & ſurã in altero crure: totidemq; in altero. Igitur ſunt oſſa octo. Colligẽtes igitur omnes occultũ motum edentes ginglymos, tàm ſcilicet primi, quàm ſecundi, & tertij modi, hoc eſt, tàm veriſſimas, proprijſſimaſq;, quàm minùs proprias, aut etiam improprias, largeq; tales nuncupatas: inueniemus omnes eſſe quinquaginta, ſcilicet ſecundę partis quadraginta quatuor, eaſq; tertij modi. Tertiæ partis duas, atq; has proprijſſimas, primiq; modi: Quartęq; demùm partis quatuor: haſq; ſecũdi modi: Inter oſſa omnes triginta ſeptem, videlicet ſecũdę partis oſſa viginti quinq;, tertię partis, quatuor: Quartęq; partis, octo. Sunt igitur omnia ad occultè mouentes ginglymos pertinentia oſſa triginta ſeptem. Veriſſimę autem ginglymi occultum motum habentes ſunt duntaxat duæ: quas in tertia parte narrauimus. Quòd ſi omnium ginglymorũ, ſiue proprijſſimorũ, ſiue minùs

Ginglymi cũ obſcuro motu.

Prima pars non habet.

Secunda pars gingl. 44. oſſa 25.

1. Suprà com. 14.

Tertia pars gingly. 2. oſſa 4.

Quarta pars gingl. 4. oſſa 4.

m. com. 13.

n. com. præſenti.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 49 sur 292

©BIU Santé

propriorum, siue etiam impropriorũ (scilicet primi, secundi, & tertij modi) numerum quæras: sine ad diarthrosim, siue ad synarthrosim pertineant: eas esse omnes inuenies nonaginta: videlicet quæ ad diarthrosim spectãt, quadraginta: inter ossa sexaginta quatuor: Quæ verò ad synarthrosim, quinquaginta: inter ossa triginta septem. Sunt igitur omnes simul ginglymi nonaginta: inter ossa centum & vnum. Sed de enarthrosi, arthrodia, & ginglymo, nõ modò vt species sunt diarthroseos, sed etiã synarthroseos, dictũ hucusq; intantùm sit. Quanuis enim vt diarthroseos species eas Galenus expressisse videntur, synarthroseos tamen species etiam esse has, necessariò subintellexit. Quemadmodum anteà nos vberrimè elucidauimus, .o. synarthrosim ostendentes non solùm propter motũ obscurũ; sed propter quietem quoq; absq; vllo motu factã esse: cumq; duplex sit. Quæ motum (licet obscurũ) habet, tres prædictas species sub se cõtinet: scilicet enarthrosim, arthrodiam, & ginglymon. Quæ verò nullum motum edit, tres alias species etiam illa continet: scilicet suturam, harmoniã, & gomphosim: præostensis igitur primis tribus synarthroseos speciebus cum motu, ad alias tres species sine motu migrat, sic subdens.

p.Com.10. 11.&12.

TEXTVS DECIMVSSEPTIMVS.

" Τῆς δὲ συναρθρώσεως καὶ αὐτῆς ἐστιν εἴδη τρία ῥαφὴ, καὶ λόμφωσις, καὶ ἁρμονία.

" Synarthroseos autem, & ipsius tres sunt species: sutura, & gomphosis, & harmonia.

COMMENTVM DECIMVMSEPTIMVM.

ORTE vbi Græcè dicitur [αὐτῆς] legendũ [αὐτὰ καὶ ἄλλα] hoc est, (hę, & alię) vt scilicet sic Galeni cõtextum legerimus [Synarthroseos autem tùm hæ, tùm alię quoq; tres sunt species] q.d. pręter prędictas tres, scilicet enarthrosim, &c. alię etiã tres sunt scilicet sutura, &c. sed idem sensus absq; literæ mutatione haberi potest. Triplex igitur etiã species est synarthroseos, præter prædictas alias tres: scilicet enarthrosim, arthrodiã, & ginglymon, quæ synarthroseos species sunt: quatenùs illa motũ ędit obscurum. Quatenùs verò sine vllo voluntario motu existit, triplex eiusdem quoq; species est (de quibus impręsentiarum) scilicet sutura, gomphosis, & harmonia. Sine vllo inquam volũtario motu. Quanuis enim aliquis in futuris appareat motus (vti perbellè Galenus methodi medendi libro tertiodecimo .p. declarauit. [Vidimus enim, inquit, in ijs, quibus rasum caput fuerat, inter mandendũ cõmissionis ossium in coronali sutura manifestũ motũ: sic vt facilè appareret hominibus illis laxam esse eiusmodi ossium capitis cõpositionẽ] Quam tamen laxitatem, si non adeò vt in illis auctã, aliquo modo tamen in omnibus hominibus a natura omissam scimus, vt nouem futurarũ vsus, quos posteà .q. narrabimus, exquisitiùs cõplerentur.) Quanuis inquã aliquis in futuris aliquando motus appareat: hic tamen voluntarius nõ est (prout de motu nunc loquimur) sed ob masticationis vim factus, laxitatis duntaxat ratione, non quia propter motũ talis cõiunctio facta sit. Idem verò de ipsis quoq; dentibus pronuntiandũ; plurimi enim ipsorum hinc & inde impulsi, varioq; modo agitati ępenumerò mouentur: vt qui alterius substantię existentes cum mãdibulis coalescere nequiuerunt. In gomphosi ergo motũ quendam percipimus: sed inuolũtarius hic est, laxitatis ratione etiã factus, ac per hoc violentus. Nec secùs de nasi officulis, quæ per harmoniã cõponuntur, sentiendũ est. Quanuis enim in his quoq; hinc & inde propulsis, aliquis motus nõnunquam appareat, siue à propellente sentiatur: voluntarius tamẽ ille motus nõ est: sed impulsionis, cõpressionisq; vi factus, vbi laxitas quępiã inest. Etenim prorter quietẽ huiusmodi coarticulatio, synarthrosi siue facta est sine motu. Quæ triplex (vti diximus) est, scilicet Sutura, Harmonia, & Gomphosis. Quas symphyseos species ponere (vt recentiorum nonnulli volunt) ridiculum determinamus. Cùm nulla ibi nec per se, nec per mediũ aliquod coalescentia sit, nisi fortassis in quibusdam decrepitis, monstruosè potiùs, ac rarissimè contingat: solo enim cõtactu, absq; extremorum etiam chartilaginea incrustatione committuntur coarticulanturue.

p.Cap.22. post princ.

q.Cap.1. com.1.

Motus in gomphosi qualis.

Motus in harmonia qualis.

Contra Realdũ.

TEXTVS DECIMVSOCTAVVS.

" ῥαφὴ μὲν ἡ ὁμοία τοῖς ἐῤῥαμμένοις σύνθεσις, ὡς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ὀστῶν ἔχει σαφηνίζειν δὲ αὐτὴν βουληθέντες οἱ μὲν
" πρίονοειδῆ σύνταξιν ἀφορίζονται. οἱ δὲ εἰς ὄνυχα σύμπηξις ὅμοια, καὶ ἀναμιμνήσκοντες ἡμᾶς, οἱ μὲν τῶν πρίονων εἰς
" ἀλλήλους ἀντεμβάσεως, ὅταν ἐκ θατέρᾳ κυρτότητες εἰς τὰς τοῦ πλησιάζοντος ἀντεμβαίνουσι κοιλότητας, οἱδὲ τῆς τῶν
" λεγομένων εἰς ὄνυχα, συμπήγνυσθαι. Γίνεται δὲ αὕτη, ἢ κυρτοτήτων ὄνυχι τὸ σχῆμα παραπλησίων, εἰς ἐπιτηδείας
" κοιλότητας ἐμβαινόντων.

Sutura

» Sutura quidem cõpoſitio conſutis rebus aſſimilis eſt: vt in capitis oſſibus habetur. Explanare
» autem ipſam volentes nonnulli quidem ſerratilem ſtructurã eſſe definierunt: nonnulli verò in
» vnguem cõmiſſuram, patefacientes (vt arbitror) atq; in memoriam nobis reuocãtes illi quidem
» ſerrarum inter ſeſe mutuũ congreſſum: quotiès alterius gibboſitates in alterius propinquæ ſinus
» cõtrario occurſu mutuũ cõgrediuntur: Ni verò rerũ in vnguem dictarũ cõmiſſurã. Fit autẽ hęc:
» gibboſitatibus vnguis figurã repręſentãtibus, in ſinus ad ſuſcipiendũ idoneos introeuntibus.

COMMENTVM DECIMVMOCTAVVM.

QVOD futura ſynarthroſeos, coarticulationiſue ſpecies ſit: Galenus etiã (velut anteà
» iam diximus .r.) libro de vſu partiũ nono apertè nos docuit, ſic ſcribens .ſ. [ſimul qui-
» dem os capitis efficiens cauernoſum, ſimul & vocatis futuris variè coarticulatũ] Græcè
[συναρθρόμενον] Quanquam paulò poſt diarthroſim vocat (latinè dearticulationẽ dici-
mus) per hęc verba [totam figuram dearticulationis, ſiue diarthroſeos efficit duabus ſerris, &c.]
Sed omninò deprauatã eſſe literam opinor, legendumq́; ibidem [ſynarthroſeos] ideſt coartic-
lationis, nõ diarthroſeos, veluti paulò ante rectiùs dixerat: & ſecundo etiã de cõpoſitione medi-
» camentorum κατὰ τόπους, .t. per hæc verba [At verò regio capitis iuxta ſynciput, propter laxitatẽ
» ſynarthroſeos, coarticulationiſue, iuxta coronalem futurã, &c.] Sunt autem in capite, maxillaq́;
ſuperiore cõmuniter, ac propriè futuræ viginti quinq;, * prout infrà loco proprio de futuris lo-
cuturi oſtendemus, .u. cõmuniter inquã, vt harmonias etiã cõprehendamus, quæ nonnunquam
futuræ nomine (vt poſteà videbimus .x.) intelliguntur: propriè autem ſumptę futurę, de quibus
impręſentiarũ: vt ſcilicet ab harmonia diſtinguntur, numero decem ſunt. Quarum tamen qua-
tuor integrę futurę ſunt: ſex verò in quibuſdam partibus harmonię miſturã habent: quãquã plus
ad futuram, quam ad harmoniã pertinent. Integrę igitur futurę quatuor maximè autẽ, frequen-
tiuſq́; tres ſunt, quæ capitis etiã proprię dicendę veniunt: ſcilicet coronalis vocata, & ſagittalis,
ſiue recta, & lambdoides. Quartaq́; demùm (licet alijs minùs) ea, quæ nonniſi fracto, apertoq́;
craneo intùs euidens eſt, ſphenoidis intrinſecos auium alis quã ſimillimos proceſſus à frontis, &
octauo etiam oſſibus diſtinguens ordine ſeptima inferius * à nobis ſtatuenda. Quam Galenus vt
partem quandam cõmunis futurę ſupponit: quæ ſcilicet à tẽpore ad aliud tẽpus per medias ocu-
lorũ cauitates pertranſit. Has igitur quatuor integras vocauimus futuras, quoniã ſecundùm ma-
gnam ſui partem, vel ſępiùs etiã ſecũdùm totũ, futurarũ veram cõpagem obſeruant: lambdoidẽ
intereà, prętер additamenta nuncupata capientes, cum additamenta illa potiùs harmonia quadã
cõnectantur. Aliæ verò ſex ſunt (vti diximus) effatu dignam harmoniæ cõmiſtionem habentes.
Quarum quædã capitis, maxilląq́; ſuperioris cõmunes ſunt: videlicet imprimis ea, quæ ab exte-
riore oculi angulo exordiens, per intermediam oculorum cauitatem ad alterius oculi exteriorem
quoq; angulum vſq; peruenit, quinimmò à tempore ad tempus recta quadam linea procedit, os
frontis ab oſſibus maxillæ ſuperioris primo, ſecundo, tertio, & quarto, ac ſexto, ſecundũ Veſaliũ
dicto quinto, atq; ipſo etiam ſphenoide vtrinq; diſtinguens. Idcirco & oſſiũ capitis, & maxillæ
ſuperioris cõmunis ſutura dicitur. Quæ autem vera ſunt capitis oſſa, & quæ maxillæ ſuperioris,
& quot etiam vtraq; ſunt, loco proprio deinceps declarabuntur. .y. Alia verò capiti etiã, maxil-
læq́; ſuperiori cõmunis ſutura eſt, quæ totum ipſum os ſphenoides circumſcribit, à temporibus
ad tẽpora vtrinq; deorsùm, ſurſumq́; procedens, ac prædictũ cuneiforme os à temporũ oſſibus,
ac fronte, nec nõ à primis, & quartis, atq; etiam Galeni quintis, Veſalij verò ſextis maxillæ ſupe-
rioris oſſibus, ipſoq́; demùm occipite ſecernens. Prętер has autem duas futuras, aliæ rursùs duæ
ſunt: altera videlicet vtrinq;, primum ſuperioris maxillæ os circumterminans: illudq́; à quarto
oſſe, ad ſecũdam prædictã vtrinq; terminata ſeparans. Deniq; duę alię ſunt in oſſibus iugalibus:
quæ ſcilicet primũ maxillę ſuperioris os à tẽporis oſſe vtrobiq; diſtinguunt, ideoq́; capiti etiam,
maxilląq; ſuperiori, ſicut primę duę paulò ante dictę, cõmunes. Prędictę igitur omnes ſex ſunt,
atq; cum alijs quatuor capiti proprijs, decem (inter omnia, vt patet, maxillę ſuperioris, nedùm
capitis oſſa, quæ numero ſunt viginti.) Quæ (vt diximus) vel ſecundùm totũ, vel ſecũdùm ma-
ximam partem futurę rationem ſeruant, nullamq́;, vel quamminimã harmonię miſtionẽ habent.
Quanuis diuerſificari admodũ ſoleant (vt poſteà Galenus etiã teſtabitur .z.) velut in quibuſdam
craneis cõtingit, ꝙ futurę magis, aut harmoniæ hæ, vel illę partes habeant. Vltrà aliam prętereà
ſortiuntur diuerſitatem. Triplici enim forma variè cõſtructę eſſe apparent: vel enim inſtar lace-
rarum veſtium varias formas repręſentantia oſſium fruſtula cõſuuntur: vnde nomen futuræ im-
» poſitum eſt. Sic enim ipſe etiã Galenus alibi teſtatur .a. [Quin & veſtimentis ex pluribus laceris
» pannis conſutis cõpoſitionem hanc cõparans, haudquaquã aberraueris: vnde & veteres (vt ego
» arbitror) futuras ipſas appellarunt. Quod nomen adhunc vſq; diẽ retinent.] At ſępè magis lim-
borum, quam lacerarũ veſtium futuris aſſimilantur. Limbum appello faſciam illam alterius ſępè

r. Com. 10. & 11.
ſ. Cap. 1. poſt med.
Galeni locus.
t. Cap. 1. ſec. 3. Suturarum numerus.
* Vide cap. 1. com. 5. in fine.
u. Cap. 1. com. 1. & ſequentibus vſq; ad ſecũdum, & cap. 3. com. 2. 4. & 6. & vltimo.
x. Cap. 1. & 3. Integrę futuræ quatuor, quę.
* Cap. 1. com. 4. Suturę cõmiſtę ſex, quæ.
y. Cap. 1. com. 6. & 7. & cap. 3. ſ. totum.
z. Cap. 3. tex. 1.
a. 9. de v. p. c. 1. verſus finem.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 51 sur 292

©BIU Santé

coloris, maioriſq; pretij, quæ veſtium, præcipueq; muliebriū extremitates circumquaq; ambiens eſt. In qua quidem nō ſecundū veterem modò, at ſecūdùm noſtrum quoq; morem, panni vnius floſculi, & veluti quædā coronæ in alterius ſibi proportionatos ſinus mutuis ingreſſibus ſatis appoſitè conſuuntur. Atq; huiuſmodi re, & nomine ſuturarum forma exteriùs potiùs apparet. Vel inſtar duarum ſerrarum ſeſe mutuò recipientium cōſtruuntur: quùm ſcilicet inter ſeſe contrario occurſu cōgrediuntur, vt dentatę alterius partes in alterius ſinus, intermediaq; ſpatia inſerantur. Neq; id in exterioribus adeò conſpicitur, ſicut intùs, dum os ab oſſe ſeparatur. Cùm vtrunq; os, quod per ſuturam cōſtruitur, & dentes, & foueas inſimul habeat: Denteſq; huius in illius foueas: ſicut econtrà illius dentes in huius alueolos, quaſi ginglymorū imitatione quadam ſubeant. [Sic certè & fabri lignarij (Galenus etiam ſubdit .*b.*) crebris clauiculis pleruną; inſtrumenta quædā cōpingentes, illorū cōpagem, ac coagmentationē ſolutu efficiunt difficillimam.] Qui etiam per mutuum amborū aſſerum ingreſſum, talem faciunt, ſiue arcarum, ſiue lecticarum fortem ſimul, & aſpectu pulcherrimam conſtructionem. Vel demùm inſtar vnguium, præcipueq; in exterioribus, gibbæ quædam partes in alterius oſſis ſinus, quibus aptè excipi poſſunt, inuicē congrediuntur. [Oſſium enim, quæ ad ſuturæ generationē (Galenus idem ait .*c.*) adaptantur: vtrunq; eminentiam habet, & cauitatē non vna ſerie, ſed ſitu alternantes: Eſt autem eminentia, gibboſitaſue figura quidem vnguibus digitorū potiſſimùm aſſimilis: cauitas verò ſedes eſt huiuſmodi figuræ cōmenſurata.] Sed de futuris intantùm hoc loco dictū iam ſit. Inferiùs enim plura de his dicturi ſumus. Nunc igitur ad ſecundæ ſynarthroſeos ſine motu exiſtentis ſpeciei definitionem, ipſius ſcilicet harmoniæ nuncupatæ: ſic cum Galeno dicentes.

b. Vbi ſupra.

c. Ibidem.

TEXTVS VNDEVIGESIMVS.

Ἡ δὲ ἁρμονία συνάρθρωσίς ἐστι κατὰ γραμμὴν ἁπλῆν. ἔχει δὲ οὕτω πρὸς ἄλληλα. καὶ τῶν τῆς ἄνω γένυος ὀδόντων ἑκάστη, καὶ τῶν τῆς κεφαλῆς, πρὸς ταῦτα.

Harmonia verò ſynarthroſis eſt per ſimplicem lineam. Habent autem ſic adinuicem nōnulla maxillæ ſuperioris, & quædam etiam capitis oſſa inter ſe coniuncta.

COMMENTVM DECIMVMNONVM.

HECCE harmoniæ genus, ſcilicet ſynarthroſim, dicit enim q̄ harmonia ſynarthroſis eſt: ſed eā intellige, quæ ſine motu coarticulatio facta eſt, hoc eſt, propter quietē (vt vberrimè iam antea .*d.* declarauimus. Harmonia igitur quędā ſynarthroſis, coarticulatione eſt per ſimplicē lineam, citra omnem extuberationis, ac ſinus (quæ propriè ſcilicet talis eſt) citraq; omnem deniq; aſperitatis mutuū ingreſſum cōmiſſa: quanquam vix talem inuenire ſecundùm totū quimus, at ſecundùm maximam ſui partem. Quòd ſi aliqua interſit in coniunctione aſperitas: ea quamminima eſt, & vix effatu digna: hincq; fortaſſis & harmonia paſſim inter futuras cōnumerari, futuraq; appellari cōſueuit. Sunt igitur harmonię duodecim: quinimmò additis ipſius lambdoidis additamentis vtrinq; ſcilicet poſitis: erunt omnes quatuordecim. Itaq; imprimis ſunt ſquamoſæ agglutinationes oſſium temporū cū oſſibus ſyncipitis, duæ: quas lepidoides, ideſt ſquamoſas futuras appellant: quæ oſſiū capitis ſunt, ſiue futuræ, ſiue harmoniæ nuncupentur: præter has & tertia eſt, quæ octauū capitis oſſiculū, ab oſſe frontis illud ſeparans, circumſcribit ordine ſexta capitis ſutura poſteriùs enarranda * Deinceps aliæ tres ſunt, quæ naſi oſſicula & à ſe inuicem, & à quartis maxillæ ſuperioris oſſibus diſtingui faciunt. Habemus ergo hucuſq; harmonias declaratas ſex. Vltra quas, & alias duas habemus, ſcilicet alteram vtrinq;, in oculi cauitatibus: quæ ſecūdum os circuit, à tertio, & quarto maxillæ ſuperioris oſſe illud diſtinguens: ſicq; ſunt octo. Item duę alię ſunt in ijſdem oculorū cauitatibus tertia oſſa à quartis ſecernentes: ſunt igitur hucuſq; decem. Vndecima verò fuerit, quæ maxillam inferiorē rectè per medium diſtinguit, quarta interim oſſa à ſe inuicē ſeparans. Duodecimaq; demùm ea eſt, quæ iuxta Galeni ordinē quinta, circa palatū, interioraq; naſi foramina exiſtentia, oſſicula à quartis oſſibus maxillę ſuperioris ſegregat. Sunt ergo prędictę omnes harmonię duodecim. Quibus ſi lābdoidis additamenta cōnumeres: erunt quidē cunctę quatuordecim. Verè autē integrę ſunt duodecim, vocatę etiā futurę. Quamobrem capitis, maxilleq; ſuperioris propriè, cōmuniterq; dictę futurę ſunt viginti duę, præter quas, tres addere poſſumus cultriformę os (vt videbimus *) circumſcribentes, ſicq; erunt viginti quinq;. Sed de his vberiùs infrà .*e.* Sat verò ſuperq; fuerit nunc addere, q̄ tàm futurę prędictę decē, quā harmonię duodecim prænarratę vtreq; per ſe inter oſſa fiunt viginti: videlicet prędictę decē futurę inter oſſa viginti: ſimiliterq; harmonię quatuordecim (ſi lambdoidis etiam additamenta adiungas) inter eadem oſſa viginti fiunt: ſcilicet capitis octo, & maxillæ

d. Com. 10. 11. 12. & 17.

Harmonię quot, & quæ.

* Cap. 1. com. 4.

* Cap. 3. com. 6. & 9. e. Cap. 1. & 3.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 52 sur 292

©BIU Santé

maxillæ ſuperioris duodecim. Oſſa inquã capitis octo, videlicet frontẽ, occiput, duo ſyncipitis, duoq; alia temporum oſſa; quæ ſunt huçuſq; ſex: ſeptimumq; ſphenoidis eſt, & octauum deniq; oſſiculum cribroſum, ſiue ſpongioſum: quod narium foramini præponitur. Maxillę autem ſuperioris duodecim oſſa ſunt, videlicet ſex vtrinq;. Primum, quod in exteriore oculi angulo poſitũ eſt. Secundum, paruum oſſiculum eſt in interiore angulo, cui lachrymalis caruncula innititur. Tertium, quod hoc introrsùm ſequitur. Quartũq; omniũ maximũ, quod malis vtrinq; ſubiacet. Sunt igitur in vtraq; parte ſimul octo (in quolibet ſcilicet quatuor) præter quæ, duo naſi oſſicula ſunt, duoq; tandẽ ad palati finem: qua parte naſi foramina intrò reſpondent. Sunt igitur omnia maxillæ ſuperioris oſſa duodecim. Quibus addito cultriformi, maxillæ ſuperioris oſſa erunt tredecim: ſimulq; pro futuris viginti & vnũ: totidemq; pro ipſis etiam harmonijs. Sed de his quaſi inuitus obiter hic nonnihil tetigiſſe coactus ſum, videlicet vt eorũ ſiue per futuram, ſiue per harmoniam factas coarticulationes intellexerimus. Quæ tamen multam ſortiri ſolent diuerſitatem. Adeò vt quæ in vno homine per futuram, in alio per harmoniam: vel econtrà, aut ſecundùm totum, aut ſecundùm partem cõponantur. Ad tertiam igitur ſynarthroſeos ſpeciem, quæ ſine voluntario motu facta eſt, contemplandam accedamus cum Galeno ſic dicentes.

Maxillę ſuperioris oſſa duodecim.

TEXTVS VIGESIMVS.

" Ἡ δὲ γόμφωσις συνάρθρωσις ἐστὶ κατ' ἔμπηξιν, ἐπαμφοτερίζει δὲ πως ἤδη τοῦτο, καὶ πλησίον ἐστὶ τῆς συμφύσεως, ὥσθ' " ὅταν ἀκριβῶς ἐγγομφωθῇ τι, μηδὲ βραχυτάτην αὐτῷ κίνησιν ἀπολείπεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἔχει: ἀλλ' ὅτι γε " οὐ συμπεφύκασιν ἔτοι τοῖς φατνίοις: ἐξαιρούμενοί τε, καὶ αὐτομάτως ἐκπίπτοντες, δηλοῦσιν.

" Gomphoſis autem coarticulatio eſt ſecũdùm infixionem. Verùm id iam quoquomodo ambigitur, proximumq; ſymphyſi eſt: vſq; adeò vt, vbi quidpiam exquiſitè infixũ fuerit, ne tantillũ quidem motus ei relinquatur: quemadmodum in dentibus ſe habet. Sed quòd haud quaquam hi ſuis alueolis coaleſcant: tùm extracti, tùm ſua ſponte decidentes, indicant.

COMMENTVM VIGESIMVM.

GOMPHOS Græcè idẽ eſt, quod latinè clauus: vnde gomphoſis, quaſi dicat, clauoſis, ſeu clauatio dicitur. Inſtar enim clauorum in terebratis lignis affixorũ, dentes in mandibularum foſſulis (quæ Græci βόθρια nuncupant) infixi apparent. Apparent inquam eodem modo infixi: quanuis verè infixi nõ fuerint. Etenim ex internis potiùs (vt loco deinceps proprio declarabimus *) τῶν φατνίων, hoc eſt, alueorum, ſiue præſepiorum emergunt, enaſcunturq;: non ſicut claui ab externis infiguntur. Similitudo igitur non generationis principio, ſed præſenti coarticulationi cõfertur. Sunt autem coarticulationes hæ per gomphoſim factę tot numero, quot ſunt dentes. Igitur communiter in natu grandioribus triginta duę ſunt. Inter oſſa tamen triginta quinq;: ſcilicet triginta duos dentes, duoq; mandibulę ſuperioris oſſa, videlicet quartũ vtrinq;, quibus dentes affiguntur: vnumq; demùm inferioris mãdibulę os: pro vno enim ſemper (quicquid Galenus dixerit) præſertimq; cõpletè dentatis, & nõ pro duobus oſſibus, inferiorẽ maxillã numerauimus. Quoniam verò coarticulatos per gomphoſim eſſe dentes dixit, huiuſmodiq; coarticulationem propter quietem eſſe voluit, non propter motũ, vſq; adeò igitur fixam eſſe, ac firmam ait, vt ambiguitas quædam remaneat, an per ſymphyſim coalitio fiat, cui proxima eſſe apparet. Quanuis autem talis ambiguitas prima fronte appareat: exquiſitiùs tamen talem coarticulationem perpendẽdo, præſertim vbi vel manibus extrahuntur, vel per ſemetipſa ſponte (vt ſenibus contingit) decidunt, non ſymphyſim fieri, neq; coaleſcere dentes inueniemus quoad oſſium ſubſtantiam inter ſe: niſi quodammodo per ſyſſarcoſim, & per ſynneuroſin (vt poſteà videbimus *) ſed clauorum inſtar (veluti prędictũ eſt) infixos detineri. Si enim adnaſcerentur, & verè ad ſymphyſim accederent, non niſi fracti, non integri dentes eruerentur, & nõ niſi deroſi, vel putrefacti decíderent. Suppoſita igitur bimembri diuiſione ſuperiùs deſcripta * ſcilicet quod duplex tantùm cõſtructionis oſſium modus eſt ſcilicet per articulum, vel per ſymphyſim: probatoq; iam nunc gomphoſim non eſſe ſymphyſim: neceſſariò ſequitur ſtructuram per articulum eſſe.

* Infrà cap. 4. com. 1. & ſequentib⁹.

* Com. ſequenti, & c. 4. com. 4.

* Tex. 10.

TEXTVS

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 53 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS VIGESIMVS PRIMVS.

Ἐπὶ δὲ περίτε διαφορῶν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸ ἄρθρον εἴπομεν, ἐφεξῆς ἂν εἴη καὶ περὶ τῆς συμφύσεως εἰπεῖν. εἰσὶ δὲ καὶ ταύτης δύο μὲν αἱ πρῶται διαφοραὶ τὰ μὲν γὰρ ἀλλήλοις, τὰ δὲ δι' ἄλλων συμφύεται: ἀλλήλοις μὲν τὰ χαυνότερά τε, καὶ μαλακώτερα, δι' ἄλλων δὲ τὰ ξηρότερά τε, καὶ πυκνότερα. τούτης δὲ αὐτῆς, τῆς δι' ἄλλων συμφύσεως τρεῖς εἰσὶν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ, ὀνόματα δ' αὐτῶν ἔκ ἔστι παλαιά: τῷ μέντοι βουλομένῳ τοῖς νεωτέροις χρήσασθαι, καλεῖν ἔξεστι συγχόνδρωσιν μὲν τὴν διὰ χόνδρου σύμφυσιν, συννεύρωσιν δὲ τὴν διὰ νεύρου, συσσάρκωσιν δὲ τὴν διὰ σαρκός.

Sed quoniam differentias omnium, quæ ad articulum pertinent, declarauimus: de ſymphyſi quoq; deinceps diſſerendū eſt. Sunt autē & huius duę quidē primę differētię. Nanq; alia inter ſe inuicē. Alia verò aliorū interuentu cōnaſcuntur. Inter ſe inuicē quidē, quæ fungoſiora, mollioraq; ſunt. Aliorū verò inreruentu, ſicciora, denſioraq;. Huius autē aliorū interuētu coaleſcentię tres ſunt omnes differentię. Nomina verò ipſarū antiqua nō ſunt. Volenti tamen his recentiorū vti, vocare licet ſynchondroſim quidē, eam, quæ per chartilaginē fit, coaleſcentiā: ſynneuroſim verò, eam, quæ per neruum: ſyſſarcoſim autem, eam, quæ per carnem.

COMMENTVM VIGESIMVM PRIMVM.

QVemadmodum in articulis contactus duntaxat oſſium (tametſi naturalis iam) fit, compoſitioq;: (contactus inquā chartilagine duntaxat incruſtatorū extremorū, in his, quæ propter motum: abſq; illa verò in ſutura, gomphoſiq;, & harmonia.) Ita in ſimphyſi, hoc eſt, coaleſcentia, ſubſtantiarum cōiunctio, veraq; vnio ſecundùm naturā reſultat. Symphyſis duplex. Ideo quantū ad ipſam ſpectat, propter quietem à natura conſtituta hæc fuit. Quæ iterùm vnio, ſymphyſiſue, ſeu coaleſcentia duplex eſt: altera quidem per ſe: altera verò per accidens, quia per aliud facta. Diuiſio. Hęcq; prima ſymphyſeos diuiſio in primas eius differentias eſt. Quamobrē Galenus ait, ꝙ primæ ſymphyſeos differentiæ duæ ſunt: quaſi dicat, prima diuiſio in primas differentias hæc eſt. Nanq; alia oſſa inter ſe inuicē connaſcuntur: hæcq; per ſymphyſim ſimpliciter, ac per ſe connaſci dicuntur, omnis interim articulationis expertia, immò illi prorsùs re, & ratione oppoſita. Alia verò non per ſe inuicem, nec immediatè, ſed aliorū (ne intelligas oſſium, ſed aliorū corporum, ſiue aliarū ſubſtantiarū, puta chartilaginis, vel nerui, ſeu carnis) interuentu, connaſcuntur. Atq; hæc ex accidēti, ſeu per accidens, & nō per ſe vniri, ac per ſymphyſim coaleſcere, neq; vnum verè fieri dicentur. Ideoq; horum nōnulla diuerſis rationibus vniri, & articulari dicentur: propter motū enim articulari nequeunt, niſi aliquo modo firmentur. Subdiuiſio Dicimus autē primam hanc diuiſionem, primaſq; eius differentias eſſe: quoniā ſecunda diuiſio, ſiue rectiùs ſubdiuiſio erit inter ea, quæ per accidens, & per alterius corporis inueruentū coaleſcunt: videlicet ꝙ vel per chartilaginis, vel nerui, aut carnis interuentū vniuntur, ſiue coaleſcere dicuntur. Qua de re ſecunda primę diuiſionis ſpecies ſubdiuiſa, tres iterū ſpecies ſiue differentias ſecundas habere Symphyſes per ſe quę? determinabitur. Sed de huiuſmodi ſubdiuiſione, poſteriùs ſermo fiet. Nunc autem primā diuiſionem elucidemus: preſertimq; primā eius ſpeciem, ſcilicet quæ nam ſint ea oſſa, quæ per verā, & ſimpliciter, ac per ſe dictam ſymphyſim coaleſcunt, abſq; vllius ſubſtantię interuentu? Sunt enim hęc quęcunq; fungoſiora, ſpongioſioraq; ab initio fuerant, preſertim circa ipſorū extremitates: quæ inuicē contangi, ac deinceps vniri, & coaleſcere debebant: Ideoq; mollia, & conglutinabilia eſſe opus fuit. Ab initio inquā fungoſa, ſpōgioſaq;, & mollia erant: vnde ad coaleſcentiam, veramq; vnionem paratiſſima fuerunt. Temporis autem progreſſu dureſcere, ac ſolidiora eadem euadere, abſurdum nō eſt. Quinimmò ſępiſſimè cōtingit circa generationē eorū oſſium, quæ ita coaleſcere neceſſum erat, per intermediā aliquam chartilaginē vnionem fieri: deinceps verò eadem chartilagine in os prorsùs degenerante, abſq; alterius ſubſtātię interuentu vnita remanſiſſe. Id quod in capitis oſſibus embrionis nō infrequenter vidimus: occipitis inquam os, & f. Com. 6. frontis per mediū diſtincta, & per chartilaginis interuentū vniri. Sic & vertebras (vt antea .f. diximus) in duo, vel tria oſſa diuiſas, nec nō & os, quod ſacro oſſi cōiungitur, & chartilaginis interceſſione priùs hęc omnia vniri, deinceps verò paulatim indurata, & in os degenerante chartilagine, in vnū os ſingula conuerti cōpertiſſimū habemus: & iam nati cuiuslibet infantis bregma, ſynciputue molliſſimū exiſtens, dein verò vnius, aut duorū annorū ętate ſuperueniente, duriſſimum, veriſſimumq; os totum euadens, certiſſimū nobis teſtimoniū perhibet. Sed ne ob id quidē oſſa in vnū coaleſcerent, quia ſcilicet molliora, fungoſioraq; exiſtunt (quod ad materialē cauſam ſpectat) niſi finis aliquis à natura intentus eſſet: vt puta maius robur, maiorq; firmitas. Quemadmodum v. g. ſecundum, tertiū, quartū, quintumq;, & ſextum pectoris oſſa inuicem vſq; adeò coaluerunt: vt nō ampliùs quinq;, ſed vnū duntaxat eſſe determinauerimus. Quo etiā modo de

ſacri

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 54 sur 292

©BIU Santé

ſacri oſſis partibus dicere poſſumus: vt non quinq;, vel ſex: at vnũ duntaxat os eſſe proferremus: niſi omniũ tàm veterũ, quàm recentiorũ mos eſſet quinq;, aut ſex oſſa numerare (dico quinq;, aut ſex: etenim os ſacrũ,& ſi maxima ex parte ſex ex oſſibus, ſępenumerò tamẽ ex quinq; cõſtat.) Sic etiã pro Galeno dicendũ de inferioris maxillę partibus,quę in medio coaluerunt: vnitaq; per ſymphyſim fuerunt, antequã infans naſceretur. Quas tamen ante ipſius etiã embrionis generãdi cõplementũ per ſynchondroſim coniungi vidimus. Tunc igitur duo erant. Quùm verò coaluerũnt,vnitaq; per ſymphyſim ſunt, non ampliùs duo: ſed vnũ os proferendũ eſt. Quid enim ſibi vult vniri, niſi ad vnum reducantur? in verũ ſcilicet, duriſſimumq; os cõuerſa illa intermedia, chartilagineaq; ſubſtãtia. Id quod in chartilagine: quæ oſſa, ſuaſq; appendices intercedit, ſic nõ accedit: Niſi fortaſſis rariſſimè: propterea enim tẽporis diuturnitate in cadaueribus appendices à ſuis oſſibus ſeparari maxima ex parte videntur, quoniã in exquiſitã oſſis ſubſtantiã intermedia illa chartilago minimè, in ipſis etiã ſenibus, degenerat. Exquiſitam dico, licet oſſa nõnunquam appareat. Quamobrem citiùs ea corrumpitur, cõſumiturq;. Qua conſumpta, & corrupta, & in terram conuerſa, quamprimũ ab oſſibus appendices ſegregari contingit. Non igitur per ſe abſq; alterius ſubſtantię interuentu per ſymphyſim vniri cum ſuis oſſibus appendices,dicere congruũ eſt, ob extremorũ nimiam duritiem, ſiccitatemq;. Niſi fortaſſis aliquando eueniat intermediam illam chartilaginẽ totam in exquiſitam oſſis ſubſtantiã degenerare. Tunc enim verè coaleſcere, atq; vniri abſq; medio diceremus. Sed ne illorũ quidem calumnia placet, dicentiũ, quia in principio intermedia chartilago fuit, ideo nõ per ſe vnita eſſe dicẽda ſint. Eo enim tẽpore, quo chartilago interueniebat, per ſynchondroſim ea oſſa vniri, proferendũ erat: poſtquam verò intercedens chartilago in os exquiſitè degenerauit: per ſe vniri, coaleſcereq; omninò determinãdũ eſt. Niſi differentiã perpendere in locutionis modo velis: videlicet inter vniri, coaleſcereq;, & vnita, ſeu coalita eſſe: quaſi per chartilaginem vniri, dum ſunt in fieri: tãdem verò per ſe vnita eſſe, in facto eſſe determinemus. At hęc ſophiſticis dimittantur. Nos verò interim ad alterã ſymphyſeos ſpeciem accedamus: quę ſcilicet per accidens,& largè: quaſiq; impropriè ſymphyſis, vnioq; nuncupatur. Haud enim ex duobus oſſibus verè vnũ continuũ fit: ſed alicuius medię ſubſtantię interuentu in vnam quaſi cõtinuam, indiuiſibilemq;, non verè continuam, quinimmò nõ verè contiguam ſubſtantiam nexio fit (quanuis media hęc ſubſtãtia vtriq; extremo contigua verè ſit) inſtar glutinis, aut luti, ſeu funis. Triplici enim hoc modo in vnũ coniungi,atq; alligari oſſa Galenus idẽ alibi perbellè ſcripſit. .g. Inſtar glutinis (inquam) chartilaginis interuentu: ideoq; per ſynchondroſim. Inſtar luti,vt quando carnis interceſſione cõiunguntur: ideoq; per ſyſſarcoſin. Inſtar deniq; funis,quotiès neruus, ligamẽtumue interuenit: ideoq; per ſyneuroſim. Tria enim hęc nomina à ſui tẽporis recẽtioribus anatomicis Galenus impoſita eſſe inquit ſcilicet ſynchondroſin, ſynneuroſin, & ſyſſarcoſin. Quia enim Græcè χόνδρος idem eſt, quod latinè chartilago, inde venit χόνδρωσις q. d. chartilaginatio, ſiue chartilagineitas. Præpoſitio verò [σύν] latinè [cum] quandam vnionem, cõiunctionemq; preſefert. Quapropter σύνχόνδρωσις dicitur,hoc eſt, conchartilaginatio, quaſi per intermediam chartilaginem facta quædam vnio. Ita quia Græcè [νεῦρον] nobis quoq; neru⁹ dicitur: inde νεύρωσις q. d. neruatio: additaq; prępoſitione [συννεύρωσις] q.d. conneruatio, hoc eſt, per neruum intermediũ facta cõiunctio. Demùm σάρξ carnem nobis indigitat, vnde σάρκωσις q. d. carnatio: addita quoq; prępoſitione, συσσάρκωσις deriuatur q. d. latinè cõcarnatio: quia ſcilicet per intermediam carnem talis oſſium nexus fit. Verùm quia conchartilaginatio,conneruatio,& concarnatio apud latinos in vſu non ſunt: Idcircò Græcis potiùs nominibus vti ſolemus: quæ ſunt ſynchondroſis, ſynneuroſis, & ſyſſarcoſis. At ſingulas huiuſmodi ſpecies aptiùs ſuis exemplis elucidemus. Imprimis igitur ſynchondroſis eſt: quotiès chartilaginis interuentu quæſpiam vnio fit: vt oſſa pubis glutinantur anteriùs, atq; etiam poſteriùs. Anteriùs quidem ſibi inuicem, poſteriùs verò, vbi vocata eadẽ ilium oſſa cũ ſacro cõmittuntur. Et quędam pectoris oſſa: vt primũ cum ſecũdo, & ſextũ cũ ſeptimo vt plurimùm cõiunguntur. Et oſſa puerorũ cum ſuis appendicibus: licet temporis progreſſu, videlicet in natu grandioribus intermedia illa appendicum, ſuorumq; oſſium chartilago paulatim in oſſeam quãdam naturam degeneret: vt priùs quę chartilago erat ſimpliciter dicta, deinceps ſenſim dureſcens, chartilago fiat oſſea: Dein verò os chartilagineũ: ac deniq; os ſimpliciter dictum interdùm euadat. Vertebrarum quoq; omniũ, ſterniq;, oſſis ilium, & interdùm ipſius quoq; maxillę inferioris, nedùm occipitis, frontiſq;, & oſſis ſacri diuiſiones in puerulis, infantibuſue (prout antea nos vberrimè declarauimus .h.) intermedia quadam chartilagine compactę ſunt. In quibus omnibus prędictis vnio facta eſt proculdubiò propter quietẽ, quietiq; duntaxat inhęret. Verũ enimuerò alia quoq; per ſynchondroſim oſſa vniuntur. Quę licet hac ratione, quieta inter ſe adhęreant: Alia tamen coniunctionis ratione,quę ſcilicet per articulum fit (ſiue per ſynarthroſim, ſiue per diarthroſim fit) mouentur, & ad motũ ſpectant: vt ſeptem legitimè coſtę cũ ſterno: vertebrę q; omnes, preſertim in anteriore, interioreue parte inter ſe, pręter primam cum ſecũda. Item oſſicula hyoidis

Contra Realdũ.

Symphyſis p accidẽs.

g.2.d anat. admin.c.vltimo vers⁹ medium.

Synchondroſeos exempla prima.

h. Com. 5. in declaratione quartæ concluſionis.

inter

©BIU Santé

inter ſe, chartilaginis igitur interuētu, atq; ope cohęrent oſſa hęc, & vniuntur, agglutinanturue ne laxentur, aut à ſeſe inuicem ſeparentur. Et ſic propter quietem, quantū ad hanc attinet vnionem. Quanquam ratione articulationis horū quędam prętereà moueātur. Nil enim obſtat idem ſimul vniri, atq; articulari, diuerſorū reſpectu. Vniri quidē propter quietem, ac firmitatē: Articulari verò propter motū: ſed hęc de ſynchondroſi. Synneuroſis verò eſt oſſiū vnio nerui beneficio facta. Nerui interim nomine largiùs ſumpto. Quoniā per ligamēta frequentiùs huiuſmodi vnio fit, atq; ligatura: vt coxendicis os cum femore, femurq; cum tibia, ſecundęq; vertebrę dentiforme os cum occipite per ligamentum validiſſimum. Sic & radius cū oſſe vlnę quodammodo vnitur per latum illud ligamentū, quod internos muſculos ab exterioribus diſtinguit. Sicq; vertebrarum omniū nexus, pręſertimq; exteriore, poſterioreue parte. Ita quoq; tria auditorij organi oſſicula inter ſe, & cū oſſe temporis: ac oſſa etiā hyoidis vltima cū proceſſibus ſtyloidibus nuncupatis. Quinimmò dētes aliquo modo cū ſuis alueolis p ſynneuroſim vniri dicētur, & p neruulos quidem proprios tertij paris, qui ex alueolis in eorū radices implantātur: tametſi alia ratione per gomphoſim, aliaq; demū (vt videbimus) per ſyſſarcoſim coniungi dici poſſunt. At enimuerò in omnib⁹ articulis neceſſariò ſynneuroſis eſt, quatenùs videlicet orbiculatim circūducto ligamēto vtriq; oſſis coaleſcente vniuntur: vt in ſuis cauitatib⁹ articuli, capitulaue firmentur, quietęq; hac ratione maneant: licet articulationis ratio propter motū facta ſit. Sed de ſynneuroſi hactenus dictū ſit. Siſſarcoſis deniq; p intermediā carnē facta vnio eſt. Quēadmodū nō ſolū dētes inuicē, & cū mandibulis vniūtur .ſ. p gingiuarū carnes, atq; carneū quoq; (vt anatomicorū proceres quidā appellant) gluten in alueolis malarū ambarū intus exiſtens: Sed oſſa quoq; hyoidis cū oſſibus pectoris, mādibulaq; inferiore, & ſcapula p carneos muſculos his omnib⁹ cōmunes. Itēq; radius cū vlna p muſculū quadratū, atq; aliū quoq;, qui radiū ipſū ad pronū mouet. Si tandē omnia cōiunguntur, firmāturq;, & vniūtur oſſa inuicē, in quib⁹ .ſ. muſculus aliquis carneus totus carnoſa ſua ſubſtātia vtriq; coaleſcit. Iuxta illud Mathematicorū axioma [Quę vniuntur vni tertio, vniūtur inter ſe] Queadmodū infrà * ſcapulę os cū multis alijs oſſibus p muſculos copulari, coaleſcereq; adamuſſim declarabimus. Qua vnionis ratione ad quietē ſpectāte, quieſcunt quidē prędicta oſſa: quāuis articulationis ratione ad motū ſiue occultū, ſiue manifeſtū nōnulla horū pertineant. Quinimmò idē articulus propter aliquē motū factus, p ſynchondroſim tamen, p ſynneuroſim, & p ſyſſarcoſim, diuerſis inquā rationib⁹ inſimul propter quietē, firmitudinēq; vniri poteſt. (Quam diſtinctionē minimè aduertētes nōnulli excellētiſſimi Anatomici, Galenū in ſymphyſeos ſpēb⁹ omnib⁹ acriter cōdēnāt) Quā ob rē appoſitè philoſophus inquit .*i*. Naturā tāquā vno, cōtinuoq; (.ſ. ad quietē) & tāquā duob⁹, diſtinctiſq;, ad flexū (motūq;) vti. Quāquā ipſe ſynneuroſim duntaxat (Quicquid nōnulli dixerint) tangit dicens .*k*. [Neruis deligātur, extremaq; ſibi cohęrent: Alterū cauū: Alterū rotundū, &c.] Rurſuſq; [Nōnulla extremis ſimilibus cōiunguntur, neruis deligata.] Neruorum voce interim, nō veros, voluntarioſq; neruos, ſed ligamenta (vt ſequenti textu talis nomenclatio permittitur) intelligens. Hæcq; oſſiū ſtructura, quā ſecūdo loco philoſophus tetigit, alia ratione ad arthrodiam, veluti prior ad enarthroſim reducitur.

Synneuroſeos exempla.

Syſſarcoſeos exempla.

* Cap. 13. com. 1.

Cōtra Veſalium. i. 2. de part. c. 9. in prin.

In idem venit quod dicitur 3. de hiſtor. animaliū cap. 7. in princ.

Cōtra Veſalium. k. Ibidem paulò īfrà.

TEXTVS VIGESIMVS SECVNDVS.

Ε'πὶ δὲ καὶ τῶ τ νεύρων ὀνόματος ἐμνημονεύσαμεν, καλῶς ἂν ἔχοι, καὶ περὶ τούτων διορίσασθαι. τρία τοίνυν ἐστὶ τὰ νεύρων ἔφασαν γένη. καλοῦσι δ' αὐτὰ οὐδὲν, οὐδὲ διαφορὰς, ἢ εἰδη προσαγορεύειν αὐτὰ. καλοῦσι δὲ τὰ μὲ τινα προαιρετικὰ, τὰ δ' ἐγκεφάλε τε, καὶ νωτιαίε φύεται. τὰ δὲ τινα συνδετικὰ. τούτων δὲ ἡ γένεσις ἐκ τ ὀσῶν. ἡ τρίτη δ' αὐτῶν διαφορὰ καλεῖται μὲ τένων. ἐκφύεται δὲ ἐκ μυός. ἵνα δ' ἓν μηδ' ἐντεῦθα τὶς ἀταξία γένηται. διὰ τὴν ὁμωνυμίαν. ὅσα μὲ ἐξ ἐγκεφάλε, καὶ νωτιαίε φύεται, νεῦρα ταῦτα προσαγορεύομεν προαιρετικὰ ὅσα δὲ ἐκ μυῶν, τένοντας· ὅσα δὲ ἐξ ὀσῶν, συνδέσμους.

Cùm verò de neruorū nomine mentionem fecerimus: Rectum eſſet de his etiā determinaſſe. Tria itaq; neruorum genera eſſe dixerunt. Nil autem impedit eadem vel differentias, vel ſpecies nominare. Vocant autem nonnullos quidem voluntarios, eos inquam, qui ex cerebro, dorſaliq; medulla oriuntur: Nonnullos verò ligamentales: quorum generatio ex oſſibus eſt. Tertia autem horum differentia eſt, tendo, ex muſculo originem ducens. Sed ne hic obſcuritas aliqua ob æquiuocationem fiat, Quicunq; ex cerebro, dorſaliq; medulla ortū ducunt, neruos volūtarios appellamus: Quicunq; autem ex muſculis, tendones: Quicunq; autem ex oſſibus ligamenta.

COMMENTVM VIGESIMVM SECVNDVM.

QVÆ in hoc textu retulit Galenus, vſq; adeò per ſe clara ſunt, vt paucis hic opus ſit verbis. Id tantū adiunxiſſe ſat ſit, veterū cōſuetudinē: quinimmò & in hunc quoq; diem vulgariū omnium eſſe idiotarū, nō propriè dictos modò, veroſq; neruos à cerebro, ſpinaliq; medulla deſcendentes, ſed tendones quoq;, ac ipſa etiā ligamēta, neruos nūcupare. Ex eo enim decepti ſunt (vti nōnunquā Galenus ait *) q̄ tàm tendones, quā ligamēta neruis, ſecundū propriā ſubſtantiā, aſſimilantur: Idcircò vel neruos eſſe, vel neruea naturā participare putātes, nerui nomine etiam hęc duo cōprehenderunt. [Qui enim (vt inquit) antiquis vocantur nerui, hi .ſ. ipſi cōſpicui, qui mouēt digitos, tēdones ſunt, prognati ſanè ex neruis, & ligamētis in muſculos diſperſis, rurſuſq; inuicem.

* Priml de v. p. cap. 17. in princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 56 sur 292

©BIU Santé

inuicē coeuntibus, &c.] & hęc de tēdonibus. Quorū generatio, an talis ſit quēadmodū Galenus definiuit: an alio modo prout Galenū increpans Veſalius nō inſcitè arguit, preſentis nō eſt ſpeculationis. Sat enim ſuperq; nunc ſit ipſos tendones à propriè dictis neruis, quanuis nomine interdum cōueniant, diuerſos eſſe: multoq; magis ligamenta: De quibus paulò poſt hęc idē Galenus ſubdit [Albū autē, & exangue, & ſolidū, experſq; cōcauitatis cùm ſit ligamentū ſimiliter neruo: propterea pleriſq; imperitis neruū eſſe putātib⁹ imponit. Verū nō eſt natū ex cerebro, vel ſpinali medulla: ſed ex oſſib⁹ ad oſſa trāſit, neruoq; durius multò, & penitùs inſenſile eſt, & mouere aliquid nō poteſt.] Cōmuniter igitur, ac largè tam ipſi tendoues, quā ligamenta, nerui nomine donata, preſertimq; apud vulgares, ſunt. Propriè autē, ac verè nerui nō ſunt, niſi qui ex cerebro, vel ſpinali medulla ortum duxerint: prout ſexcentis quoq; alijs in locis Galenus etiam ipſe teſtatur. .l. Quùm verò dixit, ab antiquis vocari neruos, qui tendones ſunt: Antiquos intellige, poſt Hippocratē. Hippocrates enim ipſe minimè cōfuſit: ſed proprijs ſuis nominib⁹ ſingula hęc determinauit: veluti perbellè Galenus etiā ipſe alibi teſtatur, ſic ſcribens .m. [Si igitur nominare ita vis, quēadmodū Hippocrates, .n. id quod ſenſum, & motū exhibet, neruū, aut tenorē (Grecè τόνον) vtriſq; enim nominib⁹ ille idē vacat: Quod verò ſenſu vacat, copulā, ligamētumue. In quod muſculus deſinit, tendonē. Si autē cōfundere appellationē vis: ſicut pleriq;, qui poſt Hippocratem fuerunt: voca (ſillibet) neruos omnia: modò triplici differētia diſtinguas: vt ſenſitiuos, & voluntarios eos voces, qui è cerebro, & dorſali medulla exoriuntur: copulatiuos, ligamētaleſue eos, qui ſenſu carent, & tertio loco eos ſtatuas, qui ex muſculis in neruū abeuntib⁹ prodeūt.] Sed hęc pro declaranda ſynneroſi dicta intantùm hactenus ſint, quò intellexerimus non per intermedium propriè dictum neruum, niſi fortaſſis duntaxat in dentibus, ſed per ligamentum, quod neruum quoq; (vti iam iam prędictum eſt) non veteres modò poſt Hippocratem, ſed recentiores etiam omnes, pręcipueq; vulgares appellant. Propriè igitur magis συνδέσμωσιν, q.d. colligationem, ſiue copulationem, quam ſynneroſin dicere poſſemus, δεσμός enim Græcè, nobis copulam, ſiue ligamentum, aut vinculum ſignificat: vnde conuinculationem, quoq; nominare licebit. Verùm quia in nominum diſquiſitione nimirùm commorari ſuperpondium eſt: Eapropter

l. Vt 6. meth. c. 4. circa princ. 2. de loc. affec. c. 2. ī fine 1. d motu muſc. cap. 2. & 3. & ſępè.

m. 1. de decret. Hippoc. & Plat. cap. 9. verſus finē.

n. Vide 3. de arti. tex. & com. 59.

TEXTVS VIGESIMVS TERTIVS.

Ἐπὶ τούτῃ τῇ ὀνομάτων τῇ συνθήκῃ, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν ἤδη περὶ τῶν ὀστῶν ἰδίᾳ καθ' ἕκαστον, ἀρξαμένους ἀπὸ τοῦ κρανίου. κεφαλῶν γὰρ οὕτω τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν.

Poſt hanc nominum inſtitutionē, tempeſtiuū eſt iam de ſingulis per ſe oſſibus loqui, à cranio exordientes (ſic enim os capitis nuncupant.)

COMMENTVM VIGESIMVM TERTIVM.

COndecens eſt, cùm de oſſib⁹ locuturi ſimus, vt à cranio (iuxta Hippocratis etiā dogmata *) principiū ſumētes, ad pedes vſq; procedamus. Cranion verò Grecè (latinè tamē caluā, ſiue caluariā) vocant, nomine à ſimilitudine impoſito: quoniā .ſ. cranos galeā nobis prefefert. Illi igitur ſimile hoc os eſt. Sic enim Galenus interdū ait .o. [Ipſi rurſus craſſę tegumētū eſt os, extrinſecùs circūdatum, quod ſanè cranion etiā appellant: q̄ quaſi cranos quoddā, ideſt galea ſuperiaceat, &c.] Alibiq; iterū .p. [At quoniā cerebrū ipſum ſepto forti muniri, erat neceſſe: ob eamq; cauſam natura nō cuti ſoli, quomodo partes ad ventriculū attinentes, huius cuſtodiā cōcredidit: ſed velut cranos quoddā, hoc eſt, galeam os, ipſi ante cutē circumpoſuit, &c.] At enimuerò alijs quoq; nominib⁹ appellare Greci cranion id cōſueuerūt: quę nos hic breuitatis causà omittimus, tanquā minimè neceſſaria, Galeni nomine duntaxat cōtenti, atq; idipſum perpetuò obſeruātes: vt ſemper .ſ. κράνιον Grecè, latinè verò caluā, ſiue caluariā nuncupemus. Hęc autem pro Galeni proœmio generatim de oſſibus loquētis (qualia nam ſint, & quā inuicē ſtructurā habeant) dictā hactenùs ſint. Occaſio enim pręceps ad particularē oſſium ſermonē nos impellit. Ab ipſo igitur cranio (veluti prędictū iam iam eſt) exordiamur: ipſumq;, ac partes quoq; ſingulas, per ſe priùs, qualia nā ſint, deinceps verò quā inuicē ſtructurā habeant ſpeciatim perpēdamus: triplicē priùs totius ſceleti figurā his, quę hucuſq; ſcripta iam ſunt, apprimè vtilem, proponentes: Nōnullaſq; deinceps particulares addentes, vt oſſiū numerus ſecundùm omnes quatuor partes (prout antea ſceleton diſtinximus) tyronib⁹ innoteſcat, confuſa quadā doctrina, diſtinctiùs tamen in ſingulis capitibus per particulares figuras, totiès, quotiès opus fuerit, repetitas elucidāda: vbi opus inquā fuerit, repetitas, ne aſſiduis multarū chartarū reuolutionib⁹ (vt ab alijs hucuſq; obſeruatū eſt) & labor, & cōfuſio miſeris legentibus temerè, atq; impiè inducatur. Quanuis autē multi characteres in huiuſmodi figuris deſignati ſint, multęq; literę, ac numeri aliàs quidē in ſequētibus perlibrandi: Impreſentiarū tamen eos duntaxat perpendemus, qui ad oſtendendū oſſium numerum, ſcilicet trecentarum, & quinq;, neceſſariò cōferunt: videlicet primę partis ſeptuaginta oſſium: ſecundę partis ſexaginta ſeptem, tertięq; partis octoginta quatuor, Quartęq; demū partis aliorū totidē octoginta quatuor. Tredecim igitur ſequentes figuras perpendito, omniūq; oſſiū numerū pernoſces, à prima ſceleti parte exordiens: preſertim verò in tribus primis figuris ſeſe exerceant candidati: Quibus ſceleti, vel oſſiū copia deeſt, priùs quā ad huius libri lectionē acceſſerint.

* 6. epidiē. cōmētario 6. tex. 25.

o. 8. de v. p. cap. 9.

p. 9. de v. p. cap. 1. poſt medium.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 57 sur 292

©BIU Santé

FIG. PRIMA.





FIG.


©BIU Santé

FIG. SECVNDA.



©BIU Santé

FIG. TERTIA.



©BIU Santé

Hæ ſunt quidem totius ſceleti figurę tres, alias enim decem folio ſequenti conſpicies. Quibus oſſium numerum, ſi non exquiſita, confuſa tamen quadã cognitione, deſignare poſſumus: à prima parte exordientes, hoc modo.

Prima pars oſſa habet ſeptuaginta (vt diximus) videlicet oſſa Capitis propria octo, Maxillę ſuperioris duodecim, Inferioris vnum, Auditus oſſicula ſex. Dentes triginta duo: Hyoidiſq; tandem oſſa vndecim. Prima pars.

Capitis os primum eſt os frontis, quod patet fig. 1. 2. 3. littera B.

Oſſa ſyncipitis duo fig. 2. 3. lit. α.

Os occipitis fig. 2. 3. lit. γ.

Duo temporis oſſa fig. 2. 3. δ.

Septimum os ſphenoides fig. 2. 3. E. ſecundum quãdam extremitatem ſuperiorem. Maxima verò eius pars fig. 4. lit. I I. & fig. 7. lit. o. o. o.

Octauum os dictum ithmoides, & ſpongoides fig. 4. lit. A. B. A.

Maxillæ ſuperioris primum fig. 1. 2. 3. lit. F. & fig. 6. lit. Q. Q. Q. quod maiorem oculi angulum complet.

Secundum os eiuſdem fig. 6. lit. n. quod minori oculi angulo affidet.

Tertium os eiuſdem fig. 6. lit. p. ſecundo ſuccedens in minori quoq; oculi angulo.

Quartum os eiuſdem fig. 6. lit. S S. quod minorem oculi angulum complet, omnibuſq; dentibus originem prębens.

Quintum os ibidem lit. q. Naſum vnà cum ſuo pari conſtruens.

Sextum deniq; os patet fig. 7. lit. Π Π. extremã palati partẽ intùs ad naſi foramina cũ ſuo pari, cõiugeue cõplens. Sub prędictis n. ſex omnibus alterius partis cõiugẽ intelligimus. Adeò vt ſint prędicta maxillę ſuperioris oſſa numero duodecim. Quod verò nonnulli è recentioribus tanquã ſeptimũ addiderũt, an ſphenoidis, an potius octaui oſſis pars ſit: vel à prędictis omnib⁹ diſtinctũ, loco deinceps proprio diſputabimus. Nunc verò locus eius demonſtretur per fig. 7. lit. z.

Os maxillæ inferioris in fig. 1. 2. 3. patet lit. G. ac figura etiam ſexta lit. l.

Auditus oſſicula tria manifeſtiſſima ſunt fig. 2. lit. q; *. m. & fig. etiam quinta: quæ rurſùs in fine huius proæmij declarabuntur.

Dentes in figuris 1. 2. 3. 6. & 7. liquent.

Os demùm hyoides patet fig. 8. & 9. quod infrà in huius libri calce declarabimus.

Dicta verò ſunt hęc quò ad primã ſceleti partem. Ad ſecundã accedamus. In qua oſſa ſunt 67. videlicet ſcapulę duę, iugulaq; duo, vertebrę 24. ſacri oſſis oſſa ſex: coccygis 4. coſtę 24. & duo ilium oſſa: quæ ſcilicet ſacro committuntur, triaq; tandem pectoris oſſa. Secunda pars.

Scapulæ duæ fig. 1. 2. 3. lit. R.

Oſſa iugulorum fig. 1. 2. 3. lit. Q.

Vertebrę cum oſſe ſacro, & coccyge patent in 1. 2. & 3. fig. lit. I. k. l. M. N. Ab I. enim vſq; ad k. ceruicis ſeptẽ vertebrę ſunt. Ab ipſo verò k. vſq; ad l. thoracis duodecim vertebræ ſignantur. A litera demùm l. vſq; ad M. quinq; lumborum vertebrę notantur. Ab ipſo autem M. vſq; ad N. os ſacrum oſtenditur: cuius oſſa ſex ſunt. Ab N. tãdem ad finem vſq;, os coccygis inſequitur, in quatuor (vt patet) oſſa diſtinctum.

Coſtæ viginti quatuor: vtrinq; ſcilicet duodecim: numeris deſignãtur in 1. 2. & 3. figura numeris 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ſupernè deorſum deſcendendo.

Duo quoq; ilium oſſa: quæ ſcilicet oſſi ſacro committuntur, in prima, & ſecũda figura, litera e. notantur. In tertia autem figura lit. o. demonſtrantur.

Triaq; demùm pectoris oſſa in 1. 2. 3. fig. lit. o. deſignantur. Quanuis enim multę ob coſtarũ articulationes, diſtinctiones appareant: vſq; adeò tamen in natu maioribus coaluerũt: vt magna ex parte tria diſtincta oſſa remanſerint: ſed hæc pro ſecunda parte.

Tertia dein pars oſſa (vt diximus) habet octoginta quatuor, videlicet humerũ, cubitũ, radiũ, octo brachialis, quatuorq; poſtbrachialis, quindecim digitorum, duodecimq; deniq; ſeſamina: vt ſint in alterutra parte quadraginta duo: In vtroq; brachio 84. Tertia pars.

Humerus fig. 1. 2. 3. lit. S. patet.

Radius fig. 1. 2. 3. lit. X.

Vlna, ſiue cubitus, ibidem lit. Y.

Brachiale fig. 1. 2. 3. lit. Z Z.

Poſtbrachiale ibidem lit. r.

Manus digiti ibidem lit. Δ Δ.

Seſamina duodecim ſunt, videlicet primũ extremo lateri ſępenumerò accũbens articulationis octaui oſſis brachialis, ad poſtbrachialis extremũ os, quo paruus digitus ſuſtinetur. Quodquidem decima, & vndecima figura indigitatur littera N. Nonũ carpis os id ex Galeno r. infrà ſ. nuncupabimus, r. de vſ. par. lib. 2. c. 12. ſ. Cap. 17. com. 4.

©BIU Santé

pabimus, Tendoni carpi tertio .t. annexum. Secundū verò, & tertiū, duo ſunt in anteriore ſede ſecundi pollicis articuli conſiſtentia: quæ in vtraq; etiã figura, lit. T. oſtendit tribus tendinibus innata ſcilicet muſculi quartidecimi, quintidecimi, & decimi ſexti .u. In quorū medio tertij muſculi tendo .x. ſecurus incedit. Alia verò ſunt quidē octo, ad primos aliorū quatuor digitorū articulos bina pertinentia. Quæ dici poſſent, quartū, quintū, ſextū, ſeptimū, octauū, nonum, decimumq;, & vndecimum. In decima duntaxat figura, litera V. pernotantur, tendonibus octo muſculorū à poſtbrachialis oſſibus pronatorū .y. adhęrentia. Duodecimū deniq; ſeſamoides oſſiculum, vnicū in anteriore tertij pollicis articuli ſede prępoſitū inuenitur: Y litera in eadem quoq; decima figura deſignatū tertij muſculi tendoni propè inſertionem inhęrens. Duodecim inquam hæc ſeſamina, in iuuene præſertim ſicco, & oſſuoſo non infrequenter conſpecta numerauimus: quanquã nos minimè præterit in ſecundis, & tertijs quatuor digitorū articulis nõnulla etiã ſeſamina interdùm reperiri: quæ cùm potiùs chartilaginea, moleq; quamminima ſint, ac per hoc rariùs apparentia. Eapropter in noſtrum hunc catalogum annumerare nõ curauimus. His enim additis non duodecim, ſed viginti in qualibet manu ſeſamina numerarentur. Sed hæc de tertia parte: ad quartam accedamus.

t.9.muſc. tab. Λ. 10. q. u.7.tab.nu. 1.2.3. x.6.tab.H. y 8.tab.Δ ſimul omnes.

Quarta pars.

Quarta pars oſſa itidem habet octoginta quatuor, videlicet femur, tibiã, ſurã, patellã, talum, calcē, ſcaphoides, cyboides, tria reliqua tarſi oſſa, pedij verò quinq;, digitorū quatuordecim, ac tandē ſeſamina duodecim quæ ſunt omnia in vno crure 42. totidemq; in altero: ſicq; ſunt 84.

Femur fig. 1.2.3. lit. Λ. notatur.
Tibia fig. 1.2.3. lit. Φ.
Sura ibidem Ψ.
Patella ibidem Ж.
Talus ibidem Ω. & fig. 12. 13. lit. Γ.
Calcaneus fig. 2.3. lit. a. & fig. 12. 13. Δ.
Nauiculare os fig. 1.2.3. lit. b. & fig. 12. 13. lit. Θ.
Cyboides fig. 1.2.3. lit. g. & fig. 13. numero 4.
Reliqua tria oſſa tarſi ibidem lit. d. e. f. & fig. 13 numero 1.2.3.
Pedij oſſa quinq; ibidem lit. h. & h. circumſcribuntur, & fig. 12. & 13. per ſe patent.
Digitorū oſſa quatuordecim ibidem i. & i. literis oſtendūtur fig. etiã 12. & 13. per ſe liquent.

Seſamina remanent in ſenibus pręcipuè apparentia duodecim: primum videlicet, quod pedij oſſis paruũ digitum ſuſtinētis cũ cyboide oſſe articulationi ſubeſt octaui pedem mouētium muſculi .z. tendoni * annexũ. Id ipſum verò in ſecõda, & tertia figura litera R. notatur. Fig. autem 12. lit. μ. Secundũ verò eſt, quod in ſecundo pollicis intermedio apparet figurę duodecimę ſtellą *. deſignatum, quod ſecũdi digitorū pedis muſculi .a. tendini .b. colligatur. Reliqua verò decem sũt in primis quinq; pedis digitorū articulis bina ſingulis ſubſtrata. Quorum pręcipua, maioraq; ſunt duo, quæ primo pollicis articulo ſubijciuntur literis Ψ. & ω. figura duodecima connotata ad tertij decimi .c. muſculi tendonem pertinentia. Verùm neq; hic nos latet, pręter hæc duodecim, alia quædam à nonnullis addita, quæ rariſſimè apparent: cùm vix duodecim hęc omnibus, niſi ſenibus (pręter quatuor, tria videlicet pollicis, & vnum articulationis cyboidis, quod primùm poſuimus) inueniantur. Sed de quarta demùm parte hactenùs dictum ſit. Cuncta verò clariùs proprijs capitibus oſtendentur.

*z.15.muſc. tab. figura 15.a. * ibidē b. a.14.muſc. tab. Λ. b. ibidē ♌. c. ibidē B.*

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 62 sur 292

©BIU Santé



Ex his figuris ſat eſt nunc oſſium numerũ, ſuis cũ nominibus, generali, cõfuſáq; quadã cognitione, indigitaſſe. Nonnulla enim duntaxat obiter hic, pro intelligentia primi capitis enucleandi, tangẽda eſſent, quò ad oſſa capitis, quæ ad primã partem ſpectant: circa figurã quartã, quintã, ſextamq;, & ſeptimã. Quinimmò circa primã quoq;, ſecundamq;, & tertiã. Sed quoniã quæ ad has tres vniuerſales figuras, pro noſtro propoſito, ſpectant, itemq; quæ ad quartã, ſextamq;, & ſeptimã pertinent, infrà in fine cõmenti ſexti capitis primi declaraturi ſumus, vnà cũ his figuris quatuor in fine cõmenti tertij eiuſdẽ primi capitis deſignãdis: Eapropter ſat ſuperq; fuerit duntaxat quæ ad quintam figurã ſpectant, impreſentiarũ ſuis characteribus annotare. Sunt enim ibi oſſicula tria varijs poſitionibus eorũ deſcripta. Primũ ſcilicet, quem recẽtiores malleũ nuncuparunt, literis l. M. & N. per ſe inſignitũ, Secundũ verò, quã incudẽ ijdem appellarunt, litera Q. notatur. Cumq; ſub malleo incus delineata ſit: tunc malleus litera p. ſignatur. Tertiũ verò à nobis inuentũ, ſtaphęq; nomine determinatũ oſſiculũ eſt: quod ſemper litera R. oſtenditur. S. autẽ minimum quendã ipſius mallei motorem muſculũ preſefert. Sed hæc de quinta figura. Reliquę locis proprijs, vbi neceſſitas occurret enucleabuntur. Sed antequã ad capitis oſſa pertranſeamus, ſtructuræ oſſiũ omniũ figurã facilioris candidatorũ memorię gratia ſubiungamus iuxta Galeni à veteribus deſumptum morem, & à recentiorum intereà calumnijs defenſum, hoc modo.

Huma-

©BIU Santé



Per enarthrosin, quũ videlicet excipiens cauum profundum est, caputq; prominẽs, articulos habens 46. inter ossa 67. vt cõ. 13. declarauimus.

Per arthrodiam: vbi cauitas superficialis, caputq; depressum, articulos habẽs per hãc 51. iter ossa 45. vt cõ. declarauimus 14.

Per ginglymõ proprie dictam, vbi. s. ossa duo se inuicem mutuo ingrediuntur propter simplicem motũ: sũt quam articuli sũt 40. iter ossa 64. vt cõ. 16. dicta sunt.

Per enarthrosim, in qua sunt articuli 30. inter ossa 45. vt dictũ cõmento 13.

Per arthrodiam, in qua sunt articuli 130. ossa 82. vt cõmento 14 prędictum est.

Per ginglymõ proprie dictam, in qua sunt art. 50. inter ossa 37. de quib⁹ com. 16.

Cum motu manifesto, diciturq; diarthrosis, siue diarticulatio, quę fit inter ossa 147. articulos habens 137. vt prędictum est com. 12. triplexq; est.

Cum motu voluntario, quę inter ossa 186. articulos habet 307. vel ad minus 305. pro vt com. 12. prędictum est. Quę rursus duplex existit.

Cum motu occulto, diciturq; synarthrosis, siue coarticulatio inter ossa 103. articulos habẽs 170. ossibus com. 12. triplex quoq; & hęc existens.

Per arthrõ, siue arthrosin, hoc est articulum, siue articulationẽ large intereà sumptam: pro omni. s. ossium cõpositione, inter quę nulla coalescẽtia facta est, siue symphysis, cui opponitur. Eaq; quę duplex.

Per futuram: vt ea quæ in comm. 18. & cap. 1. com. 2. 3. 4. 5. & 8. & cap. 3. com. 2. 4. 5. 7. 9. suntq; veriùs 10. ossa 20.

Per harmoniã sunt 15. de quibus in locis supra notatis, in quib⁹ de futuris, & sunt inter ossa 21.

Per gonphosim: vt dentes, de quibus cap. 4. & com. 20. huius. s. 32. inter ossa 35.

Per synchondrosim, hoc est, per intermediã chartilaginem, vt omnia sunt quę in cõ. 21. declarata sunt.

Per syneurosim: hoc est p intermediũ neruum, siue ligamẽtum, aut tendonem, capiendo neruum large pro his tribus, de quibus etiam com. 21.

Per syssarcosin, hoc est per intermediã carnem: vt quę declarata etiã à nobis sunt com. 21. cum alijs.

Hvmani corporis ossiũ (quę ad sũmum numerum redacta, vt in puerulis, sunt 672. vel in iuuenibus 632. ad minorem verò in puerulis 192. in iuuenib⁹ autem, senibusue 305. vt cõmento patet 5. & 6.) structura, siue cõpositio duplex est.

Sine motu voluntario, quę inter ossa capitis, maxillęq; superioris 53. cum dentibus .s. intelligẽdo coarticulationes habet 57. Est enim triplex.

Per symphysim, id est coalescientiam, siue quãdam naturarũ vnionem: ideoq; quãtum ad ipsam spectat, propter quietem. Hęcq; iterum duplex.

Per se, & propriè. s. absq; vllius substantię interuentu, quę in cõ. 21. declarauim⁹, in varijs quidem ossibus cõtingentia.

Per accidẽs, hoc est per aliquam intermediam substãtiam. quę in com. 21. dicta sint, omniaq; propter quietem (quamuis alia ratione moueantur) quę triplex est.

Quanuis quatuor, seu quinq; ginglymi species in nostro cõmento decimosexto declarauerimus: vnam tamen scilicet primã, proprieq; dictã speciem inter ginglymos intelleximus, eiusq; indiuidua, tam cum manifestò, quàm cum occulto motu retulimus: alias verò species negligentes, tanquã impropriè dictas ginglymos: ad enarthroses potiùs, siue arthrodias reduximus, ibiq; de his locuti sumus, ad quas commodiùs, veriusq; reducendæ erant. Sed speciatim singula ossa percurramus, ab ipso craneo, capitisue ossibus exordientes.

περὶ

©BIU Santé

Περὶ τῶν τῆς κεφαλῆς ὀστῶν Κεφάλεον. ά.

De ossibus capitis. Caput primum.

In quo nõ solùm de capitis ossibus, sed etiã de proprijs, cõmunibusq; eiusdem futuris, nec nõ de naturalibus, ac non naturalibus, deprauatisue ipsius figuris (pro quarum diuersitate, futuræ quoq; variantur, figureq;, ac numerus ossium diuersificantur) Demumq; de ipsis etiã singulorũ ossium capitis naturalibus figuris, terminationibusq;, ac substantijs pertractatur.

TEXTVS PRIMVS.

„ Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, ὅτι τε κρανίον ὀνομάζεται τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστέον, ὅτιτε φασί τινες ὑπάρχουσι κατ' αὐτὸ. πόσαι δέ εἰσιν αὗται, καί τινες, ὁποῖοί τε τὸ εἶδος ἑκάστης αὐτῶν ἐδείκθη μὲν εἰρηται πρόσθεν. εἰρήσεται δὲ ἐν τῷδε, καὶ πρῶτον γε, ὅτι παρὰ τὸ σχῆμα τῆς κεφαλῆς, ἥτε θέσις αὐτῶν ὑπαλλάττεται, καὶ τὸ πλῆθος. ἔστι γὰρ τὸ μὲν κατὰ φύσιν αὐτῆς σχῆμα προμήκει μάλιστα σφαίρᾳ προσεοικός, Ἕτερον δὲ τὸ καλούμενον φοξόν.

„ Dictum quidem & anteà iam est, tùm quòd capitis os cranion appellatur, tùm quòd in eo futuræ quædam sunt. Quot autem hæ sint, & quæ, Qualisq; singularum forma, dictum quidem „ priùs nondùm est: dicetur autem in hoc. Primumq; pro capitis figura harum posituram, numerumq; variari. Est enim naturalis huius figura oblongæ potissimùm spheræ assimilis. Alterũ verò est, quod phoxon, acuminatumue nuncupatur.

COMMENTVM PRIMVM.

QVOD os capitis cranion appelletur, & quare sic dicatur, cõmento statim præcedenti: proæmij scilicet vltimo, prætactũ iam est. Quòd etiam in eo futuræ sint, præassumptũ quoq; in textu, cũ cõmento nostro decimo octauo, & decimo nono fuit. In quibus quidem locis enarrare, ac sufficienter elucidare illas distulimus: vt ex proposito magis impræsentiarum cõpleremus. Ab ipsarum igitur futurarũ vsibus exordiamur, quos nouem esse tetigimus: .a. ex Galeno quidem octo varijs in locis collectos: Nosq; adhùc nonũ adiungemus. Imprimis enim quinq; vsus ab ipso Galeno didicimus libro de vsu partiũ nono .b. Quorum primus est ad transpirationem fuliginosorũ excrementorũ, quæ per ossium porulos in halitum sensui occultum: dissolui nequiuerant, prout vberrimè iam anteà declarauerat: .c. Nosq; suprà, secũdam cõpositionis ossium causam, ex ipsius etiam Galeni dogmate, posuimus. .d. Vnà enim naturę, ex maximis, præcipuisq; curis ea est, vt nutrimenti excremẽta ex omnibus coporis partibus purget. Idq; potissimùm si princeps, quomodo cerebrum, hæc fuerit. Quod cerebrum principalissimũ, ac dignissimum, vereq; omnium in toto corpore membrorũ nobilissimũ esse, nõ Galenus modò, ex Platonis dogmate, vnicã rationalis animæ sedem ponens: sed nos etiã, nõ vt vnicam, sed præcipuam, nobilioremq; animæ sedem, vt in quo nobilissimas exerceat operationes cõprobamus: prout aliàs vberrimè declarauimus. .e. Aliaq; ratione, præter nobilitatem, excrementorũ exquisitissima expurgatione indigentem determinamus, propter vitalium spirituũ cõtemperamentũ, attenuationemq;, dùm in animales cõuertuntur, ac purificationẽ: prout necessarios esse ad ingenium, prudentiamq; philosophus etiã edocuit. .f. Ob eam igitur causam, quæ alijs etiã partibus omnibus, præsertimq; principibus cõmunis est scilicet excrementorũ proprij nutrimenti expurgationem, poris, meatibusue sensibilibus etiam, nedùm his, qui in carne sensum effugere solent, cranion indiguit: raraq;, & penetrabili substantia. Quinimmò & magis, ob priuatã superfluorũ effumationẽ, quæ sibi à situ ipso accidit, largiore indiget euacuatione. Nam partibus omnibus corporis caput velut tectum quoddam calidæ domui est superpositum, aptiusq; veluti caminus. Quò fit, vt omnia, quæ à partibus subiectis sursùm efferũtur, fuliginosa, & vaporosa excrementa caput excipiat. Nisi igitur largã hęc expurgationem nacta sint, aceruantur ibi excrementa. Quæ quidẽ aceruata primùm instar oneris caput ipsum grauant: Secũdò nutrimẽti transitũ ad ipsum cerebrum, vias præoccupando, atq; obturãdo, prohibent: Tertiò (quod peius est) deficiente optimo nutrimẽto, quod penetrare ad ipsum cerebrũ nequiuerit, cogetur huiusmodi excrementis, veluti esuriens nutriri. Quartoq; demùm (quod pessimũ est) collecta hæc excrementa ibi cõputrescunt: acrioraq;, & calidiora reddita quãplurimos sęuissimos, periculosissimosq; morbos, perennesq; dolores ad mortẽ vsq; exuscitant. Ne quid igitur huiusmodi accideret, largiore (vti diximus) cerebrum indigebat euacuatione: fuliginosorũ inquam, vaporosorumq; excremẽtorum suo impetu in sublime petentiũ, per superiora: limosorũ verò, & aquosorũ sua grauitate deorsùm

a. Com. 17. proæmij. Suturarum vsus nouẽ.
b. Cap. 5 7. in princ.
c. Cap. 1. eiusdem.
d. Com. 10. circa princ.
e. 2. art. med. com. 12.
f. 2. de part. animal c. 4. & 7. de sen su, & sen. c. 5. circa me diũ, colligi turq; 14. pblem. 15. & vide infrà com. 8. vers' finẽ. Excrementorũ nocumenta.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 65 sur 292

©BIU Santé

g. Infrà com.8. tendentium, per inferiora. His ergo tanquam craſſioribus per palatū (vt videbimus .g.) & nares expurgandi meatus natura præparauit. At quoniam cerebrum ipſum, ſepto forti muniri erat neceſſe: ob eamq; cauſam natura nō cuti ſoli, quomodo partes ad ventriculū attinentes, huiuſmodi cuſtodiam cōcredidit: Sed velut cranos quoddā, ideſt galeam, os ipſi ante cutem circumpoſuit. Non ſolùm nō copioſiorem reliquis partibus euacuationem, ſed ne mediocrem quidē erat habiturum (præcipueq; fuliginoſorū, vaporoſorumq; ſuperiora naturaliter petentiū excrementorū) niſi multas ipſi tranſpirationes cōparaſſet. Simul quidem os capitis efficiens cauernoſum: ſimul

Vſus ſecundus. & futuris, quas vocant, variè coarticulatum. Primus igitur futurarū vſus hic eſt. Secundus verò, vt per eas craſſa menynx oſſi capitis alligetur. Tertius vt vaſa alia quidem intrò, alia autem extra exciderint. Quartus, vt per eas tenuium quarundā craſſioris membranę cerebrum conueſtientis fibrarum, ſeu mauis dicere vinculorū tranſitus extrorsùm fiat, ad pericranij generationem. Qui quidem tres iam dicti vſus, ſcilicet ſecundus, tertiuſq;, & quartus, pro tertia cōpoſitionis oſſium cauſa, & iam à nobis ſuprà inſimul ex Galeni monumentis, declarati ſunt. .b. Quæ cauſa eſt gratia tranſitus ſiue fibrarum, vinculorumue, aut membranarū (tam propter durioris, craſſioriſq; membranę cū oſſibus capitis alligationem, quàm propter pericranij generationem) ſiue vaſorū, propter partium intrinſecarū, aut extrinſecarū nutritionem, viuificationemq;, & caloris cōſeruationem: quæ per venas, & arterias explentur. Quintus deniq; futurarū vſus à Galeno in eodē loco declaratus eſt: vt ſi quando percuſſum ruptum fuerit (multotiès enim eiuſmodi ſolent accidere) ne per totum rupturæ eius progrediantur: ſed inhibeantur illic, & ceſſent: vbi & ſaucium ipſum os futura terminatū ceſſat: ac (vt paucioribus, ſed tamen clariùs loquamur) ne nocumentum vni parti factū alteri cōmunicetur. Idcircò oſſium numerus factus eſt, eorumq; per futuras cōſtructio. Nos autem hunc quintū vſum ānteà quoq;, .i. vt quintā cōpoſitionis oſſium cauſam ex Galeno etiam prædiximus: quæ dicebatur diſpathia. Rurſuſq; infra .k. de apechemate quinto fracturarū oſſiū capitis modo locuturi, nōnihil vberiùs enucleabimus. Sed enimuerò his quinq; vſibus adhùc ſextum adiungamus, ex ipſius etiam Galeni monumentis, eiuſdem libri de vſu partium volumine vndecimo .l. regeſtum. Quem nos vt quartam oſſium cōpoſitionis cauſam ſuperiùs quoq; narrauimus, .m. vocauimuſq; partium diſcrimen. Etenim quia oſſa quędam ſpongioſiora, leuioraq; eſſe oportebat: quędā verò duriora, & denſiora (vt infrà cum Galeno, & Hippocrate vberiùs elucidabimus .n.) Durum verò, denſiuſq; cum molli, & raro appoſitè conuenire, coaleſcereq; non poteſt: Idcircò per futuram, ſiue harmoniā cōponi neceſſarium fuit. Septimus autem his ſuccedit futurarū vſus, ex ipſo etiam Galeno ſelectus, libro quoq; de vſu partiū nono, .o. videlicet vt corporum cerebri ventriculis incumbentiū, ipſorumq; etiā ventriculorū ſuſpenſio, eleuatioq; fiat, ac per hoc defenſio ventriculorum, ne ab illis incumbentibus partibus cōprimantur. Vt particulatim coronalis anteriorū vētriculorum: Recta verò medij, ſeu tertij ventriculi, meatuſq; illius, qui ad vltimum penetrat ventriculum. Deniq; lambdoides futura poſtremi huius quarti ventriculi accumbentia corpora eleuat, ſuſpenditq;, & à cōpreſſione liberat: Dum craſſior membrana, extimum cerebri inuolucrū prędictis corporibus, ſiue per ſe, ſiue per tenuiorem membranam, aut per venas, & arterias, quinimmò per hæc omnia, colligatur. Quapropter per futuras deinde ſuperiùs cū oſſibus alligata (vt ſecūdus vſus erat) ac per hoc ſuſpenta (vt nunc etiam dicimus, ſeptimumq; vſum ponimus) ventriculos ipſos in ſublime tollit, ab omniq; compreſſione, ac decidentia in ſemetipſa, vendicat, defenditq;. Quos omninò cōprimi, grauari, ac arctari contigiſſet, niſi craſſior hæc membrana, in his capitis partibus, hocq; etiam modo fuiſſet locata. Neq; enim quemadmodum cordis vētriculi propter corporis ipſius duritiem, nunquam cōprimuntur, nullo ad id extremo egentes præſidio: Ita qui in cerebro ſunt adeò molli ab omni cōpreſſione, abſq; vllo extremo auxilio, immunes eſſe poterant. Qui quidem prędictus ſeptimus vſus apud rectam maximus (Galeno etiam erudiente, .p.) eſt, propter craſſioris membranę duplicationem, cui tenuis membrana ſuis cum vaſis omnibus, ac per hæc etiā cerebri ſubſtantia colligantur. Minor verò apud lambdoidem: quanuis duplicatio craſſioris membranæ, futuræ nō ſic reſpondeat, vt illi è regione ſubiecta ſit (vt minùs rectè protulit idem Galenus .q.) propinqua tamen inferiùs duplicatio futuræ eſt: Ideoq; ad ſuſpenſionem validior hæc, quam coronalis. Cùm in hac nulla eiuſdem membranę duplicatio in profundā cerebri ſubſtantiā vnà cum tenui, ſuiſq; vaſis penetrans ſit, quemadmodum in duabus prędictis: directè quidem ſub recta, proximè verò ſub lambdoide. Suſpendit tamen ſibi colligatas ſubiectas partes tametſi prędictā duplicationem minimè (niſi in medio vbi rectæ coheret) contineat. Octauus tandem futurarum vſus ex Galeni quoq; monumētis electus eſt, libro videlicet methodi medendi tertiodecimo .r. Vt medicamentorum vires, præcipueq; per coronalem intrò, ad alterandū cerebrū, penetrare queant. Quamobrem ad noſcendum locum applicationis remediorum, ſiue refrigerantiū, ſiue reſoluentiū, futurarum ſitus admodùm confert, vti perbellè alibi etiā prænonuit Galenus .ſ. ſic ſcribens [At verò regio capitis iuxta ſynciput, propter laxitatem coarticulationis iuxta coronalē futurā, & ob oſſiū tenuita-

p. 9. de anat. admin. c. 4.

q. Ibidem cap. 1. Cōtra Galenum.

r. Cap. 22. in princ.

ſ. 2. de cōp. med. ſecundū loc. c. 1. ſec. 3. ante medium.

©BIU Santé

» tenuitatem,& raritatem facilè tùm caliditatem, tùm frigiditatem omniũ,quæ adhibentur,phar-
» macorum intrò diſtribuit. Quare ſiue refrigerare oporteat, ex caliditate ardorem, ſiue calfacere
» frigiditatem, aptiſſimus eſt capitis iuxta ſynciput locus.] Octo igitur futurarũ vſus prædicti iam ex Galeni monumentis collecti ſunt. Non omnes tamen cuiuslibet futuræ:ſed primi quidẽ quatuor vſus ſunt ſuperiorũ duntaxat futurarũ: ſcilicet coronalis,rectæq;, & lambdoidis,ipſarumq; etiam amborum ſquamoſarum. Quintus verò & ſextus omnium tam harum,quàm aliarũ quoq; futurarum, quinimmò & ipſarum quoq; harmoniarũ, atq; etiã gomphoſeon, cõclauationumq; cõmunes ſunt. Septimus autem vſus duntaxat trium, ſcilicet coronalis, rectæq;, ac lambdoidis. Præcipuè verò ipſius rectæ,cõmunis eſt. Octauus deniq; nõ modò his tribus,licet magis his,quã alijs, præſertimq; coronali, ſed ſquamoſis etiam, atq; alijs,quæ in temporibus,ac facie ſunt,oculiſq;, ac palato: ſiue futuris,ſiue harmonijs,communis eſt: quæ harmoniæ iam ſub futuræ generatim capto vocabulo comprehendũtur: quanquã proprijſſimè dictæ futuræ ſint duntaxat tres: ſcilicet coronalis, rectaq;, & lambdoides. Prædictis autem octo futurarum vſibus nonum quoq; adiungemus à nemine quidẽ ante nos hucuſq; perpenſum, primo tamen vſui quodammodo oppoſitum. Ille nanq; erat propter fuliginoſorũ, vaporoſorumq; tenuium excrementorũ ad ſuperiora tendentium, tranſpirationemq; petentiũ reſolutionem, hic verò nõ ſuperiorũ (vt ille) futurarum, ſed inferiorum vſus eſt: propter expurgationem,tranſcolationemq; aquoſorum,limoſorumq; ſuo pondere deorsùm tendentium excrementorum(vt vberiùs poſteà declarabimus.*t.*) Sunt autẽ ad hunc vſum factę futuræ,præſertim ſexta,& ſeptima inferiùs elucidandæ: *u.* Itemq; maxillæ ſuperioris illæ, quæ in oculorum cauitatibus ſecundũ, & tertiũ vocatum maxillæ ſuperioris oſſa circũſcribunt. Quorum tamen ſuperiores partes ad ſecundã cõmunem inferius quoq; declarandam *x.* pertinent. Inferiorq; pars cõmunis primæ cuneiformæ os circumſcribentis, ac lambdoidis tandem additamenta: de quo quidem excrementorum craſſiorum euacuandi modo diſtinctiùs infrà pertractabimus. *y.* Sed hæc de futurarũ vſibus. Quot autẽ, qualeſq; ſint, diſcutiendum reſtat: Cùm dicat hic Galenus pro capitis figura futurarum poſiturã,numerũq; variari: prout ex Hippocratis dogmate alibi etiam declarauit. *z.* Vt igitur hæc exquiſitè pernouerimus, veritatẽq; deinceps inuenerimus,vniuerſas capitis figuras ex Hippocratis,Galeniq; monumentis perpendamus: E quibus & futurarũ in figura etiam ipſarum propria,ſituq;, & numero diuerſitates ijdem authores effinxerunt. Triplex igitur capitis figura eſt: quædam videlicet naturalis: quædam verò deprauata, & dicta Græcè ὀξύς, latinè acuminata, quæ nõnaturalis eſt. Quædã deniq; præternaturalis,mõſtroſaq;,& naturali prorsùs oppoſita: quã Galenus (vt videbimus *a.*)
» & acuminatam quoq; vocat,ſed impoſſibilem inuentu nõ temerè exiſtimauit. [Naturalis igitur
» figura (inquit alibi Galenus *b.*) capitiue propria eſt. Veluti ſi excogitares ſpheram exquiſitè ro-
» tundam ex cæra cõſtructam paulatim vtrinq; depreſſam. In hac enim neceſſe eſt,vt poſteriores,
» prioreſue partes plus gibbæ fiant, quam ſphæræ cõueniat. Quæ verò vtrinq; conſiſtunt, magis
» rectæ] In qua naturalis figuræ definitione, duo conſideranda veniunt. Primum, ꝙ rotunda eſt: Secundum, ꝙ rotunditas illa vtrinq; cõpreſſa eſt. Adeò vt nõ temerè impręſentiarum à Galeno
» dicatur, ꝙ ad oblongæ ſphæræ ſimilitudinẽ ſtructa ſit. Rotunda enim eſt, & ſphærica [Quoniã
» vndiq; ſibi ipſi ſimillimum eſt,quod rotundũ eſt, atq; orbiculare (Galeno etiam ipſo nõnunquã
» cõprobante.*c.*) ob idq; omnium figurarum ad patiendum eſt difficillimum,omniumq; etiam eſt
» capaciſſimũ, earum, quæ æqualem habent dimenſionem. Eſt autem cõmodum id haudquaquã
» cõtemnendũ vaſis, meatibus,ventriculis, omnibuſq; demùm,quæ ad continendum ſubſtantias
» quaſdam fuerunt cõparata. Quandoquidem horum omniũ ea ſunt præſtantiſſima, quæ minima
» corporis mole plurimum cõtinere queant.] Cur igitur ſphærica, rotundaue facta ſit,ex prędictis Galeni verbis liquet. Cur autem oblonga,eaq; ſphęra vtrinq; leuiter cõpreſſa ſit, Galenus etiam
» ipſe alibi docet, ſic ſcribens *d.* [Cùm enim retrò cerebellũ (addeq; tu,& ſpinalis medullæ prin-
» cipiũ) Ante verò ad oculos, ac nares apophyſes, proceſſuſue poſiti ſint: Iure optimo caput natu-
» rale prælongę ſphęrę fuit.] Haudquaquã tamen adeò oblongę figurę (vt de macrocephalis Hip-
» pocrates ſcripſit, *e.* naturaliter eſſe debet. [A principio ſiquidem (inquit ipſe) lex in cauſa fuit,
» vt tàm longis capitibus eſſent (qui ſcilicet macrocephali vocabãtur:Cùm nulla alia gens ſit,quæ
» ſimilia capita habeat.) Nunc autem natura ipſa cũ cõſuetudine cõſpirauit.Siquidem generoſiſſi-
» mum apud eos putatur, caput habere quãmaximè longum: conſuetudinis autem hoc initiũ fuit.
» Quùm recens infans natus eſt,caput eius adhùc tenerum, ac molle exiſtens quamcelerrimè con-
» ſtringunt manibus,coaptanteſq; cogunt in longitudinem augeri: quin & vinculis cõnectunt,ac
» aptis inſtrumẽtis colligant, quò rotunditas capitis prohibeatur, ac longitudo augeatur. Ea con-
» ſuetudo tãtùm effecit: vt eiuſmodi natura capitũ exiſteret. Tẽporis verò progreſſu natura quoq;
» tales ꝓduxit,vt nõ eſſet neceſſe cõſuetudine priore cogere,&c.] Pauloq; inferiùs ſubdit. [Nunc
» autem nõ naſcuntur ita magnis (hoc eſt, longis capitibus, quemadmodũ priùs: Cùm cõſuetudo
» nõ ampliùs duret, per incuriã hominũ intercepta.] Sed de macrocephalis hic obiter dictum ſit,

Quod pdicti vſus nõ omniũ futurarũ ſinguli ſunt.

Vſus nonus.

t. Infrà cõ. 8. prẽſentis capitis.

u. Com. 4. huius.

x. Com. 5. huius.

y. Com. 8. huius.

z. 9. de v.p. cap. 17. Capitis figura triplex.

a. Com. huius 3.

b. 2. art. med. tex. 14.

c. 8. de v.p. c. 11. poſt medium.

d. 9. eiuſdẽ cap. 17 circa finem.

e. Lib. de loc. aere, & aquis c. 8, ante med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 67 sur 292

©BIU Santé

qui oblongum quidem caput habent cum duabus eminẽtijs: in fronte altera, altera verò in occipite, vt naturalis figura eſt: ſed tamen nimis oblongum caput, nimiumq; protuberãtes eminentias ex praua conſuetudine in naturam conuerſa, obtinuerunt. Noſtrum verò propoſitũ cùm ſit, ex figurarum capitis diuerſitate (iuxta Hippocratis à Galeno celebratam exiſtimationem) ſuturarum quoq; numerum, ſitumq;, & figuram, diuerſa hæc tria (veluti rurſùs ex harum trium diuerſitate, oſſium etiam numerus, ac figura verè diuerſificantur) pro Galeni verborũ intelligentia, concludere, ac tyronibus propalare: Idcircò ad naturalem figuram reuertamur, eiuſq; priùs futuras cum Galeno contemplemur, deinceps ad alias migrabimus.

TEXTVS SECVNDVS.

Τὸ μὲν οὖν κατὰ φύσιν, ἑίστε τὸ πρόσω, καὶ εἰς τὰ πίσω προπετέστερον ὑπάρχον, τρεῖς ἔχει τὰς πάσας ἐν αὐτῷ ῥαφάς, δύο μὲν γὰρ ἐγκαρσίας, ὧν ἡ μὲν ἑτέρα πέτακται κατ' ἰνίον, ἡδὲ ἑτέρα τὸ Βρέγμα. τρίτην δ' ἄλλην ἐπ' αὐταῖς, κατὰ τὸ μῆκος τῆς κεφαλῆς ἀπὸ μέσης τῆς ὄπισθεν ἐπὶ μέσην τὴν ἔμπροσθεν ἐκτεταμένην, ὀνομάζουσι δὲ τὴν μὲν ἐν τοῖς πρόσω στεφανιαῖαν. Ἐπιδὴ κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ μέρος τῆς κεφαλῆς, οἱ στέφανοι περιτίθενται. τὴν δὲ ὄπισθεν λαμβδοειδῆ. διό τι τὸ σύμπαν αὐτῆς σχῆμα τῷ .Λ. γράμματι προσέοικεν. αὐτὸ δὲ τὸ τῶν ῥαφῶν σχῆμα τῷ .Ν. μάλιστα ὁμοίωται γράμματι. αἱ μὲν δὴ τῆς κατὰ φύσιν ὀχυρατισμοῦ κρανίου ῥαφαὶ τὸν εἰρημένον ἔχουσι τρόπον.

Quod igitur ſecundùm naturã eſt, tùm in anterius, tùm in poſterius, prominentius exiſtens, tres habet vniuerſas in ſeipſo futuras: duas quidem trãſuerſas (Quarũ altera circa occiput, altera verò circa ſynciput extenditur) Tertiã verò ab his aliã, ſecundũ capitis longitudinẽ à poſterioris medio, ad anterioris mediũ protenſam. Nuncupant autẽ eam, quæ in anterioribus, coronalem: quandoquidẽ in hac potiſſimũ capitis parte coronæ circũponuntur: poſteriorẽ verò, lambdoidẽ, quoniam vniuerſa huius figura literæ lambdæ aſſimilatur. Ipſa verò futurarum figura H. literæ præcipuè ſimilis eſt. Suturæ quidem naturalis figurationis cranij dictum habent modum.

COMMENTVM SECVNDVM.

TRES, inquit futuras eſſe in capite, quod ſecundũ naturam habetur; de his duntaxat intelligens, quæ pro varijs capitum figuris diuerſitatẽ pati, ex ipſo Hippocrate, exiſtimabat. Haud enim ſimpliciter tres eſſe duntaxat futuras voluit: Falſiſſimũ nanq; (vti videbimus *.f.*) eſſet: ſed quòd tres ſint, quæ varietatem recipere creditur. Aliæ enim omnes in omnibus caluarijs, omnibuſq; earũ figuris eędem ſunt. Dicit autem, τὰς πάσας, hoc eſt, vniuerſas: quoniam ſcilicet vniuerſales hę in omnibus, quanuis nonnunquã tranſpoſitę, ſint: vel vniuerſas q. d. totas, ſiue totales: quoniã integræ in omnibus exiſtant. Prima igitur eſt, quam Græcè στεφανιαῖαν, latinè coronalem veteres appellitarunt: quoniã in ea potiſſimùm capitis parte στέφανοι, hoc eſt coronæ, ſiue στεφανίαι, quod eſt corollę collocantur. Hæc enim eſt nomenclaturę ratio à Galeno relata, & nõ ea, quã Andernacus Introductorij interpres ſua minerua adiunxit, dicens *.g.* [à corona, cui aſſimilatur, ſtephaniæa Græcis dicitur] verba enim hæc ipſius interpretis, nõ Authoris Introductorij verba ſunt. Si Authorem igitur ille interpretari volebat, hanc debuit nominis rationem ex Galeno ſubdere, quam hic poſuit. Cùm præcipuè Galeno liber ille aſcribatur: adeò vt Galenũ per Galenũ interpretatus fuiſſet. Mirãdum verò magis de Syluanio correctore, qui verba hęc adiuncta minimè aduertit. Quanquã abſurda nõ eſt ea Andernaci ratio, ſcilicet vt ideò coronalis futura dicatur, quia coronæ aſſimilatur. ſi cũ cõmuni ſphenoides os circumſcribente ſutura cõiungatur, totum ſupernè deorsùm, rurſuſq; infernè ſurſùm craneũ circuens, De qua quidem cõmuni habẽdus infrà ſermo eſt, *.h.* Quòd ſi nõ cum illa, ſed cũ ſeptima à nobis narrãda ſutura *.i.* cõiungatur, coronã quoq; quadantenùs repręſentabit. Quinimmò exquiſitiùs cuncta contemplando, quã ſeptimã dicemus, eadem coronalis futurę pars eſt. Coronamq; tunc perbellè aduertes, quùm frontis os vndiq; ab alijs omnibus ſeparaueris. Verũ igitur dicere potuit per ſe loquens Andernacus. Quia tamen diſſonus interpres eſt, quicunq; authoris mentem, ac verba nõ obſeruat: Eapropter Andernaci gloſſam dimittemus, ad ſecundã futuram tranſcendentes, quam nõ rectam modò, ſed ſagittalem à ſagittæ ſimilitudine, & verualem, ſiue acualem, aut virgalem, à veru, ſiue acus etiam, aut virgę ſimilitudine appellant, velut alij columnalem, ob ſuam quoq; rectitudinem (in hac enim cõſiſtit ſagittę, veru, & acus, ac virgę etiã ſimilitudo) nuncuparunt. Nos autem rectã dicere cõſueuimus. Tertia demùm eſt futura nuncupata lambdoides à lambdę Λ. literę Græcę omnibus cõpertiſſima ſimilitudine ſic dicta. Coronalis anteriorem partem occupat, frontis os a ſyncipitis oſſibus diſtinguens. Recta mediã ſummę apicis partem ab anterioribus verſùs poſteriora, ſcilicet à coronali ad lambdoidẽ vſq; rectè interſecat, duo ſyncipitis oſſa à ſeinuicẽ ſeparans. Quæ nihilominùs interdùm recto etiã tramite vltrà progrediens,

f. Infrà cõ. 4. 5. & ſuprà etiã cõ. 18. 19. & com præce dẽti huius capitis. Suturæ varietatẽ recipiẽtes tres. Cõtra Andernacum. g. Cap. 12. Cõtra Syluanium. Andernaci vera, ſed non fidelis interpretatio. *h.* Com. huius 5. *i.* Infrà cõ. 4. de qua etiã ſuprà com. 18. in proœmio.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 68 sur 292

©BIU Santé

grediens, os quoq; frontis, interdùm verò occipitis os, nonnunquam autem vtrunq; intersecat, frequentiùs verò, dum proprios limites excedit, à lambdoide per mediã frontem ad eam peruenit, quæ in medio superciliorũ, nasi officula etiam abinuicem diuidit: vtranq; harum intersecat, quæ per mediam oculorum sedem permeans cõmunium secunda definietur .k. Rarissimè enim in puerulis, infantibusue potiùs, aut nondùm natis, occiput distinguere obseruauimus. Neq; id totum in quadrimenstribus etiam embrionibus; sed parte duntaxat superiore. Quæ quidem distinctio potiùs ob imperfectam adhùc ossium generationem, quam ob futuram facta est. Qua de causa p synchondrosim vnitas ambas partes vidimus: quæ paulatim deinde magis, ac magis durescente intermedia chartilagine, & in osseam naturam conuersa vniuntur, vnumq; occipitis os constituunt. Frequentissimè igitur à lambdoide ad coronalẽ tantùm, vel econtrà non vltrò progrediens, sed duntaxat syncipitis ossa à seinuicem secernens peruenit. Nullam intereà differentiã obseruans, siue in masculis, siue in mulieribus sit. Quicquid nõnulli quidẽ ineptè, ac vulgariter dixerint, qui mulieribus propriam esse autumant eam, quæ frontis quoq; os per mediũ diuidit. Non minùs enim masculis, quin fortasse magis his, ob maiorem substantię raritatem, quam mulieribus aduenire huiusmodi diuisio (quanuis rarò, nonnunquã tamen) consueuit. Quemadmodum neq; vera est Aristotelis sententia .l. dicentis: virorũ futuras plures esse, quam fœminarũ. Etenim æqualis est vtriusq; futurarũ numerus; Nisi aliter ex accidẽti vel in masculo, vel in fœmina cõtigerit. Sed enimuerò magis falsa eiusdem determinatio videtur, dum scribit, Mari tres in summũ verticem ascendentes futuras in idem magna ex parte coeuntes, in figurę triangulę speciem. Haud enim in triangulę speciem coeunt: sed, veluti Galenus cũ Hippocrate inquit, in speciem literę Græcę H. vel si cũ squamosis agglutinationibus cõiungas, quadranguli potiùs formã vtrinq; referunt. Duo enim quadranguli fiunt, abinuicem per rectã futurã distincti. Quid verò dicendum: quùm idem philosophorũ non iniuria princeps, ac spirarchus ait fœminarũ futuram vnicam duntaxat esse, circulariter tamen, & in orbem cõuolutam? Nullam profectò vnquã hominis siue masculi, siue fœminę caluariam se proprijs oculis conspexisse præfert: sed ab alijs fortasse vel scriptũ legisse, vel proprijs auribus hausisse. Quibus tamen minor, quã proprijs oculis, in re visu tam prompta, fides habenda sibi fuerat. Quemadmodũ etiam & in canũ caluaria obseruasse promptissimũ sibi fuerat, vt nõ modò has tres futuras, sed alias quòq; multas in illis apertè
» cõspexisset. Ex quo falsum esse quod ipse scripserat, aduertisset, quùm sic dicebat .m. [Alijs osse
» cõtinuo calua perficitur, vt cani.] At nostrũ prosequamur propositũ. Tres igitur futurę sunt, quę
» super naturali capitis figura, speciem referunt literę H. [Quod verò cõsentaneũ fuit (inquit Ga-
» lenus*) vnam quidem per mediũ capitis rectam, duas autem esse transuersas, nihil multis verbis
» nobis opus erit: cùm enim caput velut sphęra quędam sit prælonga, iure vnã quidẽ recta per me-
» dium ipsius à posterioribus in anteriora est extensa: Duæ autem transuersę hanc excipiunt: fitq;
» trium futurarũ figura H. literę Græcę similis. Nam cùm secũdùm hanc figuram totum caput sit
» longius: atq; ad aurem vtranq; quasi cõpressum: æquum fuit futurarũ numerũ esse inæqualem
» in longitudine, ac latitudine, alioquì falsò Hippocrates naturã assereret .n. iustã: si ipsa inæqua-
» libus æqualia tribueret. At nõ est ita. Quemadmodũ enim est iustissima: Ita quæ futura secundũ
» capitis longitudinẽ recta extenditur, vnam effecit, partibus, quæ vtrinq; ipsius sunt, dextris scilicet, ac sinistris: Ita demùm latitudinem cõmoderatã habituris. Transuersas autẽ duas numerõ
» effecit: Alteram quidem posteriorem (vt anteà quoq; diximus .o.) quã lambdoidę appellamus:
» Alteram autem anteriorem, coronalem. Vt nos capitis, quod inter duas has futuras est medium,
» ossibus vtriusq; partis medię futurę sit æquabile.] Hęc Galenus, circa cuius vltima verba aliquantulùm obscuriora: Græcè [ὥστ' ἴσον εἶναι τὸ μεταξὺ τῶν δύο τούτων ῥαφῶν ὀστοῦν τῆς κεφαλῆς τοῖς τῆς μέσης
» ἑφ' ἑκάτερον.] hoc est, [vt os capitis, &c.] notandũ est, quod bifariàm intelligi possunt. Primò nõ aliud à Galeno intendi, quã quod remotis, per coronalẽ quidẽ frontis eminentia, per lambdoidẽ verò occipitis extuberantia, quod reliquũ est inter has duas futuras mediũ ossis spatium æquabile sit ambobus ossibus vtriusq; partis, scilicet dextro & sinistro simul iunctis, æqualiterq; sic quadratum sit, q. d. tantũ à coronali lambdoides distet, quanta à latere ad latus distãtia est. Id quod tamen, si ab altero temporis osse ad alterũ temporis quoq; os, siue à squamosa agglutinatione ad squamosam mensurãdo intelligatur: falsum omninò est: longè maior enim distantia est à laterali hac futura ad futurã in alio latere sibi oppositam, quàm sit à coronali ad lambdoidem, interuallũ. Sin verò secundũ capitis quandam veluti planitiem intelligatur, vt à loco parũ suprà tẽporalem musculũ, ad locũ propè alterius lateris temporalem: vnde prærumpi, ac deorsum inclinare os apparet, sic quidem, & si nõ exquisitè, apparenter tamen æquabile videtur totũ id spatiũ alteri quidem interuallo, quod inter coronalem, & lambdoidem existit. Aliter verò eadem Galeni verba intelligere quimus, & proculdubiò meliùs, q scilicet intermediũ os, siue ossis spatium, quod est inter duas futuras mediũ, videlicet inter coronalẽ, & lambdoidẽ, æquale sit ossibus vtriusq; partis, separatim scilicet alteri eorũ ossium per se. Sicq; si non exquisitè semper, secũdùm latitudinẽ

tamen

k. Infrà tex. 5.

Cõtra Aristotelem. l. 2 de part. c. 7. versus finem. 1. de hist. c. 7. & 3. eiusdem cap. 7. circa princ.

Cõtra Aristotelem. Contra eundem.

Contra eundem.

m. 3. d hist. animal. c. 7 circa prin.

* 9. de v. p. c. 17. post princ.

n. 1 ib. 1. de fract. tex. 1.

o. Com. præsenti.

Galeni locus expositus.

Expositio prima.

©BIU Santé

tamen quandã, & ſaltem ſecundũ apparentiã æqualia ſunt, vt quadrata appareant. Trium igitur ſuturarũ principaliũ, veriorumq; numerus, figuraq;, ac ſitus in capite naturali, propriaq; figura inſignito dicti iam ſunt. In quorum diſtributione iuſtiſſimam eſſe naturã oſtẽdimus. Quas cùm in tribus primis vniuerſalibus figuris, ac ſexta etiam in proœmio poſitis apertiſſimè conſpici, vel ſecundũ totũ, vel ſecundũ partem ſingulę poſſint, Nõ eſt, vt hic rursùs eas repetamus. Sat enim, ſuperq; fuerit proprijs characteribus, quibus ſignatę ſunt, eas indigitare.

Sutura coronalis in prima, ſecundaq;, ac tertia, nec non & ipſa etiam ſexta proœmij figuris litera A. notatur.

Sutura lambdoides fig. 2. & 3. B. & fig. 6. a. c.

Sagittalis fig. 3. c.

p. Tex. & com. 5. & 6. De alijs autẽ ſuturis loquemur poſteà. p. Reliquũ eſt, vt hanc naturę iuſtitiã in capite naturali obſeruatã, in acuminatis quoq; capitibus cõtemplemur. De quibus ſtatim Galenus hęc ſubdit.

TEXTVS TERTIVS.

„ Αἱ δὲ τῷ φοξῷ χρ῀ ταῦτα δὲ διάκεινται. τῆς μὲν ὄπισθεν ἀπολλυμένης ἐξοχῆς, καὶ ἡ λαμβδοειδὴς ῥαφὴ συναπόλ-
„ λυται. τῆς δ' ἔμπροσθεν, ἡ στεφανιαία. καὶ γίγνεται καθ' ἑκάτερον αὖτ῀ τὸ τ῀ σωζομένων ῥαφῶν σχῆμα τῷ. Τ. γράμματι
„ παραπλήσιον. ἀμφοτέρων δ' ἀπολλυμένων τ῀ ἐξοχῶν, αἱ σωζόμεναι δύο ῥαφαὶ πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἀλλήλας τέμνουσιν
„ εἰς ὁμοιότητα τοῦ. Χ. γράμματι. τέτακται δὲ, ἡ μὲ ἐγκαρσία, χρ῀ μέσην μάλιστα τὴν κεφαλήν. ἡ δ' ἑτέρα χρ῀ τὸ μῆκος
„ ὄπισθεν πρόσω φερομένη, καθάπερ ἐπὶ τ῀ ἄλλων ἁπάντων κρανίων ἀεὶ μὲ γὰρ αὐτὴ διαφυλάττεται. Μεταπίπτουσι δὲ
„ αἱ λοιπαὶ τοῦ τῆς ὅλης κεφαλῆς σχήματι συναλλοιούμεναι.

„ Quæ verò acuminatorũ ſunt ſuturę his modis cõſtitutę ſunt: poſteriore nanq; eminentia de-
„ leta, ſutura etiã lambdoides inſimul aboletur, anteriore autẽ, coronalis. Fitq; per vtranq; ſeruatarũ ſuturarũ figura T. literę ſimilis. Ambabus autem aboletis eminentijs, geminæ, quæ ſeruantur, ſuturę ad rectos ſeinuicem angulos interſecant X. literę ſimilitudinẽ referentes. Extenditur enim, tranſuerſa quidem, per medium potiſſimũ caput: Altera verò ſecundùm longitudinem à poſteriore in anterius, velut in cæteris caluarijs omnibus, prolata. Semper enim hæc ſeruatur.
„ Reliquæ verò cum totius capitis figura variantes intercidunt.

COMMENTVM TERTIVM.

q. 9. de v. p. cap. 17. TRES duntaxat nonnaturales, deprauataſq; capitis figuras ponit hic Galenus, quas acuminatas Grecè φοξὰς vocat. Quartam verò deprauatam quoq;, ac acuminatã à ſe alibi. q. vocatam tanquã prętернaturalẽ, ac penitùs monſtroſam prętermiſit. Dicuntur autem illæ tres figuræ acuminatæ, ſeu faſtigiatæ, Grecè (vti diximus) φοξαί, q. d. acutę. Cùm verò naturalis capitis figura oblongę ſphęrę ſimilitudinem repręſentet: vbi duę (veluti iam iam prędiximus. r.) eminentię, ſcilicet anteriùs, & poſteriùs protuberant: Quatuor quidem modis vitiari, ac deprauari hanc cõtingit: vel enim vtraq; deperditur eminentia, ceſſatq;, tàm ſcilicet ea, quæ frontis, quã quæ occipitis exiſtit: ſicq; exquiſitè rotunda eſt. Adeò vt exquiſita, perfectaq; ſphęra dici potiùs debeat, quam phoxos, ſiue acuminata, niſi per compreſſionem vtraq; eminẽtia ſurſùm in vnam cõuerſa vergat (quam figura tertia in fine huius cõmenti poſita demonſtrabit) vel altera duntaxat eminentia deeſt, anterior ſcilicet, aut poſterior, vti duæ ſunt, quibus acuminatę nomen, & oxicephali aptiùs congruit (quas prima, & ſecunda figura demonſtrabit) vel quartò demùm modo vitiatur: quùm ſcilicet nõ veraq; tantùm eminentia, anterior inquam, & poſterior euanuit (vt de prima deprauatarũ figura prędictũ iam eſt) ſed etiã facta eſt quędam earundem eminentiarũ permutatio: vt quæ in fronte, & occipite eſſe debuerant, hic in auribus exiſtãt: ſicq; velut in figura naturali maior eſt à fronte ad occiput, quã ab aure ad aurem longitudo: Ita econtrà hic maior ſit ab aure in aurẽ intercapedo: quã à fronte in occiput. (Hanc figura quarta inferiùs præſefert) Hæc autem, veluti & deprauatarũ huiuſmodi prima acuminata dici propriè nõ debet: Galenus tamẽ omnes quatuor has deprauatas figuras (vt videbimus) φοξὰς, hoc eſt, acuminatas, ſiue acutas (licet quantũ ad primam, & quartam actinet, largiùs) appellat. Therſiten Homerus phoxon poſuit caput habẽtem: ſed quãnam acuminati ſpeciem ille habuerit, incertũ eſt. Verùm enimuerò ſingularũ huiuſmodi deprauatarũ figurarũ ſuturas ex Galeno etiam alibi fuſiùs loquente contemplemur: ſuturarumq; earundem ſimul in ſingulis numerum, ſitumq;, ac formã determinemus. Non modò enim in proprię, naturaliſq; figurę capitis ſuturis, earumq; numero, ſitu, & forma: ſed etiam in huiuſmodi acuminatis, deprauatiſq; capitibus iuſtiſſimam eſſe naturã inueniemus. Quamobrem Galenus poſteris ita ſcriptũ reliquit. ſ. [Maximũ autem in naturę operibus æquitatis ſpecimen ſunt capitũ faſtigiatorũ, ſiue acuminatorũ ſuturæ.

r. Com. 1. & 2. Figuræ deprauatæ quatuor.

ſ. 9. de v. p. cap. 17.

Tres

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 70 sur 292

©BIU Santé

» Tres enim ſunt omninò ipſorũ figurę. Prima, quã hoc loco tertiã Galenus numerauit ei planè eſt
» cõtraria: quæ naturaliter ſeſe habet: De qua haud ita pridem ſumus locuti: quando ſcilicet caput
» ambas amiſerit eminentias: occipitis ſcilicet alteram, reliquam autem frontis. Æquale autem ſit
» vndequaq;, & quaſi perfecta ſphera. Duę verò alię ſunt figurę: quarum altera quidem in fronte,
» altera rursùs in occipitio nullam habet eminentiam. Cęterùm capitis ſphęrici, ac rotundi futurę
» X. literę ſunt ſimiles, duabus tantùm futuris ſeſe in duo interſecantibus: Altera quidem ab aure
» vnà ad alterã tranſuerſa, altera verò recta per mediũ verticem ad frontem mediã extenſa. Quem-
» admodum enim quùm pars capitis altera exuperat, quàm altera longior exiſtens, ęquũ fuit, eam
» partem, quæ longior eſſet, plures habere futuras. Sic quãdo pars vtraq; eſt ęquabilis: Numerum
» etiam futurarũ ipſis ęquabilem natura diſtribuit.] Hęc igitur de primę deprauatarũ, acuminata-
rumue figurarũ futuris dicta ſunt. E quibus & earũdem futurarũ numerus patet: quoniã ſcilicet
nõ ampliùs tres, ſed duę tãtùm, hęq; ambę ſunt rectę. Adeò vt neq; coronalis, neq; lambdoides
futura in huiuſmodi figura repriantur: ſituſq; earum rectarũ in medio capitis, non ampliùs circa
eminentias: Figuraq; X. Gręcę literę, vel cruci ſimilis euidens ſit. Sed quæ de ſecunda acumina-
torum figura ſubiunxerit ibidem Galenus (quę tamen in preſenti textu prima numeratur. Nihil
» enim refert quãcunq; proponamus) intellige, per hæc verba [In capite verò, quod in occipitio
» nullum habet tumorem, futurę quidẽ manent recta, & coronalis: perit autem lambdoides. Hęc
» enim deperditę eminẽtię erat propinqua: vnde ex duabus his futuris figura fit T. literę aſſimilis.]
Hęc de ſecunda, hic autem prima, Galenus vbi & numerus futurarũ, ſituſq; earum, quæ reman-
ſerunt, ac etiam forma iam liquent. Duæ enim futuræ duntaxat remanent, proprio interim loco
» diſpoſitæ, non H. ſed T. literam referentes. [Quemadmodũ ſanè & quùm capitis eminentia in
» fronte perierit, ſimul quidẽ & cũ ipſa perit coronalis: Relinquitur verò ſola recta cũ lambdoide.
» Rurſus etiã figura hæc cõpoſitionis ſimilis T. literę efficitur.] Iam & in hac (quam Galenus im-
preſentiarum ſecundo loco poſuit) numerus, ſituſq; & cõpoſitionis figura futurarũ liquet. Atq;
tres hæ ſunt: quas hic Galenus poſuit tanquam reperibiles: vt quas ab Hippocrate nõnunquam
» viſas exiſtimauit. [Quarta autem ſpecies (vt ſubdit) acuminati capitis cogitari quidẽ poteſt: ſed
» fieri nequit. Vt ſi caput ad vtranq; aurem efficeretur prominentius, quam in fronte, & occipitio.
» Quæ ſpecies ſi modò cõſtare poſſet, haud quaquam ſphęra hęc ei, quę eſt ſecundũ naturã dicere-
» tur cõtraria: ſed ſolùm diceretur, cp longitudo tota in latitudinẽ eſſet tranſmutata. Nunc autem
» tanta à naturali digreſſio fieri non poteſt. Non enim acuminata ampliùs huiuſmodi ſpecies, ſed
» monſtrũ iam eſſet, neq; poſſet viuere: cuius cauſa eſt perſpicua, his ſaltem, qui dicta ante nõ om-
» ninò negligenter audiuerunt. Cùm enim retrò epencranis, ideſt cerebellũ, ante verò ad oculos,
» & nares apophyſes poſitæ ſint: iure optimo caput naturale prelongæ ſphęræ fuit aſſimile. Emi-
» nentiaq; tàm poſterior, quàm anterior, aut vtręq; ſimul poſſunt interdùm amitti, Nõ tamen eò
» amiſſio hęc poteſt progredi, vt aliquid etiam de ipſo cerebro ſimul deperdatur. Quod certè om-
» ninò vſu veniet, ſi ad aures dimenſio eam, quæ ſecundùm longitudinem eſt dimenſionem ſupe-
» rarit. At id quidem fieri nequit: proinde & capitis figura huiuſmodi cõſtare nõ poteſt: ob eamq;
» causã Hippocrates quatuor omninò figuras, & cuiuſq; futuras, quomodò paulò ante habere di-
» ximus, aſtruxit, nuſquam in ſuis cõmentarijs quintę capitis figurę mentionem faciens.] Hæc ex
Hippocratis ſententia Galenus. Qui prętернaturalẽ, & verè nõ acuminatã hanc vocat, impoſſi-
bilemq;, vt inueniri poſſit, Hippocratemq; nuſquã in ſuis cõmentarijs de huiuſmodi figura me-
miniſſe. Adeò vt mirandum profectò de ſolertiſſimo Veſalio .t. ſit, qui ab Hippocrate quoq; nu-
meratam hanc figuram, ſcripſit: locum enim deſideramus, vbi de hac Hippocrates meminerit:
» quemadmodũ Galenus etiam deſiderauit. Cõciliator .u. autem ait [In Nano tamen quodã mon-
» ſtruoſo, ac alio huic quaſi cõſimili, menſurauit maiorem diſtantiã fore à tẽpore in tempus, quam
» ab occipite in ſynciput: vt hanc quartã videretur capitis figuram innaturalẽ habere.] Vgo etiam
Senenſis,* pręter hos duos, quos Cõciliator ſe vidiſſe teſtatur, tertium ſe cõſpexiſſe ait: ſic dicens
» [Et ego teſtor me Bononiæ vidiſſe, & menſuraſſe in puero quatuor annorũ] Veſalius .x. quoq;
» alios tres ſe vidiſſe refert, ſic ſcribens. [Quanuis interim Venetijs puer multis partibus deformis,
» & admodũ amens hac figura hodie cõſpiciatur. Immò apud Bononienſes mendicus obambulat,
» cui caput quadratũ, ſed latius paulò, quam longius cõtingit. Prętereà Genuę puellus annos natus
» ferè tres à mendica oſtiatim circumlatus eſt, & paulò poſt in nobiliſſima Belgarum Brabantia ab
» hiſtrionibus fuit propoſitus. Cuius caput in vtrunq; latus protuberans duobus virorũ, capitibus
» grandius eſt.] Hęc igitur ſex capita ab his doctoribus contra Galeni ſententiam viſa ſunt: Noſq;
ſeptimam Patauij, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto mendicũ quendam annorũ
circiter duodeuiginti, in Eccleſia Diui Antonini ſæpenumerò conſpeximus, menſurauimuſq;,
tametſi à longe cõſpicientibus quamprimũ latitudo longitudine maior apparebat. Monſtroſus
tamen ille erat, imperfectiſſimuſq;: oculos enim in medio faciei turpiſſimè poſitos habebat: ver-
ticemq; acutũ, vereq; ῥοξόν, quaſi in fronte, & occipite maxima cõpreſſio facta ſit. Manus verò

fine

Cõtra Veſalium. t. Lib. 1. c. 5. u. differentia 79. 1 primo dictorum. Monſtroſa capita.

* In 2. art. med. com. 36. in fine. x. lib. 1. c. 5. verſus finẽ.

©BIU Santé

Dubium. Reſpoſio.

ſine digitis, cochlearis cuiuſdam potiùs formam repreſentantes illi erant. Quid igitur ad Galenũ, qui nec eſſe poſſe, nec ſi monſtruosè fortaſſis cõtingeret, viuere poſſe determinauit? Dicendum hercle pro Galeno eſt, quam rariſſimè huiuſmodi figurã apparere: Quod autem admodùm rarò cõtingit, parùm id obſeruandum cenſet Ariſtoteles. .y. Nec rariſſimè tantùm dicimus inueniri: ſed etiam monſtruoſam, aut imperfectiſſimam eſſe determinamus. Quemadmodũ ex eo, quem nos vidimus, alijſq; à Conciliatore, ac Veſalio prænarratis patet. Idcircò ſi quandoq; contigerit, vel nõ viuet, vel nõ diutiùs ſaltem viuet: neq; enim ad ſenectutem perueniet. Quod monſtroſis ferè omnibus proprium eſt. Maleq; interim viuet, imperfectuſq; homo ille tali figura caput inſignitũ habens ſuis in omnibus, præſertimq; animalibus operationibus erit, ac maximè circa principales rationis actiones, vt imaginationem, cogitationemq;, ac memoriam. Quod ſi iuſtiſſimã eſſe in omnibus naturã affirmare ex Hippocratis, Galeniq; veriſſimis monumẽtis volumus, talis figuræ ſuturas ita diſponi dicemus, vt à latere in latus tranſuerſim recta extẽdatur: propeq; tempora coronalis, & lambdoides poſitæ ſuprà ſquamoſas ſint. Quemadmodũ enim lateralis latitudo in longitudinem, longitudoq; à poſteriore parte antorsùm in latitudinẽ permutatæ ſunt: Ita & ſuturarũ permutationem factam eſſe veriſimile eſt. Aliter in ſola hac iniuſtam fuiſſe naturam, determinandum foret. Niſi, veluti monſtroſa capitis figura præter naturę directũ regimen facta, quaſi ex accidenti, eſt: Ita & monſtruoſam quoq; ſuturarũ diſpoſitionem extitiſſe veriùs cõfiteamur. Quòd ſi (vt diximus) cõtingeret: ſuturarũ huiuſmodi figuræ ſitus, numeruſq;, ac forma literæ H. perſimilis, quemadmodũ ipſius naturalis erat, ſitu tamen interea tranſpoſito fiet. Cùm verò Galenus de quartę huius figuræ ſuturis minimè meminerit. Eapropter duę ſquamoſę ſuturę pro coronali & lambdoide quarta figura hic præferet. At quid mirũ eſt, ſi monſtrosè & ex accidentali aliqua cauſa, vel altera, vel ambę eminentię cõprimantur, vel fortè latitudo in longitudinem ob vehementiã cõpreſſionis tranſmutetur: ſuturę tamen interea pro naturali more ſeruentur? Haud enim ſingula in monſtris permutari neceſſum eſt, vbi ſpecies cõſeruatur. Niſi alterius generationis monſtrorũ ſint, quæ ſpeciem cõmutarunt. Si enim in his naturam iuſtiſſimã quęrimus, monſtra non eſſent. Hęc annotare, ac ſuperaddere voluimus. Quoniã & ſi ferè innumeras in diuerſis cæmiterijs caluarias inſpexerimus, præſertimq; in ſacris edibus Diuę Lucię in quibus noſtri magni xenodochij cadauera omnia tumulãtur: Nunquam tamen vel vnam ex huiuſmodi capitum figuris inuenimus, quæ ſcilicet exquiſitè, ac penitùs vel ambas, vel alterã ex eminentijs perdiderint. Quanuis enim ſic eſſe primo intuitu in quibuſdam appareat: Si tamen cincinno exquiſitam ſphęram veſtigare vellemus (prout in multis experti ſumus) aliquã ſaltem inferiore in parte eminentiam inueniemus. Sed neq; in afficcatis caluarijs vltimã illam, præternaturalemq; omninò vocatam figuram inſpexiſſe licuit. Quemadmodũ neq; ex naturarũ nõnaturalibus, ſiue præternaturalibus diſpoſitionibus vidiſſe vllam, quæ vel T. vel permutatę H. referret, nobis permiſſum eſt. Tametſi multa interim viderimus capita nõ mortuorũ modò, ſed viuorũ quoq; alteram, vel vtranq; eminentiã longè minorem, velut aliquando etiã maiorem habentia, quã ſecundùm naturã ſibi cõgrueret. De quibus quidem minoribus, maioribuſq; eminẽtijs Galenus libro artis medicinalis ſecundo, .ζ. non de ablatis, perditiſue illis in ſimpliciter inſalubriũ corporũ ſignificationibus locutus eſt: fortè meliùs cõſiderans ibi, ꝙ huiuſmodi nõnaturales, præternaturaleſue capitũ figuræ, magiſq; huiuſmodi deprauatę ſuturarũ diſpoſitiones, Hippocratis imaginatione potiùs, quã in rei veritate inueniri queant. Niſi fortaſſis mõſtruosè interdùm cõtingentem aliquã ille cõſpexerit: vnde vniuerſalem poſteà propoſitionẽ fabricarit. Sed cùm de mõſtris pertractare noſtra ſcientia nõ intendat: Ad alia pertranſeamus. Caput ſine ſuturis aliquando viſum Ariſtoteles teſtis eſt .a. Quinimmò Herodotus in platęenſi clade inter perſica cadauera, caput inuentum eſſe teſtatur, nullã prorsùs cõmiſſurę ſutelã habens. Aratus autẽ in libris de medicina ſcriptis largiùs ait [Capita pleraq; hominibus citra ſuturas compacta ſunt] Arrianus deniq; (Cęlio referẽte .b.) Æthiopũ capita ſuturis nullis eſſe laxa prodidit. Quamobrẽ & Celſus quoq;, quãuis nõ vniuerſaliter (vt Arrianus protulit) veriùs tamẽ particulariter locutus inquit.c. [Rarò caluaria ſolida ſine ſuturis eſt: locis tamen æſtuoſis (vt Æthiopum regio eſt) facilius inuenitur] Nos autem domi noſtrę caluariã quandam habemus, quæ abſq; ſuturis ab omnibus iudicata eſt. Verùm ſi exquiſitiùs perpendamus, tametſi cõpactiſſimę ſunt, ac ferè coaleſcentes: ſuturę tamen ſunt. Cuiuſmodi ſenibus quidem nõ paucis accidere vidimus. Quorũ non vertebras modò inter ſeſe coaleſcere: ſed ipſas quoq; capitis oſſiũ ſuturas concreſcere cõpertum eſt. Non adeò tamen, quin ſuturarũ veſtigia quędam, licet obſcura, remaneant. Ita igitur in prędictis, ſiue Æthiopum, ſiue perſarum, aut cuiuſuis alterius regionis hominũ capitibus contigiſſe, ętate inquã ſenili, vltimaue decrepitate opinor. Niſi mõſtruosè prorsùs aboletas fuiſſe ſuturas in ipſis etiam iuuenibus euenerit. Abſq; ſuturis ergo, euidentibus intellige, multa capita viſa eſſe. [Quæ apud Celſum .d. firmiſſima, atq; à dolore tutiſſima ſunt. Ex cęteris quò ſuturę pauciores ſunt, eò capitis valetudo cõmodior eſt.] Cuius tamen Celſi ſententia, vltra ꝙ Hippocrati aduerſatur, dicenti * [Saniores autem

γ. Tex. 15. & 16.

a. 1. de hiſt. animal. c. 7 & 3. eiuſdẽ cap. 7.

b. Lib. lect. antiq. 13. c. 28. verſus finem.

c. lib. 8. c. 1. circa princ.

Caput ſine ſuturis an ſalubrius.

d. Ibidem, Celſi opin.

* lib. de locis in hoſte poſt princ.

„ autem capite ſunt, qui plures ſuturas habent.] Rationi etiã, & experimentis cõtradicit. Rationi inquam. Etenim vniuerſale eſt omnium partium axioma: ſalubriores videlicet ſeruari, quò perſpirabiliores ſunt, & ſiue communia, ſiue propria excrementa expurgarint, ſecuriores, minuſq; ad ægritudines, præcipueq; febriles, paratæ. Retenta enim (vti prædiximus,* primum futurarũ vſum declarantes) excrementa multis morbis obnoxiam partem reddunt, nedùm ei pondus inferunt: prohibitoq; per obſtructionem optimi nutrimenti tranſitu, eadem ipſa in vitioſiſſimum nutrimentum tranſeunt. At aliter etiam caput ſine futuris exiſtens patitur: quatenùs ſcilicet alijs etiam futurarũ vſibus priuatur: Magis interim, minuſue, prout pauciores, plureſue futuras habeat. Si quidem igitur vera teſtatus eſſet Celſus, recta quidẽ ratione nos de naturæ iniuſtitia conqueri poſſemus. Vt quæ fruſtrà futuras in capite cõſtruxiſſet ad corporis noſtri præiuditium. Vbi futurarum ratione peius, inſalubriuſq; viueremus. Primus enim, omniumq; principaliſſimus futurarum vſus eſt fuliginoſorũ vaporum exhalatio. Simpliciter igitur verior eſt Hippocratis, quã Celſi ſententia. Particulatim verò quòad extẽmas cauſas, ſiue alterantes, ſiue contundentes, aut quomodolibet aliter lædentes, caput ſine futuris, tanquam denſius, cõpactiuſq; magis reſiſtens, ſalubrius viuere dicetur. Eoq; ſalubrius, quò dẽſius eſt, paucioreſq; futuras habet. Sicq; Celſum quodammodo excuſare poſſumus. Quòad internas verò cauſas longè peiùs id ſe habet (vti prædictum eſt) ſalubriùs autẽ tantò, quantò plures, halq; laxiores futuras obtinuerit. Quodammodo inquam, nõ verè excuſare Celſum poſſumus. Si enim ſpreta operationum perfectione, ad ſolam diſpathiã natura intendiſſet, non ex carne, & oſſibus, ſed adamantinis quidem ex lapidibus, neq; pluribus his, at vno conſtruxiſſet. Quod tanquam ab omni ratione alienum negligimus. At hæc de tribus futuris intantùm dicta iam ſint. Quæ quidem (vti Galenus edocuit.e.) ſolę capitis futurę ſunt, numero ac ſitu iuſtè à natura cuiq; figurę diſtributę q. d. ſolę ſunt hę tres, quę in numero, & ſitu, pro varia capitum figura, ſiue naturali, ſiue nonnaturali, aut præter naturali etiam variantur. Adeò vt in tali varietate iuſtam ipſam naturam dixerimus. Quanuis enim in ijs adhùc tribus rectam impræſentiarum ſemper ſeruari Galenus dixerit. Ea tamen in tribus prædictis naturalibus figuris diuerſitatem, quòad magnitudinem recipit. Vel enim totam frõtem diſſecat: vt in his, quæ priore iam eminentia carent, vel occiput per medium diuidit, vt in ijs, quæ poſteriorem eminẽtiam perdiderunt. Vel deniq; vtrunq; os diſtinguit per medium ſecans ab occipite ad medium ſuperciliorum vſq; tota procedens: vt in alijs quidem figuris accidit, quæ vtranq; eminentiam amiſerunt. In illa verò deprauatarum quarta figura, quam nos præternaturalem vocauimus, non certè maiorem (vt in prædictis alijs tribus) longitudinem adipiſcitur, quam in naturali figura, ſed tantùm proprium ſitum commutauit. Vt non ampliùs ab occipitio in frontem, ſed à tempore in tempus progrediatur.

Hippocratis ſentẽtia. Cõtra Celſum.


* Suprà com. 1.

e. 9. de v. p. cap. 17. in fine.

Sed ne tempus fruſtrà in huiuſmdi ſiue nonnaturalibus, ſiue præternaturalibus figuris nunquam profectò viſis conteramus, quatuor ſuas figuras hic ſubiungamus, vt deinceps ad naturales reuerti queamus.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 73 sur 292

©BIU Santé



Prima quidem figura, iuxta ordinem hic à Galeno positum, nonnaturalem capitis formã primam representat: In qua posteriore eminentia pereunte, lambdoides quoq; sutura deletur, solaq; coronalis conseruatur.

Secunda secundam capitis figuram ostendit, In qua priore quidem eminentia deleta, coronalis vnà sutura perijt.

Tertia tertiam figuram demonstrat. In qua vtrunq; tuber deperditur, indeq; etiam vtraq; sutura, coronalis inquam, & lambdoides abolentur: vt duæ tantùm rectæ seinuicem ad modum X. intersecantes remanserint: atq; hæ quidem tres nonnaturales sunt.

Quarta demũ, prȩternaturalẽ formã (vt Galenus ait) impossibilẽ præsefert. In qua (vt anteà notauimus) literæ H. similis forma fit, nõ solũ (vti nos perpendebamus) transmutatis ad latera coronali, & lambdoide: Sed etiam ambabus his omninò exoletis. Vt in hac depicta figura ostenditur. In qua lepidoides vtrinq; maiores redditæ, earum deperditarum vicem supplent.

Sed nos ad naturalem capitis figurã reuertamur. De hac enim deinceps (omissis omnibus depraua tis figuris, illarumq; fortassis imaginarijs futurarũ dispositionibus prædictis) duntaxat loquentes. In qua quidem, anteriùs coronalis sutura est: posteriùs verò lambdoides. At in medio dextram partem à sinistra æqualiter diuidens ea sutura est, quam rectam nuncupamus. Verùm enimuerò prȩter has tres proprias suturas.

TEXTVS QVARTVS.

Καὶ μὲν δὴ καὶ δύο ἕτεραι τῇδε παράλληλοι γραμμαὶ, χῖ τὸ μῆκος εἰσὶ τῆς κεφαλῆς, ὄπισθεν πρόσω φερόμεναι, ἔ ὧτων ὑφράνω. γεννῶνται δὲ καὶ αἵδε δυοῖν ὀστοῖν ἀλλήλοις ὁμιλούντων, ὑ χῖ βαφὴν, ὥσπερ τὰ πρόσθεν ἐρημένα. χῖ βραχὺ γὰρ ἀπολειπινόμενον ἐις λεπίδα τὸ κατιὸν ἀπὸ τῦ βρέγματος ὀστᾶν ὑποβέβληται τῇ κάτωθεν ἀπὸ ἔ ὧτων ἀνιόντι. καί διὰ τῦτο τινὲς ὕδε βαφὰς ὀνόμασαν ἁπλῶς αὐτὰς, ἀλλ' ὅμοι λεπιδοειδεῖς βαφὰς, ἢ λεπιδοειδῆ προσκολλήματα. καὶ ἡμῖν δὲ σαφῦς ἕνεκα διδασκαλίας, αἱ χῖ τὰ ὦτα, λεπιδοειδεῖς καλείσθωσαν βαφὰς τῆς κεφαλῆς, τὴς λαμβδοειδῆ, τὴν σεφανιαῖαν, τὴν χῖ τὸ μῆκος, ἐνθείαν, τὰς παραλλήλους αὐθ' δύο, τὰς ἐν τοῖς λεπιδοειδέσιν.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 74 sur 292

©BIU Santé

» Duæ quoq; ab hac æquidiſtantes lineæ, per capitis longitudinẽ, à poſteriore in priorem partem ſuper aures feruntur. Fiunt autem hæ, duobus inter ſe oſſibus cohęrentibus, non per ſuturã, ſicuti quæ ſuperiùs dicta ſunt: Paulatim nanq; in ſquamas attenuatum ſyncipitis os deſcendens infernè ab auribus aſcendenti ſubijcitur: propterea q; eas nonnulli nõ ſuturas ſimpliciter appellarunt: ſed vel ſquamoſas ſuturas, vel ſquamoſas agglutinationes. A nobis autẽ euidentioris doctrinæ ſtudio, hæ quæ iuxta aures ſunt, ſquamoſæ ſuturæ nuncupentur. Ita vt quinq; peculiares capitis ſuturæ ſint: lambdoides, coronalis, ſecundùm longitudinem recta, ab hac æquidiſtantes duæ, quæ in ſquamoſis oſſibus ſunt.

COMMENTVM QVARTVM.

PORRO oſſiũ cõpoſitiones (inquit etiam alibi Galenus .*f*.) nõ hę ſolę ſunt (ſcilicet quæ per coronalem, lambdoidem, & rectã ſuturã fiunt) ſed nõnullę adhùc alię ſunt, quas neq; Hippocrates, neq; alius quiuis eorũ, qui corporis naturam accuratiùs ſunt cõtemplati, ſuturas voluit appellare: ſed quæ à media æquidiſtant, & ad vtranq; aurẽ cõſtitutę ſecundùm capitis longitudinẽ feruntur, rectè mihi videntur ſquamoſę agglutinationes fuiſſe nominatę: vtroq; ſcilicet applicatorũ oſſium paulatim in anguſtam quandam ſquamam, ac minimè profundam quodammodo extenuato. Tùm autem eo quidem, quod ſuperne deſcendit, ſubiecto parte interna, eo autem quod infernè aſcendit extrinſecùs incumbente. Non enim vt in ſuturis, ita etiam hic oſſa mutuò ſeſe ingrediuntur.] Hęc Galenus. In quibus ſquamoſarũ agglutinationum modus oſtenditur. Qui quidem eſt, vt inferiora temporũ oſſa ſquamoſa, ſiue rectiùs dixerimus, horum ſquamę ſyncipitis oſſium ſquamis, veluti operimenta quędam, & propugnacula ſuperimponuntur. At quoniam nõ temerè ambigere quiſpiam hic poſſet. Primò quare per ſquamas, & nõ per propriè dictas ſerratiles ſuturas, neq; per harmoniam hæc oſſa cõponuntur? Secundò cùm per ſquamas ita cõponi oportuerit: quare inferius os ſuperioris ſuperequitat, non ſuperius inferiori adiacet: prout decentius fuiſſe videtur? Ob ea enim, quæ extrinſecùs à ſuperioribus in caput incidere poſſunt, ſuperius os inferiori, vt operimẽtum, propugnaculũq; ſuperimponi decuiſſet: ſicq; cerebrũ quoq; ipſum ſuperius magis cooperiret, & ab incidẽtibus omnibus defenderet. Ad hanc igitur, quæ fieri poſſet, duplicem obiectionem reſpondemus cum Galeno, dicentes ad vtranq; ſimul, q̃ ob maximam ſubſtantię oſſium diuerſitatem tùm ſquamoſa, nõ per ſerratilem ſuturã facta agglutinatio eſt, tùm in ea ſquamarũ coniunctione ſuperior inferiori ſupponitur. Vt autem quod dicimus eluceſcat, Galeni verba priùs perpẽde, deinceps verò quæ obſcuritatem fortaſſis nõnullam habuerint, elucidabimus. [Quia igitur (inquit .*g*.) cranij partem ſupernam, & ad latera, quæ craſſa meninge eſt circundata, raram quidẽ eſſe oportebat, & cauernoſam: Reliquam verò omnem, & potiſſimum quæ temporũ oſſa nuncupamus, duram eſſe, ac denſam: ob eam cauſſam ſquamoſi horũ oſſium fines extiterũt: Eo quidem quod ſupernè à capite deſcendit intùs cõdito, quò diutiùs cũ craſſa meninge verſaretur: Alio verò quod infernè aſcendit, duro velut propugnaculo quodã ipſi appoſito. Omnia enim craſſę meningis ad cranion vincula in ipſius cauernas internas definunt: proinde ſi æquè ac os infernum, totum eſſet durum, ac denſum: haud quaquã potuiſſent vincula hęc in ipſum inſeri: ſicuti neq; in inferiorẽ eius partem inſeruntur. At illic quidẽ nullus erat vinculorũ eiuſmodi vſus. Vbi verò eſt vſus, partib⁹ ſcilicet ſupernis, & obliquis, cõuenienter ibi laxum, & cauernoſum extitit. At qui etiam eiuſmodi os cũ duro, ac denſo vniri omninò nõ poterant.] Ecce igitur vtriuſq; dubij reſolutionem, in eandem cauſam: quæ eſt, ſubſtantię oſſiũ in raritate, ac denſitate: itemq; in mollitie, & duritie diuerſitas: vt ſextus erat futurarũ antea à nobis declaratus .*h*. vſus: quartaq; cõpoſitionis oſſium cauſa etiam ſuperiùs prænarrata, .*i*. quæ dicebatur partiũ diſcrimen. Quia enim ſyncipitis oſſa laxiora, & ratiora, nec nõ cauernoſiora eſſe oportebat, multiplicem ob rationem (vt videbimus .*k*.) primò vt prompta fiat tranſpiratio: ſecundò propter leuitatem, ne grauia, & ponderoſa oſſa illa ſint: tertiò demùm, vt in ipſa durioris membranę vincula inſerantur. Temporis autem oſſa denſiora, durioraq; eſſe debebant, Tùm quia triplex hic prędictus raritatis vſus in illis deeſt, Tùm ſecundò quia inferiùs poſita cerebri humiditates recipiunt, excrementaq;, à quibus facile corrumpi poſſent, ſi rara, & mollia eſſent, atq; cauernoſa: Tùm tertiò quia ſi ob cauitatẽ tęporali muſculo inſculptã tenuia eſſe oportuit, neceſſariò per durities ſibi diſpathiã, hoc eſt difficilem paſſionẽ adepta ſunt. Maximeq; demùm quartò duriſſima eſſe operę prętiũ fuit, propter auditorij organi in huiuſmodi oſſibus poſiti defenſionem. Addaſq; etiã & quintò ex Galeno .*l*. quia cadentibus, vel percuſſis ad patiendũ idoneus, ac promptus locus eſt: ideoq; duram eſſe oſſiũ tęporis ſubſtantiã oportuit. Quia inquã illa ſyncipitis rariſſima, & laxiſſima, ac cauernoſa, indeq; mollia: Hæc verò ſcilicet temporũ oſſa denſiſſima, nec non duriſſima eſſe oportuit: Eapropter nõ modò verè vniri, coalęſcereq; nequibant inter ſe: At etiã neq; per ſerratiles futuras ſeſe inuicẽ recipere potuerũt. Durũ enim cũ molli: Denſumq; cũ laxo, & raro nec vniri, neq; appoſitè conſtrui queunt. Niſi eo modo, quem ſapientiſſima natura inuenit per ſquamoſas agglutinationes. Verum eſt tamen, q̃ non

f. 9. de v. p. cap. 18. in princ.

Dubiũ duplex.

Reſponſio ad vtranq;.

g. Ibidem circa med.

h. Com. 1. huius.

i. In procemio cõ. 10. Syncipitis oſſa cur laxiora.

k. Infrà cõ. 7. poſt princ.

l. 11. de v. p. cap. 18. circa med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 75 sur 292

©BIU Santé

Cur in alijs non ſunt ſquamoſæ agglutinationes.

omnis ſubſtantiarũ oſſium diuerſitas ad ſquamoſas huiuſmodi conglutinationes faciendas cogit. Synciput enim fronte, atq; occipite mollius, rariuſq; (vt videbimus) eſt: ſicq; nõnulla maxillæ ſuperioris oſſa, & appendices, ſuaq; oſſa, quorũ appendices ſunt, à ſeinuicẽ duricie, & mollicie, ſiue ratitate & denſitate differunt: Haudquaquã tamen ob id ſquamoſis agglutinationibus componuntur: Niſi maxima in illis diuerſitas fuiſſet: quemadmodũ inter ſyncipitis & temporis oſſa contigit. Locum intereà perpendentibus nobis lateralem, per quem nulla poſſet fumorũ expurgatio fieri. Niſi vt factę ſunt, ſquamoſę agglutinationes eſſent. Dico autẽ factę ſunt: ſcilicet ſuperioris ſyncipitis oſſe inferiori ſuppoſito. Illud enim quia cauernoſum, ac rarũ eſt, craſſæ meningi longiùs adhęrere, cunq; illa cõuerſari debet: vt quam per nõnulla vincula in ſuas cauernulas recepta ſibi alligare ſuſpendereq; ad ſe oportuit. Supponi ergo neceſſum fuit. Temporũ autem os, quia durius, ac denſius, congruenter illius operculũ, & propugnaculũ eſſe debuerat. Quamobrẽ temporis oſſis ſquama illius ſquamæ imponitur, illamq; hæc operit, ac ab extrinſecùs occurrentibus defendit. Triplicem igitur ob rationem inferius os ſcilicet tẽporis ſuperiori ſyncipitis oſſi ſuperimponitur. Prima eſt, quoniã craſſa membrana cerebrũ inuoluens ſyncipiti cauernoſiori, & eleuatiori exiſtenti alligatur, ab eoq; ſuſpenditur. Vt igitur magis, ac longiùs craſſa meninx cũ ſyncipite verſaretur, eiq; magis colligetur, ſuſpendaturq;: decentius fuit, ſyncipitis os ſubijci, intuſq; magis extendi. Secundò quoniã os temporis durius multò eſt, denſiuſq;, ac per hoc fortius, & fractioni contumacius. Congruentius igitur erat, hoc ſyncipiti, quam ſynciput huic eſſe propugnaculũ, ab extrinſecùs vndiq; occurrentibus, ſiue cõtundentibus, aut frangentibus, ſiue plagam inducẽtibus defendens. Has duas rationes Galenus in pręaſſumptis verbis aſſignat. Nos autem ex eius quoq; fundamentis tertiam adiungemus: videlicet vt primi quatuor futurarũ vſus prędarrati, *m.* cõplerentur. Qui licet quatuor ſint, & quatuor rationes ex his perficere poſſemus: ad vnam tamen breuitatis causà reduximus: ſcilicet vt fumoſa, vaporoſaq; excremẽta foras commodè per has etiam futuras egrediantur, & in halitum ſenſui occultum digerãtur: quorũ motus eſt rectè ſurſùm: ligamẽta quoq; durioris membranę ſic rectè, atq; appoſitè foràs exeant propter ipſius dictę membranę colligationem, atq; etiam pericranei generationẽ, vaſaq; demũ, ſiue intrò ingreſſura, ſiue foràs egreſſura rectè, cõmodeq; pertranſire queant. Aliter enim vltrà ꝙ fruſtrà longum iter pertrãſirent: periculũ quoq; fractionis in eo obliquo tranſitu facillimè incurrerent. E` quibus omnibus preoſtenſis liquet, toto cęlo aberraſſe Mundinũ, alioſq; eiuſdem farinę plurimos anatomicarum adminiſtrationũ imperitiſſimos, qui duas has ſquamoſas futuras, mendoſas dum vocant, ad internas partes minimè penetrãtes eſſe exiſtimant: prędarrati *m.* Suprà com. 1. huius.

Cõtra Mũdinũ, & eius ſequaces.

præter id enim ꝙ nõ in afflictis, ſiue elixatis modò, ſed in recentibus etiam caluarijs cõpertiſſimũ eſt, naturam, ſi nõ penetrarent, in huiuſmodi futurarũ conſtructione fruſtratoriam fuiſſe omninò affirmare, atq; eam vt irrationalem cõdemnare coacti ſunt. Sed his perpetuò neglectis, ad propoſitũ textum conuertamur. Quinq; igitur peculiares capitis futuras eſſe Galenus concludit: ſcilicet lambdoidem, coronalem, & rectã, Itemq; duas ſquamoſas iam iam declaratas. Quæ quidem cõcluſio (niſi pro Galeni excuſatione de his, quæ exteriùs apparent, duntaxat locutum eſſe, verba, & nõ mentẽ interpretantes dixerimus) diminuta eſt. Septem enim peculiares oſſiũ capitis futurę ſunt, nõ quinq;: ſed alię tamen duę, niſi frangatur, vel quoquomodo incidatur aperiaturue craniũ, intuſq; ipſum conſpiciamus, videri nequeunt. Sexta igitur, quam Galenus minimè aduertit, ea eſt, quæ octaui capitis ſpongioſum, cribroſumue potiùs, quòad illam partem dicendum oſſiculũ circumſcribit: idipſum à frontis oſſe diſtinguens. Quatenùs ſcilicet ad interiora pertinet, cerebrũ tangens. Qua ratione inter capitis oſſa numerari debet. Quanquam maius eſt hoc os, ſi exquiſitiùs ipſum perpenderimus, quam apparet: quotiès videlicet cũ ſecundo, & tertio maxillę ſuperioris oſſe coalęſcit: vti ſæpè in vnũ tria hæc oſſa per ſymphyſim coalita vidimus: vt nõ temerè ſecũdũ, ac tertiũ oſſa prędicta maxillæ ſuperioris partes eſſe octaui capitis oſſis ſuſpicati nonnunquã fuerimus, extrinſeca tamen ſuperficie lene, ſed intùs anfractuoſum, cauernoſumq; vtrunq; eſt. Tunc igitur maius octauũ os foret, quam intùs appareat, ſimpliciter tamen paruũ eſt, & reliquis ſeptem capitis oſſibus longè minus. At nos ad futuras reuertamur (De oſſibus enim poſteriùs ſermo fiet. *n.*) Itaq; ſexta capitis oſſium propria futura eſt, quæ iam iam dicta eſt, octauũ capitis os anteriori, lateralibuſq; partibus, quatenùs ad interiora, cerebrumq; pertinet, circũſcribens ad formã Græcę literę υ, vel latinę u. Quam ob cauſam nõnulli ex recentioribus haud temerè hyoidẽ, ſiue hypſiloidem futurã hanc nomenclarũt. Parte autẽ poſteriore claudit, terminatq; idem os, qua ſcilicet cerebrũ reſpicit, ſeptima futura, de qua nos anteà meminimus. *o.* vt ſphenoidis intrinſecos aliũ alis quãſimillimos ꝓceſſus à frõtis, & octauo etiã oſſib⁹ diſtinguẽte. Quã à Galeno etiã, & à quãplurimis anatomes ꝓfeſſorib⁹ minimè ꝓpensã inuenimus. Quoniã fortaſſis eã ſub cõmuni intellexerint, quę à tẽpore ad aliud tẽpus ꝓ mediã oculorũ cauitatẽ procedit. Cũ illius portio quędã in vtriuſq; cauitatis oculorũ fundo, ſeu radice ſup foraminib⁹ viſiuorũ neruorũ trãſitui paratis, hęc futura vtrinq; ſit. At quoniã ꝑter eas portiones, alię adhùc remanẽt portiũculę, quæ ad cõmunẽ

Cur in alijs non ſunt ſquamoſæ agglutinationes.

Cõtra Galenum.

Sutura ſexta.

Sutura ſeptima.

n. Infrà cõ. 6. & cap. 3.

o. In prooemio com. 18.

Cur 7. à cõmuni diſtinguatur.

eam

©BIU Santé

eã ſuturã minimè ꝑtinent: prꝛeter id, ꝙ tota hęc oſſiũ capitis ꝓpria, peculiariſq; eſt ſphenoides à frõtis oſſe, atq; etiã octauo nuper dicto officulo ſegregans. Propterea ipsã ꝑ ſe cõſiderãdo, in peculiariũ ſuturarũ catalogũ annumerare nobis operępretiũ fore visũ eſt. Velalius. *p.* alterius cõmunis, primę .ſ. quę ſphenoides os circũſcribit, portionẽ eſſe hãc maluit, q̃ ſecũdę iã iã p̃dictę communis. Nos autẽ, vbi ꝑ ſe hãc cõtẽplari, & ſeptimã ab alijs diſtinctã enumerare nõ permittatur: coronalis partẽ rectiùs ponẽdã ſtatueremus, q̃ primę, vel ſecũdę cõmunis. Sed ne hãc qdẽ ſolã, vt cuiuſuis iã dictę, ſiue cõmunis, ſiue coronalis portionẽ dimiſit Galenus, verũ & ſextã quoq; iã iã dictã futurã (vt paulò ante diximus) minimè aduertit, vel fortaſsè neglexit eiuſdẽ cõmunis ſecũdę à Galeno narrãdę .*q.* partẽ eſſe exiſtimãs: videlicet eã, quę in oculorũ cauitatib⁹ ſecũdũ, tertiũq; maxillę ſuperioris oſſa vocata à frontis oſſe diſtinguit. Verũ deceptus eſt q̃ hoc exiſtimarit. Alia .n. ſutura ea eſt huic minimè intùs reſpõdẽs; vt videre, friatis tertio & ſecũdo ſuperioris maxillę oſſiculis, cuiuis licet: Intermedia .n. cauitas quędã eſt, ſextã hãc à nobis vocatã futurã ab ea cõmuni ſecũda ſeparans. Adeò vt vbi duo hæc oſſicula ſpõgoidis potiùs eſſe partes determinare placuerit: ſic dicẽdũ veniret, ꝙ parte, qua cerebrũ reſpicit, ithmoideſq; potiùs dicitur, ꝑ ſextã futurã ab oſſe frõtis ſeparetur: parte autẽ leni, quę ad oculorũ cauitatẽ ꝑtinet, ſecũda futura cõmuni ab eodẽ frõtis oſſe diſtinguatur. Quãuis igitur hoc modo ſumptũ ſpõgoides os: vt .ſ. dicta etiã duo oſſicula cõprehẽdens, cõmune capiti, maxillęq; ſuperioris os ſit (capiti inq̃ ob cribroſã partẽ, quę cerebrũ tãgit: maxillę autẽ ſuperioris ob alias partes) Haudquaq̃ tamẽ ob id dicendũ eſt, ꝙ ſexta p̃dicta futura cõmunis quoq; ſit: Cũ ipsũ os nõ totũ, ſed quatenus ad caput pertinet, cerebrũq; reſpicit, ithmoideſq; nũcupatur, latinè cribroſũ, à frõtis oſſe diſtinguat. Propria igitur ſexta futura eſt, quia cribrũ à frõte, quę ambo capitis oſſa ſunt, ſeparat. Septẽ igitur, vel ad minus ſex proprię oſſiũ capitis ſuturę ſunt. Dico ꝓprias, peculiareſue oſſiũ capitis: vt quę nullũ os maxillę ſuperioris cõtingũt, ſed oſſa dũtaxat capitis abinuicẽ ſecernunt. Octo .n. (vt videbimus) capitis oſſa ſunt: videlicet frõtis os vnũ, occipitis vnũ: ſyncipitiſq; duo, ac duo etiã tẽporũ: quę ſunt ſex. Quib⁹ adde os cuneiforme, Gręcè ſphenoides nũcupatũ, atq; octauũ deniq; ithmoides: Quãuis .n. idẽ quoq; ſpõgoides ſit: quatenùs tamẽ ithmoides, nõ tanquã ſpõgoides capitis os eſt. Sutura igitur lãbdoides os occipitis à ſyncipitis, ac tẽporũ oſſib⁹ diſtinguit. Quę omnia (vt patet) capitis oſſa ſunt. Ita & coronalis futura frõtis os ab oſſib⁹ ſyncipitis diſtinguit: Rectaq; ſyncipitis oſſa à ſeinuicẽ ſecernit. Prꝛetereà ſquamoſę ſuturę ſunt, quę tẽporũ oſſa ab oſſib⁹ ſyncipitis, & ſphenoide ſegregãt. Sexta futura hyoides dicta eſt, quæ octauũ os ab oſſe frõtis diſtinguit. Septimaq; demũ trãſuerſa eſt, quę ſphenoides os à frõtis oſſe, atq; octauo etiã oſſiculo ſeparat. E quib⁹ omnib⁹ exactè penſitatis cõpertiſſimus eſt libri de locis in homine .*r.* error, ſiue Hippocrates, ſiue quiuis alius ſcripſerit: quùm ita inquit [Capita futuras habẽt, alia tres, alia quatuor. Et quę qdẽ quatuor habent, his ſunt vtrinq; iuxta aures: & tertia ab anteriore: Quarta à poſteriore capitis parte. Sic quidem in capite, quod quatuor habet.] Vides igitur quomodo rectã omiſit. Quæ tamẽ in nulla quãtũuis deprauata figura deperditur. Sequitur tamẽ deinceps Hippocrates, ꝑ hęc verba [In eo verò, quod tres iuxta aures vtrinq; ſunt, & ab anteriore parte, tertia, poſteriore verò parte futura nulla eſt: velut in eo, quod quatuor habet.] In his nõ modò rectã, ſed lambdoidem quoq; omiſit. Quòd ſi vt aliquãdo in nõ naturali quapiã figura p̃ditã reliquerit, iã & aliàs coronalẽ perdi poſſe nouerat. Nullibi tamen rectã. Sed hi quidẽ apertiſſimi errores. Veluti etiã ꝙ ſuturas, huiuſmodi ſquamoſas agglutinationes vocarit: Cùm tamen Galenus id nomen in his ab Hippocratis mente alienũ determinauit, vel totũ eũ librũ, vel prędicta ſaltẽ verba Hippocratis germana non eſſe, inditio ſunt. Nec audiẽdus etiã Celſus eſt: Dũ quatuor dũtaxat ſuturas enumerãs, coronalis oblit⁹ eſt, ſic ſcribẽs .ſ. [Neq; .n. certus earũ numerus eſt: ſicut ne locus qdẽ. Ferè autẽ duę ſuper aures tempora à ſuperiore capitis parte diſcernũt (ſuntq; hę, vt patet, ſquamoſę, quas paulò poſt declarat) Tertia ad aures per verticem tẽdens occipitiũ à ſummo capite diducit. (Hęc autem eſt, quæ vocatur lambdoides) Quarta ab eodem vertice per medium caput ad frontem procedit (& hæc recta eſt) Eaq; modò ſub imo capillo definit, modò frontem ipſam ſecans, inter ſupercilia finitur, &c.] Ecce igitur quomodo coronalem penitùs tãquam nõ exiſtentem omiſit. Verùm enimuerò huiuſmodi falſis, diminutiſq; aliorũ quamplurimis ſententijs neglectis: Ad cõmunium ſuturarum enucleationem cum Galeno permigremus ſic ſcribente.

p. Lib. r. cap. 6.

q. Infrà cõ. ſequenti.

Cõtra Hippocrati attributũ locum. r. Poſt principiũ libri.

Cõtra Celſum. ſ. lib. 8. c r. circa princ.

TEXTVS QVINTVS.

Ἄλλας δὲ κοινὰς δύο πρόσθε τὴν ἄνω τένοντος, καὶ πρὸς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ὀσέων, ὅ τινες μὲν τὴν κεφαλὴν προσνέμοισι, τινὲς δὲ τῆς ἄνω τένοντος ἔμεναι φασίν, ὁποῖον δέ τι τὴν ἰδέαν ἐστὶ τοῦτο, καὶ τὸ μέγεθος πηλίκον, ἐν τίνι τε μάλιστα τόπῳ κείμενον ἤδη σοι δείκνυμι. Τὸ πλευρὸν τῆς λαμβοειδέος ῥαφῆς τὰ κάτω πέρατα προσεπεκτείνεται μέχρι τῆς βάσεως τῆς κεφαλῆς, μεταξὺ τοῦ τε λιθοειδέων ὀστέων κατίοντα, καὶ τῆς πρὸς τὸν πρῶτον σπόνδυλον διαρθρώσεως. ἐνταῦτα δὲ ἐπιζεύγνυσιν αὐτὰ γραμμή τις βραχεῖα δύσιν ἐγκαρσίαν ἔχουσα. ταύτην μοι πρῶτον νόει κοινὴν τήνδε κεφαλῆς, καὶ τὴν προκειμένην χῦ τὴν διήγησιν ὀρθῶ. ἀναφερομένη γὰρ ἑκατέρωθεν ἐπὶ τὰς χῦ τὰς κροτάφους κοιλότητας· ἔστ' αὐτὸν ἀφικνεῖται τοῖς καθήκουσιν ἐντοῦθα πέρασι τῆς στεφανιαίας ῥαφῆς, εἶτ' ἐνταῦθεν ἄνθις ἐπισπαφεῖσα πρὸς τὸ κάτω, καὶ

παρα-

©BIU Santé

παρανεχθεῖσα εἰς τὰς ἐσχάτας ὀδόντας, ἀφικνεῖται πρὸς τὰ τῆς ὑπερῴας, ἕνδοθεν ἑαυτῆς συναπτομένου ὑπὸ τῆς προειρημένης ῥαφῆς ὀστοῦ, ὥσπερ τις σφὴν ἔγκειται μεταξὺ τῆς κεφαλῆς, καὶ τῆς ἄνω γένυος. ὅσον μὲν οὖν ἀστῆς ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς σφηνοειδίας ἀναφέρεται, κοινὸν τοῦτο πρὸς τὴν κεφαλήν ἐστιν, ὅσον δ' ἑκατέρωθεν καταβέβηκε πρὸς λῆν ὀφρῶαν, ὁ πρὸς τὴν ἄνω γένυν, ὅρος ὑπάρχει τοῦ σφηνοειδοῦς ὀστοῦ. καλείσθω γὰρ οὕτω, σαφοῦς διδασκαλίας ἕνεκεν. κατὰ τοῦτο τὸ ὀστοῦν αἱ πτερυγοειδεῖς ἴσιν ἀποφύσεις ἄμα ταῖς ἑκατέρωθεν ἀνατομαῖς κοιλότησιν. ἡ δ' ἑτέρα ῥαφὴ τῆς κεφαλῆς, ἡ πρὸς τὴν ἄνω γένυν αὐτὴν ὁρίζουσα, τὴν ἀρχὴν μὲν ἐκατέρωθεν κατὰ τοὺς κροτάφους ἔχει κοιλοτήτων, ἵνα περ εἰς ταύτον ἥκειν ἐλέχθη τοῖς τῆς σφαιοειδίας πέρασιν ἡ κοινὴ κεφαλῆς, καὶ τὸ σφηνοειδὲς ὀστοῦ ῥαφή. προέρχεται δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν καὶ διὰ μέσου αὐτῶν ἐνεχθεῖσα κατὰ τὸ μεσόφρυον ἑαυτὴν συνάπτει.

Aliæ verò duæ cõmunes tùm ſuperiori maxillæ, tùm medio amborũ oſſi, quod nõnulli quidẽ capiti attribuunt: Nõnulli verò maxillæ ſuperioris eſſe dicunt. Quale autem id ſit forma, quantumq; magnitudine, ac potiſſimũ quo in loco poſitum ſit, iam tibi recẽſeo. Lambdoidis ſuturæ laterũ inferiores extremitates ad baſim vſq; capitis protenduntur, per medium lapidoſorũ oſſiũ, & ad primã vertebrã dearticulationis deſcendentes. Hic autẽ linea quẽdã breuis tranſuerſam habens poſitionẽ, eas cõiungit. Hanc ipſam mihi primùm tùm capitis, tùm ad explicationem propoſito oſſi cõmunem intellige. Surſùm enim vtrinq; ad caua temporũ tendens, in idem cum coronalis ſuturæ deſcendentibus extremis peruenit. Indeq; rurſùs deorſùm conuerſa, & ad extremos dentes delata ad palatũ vſq; procedit, intra ſeipſam os id cõprehendens, quod vndiq; à prędicta ſutura terminatũ, veluti quidam cuneus in capitis, maxillęq; ſuperioris medio immittitur. Quantũ igitur huius ſuturæ ſurſùm ad coronalis fines fertur, cõmune id cũ capite exiſtit. Quantum verò ex vtroq; latere ad palatũ deſcendit cũ ſuperiore maxilla cõmune, oſſis ſphenoidis terminus eſt. Sic enim clarioris doctrinæ gratiã nuncupetur. Id os proceſſus habet aliis ſimiles vnà cum eorũ vtrinq; cauitatibus. Altera autẽ capitis ſutura, quæ ipſum à ſuperiore maxilla diuidit, ex cauis temporũ principiũ ſumit. Vbi ſutura capiti, & oſſi ſphenoidi cõmunis cum ſuturę coronalis finibus in idem conuenire dicta eſt. Inde autem ad oculorum ſedes procedit; perq; eos medios tendones in medio ſuperciliorum ſibi ipſi coniungitur.

COMMENTVM QVINTVM.

ADEO quidem apertè ambas has ſuturas oſſibus capitis, & maxillę ſuperioris communes deſcribit hic Galenus, vt noſtra nõ indigeant elucidatione: Niſi vt quiſquis has exquiſitè, atq; adamuſſim intelligere cupit: caluariã prę manibus interea, dum Galeni verba legit, habeat, ſigillatimq; in illa cuncta perpendat. Quod verò nobis enucleãdum reſtat, os illud eſt ſphenoides à Græcis dictũ, à cunei ſimilitudine, qui apud eos σφὴν appellatur: vnde à latinis cuneiforme dicitur: quoniã ſcilicet veluti cuneus quidã (vt in textu à Galeno prænotatũ eſt) inter oſſa capitis, maxillæq; ſuperioris interpoſitũ eſt, abinuicem hęc inferiùs ſecernens: quod etiã à multiplici forma polymorphon (vt videbimus *t.*) q.d. multiforme à Græcis nuncupatur. Interdum verò etiam à Galeno *.u.* palati, ſiue ſecundũ palatũ os, quoniã circa palatum, ac baſim quoq; inferiore in parte firmatur. Idipſum os à nõnullis (Galeno hic referente *.x.*) inter maxillę ſuperioris oſſa numeratur. A nõnullis autem, & rectiùs multò, inter capitis oſſa. Rectiùs inquam. Etenim ea capiti aſcribenda oſſa ſunt, quęcunq; cerebrum ipſum cõtingunt, recipiuntq; vel ſecundũ totũ, vel ſecundũ partẽ aliquam. Maxima verò ſphenoidis pars intrò ad cerebrũ reſpondet: Ideircò nulli dubiũ eſſe debet, inter capitis, & nõ maxillę ſuperioris oſſa cõnumerandũ. Sed nos ad primã cõmunem ſuturã, quæ prædictũ os cuneiforme extrinſecùs circũſcribit, cõuertamur. Lineam igitur quãdam trãſuerſam eſſe ait Galenus, ad quã lambdoidis ſututæ extrema additamẽta deorſum lata vtrinq; terminantur. Ad hanc quoq; lineã huiuſmodi, quã quærimus, cõmunis capitis, & ſphenoidis ſutura vtrinq; deſinit, vel ab ea exordium ſumit. Hanc igitur ipſam (inquit Galenus) ſcilicet cõmunem lineam mihi, hoc eſt, à me, primùm tùm capitis videlicet oſſis eius quia occipitis, tùm ad explicationem propoſiti oſſis, hoc eſt, ſphenoidis (quod explicare iam propoſuerat Galenus) cõmunem intellige. Quomodo autẽ vtriſq; oſſibus cõmunis linea, & ex ea oriens ſutura ſit, ipſumq; cuneiforme os talis ſutura circũſcribat, vt inde pluribus tùm capitis tùm maxillæ ſuperioris oſſibus, nedùm ſphenoidi cõmunis ſit: ſtatim enucleare aggreditur, dicens. [Surſùm enim vtrinq; ad caua temporũ, &c.] Circa quã tamen prędictã lineã occipiti etiã, ac ſphenoidi cõmune, nota, quòd neq; ad harmoniã, neq; ad ſuturã reduci debet, niſi ad ſymphyſim, coalitumue. Verè enim coaleſcunt priùs quidem in puerulis per ſynchondroſim: quia per intermediã chartilaginem: deinceps in natu grandioribus, nõ ſecùs ac in appendicibus cum ſuis oſſibus cõtingere prædiximus: *.y.* ficceſcente, paulatimq; dureſcente, & in oſſeam naturã vergente illa intermedia chartilagine, ſæpenumerò linea hęc latet, acſi vnum integrũ os eſſet: quod ex occipite, ac ſphenoide cõſtaret. Verùm ſiue per clixationem, ſiue

t. Infrà cõ. ſequenti ex Introduc. cap. 12. *u.* 11. de vſ. pa. cap. 19. verſus finẽ, & cap. 20. circa princ. *x.* Et ibidẽ quoq; cap. 20. circa princ. Quæ sũt capitis oſſa.

Sutura prima cõmunis.

y. Suprà com. 6. et 8. proœmij.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 78 sur 292

©BIU Santé

ſiue ob diuturnã in ſepulchris corruptionem, ita ſeparari ſolent: quemadmodũ ab oſſibus appendices. Atq; idipſum à Galeno minimè perpẽſum eſt. Prima igitur hęc ſutura cõmunis eſt oſſibus occipitis, temporũ, ſyncipitis, frontiſq;, ac ſphenoidi. Quæ ſeptem capitis oſſa ſunt: Itemq; primis, quartis, & quintis, à Veſalio dictis ſextis maxillæ ſuperioris oſſibus. Adeò vt tredecim his oſſibus cõmunis dicenda veniat. Quòd ſi quã nos poſuimus inter peculiares capitis ſuturas ſeptimam, ad hanc reducere, vt eius quandam partem cũ Veſalio volueris, tunc omnibus octo capitis oſſibus hæc ſutura cõmunis dicetur (cũ & octauũ quoq; os à ſphenoide ſeptima ſutura ſecernat) ſexq; prędictis maxillę ſuperioris oſſibus, ſcilicet duobus primis, duobuſq; quartis, & duobus deniq; quintis. Quamobrem quatuordecim oſſibus cõmunis dicenda tunc foret. Secunda autẽ ſutura communis eſt duodecim oſſibus, videlicet ſphenoidi, ac fronti. Quæ duo ambo capitis oſſa ſunt. Itemq; decem oſſibus maxillę ſuperioris, vtrinq; ſcilicet quinq;, hoc eſt, primis, ſecundis, tertijs, quartis, atq; demùm ſextis. Quòd ſi ſuturã ſeptimã huius partem poſuerimus, tũc addito octauo oſſe, tredecim cõmunis dicitur. Hæc igitur ſummatim de nouem futuris dicta intantùm ſint. Septem inquam capitis oſſium proprijs, duabuſq; quorundã oſſium capitis, maxillęq; ſuperioris (vti prędictum iam eſt) cõmunibus. Quibus ſi duas zygomatis, iugaliſue oſſis cõmunes quoq; adiungas: de quibus ſequenti quidẽ capite ſermo fiet: omnes capitis ſuturæ, tàm propriæ, quàm cõmmunes, tàm veræ, quã largè dictæ ſuturæ vndecim numero dicentur. Quemadmodũ ſuperioris maxillę quatuordecim, vel ad minus vndecim dici poſſunt (vt videbimus *) ſicq; ſint omnes ſimul (vt antea quoq; * tetigimus) viginti quinq;, vel adminus duæ ſupra viginti.

Quot oſſibus cõmunis prima ſutura eſt.

Secũda ſutura communis.

Suturæ zygomatũ.

* Infrà c. 3. com. 9.

*Suprà cõ. 18. circa princ.

TEXTVS SEXTVS.

Καὶ δὴ καὶ τούτων ἕτως ἐχόντων, ἓξ ὀστᾶ γίγνεται τῆς ὅλης κεφαλῆς τὰ πάντα, χωρὶς τοῦ σφηνοειδοῦς, δύο μὲν χρὴ τὸ βρέγμα, κοινὴν ἔχοντα ῥαφὴν, τὴν χρὴ τὸ μῆκος εὐθεῖαν, ἄλλα δὲ δύο τούτων κάτωθεν, ἓν, καθ' ἑκάτερον ἓς. καὶ πέμπτον ἐπὶ τούτοις τὸ κατ' ἰνίον, καὶ ἕκτον τὸ κρὶ μέτωπον. ὁρίζουσι δὲ τὰ μὲν τοῦ βρέγματος, ὄπισθεν μὲν αἱ πλευραὶ τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς, ἔμπροσθεν δὲ ἡ στεφανιαία, κάτωθεν αἱ λεπιδοειδεῖς, ἄνωθεν δὲ ἡ κρὶ τὸ μῆκος εὐθεῖα. τὰ δ' ἐφεξῆς τοῦδε καθ' ἑκάτερον ἓς, ἄνωθεν μὲν, αἱ λεπιδοειδεῖς ἀφορίζουσιν, ὄπισθεν δὲ αἱ προσαυξήσεις τῶν πλευρῶν τῆς λαμβδοειδοῦς, ἔμπροσθεν δὲ, ἡ κοινὴ τῆς τε κεφαλῆς, καὶ τοῦ σφηνοειδοῦς [ἔστι δὲ τὰ μὲν τοῦ βρέγματος ὀστᾶ, τετράπλευρα, ταυτὶ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα τρίπλευρα] τὸ δὲ πέμπτον ὀστῶν τῆς κεφαλῆς τὸ κατ' ἰνίον, ὁρίζεται μὲν ὕπο τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς, ἅμα ταῖς προσαύξεσι, καὶ τῆς ῥηθείσης ἐπιζαγνύναι τούτας [*ῥαφῆς.] περιέχει δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ μέγιστον τῶν τῆς κεφαλῆς τρημάτων, τὸ κρὶ τὸν πρῶτον σπόνδυλον, λοιπὸν δὲ τὸ κρὶ τὸ μέτωπον ὀστέον, ἥτε σφαιριαία περιορίζει ῥαφὴ, καὶ ἡ κοινὴ τῆς κεφαλῆς πρὸς τὴν ἄνω γένυν.

* Legerẽ Γραμμῆς.

His itaq; ſic ſe habentibus, ſex ſunt, ſphenoide excepto, cuncta totius capitis oſſa: Duo quidẽ ſyncipitis, cõmunem ſuturam eam habentia, quæ recta per longitudinem fertur. Alia verò duo ſub his: vnumquodq; videlicet ad ſuam aurem. Quintumq; poſt hęc, os occipitis: ac ſextũ quod frontis eſt. Terminant autem ſyncipitis oſſa poſteriùs quidem ſuturę lambdoidis latera: anteriùs verò coronalis: Infernè ſquamoſæ, ſupernè autem quæ ſecundum longitudinem recta eſt. Quæ verò deinceps ſecundum vtranq; aurem, ſupernè quidem ſquamoſæ definiunt, à poſterioribus autem laterum lambdoidis additamẽta. Sed ab anterioribus futura capiti, ac ſphenoidi cõmunis (ſunt autem ſyncipitis oſſa quadrilatera. Quæ verò nunc diximus trilatera) Quintum prętereà capitis os, quod occipitis eſt, terminatur quidem à lambdoide ſutura, ſuis cum additamentis, ac ea linea, quam hęc ipſa coniungere diximus .z. Continet autem in ſeipſo maximũ omnium, quæ ſunt in capite, foramen quod ad primã vertebram. Reliquum verò os, quod eſt frontis, tùm coronalis ſutura, tùm capiti, maxillæq; ſuperiori communis circumterminat.

z. Tex. prę-cedenti.

COMMENTVM SEXTVM.

SEX inquit oſſa capitis eſſe, pręter ſphenoides Ariſtoteles .a. numerũ ſecutus: Alibi .b. verò cũ ſphenoide ſeptem octaui interim oſſiculi ſpongoidis, ſiue ithmoidis vocati ſemper oblitus. Quod tamẽ quia cerebrũ & ipſum tangit, cõtinetq;: ideo inter capitis oſſa perpetuò numerandũ, & nuſqam dimittendũ fuerat. Cum hoc igitur, ac ſphenoide, ipſo quoq; inter oſſa capitis duos procul omni cõnumerando, octo ſunt, non ſex, aut ſeptem. Quorum quidem per ſuturas facta circũſcriptio, Indeq; magnitudo etiam, ac figura ſic declaretur, veluti Galenus impreſentiarũ edocuit: quãquã in pręſenti textu ſex duntaxat oſſium per ſuturas circũſcriptionem ponit. Sphenoides enim prędicti textu per primam ſuturã cõmunem circumſcripſit: octaui (vt diximus) interea nullam faciens mentionem: cuius circũſcriptio per ſextam, ſeptimamq; à nobis poſitas futuras fit. Sed enimuerò in frontis oſſis circũſcriptione addendum eſt, q nõ modò coronali poſteriùs, ſuperiuſq;, atq; cõmunium ſecunda ſutura anteriùs,

a. 3. de hiſt. cap. 7. b. 11. de v. p. cap. 10. circa princ. & Introduc. med. c. 12.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 79 sur 292

©BIU Santé

riùs, inferiuſq;. Sed prędictis etiam duabus, ſcilicet ſexta, & ſeptima interiùs, poſteriuſq;, & inferiùs circũdefinitur. Galenus autem de his duabus futuris tanquam ſibi incognitis nõ meminit. Clariùs verò locutus ipſe eſt in ſyncipitis, atq; temporũ oſſium deſcriptione. Idcircò in occipitis oſſis determinatione, clarioris doctrinæ gratia, addendũ eſt, ꝙ lambdoide ſutura ſuperiùs, eiuſdemq; additamentis inferiùs, atq; antrorsùm, & linea tandem ea, quã huiuſmodi additamenta cõiungere, ac per ſymphyſim in natu maioribus vniri, coaleſcereq;, ac per hoc aboleri prędiximus,* circũſcribitur. Haudquaquam verò interim nos pręterit ambiguum aliquando Galenum extitiſſe, atq; in eam potiùs (licet minùs rectè) ſententiam inclinaſſe (vt ex modo loquendi eius patet) ꝙ ſcilicet occipitis, frontiſq;, & ſphenoidis, palatiue oſſa, nec nõ & maxillæ ſuperioris, inferioriſq; anteriùs extremũ recta per mediũ ſutura diuidantur. Quæ tamen ob exactã, denſamq; cõpoſitionem obſcura ſit: vt quùm ſic ait .c. [Quæ verò ſecũdùm longitudinẽ in vtraq; maxilla eſt, ſutura, eò parata fuit, ꝙ corpus eſt geminũ, dextris ſcilicet, ac ſiniſtris. De cuius (ſcilicet gemineitatis) vtilitate ſæpenumerò admonuimus: obſcura autẽ eſt ea in oſſibus duriſſimis: cuiuſmodi eſt occipitis, frontis, palati, & extremæ maxillæ. Vnde opinor & controuerſia de his inter anatomicos fuit. Cùm alij quidẽ carere futuris ea omninò affirmarent: Alij autem ob cõpoſitionem denſam, atq; exactam, futuras nõ apparere. Si tamen diutiùs coquerentur, aut exiccarẽtur, eas tandem apparituras fuiſſe.] Extremæ, ſiue mauis dicere ſummæ maxillæ os ſecundũ Galenũ in præſenti ſermone intelligas os illud maxillæ ſuperioris anterius, quod inciſorios dentes duntaxat cõprehendit: quod quidem à Galeno in ſimijs aliquando obſeruatũ per ſe ab alijs diſtinctũ, atq; vnicũ, & ſimplex apparens; tale etiam in homine factũ eſſe exiſtimatũ eſt: vt poſtea videbimus, .d. quãquã & inferioris quoq; maxillæ os geminũ ſimiliter eſſe, licet vnicum prima fronte apparens ab eo creditur. At de maxillæ vtriuſq; oſſibus poſteriùs loquemur. .e. Nunc autem ad capitis oſſa reuertamur: ob gemineitatis igitur corporis rationem, in eam (vti diximus) ſententiã vergere videtur, ꝙ ſcilicet occipitis, frontiſq;, & ſphenoidis oſſa per mediũ recta ſutura diuidantur: ob denſitatẽ verò cõpoſitionis, oſſiumq; prędictorũ duritiem, obſcura ſit talis diuiſio: certus tamen nõ eſt, ſed ambiguus eſſe omninò apparet: Quùm poſteà ſubdit .f. [Quæ cùm ita habeãt, ſiue prędictę oſſium partes futuris reuera carent, ſiue propter exactam cõpoſitionem nõ cernuntur. Quod tamen ea dura eſſe, ac denſa oporteat, apertè demonſtrauimus, &c.] Nos autem, licet aliquã eſſe infantibus horũ oſſium capitis diuiſionem cõceſſerimus: Eam tamen nõ per futuras, aut harmonias factas eſſe, determinamus: ſed per intermediã chartilaginẽ apparere. Atq; idipsũ, quia nõdum exquiſitè coagulata oſſa ſunt, atq; indurata. Non quia natura diuiſionem intendat, temporis igitur progreſſu (vt etiã in bregmate liquet) in os tota illa intermedia ſubſtãtia cõuertitur. Sicq; vnicũ, ac ſimplex quodlibet horũ trium eſt, ſcilicet occiput, fronſq;, & ſphenoides: ſicuti etiã & inferior maxilla. Niſi quãdoq;, & quidem rariſſimè cõtingat rectã futurã frontem, ad ſuperciliorũ intermedium progrediẽdo, ſecare. Superior autem maxilla in homine perpetim gemina eſt, in dextrã, & ſiniſtrã diſſecta, ſimpliciq; linea per harmoniam conſtructa (vt videbimus *) octo igitur, non plura, neq; pauciora capitis oſſa ſunt. Quorũ (vt magnitudinem quoq; perpendamus) duo exigua, inquit Ariſtoteles, .g. ſcilicet reliquorũ cõparatione, circa aures poſita ſunt, quæ nos temporũ oſſa nuncupamus. Sed Ariſtotelis ſententia tunc vera eſſet: quando ſex dũtaxat capitis oſſa numerauerimus. Additis autẽ duob⁹ alijs ſcilicet ſphenoide, ac ithmoide oſſibus: omnium proculdubiò minimũ eſt ithmoides: poſt ipſum verò deinceps ſi lõgitudinem perpendimus duo tẽporũ prędicta oſſa ſunt: tertio loco ſphenoides. Quod ſi ad pondus, moliſq; magnitudinem attendimus, ſphenoide adhùc maiora temporũ oſſa dicenda ſunt: Quartum magnitudinis locum tenent frons, & occiput. Omniũ deniq; maxima ſunt, ampliſſimaq; oſſa ſyncipitis. Quæ eadem verticis, Græceq; bregmatis oſſa nuncupamus. At ſingulorũ figuras perpendamus. Syncipitis igitur, verticiſue oſſa (vt rectè hic Galenus ait) quadrilatera ſunt. Quorũ quatuor laterũ, quod anterius eſt, coronali: poſterius verò lambdoide, ſuperius recta: Inferiuſq; demùm ſquamoſa ſutura vtrinq; terminantur. Temporũ autem oſſa triũ laterũ eſſe inquit (quãquã minus rectè). Sex enim anguli, vel quinq; magna ex parte in eis ſunt: vel ſi aliter conſiderare velis, ad circularem potiùs figuram referẽda ſunt: remotis ſcilicet quatuor proceſſibus, quos commento ſequenti dicemus, eaq; etiã parte remota, quæ ad futurę lambdoidis extremũ accedit è regione mamillari proceſſui reſpõdens, ac ſuperſtans, nõ ob aliud extenſa, niſi vt ei quidem ſinui, qui à cõmuni foramine incipit ſexti paris neruorũ cerebri foras exeuntis, ac internę iugularis venę maioris propaginis, & ſoporalis arterię minoris ſurculi in caluariã ſubeuntiũ: harũ inquã duarum, ſcilicet venę, arterięq; ſinui auxilium pręberet. Satis enim appoſitè ſub illa parte ſinus hic excauatur, atq; à mamillari proceſſu defenditur. Semotis igitur ea ſinu recipiente parte, ſiue mauis dicere eo proceſſu: Itemq; alijs quatuor proceſſibus mamillari inquã, ſtyloideq;, & auditorio etiã labyrintho, nec nõ & Zygomatis dimidiũ cõſtituẽte proceſſu, ad rotũdã figurã quod remanet temporũ oſſis referri non ineptè poteſt. Ad quam & frontis quoq; os aptiùs, faciliuſq; apud

recentiores

Cõtra Galenum.

* Com. prę cedenti.

Cõtra Galenum.

c. 11. d v.p. cap. 9. poſt princ.

d. infrà c. 3. com. 7. Cõtra Galenum.

e. Cap. 3. & 5.

f. Circa fi- nẽ c. 9. lib. 11. de v.p.

* infrà c. 3. Oſſiũ capitis magnitudo.

g. 3. de hiſt. animal. c. 7 poſt princ. Cõtra Ariſtotelem.

Oſſiũ ſyncipitis fig.

Temporũ figura. Cõtra Galenum.

Oſſis frontis fig.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 80 sur 292

©BIU Santé

recentiores quosdã prȩcipuos Anatomicos reducitur. Nos autẽ in hoc osse quatuor latera superficietenùs duntaxat, atq; extrinsecùs cõsiderantes obseruauimus. Quorum primũ est, quod tota coronali futura terminatur: secundũ verò oppositũ, quod secunda cõmunium prȩscriptarũ futurarum á tempore ad tempus per mediam oculorũ cauitatẽ sæpitur. Tertiũ verò, & quartũ latera (vtrinq; scilicet vnum) sunt, quæ ab eis futurę primę cõmunis portionibus terminantur, quibus à squamosa, coronaliq; futura, ad principiũ vsq; secundę futurę cõmunis iam iam dictę frontis id os à sphenoide distinguũtur. At enimuerò semotis quidem alijs omnibus ossibus, solũ frontis os in manu capientes, imprimis quodammodò circularem figuram inuenimus: vt scutella quędam appareret ad bibendũ, ędendũq; idonea, vnica ferè linea, vnicoue latere circulari terminata, quę est ex coronali, septimaq; à nobis posita futura cõmista. Sicq; nisi propter oculos vtrinq; cõprimeretur, dimidiam sphęram exquisitè repręsentaret. At quoniã inferiore in parte cõpressum, & quasi applanatũ est, & ob octauũ officulũ etiam apertũ huiusmodi hemisperiũ est: Ideò si exquisitiùs cuncta perpendere voluerimus, duas coronalis futurę partes esse inueniemus vnũ latus terminantes circulare: Tertiam verò circuli partem per mediũ adhùc diuisam, vbi est octaui officuli spatiũ, duo alia (vtrinq; scilicet vnum) habere latera. Sicq; tria esse cõperiemus. Alia verò tria erunt, quæ cribrosum os circũterminant: Idcircò nõ temere ἑξτάπλευρον, hoc est, sex laterũ esse os frontis dicere possumus, prȩter duos processus, qui oculorum supercilia efformant. Quæ alia quoq; latera si quispiam vocet, octoq; hinc latera inesse cõcludat, ὀκτάπλευρα nuncupans, minimè reprehendendus veniret. Occipitis autẽ os septem lateribus, ac per hoc septem quoq; angulis cõstat, nõ quinq;. Imprimis enim duo sunt ab ipsius futurę lambdoidis cruribus terminata latera, ad eum vsq; locũ, vbi squamosę futurę vtrinq; occurrunt: Duo item alia, quæ à lambdoidis vocatis additamentis, vsq; ad foramen ossium temporis, atq; occipitis cõmune, prope styloidem processum, sub mamillari, vtrinq; sepiuntur: Aliaq; deinceps duo sunt à dictis foraminib⁹ ad lineam vsq; occipiti, ac sphenoidi cõmunem extensa, sicq; sex sunt. Septimũ verò demũ latus est, quod à prędicta linea terminatur. Septem igitur laterũ, septangulũq; occipitis os est: plurimiq; angulorũ obtusi, prȩter duos, qui à prętacta cõmuni linea tanguntur. Hi enim ad rectũ quodammodo accedunt. At quid de sphenoidis ossis figura dicendum est? Respondemus ideo πολύμορφον Grȩcè, latinè autẽ multiforme nuncupari os id dicentes, quia multas, diuersasq; formas, ac figuras, secũdùm diuersas quidem partes habet, diuersosq; suarũ partiũ vsus. Imprimis igitur quatenùs ad totũ os attinet, cunei vsum, ac formã repręsentat, ossa quędã capitis à seinuicem, & à maxilla superiore: videlicet ossa temporũ ab osse frontis vtrinq;, & à primis etiã, quartisq; maxillæ superioris ossibus separans. Inde dicitur sphenoides q. d. cuneiforme. σφὴν enim Grȩcè cuneum nobis significat. Haud verò determinata est cuneorũ figura, sed qualis est, quã replere (vt sic dixerim) incuneando debeat, cauitas, siue interuallũ, talis & ipsius cunei forma à fabris prȩparari, atq; adaptari solet. Quòd si tamen ipsius cuneiformis ossis figurã cõspicies, primo quidẽ intuitũ ad quadratã quodammodo pertinere videbitur. Exquisitiùs verò, atq; adamussim singulas eius partes perlibrans, quamplurima in eo latera inuenies. Quæ tametsi vt lubet cõsideranti, plura, pauciorue esse appareant: Nobis tamen εἰκοσάπλευρον, hoc est, viginti laterum, siue ἐ κοσάγωνον, hoc est, viginti angulorũ id os esse determinandũ potiùs apparuit. Sunt enim in eo latera viginti hoc modo. Imprimis in posteriore, exterioreq; parte vtrinq; vnũ: qua scilicet cũ tẽporis ossibus semicircularibus quibusdam lateribus cõiungitur. Inde verò duo vtrinq; latera sunt. Quorũ alterum deorsum versùs palatũ, alarũ vespertilionũ similes processus cõprehendens: alterũ verò in inferiore etiam, sicuti & prędictũ, posterioreq; parte. Sed hoc quà cum auditorio tympano constituitur, ad lineã vsq; sphenoidi, & occipiti cõmunem superiùs declaratã, perueniens est. Septimum verò latus est, quod prędicta cõmuni, coalescẽteq; interim linea terminatur. In superiore autem, exterioreq; regione vtrinq; vnum est: quà scilicet ab osse temporis, futurisue coronali, & squamosa cõiunctis exordiens, deorsùm quadãtenùs circulariter, & quartę circuli parti assimile, ad locum vsq; perueniens est: vnde secunda futura cõmunis capiti, maxillęq; superiori (quæ scilicet per mediã oculi cauitatem ad mediũ superciliorũ peruenit) principiũ sumit. Deinceps verò descendendo deorsum, ad locũ vsq;, vbi prope extremũ, intimumq; dentem, quarũ maxillæ superioris os cũ pterygoidis, alatiue processus gibba parte nõ cõstruitur modò, sed etiã coalescit, tria vtrinq; latera obseruabis, tresq; angulos. Quorũ primũ latus est: dum sphenoides cũ primo superioris maxillæ osse cõstruitur: amboq; sese inuicem cõtangunt. Secundũ latus est, vbi à prędicto primo supernæ maxillæ osse dehiscit, abestq; sphenoides: vt apertum foramen: siue potiùs quędã scissura in sui & quarti ossis maxil lę superioris medio appareat: per quã non modò quarta tenuioris surculi neruorũ tertij partis propago pertranfit: quæ ad internam temporalis musculi sedem cõtendit, sed etiã & quinti neruorũ cerebri paris minor radix ad eundẽ quoq; tẽporalem musculũ, aliumq; intùs in ore delitescentem distribuenda progreditur. Quinimmò per eandem sciſſuram pituita (vt videbimus .*h*.) ad nares, magisq; ad palatũ expurganda descendit. Tertium

Occipitis figura. Cõtra Vesalium.

Sphenoidis figura.

Sphenoidis, & Maxillæ superioris foramen commune.

h. Infrà com. 8.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 81 sur 292

©BIU Santé

deniq; ſphenoidis in eadē anteriore, atq; exteriore, inferioreq; ſimul parte latus eſt deorsùm ab ea ſciſſura, foramineq; ſphenoidi inſculpto. Quod ad recipiendam è ſciſſura pituitam, eamq; in palatū, nareſue deferendā paratū eſt, deſcēdit, adintimū vſq;, genuinumue dentem protenſum. Quindecim igitur, ſi diligenter annumeraueris, ſphenoidis oſſis latera prędicta hucuſq; iā ſunt, exteriùs quidē abſq; caluariæ fractura, vel oſſiū ſeparatione, ſeu ſuturarū diſſolutione conſpicua. Quemadmodū & alia quoq; duo ſunt: quæ licet intùs appareant: euidentiùs tamen exteriùs determinantur: ea videlicet cōmuni ſutura (quam ſecundo loco Galenus declarauit, .i. à tempore ad aliud tempus, per mediam oculorū cauitatem, pertranſeuntē) propè minorem, exterioremue oculi angulū: vtrobiq; ab oſſe frontis ſeparata. Sed prēter hæc dicta frontis apparentia latera decem & ſeptem, alia quoq; tria ſunt intùs, & non niſi vel fractis, vel ſeparatis quibuſdam oſſibus perſpicua. Quorum primū eſt: quod ſeptima à nobis prenarrata peculiari ſutura ab oſſe frontis, octauoq; oſſiculo ipſum os ſphenoide diſtinguente anteriore in parte conterminatur, duoq; demùm in poſteriore parte vtrinq; in proceſſibus auium alarū quamſimillimis ſuper ſecundo, omniumq; ſphenoidis foraminū maximo, ſecundęq; neruorū cerebri cōiungationi dicato ab infundibulo versùs frontem, parte illarū alarum poſteriore. Ecce igitur ſphenoidis oſſis latera viginti, ac per hoc vniuerſalem figurā εἰκοσάπλευραν, hoc eſt, viginti laterum. Quod ſi alatos veſpertilionū inſtar proceſſus nō ſimplices cōnumeraueris (prout nos hucuſq; fecimus, totum qui deſcendit, proceſſum, cum gibba, concauaq; parte, ac alis pro vno capientes: ideoq; pro vno vtrinq; latere computauimus) ſi inquā nō pro vno, ſed pro duobus vtrinq; proceſſibus capias (vti quidem ſumunt) tunc non viginti tantùm, ſed viginti duo erunt ſphenoidis latera. Quod verò ad eiuſdem partes attinet, varias in eo formas inuenimus. Imprimis enim prędictos auium alis quamſimillimos proceſſus videmus: quos nō temerè πτερυγοειδεῖς nuncupare etiā poſſumus, latinè aliformes, addendo interim dictionem [intrinſecos] ſiue [ſuperiores] ad aliorum proceſſuum πτερυγοειδῶν extrinſecorū, inferiorūq; differentiam: quæ nō volucrū, auiumq;, ſed veſpertilionū aliſ ſimiles ſunt. Quod ſi totum ſphenoidis dimidium, quod à latere, cōmuni ſutura prima circumſcriptum conſideres: quantū ſcilicet ab eadem ſutura deorsùm tendente anteriùs ad intimū vſq; dentem: poſteriùs verò ad locum vſq; ſub tēporis oſſis proceſſus, qui Zygomatis, iugaliſue oſſis pars eſt, circumſcribitur, leonis brachiū cū toto humero, ac ſcapula repręſentat: prēterea in ea interiore parte, ad quam cerebri infundibulum pituitam è ventriculis ſuſcipiens deſcendit: glandulaq; ibi ſita eſt, talis infundibuli baſis, ac fundamētum, curſoris equi vetuſtioribus vſitatā ſellam repreſentat: illis prēcipuè proceſſibus perpenſis, qui alarum principia ſunt, alioq; poſteriùs è regione illorum poſito. Qui ambo ad hoc facti ſunt: vt eis craſſior membrana cerebrū inuoluens firmiùs, ac pertinaciùs adhęreat, cōnaſcaturq;, ac ſi ab eis originem duxerit: altiùs interim procedens, vt ſub ſe adeni cooperiendo cędat. Quamobrem nonnulli non temerè κλινοειδεῖς q. d. ſellulares, ſeu ſelliformes proceſſus, prēcipueq; priores nuncupant. Prius autem, poſteriuſq; hic dicimus, non ad capitis poſitionem, ſed ad alas quibus aſſimilantur, comparantes. Sed hæc de ſphenoidis oſſis figura, lateribuſq; dicta intantùm ſint. Ad octauū igitur os pertranſeamus: cuius interior forma, quia cribro multiſq; foraminibus prædicto colo ſimilis eſt: Idcircò ab anatomicis ἠθμοειδῆ q. d. cribroſa, ſeu cribro, aut colo ſimilis dicta eſt; ipſumq; os ἠθμοειδὲς, hoc eſt, cribroſum, colatoriumue nuncupatur. ἠθμὸς enim Grēcis, idem, quod nobis cribrū, ſiue colum refert, criſtę gallinaceę æmulū vocat Syluius. Nos autem hic iuxta Galeni dogmata, prout in noſtra iuuenta conſueuimus, huiuſmodi os declarabimus: poſteriùs verò noſtram circa id ſententiam aperiemus. [k] [Satius igitur fuiſſet (inquit Galenus. *l.*) huiuſmodi oſſa nō magis ἠθμοειδῆ (hoc eſt, cribroſa) quā à ſpōgię ſimilitudine σπογγοειδῆ, quod eſt, ſpongioſa, nuncupaſſe: quemadmodū Hippocrates ea cōparauit. Varia enim habēt foramina ſpongiarū inſtar, neq; ea habēt recta, vt cribra. Ipſa enim dura meninx, quæ cerebrum cōtingit, inſtar cribri eſt perforata. Prępoſita autem ipſi oſſa magis adhùc variè (ſcilicet perforata ſunt) & quemadmodū ſpongię ſunt meatibus, neq; ex directo ſibi ipſis reſpondentibus, neq; rectis planè exiſtentibus omnibus: & quāquā eorum nōnulli meatus ſunt eiuſmodi, plurimi tamē ſunt tortuoſi, & anfractuoſi, vt longus error, & circuitio lōga priùs ei ſit cōficienda, quod per eos ad cerebrum peruenturū eſt.] Quanuis igitur interna in parte, qua cerebrum os id tāgit, membranamue ipſius inuolucrū, plurima ſibi inuicem proxima foramina cribri ſimilitudinem referant: Nihilominùs tamen iuxta Galenum tota oſſis ſubſtantia intùs eo modo, quo dictum eſt, ſpongię inſtar tortuoſa, anfractuoſaq; habet foramina, meatuſq; ad exteriora penetrantes. Atq; idipſum ſi ſic aliquando ſit, nō ſine ſumma optimi creatoris ſapientia factum eſt. Etenim [quia olfactus verum organum ſenſorium ex omnibus ſolum (vt idem ait .*m.*) intra cranion extitit, in ipſis videlicet cerebri anterioribus ventriculis, qui etiā vaporoſum ſpiritum cōtinent: Ideò oportebat cerebro operimentū quoddam eiuſmodi eſſe circumiectum, quod tùm cōſeruare ipſum poſſet, tùm tranſitum ipſorū ſenſibiliū interea nō impedire. Verùm ſi impediturum non erat, tantò id rarius eſſe oportebat operimento auditus, quantò ſenſibile huius,

quam

i. ſuprà tex. prēcedenti.

Proceſſus pterigoides.

Brachium leonis.

Sella.

Sellulares proceſſus.

Octaui oſſis forma.

k. Com. 8. huius.

l. 8. de v.p. c. 7. in prin. & vide etiā c. 6. in fine, & lib. 9. c. 3 poſt med.

Cur octauū os variè perforatū. m. Ibidem cap. 6.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 82 sur 292

©BIU Santé

„ quam auditus, crassorũ erat partium] quod fumalis quędã euaporatio, vel non sine fumali euaporatione apud ipsum quoq; Aristotelem, .n. est. Sed ne ob id quidem solum laxius esse, rariusq; os illud, multisq; foraminibus peruiũ oportebat, quia scilicet odorabiles vapores aere crassiores recipere cerebrũ debebat: sed etiam quia per huiusmodi foramina (vt videbimus .o.) cerebri excrementa deorsùm foras effluere opus erat, si nõ semper, ac integrę sanitatis tẽpore, saltem quotiès malè affectum cerebrũ extiterit. .p. Ob aeris enim ingressum in inspiratione, sat erat foraminula, sed nõ adeò laxa, seu rara fabricata esse. Sic igitur cùm perforatũ esset, sensibiliũ vaporũ transitũ, atq; excrementorũ quoq;, nedùm aeris, impediri nõ continget. Triplex enim eiusmodi foraminum vsus est. Primus quidem, ad inspirandum aerem, propter animaliũ spirituũ nutritionem. Secũdus verò propter ingressum odorabiliũ vaporũ (Ambo igitur hi propter exterioris substantiæ ingressum.) Tertius verò demùm est, vt intùs existẽtia quædã cerebri malè affecti excremẽta foràs eijciantur. Tortuosa verò, & anfractuosa fieri (Galeno etiã docẽte) operępretiũ fuit: simul ne viribus integris aer frigidus inspirantibus nobis recta in cerebri vẽtriculos sese insinuet. Sicq; cerebri temperamentũ alteret, corrumpatue. Atq; hæc pro primo, secundoq; prędictorũ vsuũ, qui ad recipiendũ intrò, siue solum, siue cũ fumalibus euaporationibus odorabilibus, aerem sunt. Pro tertio enim vsu (qui est ad euacuandũ extra quęcunq; cerebrũ malè affectũ, pręsertim in anterioribus partibus excrementa coaceruarit) facta est etiam eiusmodi foraminũ, meatuumq; tortuositas: Ne repente, vel inuitis nobis, aut interdùm comedentibus, aut quoduis honestum opus agentibus, per nares ea excremẽta, mucoresue destillent, vel aceruatim decidant. Si quidẽ igitur instar cribri recta foramina essent, hęc absurda cõtingerent, cùm nil posset cribrũ retinere liquidorum, quin citò pertrãseat, ac defluat. Spongiæ verò aquam, seu vinũ, aut quodlibet, & quantumuis fluidũ in anfractuosis suis meatibus cõseruare possunt: vt nisi vel manibus spongias ipsas cõprimamus, aut violenter, puta labijs adhibitis, trahamus, fugamusq;, aut quouis modo à tergo propellamus, nihil humoris à spongia foràs educatur. Idcircò secundũ nostrã volũtatem, quùm volumus, vel efflando, vehementerq; expirando, ac per hoc spongiosa huiusmodi corpora comprimendo, & impellendo excremẽta foràs eructamus. Inspirando autẽ, & ab exterioribus aerem aliquo impetu trahendo, ipsos quoq; vapores odorabiles intrò facillimè trahimus. Veluti etiam quùm vel odorum intrò, vel excrementorũ foràs transitũ nolumus, nõ efflationem modò, vehementemq; expirationem, sed ipsam quantumuis leuem expirationẽ per nares, aut inspirationem quoq; retinere solemus, apertoq; potiùs ore inspiramus, expiramusq;: ne inuitis nobis vel malus odor ad cerebrũ perueniat, vel excremẽta turpiter foràs decidant. Atq; idipsum Galenus* quoq; innuit, mutuũ quoddã sibi inuicem auxiliũ prębere insinuans. Prima enim operatio, quæ respiratio est, secundã, scilicet odorationem inspiratione adiuuat. Tertiam verò scilicet muccorũ expurgationem expiratione iuuat. Similiter secunda, quæ est odoratio, inspirationi gratias refert, docendo per odorem ipsum, putridũ aerem, seu vapores, quos fugere debet: hunc à puro, & salubri, quem insequi, amplectiq; debet, distinguendo. Tertia quoq; expirationi, primęq; gratias refert: quoniam expurgatione facta, promptior posteà, faciliorq; ipsa expiratio fit, inspiratioq;. Quamobrem secundę etiã ipsa tertia confert, sicut tertię secunda profuerat: quatenùs odoriferis calefaciendo cerebrũ, vel ipsum roborãdo, causa est oportunæ purgationis, importunas interim impediẽdo. Causaq; priùs est, ne in cerebro talia coaceruentur excremẽta. Iam igitur vides quomodo beneficijs retaliando sibi inuicem tres huiusmodi cribrosi ossis vtilitates cõferunt. Verùm de huiusmodi ossis cribrosi, spongiosiue fabrica nuper iam à nobis, nulloq; ab alio, quem viderimus, inuenta: deq; excrementorũ per nares expugatione, veluti & de alia, quæ per palatum fit, vberiùs infrà sermonẽ nostra ex sententia habituri sumus. .q. Nunc verò ad spongoidis, octauiq; ossis latera conuertamur. Etenim interna parte, qua cerebrũ respicit, cribrosumq; verè est, quadrilaterũ existit, duo scilicet longiora: quæ à dextris, & sinistris sunt: duo verò breuiora, vt quæ ante, vel retrò existunt, latera possidens. Ex alia autem parte, quæ intùs nares occultatur, circulares quodammodo figuras vtrinq; in spongijs hoc ipsum os præsefert: ibiq; potiùs spongiosum dici potest. Exquisitiùs autem cõtemplando, vtrinq; quadrilaterũ, forteq; laterũ quinq; esse dicendũ venit (vt videbimus, .r. quùm perę id spõgiosum vniuersum os cõparauerimus.) Sed hęc de ossiũ capitis numero, magnitudineq;, ac figura hactenùs dicta sint: Priùs quã verò ad eorundem ossium propriã substãtiam, ac processus cõuertamur, pro Galeni videlicet interpretatione, quasdam figuras hic apponere decreueramus, pro prędictorũ omniũ lucidiore contemplatione, ac intelligentia. Sed cùm ex figuris quarta, sexta, & septima: quinimmò ex tribus etiã primis vniuersalibus in fine procemij: quatuorq; alijs nõ naturalibus in cõmento tertio huius aliquo modo pateant: Idcircò ad illas reuertentes, dicemus quòd.

Sutura coronalis notatur 1. 2. 3. 6. fig. Itemq; 1. & 4. fig. nonnaturalium: quæ sunt in commento tertio litera A.

Sagittalis fig. 3. c. & com. 3. fig. 1. 3. 4. B.

n. Lib. de sensu, & sensato.

o. Infrà com. 8.

p. Vt eodẽ cap. 6. 8. de v. p. & vide etiã cap. 7. eiusdem.

Cribroso foraminũ vs⁹ triplex.

Cur foramina tortuosa ratio duplex.

* 8. de v. p. cap. 6. & 7.

Tres foraminũ vsus quomodo sibi inuicẽ famulẽtur.

q. Com. 8. Spongodis latera.

r. Com. 8.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 83 sur 292

©BIU Santé

Lambdoides fig. 2. & 3. B. & com. 3. fig. 2. C.
Squamoſæ fig. 1. 2. 3. 6. & com. 3. fig. 1. 2. 3. D.
Prima cõmunis fig. 2. E. ſuperius principiũ notatur. Itẽ 2. fig. 3. ξ. fig. 4. α. β. γ. δ. mediũ eius fig. 6. b. c. d. quòad primũ ſuperius iterũ. Et fig. etiã 6. a. b. c. d. In com. 3. fig. 1. 2. 3. 4. lit. E. F.
Linea, quæ lambdoidis additamenta determinat: ſphenoideſq; os ab occipitio ſecernit, patet fig. 6. lit. n. n. Iterumq; notabitur infrà com. 8. fig. 1. lit. π.
Sutura ſecunda cõmunis apparet fig. 1. 2. 3. lit. p. & fig. 4. m. p. & com. 3. fig. 1. 2. 3. 4. lit. etiã p.
Sutura ſexta indicatur fig. 4. proœmij lit. a. b. c. d. F.
Sutura ſeptima ſignificatur ibidem lit. r. ſ. t. u. x. y. z.
Sella autem cum ſua intermedia cauitate apparebit notata com. vltimo fig. 1. lit. M.
Oſſium capitis prędictę circumſcriptiones ex futurarũ habita notitia eluceſcent. Figuræ autẽ prędictorũ oſſium ex particulari cuiuslibet oſſis in manibus retenti cõtemplatione, non ex depictis his, vel alijs figuris liqueſcere queunt: pręſertimq; ſeptimi, & octaui oſſis. Sed ad oſſium prędictorum vnà cum Galeno ſubſtantiam, proceſſuſq; progrediamur: ſic dicentes.

TEXTVS SEPTIMVS.

ϛ

„ Καὶ δὴ καὶ τῶν εἰρημένων ἓξ ὀστῶν, τὰ μὲν τ βρεγματος χαυνότα τάτε καὶ ἀσθενέςατα τετύχηκεν ὄντα. πυκνό-
„ τατον δὲ, καὶ ἰσχυρότατον τὸ κατ' ἰνίον, μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸ χ͂ι μέτωπον. ἑκάτερον δὲ τ λοιπῶν, χ͂ι τῶν τὰ ὦτα,
„ πολυειδὲς ὑπάρχει. τὸ μὲ γάρτι μέρος αὐτῶν ὀνομάζεται λιθοειδὲς, ὥσπερ ὄυν καὶ ἐςὶν ὁρίζεται δὲ τᾶτο τοῖς ἐπεκ-
„ τεινομένοις πέρασι τῆς λαμβδοειδῆς ῥαφῆς. ἐν τότῳ καὶ ἡ συλοειδὴς ἀπόφυσις ἐςὶν, ἥν ἐγὼ βελονοειδῆτε, καὶ γραφο-
„ ειδῆ καλῶ, καὶ ἡ τὸν ἀκουςικὸν περιέχουσα πόρον. ἕτερον δὲ μέρος ἐφεξῆς τᾶδε, τὸ χ͂ι τὰς ἐκφύσεις ἐχὶ, τῆνπε μασο-
„ ειδῆ καλεῖ τὴν, καὶ προσέτι τὴν ἓ ζυγώματος, καὶ τρίτον ἐπὶ πᾶδε τό χ͂ι τὸν κρόταφον.

τ

Horum autem ſex iam dictorum oſſium, quæ ſyncipitis ſunt, rariſſima, & infirmiſſima: denſiſſimum verò, firmiſſimumq; quod occipitis: Medium autẽ amborũ, quod frontis exiſtit. Reliquorũ ad aures poſitorũ, vtrunq; multiforme eſt. Nanq; horũ pars quędã petroſa, quemadmodũ iam eſt, nuncupatur. Hæc autẽ lambdoidis futuræ protenſis finibus terminatur. In ea ſtyloides proceſſus eſt: quem ego acualem, & ſcriptoriũ appello: Hæcq; auditoriũ meatũ cõtinet. Altera verò deinceps pars huius oſſis eſt, ſecundùm exortus, ecphyſeſue tùm mamillarem nuncupatũ, tùm iugalis oſſis, Tertiaq; pręter hanc pars, quæ temporis eſt.

COMMENTVM SEPTIMVM.

Cõtra Galenum.

BIFARIAM defecit hoc in loco Galenus in declarãda oſſium capitis ſubſtantia: Primò quoniã ſex (cùm octo ſint) ſupponens, de his ſolis loquitur. Secundò quoniã neq; illorum ſex ſubſtãtias completè declarauit. Niſi tantùm quatuor: videlicet ſyncipitis duorũ, occipitiſq;, & frontis aliorũ duorum: Syncipitis quidem oſſa dicẽs rariſſima, & infirmiſſima: occipitis verò os denſiſſimum, firmiſſimumq;: ac frontis deniq; os raritate, ac denſitate, nec non firmitate, & infirmitate mediũ inter prędicta eſſe. Rarius enim infirmiuſq; frontis os occipitis oſſe eſt; ſyncipitis autem oſſibus firmius, denſiuſq;. At quid de temporis oſſium ſubſtãtia dicendum? Galenus profectò multifariàm hæc oſſa ſe habere ſubdit: Ideoq; in tres partes diuiſit. Quarum prima omniũ infirma, intuſq; magis apparens eſt, quæ λιθοειδὴς, latinè petroſa nuncupatur: non modò quia petræ duritiem referat, petræue in duritie aſſimiletur (vt aliquãdo Andernacus interpretatus eſt .ſ.) Hac enim ratione occipitis os lithoides, hoc eſt, petroſum aptiùs nominaretur: cùm omnium duriſſimũ, ac denſiſſimum, firmiſſimũq; ſit: ſed potiùs quia aſpera pars ea eſt, effractæ, pręruptęue lapideę rupis imaginem pręſeferens. Idcircò Balamius hic verba illa expoſitiua ſubdit [quia petrę reuera ſpeciem refert] Andernacuſq; etiã ipſa alibi: quùm ſcilicet Introductorij interpres eſt, ait .t. [quia petrę modo prominet] petroſum appellari innuens, nõ ad duritiẽ ibi, ſicut in libro de anatomicis adminiſtrationibus, ſed ad exterioris formę ſimilitudinẽ referendo. (Interpretum enim verba ſunt illa, quæ nomenclaturæ, ſimilitudiniſq; rationem exprimunt.) Galenus autem ſolo vſus eſt nomine [λιθοειδὴς] hoc eſt, latinè [petroſum] nil de ſimilitudinis ratione ſubiungens. Quòd ſi de huius oſſis duritie nonnihil de vſu partium libro octauo, .u. & nono .x. Galenus ipſe etiã tetigit: quatenùs quidem os durum eſſe, pro neruorũ tutela deberet, non reliquorũ oſſium cõparatione id dixit: prout cõſideranti liquet. Quanquam haud inficias interim ibimus vtraq; ratione ſimul petroſam hanc partẽ dici poſſe: quia ſcilicet petrę tùm ſubſtantię aſperitate, prępteq; cuiuſdã rupis prominẽtia, tùm duritie aſſimiletur. Cùm pręter occiput, reliquis omnib⁹ capitis partibus

durius

Oſſiũ temporum ſubſtãtia quæ.

ſ. 4. d anat. adm. c. 11. circa princ.

t. Cap. 12. poſt princ.

u. Cap. 6. circa med. x. Cap. 13. vers⁹ finẽ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 84 sur 292

©BIU Santé

durius id ſit. Prima tamen ratio fuit ab impoſitoribus primitùs intẽta. Si enim ad petrę duritiem primò intendiſſet, occipiti omnium duriſſimo lapidei nomen potiùs dedicaſſent, vti prędictum iam eſt. Secundam partem temporis oſſis eſſe dicit, quæ ad mamillarẽ, iugalemq́; proceſſus pertinet mediã hanc partem (licet exteriùs infima appareat) intelligito, cuius anteriora cõmunium prima ſutura, poſteriora aut lambdoidis additamẽtis determinatur. Tertiamq́; tandẽ eſſe voluit, totum id oſſis eiuſmodi interuallũ, quod iugali ſuperiacet, ac à tẽporalibus muſculis occupatur. Itaq; nõ ſecùs ac oſſibus illis cõtingit: quæ ſacro oſſi cõmittuntur, quòd ſcilicet tres eius diuerſę partes tria quoq; diuerſa nomina obtinuerũt: Ita & oſſibus temporũ euenit. Vt vna pars petroſa appelletur, ea ſcilicet quæ ad temporalis oſſis baſim inter lambdoidis additamenta etiã, & communem prędictã ſuturam, interiùs tanquã cerebri baſis portio pertinens: Inferiuſq; tamen, exteriuſue ſtyloidẽ proceſſum in ſe, atq; auditoriũ tympanũ cõtinens eſt: Secunda verò pars ſit, quæ tametſi nomine caret: In ſe tamen mamillarẽ proceſſum, iugalemq́; exteriùs magis exiſtens cõprehendit: Tertiaq́; tandem pars exiſtat, quæ totiùs nomine appelletur, ac per hoc temporis os nuncupetur: quãtum ſcilicet de eo oſſe à tẽporali muſculo cooperitur. Sic igitur hoc in loco Galenus huiuſmodi temporis oſſa deſcribit, nullam interea mentionem faciens de huiuſmodi oſſiũ raritate, vel denſitate, ſeu firmitate, aut infirmitate: quanquã de his locuturũ quòad hæc oſſa attinet ita in ſex omnibus propoſuiſſe videretur. Nos autẽ quomodo in duritie, denſitateue, ac firmitudine ſe habeant temporum oſſa, ex Hippocrate, atq; ipſo etiã Galeno clariùs determinabimus. Modò priùs vnum circa lapidoſi oſſis nomenclaturã annotemus. Etenim tametſi veluti diximus Galenus pro vna duntaxat trium partium oſſis temporis, lithoides, petroſumue definiat: Nihilominùs tamen Veſalius ex veterum anatomicorũ cõſuetudine, nõ primam modò partem: at ſecundæ etiã partis portionem eam, quæ ad mamillarem proceſſum refertur: itemq́; occipitis quoq; inferiorem vtrinq; circa foramen dorſali medullę dicatum, ſub petroſi oſſis nomine comprehendẽdum voluit.* Tuum verò eſt vtrunq; petroſum os capere velis, dummodò intellexeris priùs Galenũ ſtrictiùs, pro tẽporis duntaxat prima parte, petroſi nomen vſurpaſſe, atq; interim modum, quem primò ſumpſeris, perpetim, clarioris doctrinæ gratiã, obſerues. Quemadmodũ & nos faciemus, Galeni more lithoides, petroſumue perpetuò ſumentes. At enimuerò de prędictorum ſex oſſium ſubſtantia, & firmitate Hippocratem intelligamus: quùm ita poſteris ſcriptũ reliquit. .y. [Vniuerſi capitis os tenuiſſimũ, ac debiliſſimum, quod eſt circa ſynciput, & carnem pauciſſimam, ac tenuiſſimam hac parte os in ſeipſo habet: & cerebrũ hac capitis parte plurimum ſubeſt. Et quia hæc ita ſe habent: Ideò vbi vulnera, & tela æqualia ſunt magnitudine, & minora: & ſimiliter vulneratus quis ſit, & minùs: os hac capitis parte, & magis cõtunditur, & rumpitur, & magis intrò cõtuſum cedit, & lethaliora, ac ad curandum, & effugiendũ mortem, difficiliora ſunt vulnera in hac parte, quã alibi in capite. Et vbi ſint æqualia vulnera, & ſimili modo vulneratus quis ſit, & minùs, maximè autẽ ex vulnere moriturus homo eſt, breuiore tempore moritur, qui hac parte capitis vulnus habet, quam qui alia. Cerebrum enim & citiſſimè, & maximè iuxta ſynciput ſentit mala: quæ & in carne, & in oſſe fiunt. Sub tenuiſſimo enim oſſe, ac modica carne cerebrum eſt hac parte, & plurimum cerebrum ſub ſyncipite iacet. Cæterum ex reliquis oſſibus, id quod circa tempora eſt, debiliſſimum eſt. Cõmiſſura enim eſt infernæ maxillæ ad caluariã, & motus in tẽporibus ſurſùm, ac deorſùm, velut articuli: Et auditus propè ipſum eſt. Et vena per tempora extenta eſt caua & fortis. Omni verò capitis oſſe robuſtius eſt os, quod poſt verticem eſt, & quod eſt retrò aures robuſtius eſt, quã totũ, quod in anteriore parte eſt, & carnem ampliorem, ac profundiorem in ſeipſo hoc os habet. Et ſanè ita ſe habentibus his, ſi quis & vulneribus, & telis omnibus æqualibus, ac ſimilibus, aut maioribus, æqualiterq́; ſit vulneratus, aut magis, hac capitis parte os minùs rumpitur, & cõtunditur. Ac ſi ex vulnere alioquin moriturus homo eſt, ſi in poſteriore capitis parte vulnus habet, diutiore durans tẽpore morietur. In longiore enim tempore os ſuppuratur, & deorſum ad cerebrũ transfunditur: propter oſſis craſſitudinem, & paucius etiam cerebrum hac parte ſubeſt. Et plures mortem effugiunt plerunq; ex his, qui poſteriore capitis parte vulnerati ſunt, quam qui anteriore. At verò quùm ſedes telorum acutorũ, ac leuiorũ ipſę per ſeipſas fientes in oſſe abſq; fiſſura, ruptioneue, & cõtuſione, ac introceſſione ſint (fiunt enim hę ſimiliter & in anteriore, & in poſteriore capitis parte) ex his mors nõ cõtingit æqualiter, & ſecundũ iuſtitiam: neq; etiã ſi cõtingit. Sutura verò in vlcere ſi cõpareat, oſſe denudato, quacunq; capitis parte vlcere fiente, debiliſſimum os eſt, ad reſiſtendum vulneri, ac telo: ſi in ipſam futuram telum incubuerit. Et maximè omniũ ſi telum in ſyncipite iuxta debiliſſimã capitis partem incuſſum fuerit: & futurę circa vulnus, ſi ita cõtingat, fuerint, & telũ ipſas futuras cõtigerit.] Hæc Hippocrates. Cuius verba longa voluimus ſerie in medium afferre. Vt multa quidẽ effatu digna, ſcituq́; neceſſaria in illis pernotemus. Imprimis igitur aduertendũ eſt, quòd, quia tenuiſſimum, ac debiliſſimũ omnium capitis oſſium eſſe voluit id, quod circa ſynciput eſt, Græcè κατὰ κρέγμα, Idcircò ſecundũ locum in debilitate obtinuiſſe ratione dignum, ac neceſſariò cõſequens eſt,

Oſſis temporũ partes tres.

Petroſum penès Veſalium.

* lib. 1. c. 7. vers⁹ fin⁹.

y. Lib. de vuln. cap. poſt princ. Syncipitis oſſiũ ſubſtantia.

Occipitis oſſis ſubſtantia.

Notum primum.

©BIU Santé

eſt,os ei proximum: videlicet tertiã temporis oſſium partem: quam totius nomen ſibi retinuiſſe, prædictum eſt: vnde dicitur os temporis. Ita cùm in duritie, robuſtioneq; primũ locũ obtinuerit, quod poſt verticem eſt: videlicet os, quod nos occipitis os vocamus: Ideò ſecundũ locum tenet in huiuſmodi duritie,firmitateq;,ac robuſtione quod poſt aures eſt:videlicet prima iam prænarrata pars oſſis tẽporis,quæ petroſa nuncupata eſt,maximeq; poſt aures introrsùm,inferiuſq;. Medium igitur locum inter has duas tẽporis partes, ſecunda poſſidebit,mamillarem, iugalemq; proceſſus cõprehendens, præſertim verò circa mamillarẽ,quæ poſt aures, occipitiq; cõtigua eſt. In eodem ordine frontis os eſſe dicetur,quod medium habere locum inter occiput, ac ſynciput, prædictum iam eſt. Iuxta Hippocratis igitur decreta hũc ordinem colligere poſſumus: videlicet quòd omniũ robuſtiſſimũ occiput ſit: ſecundo loco id temporis os,quod eſt poſt aures: videlicet prima iam dicta pars petroſa. Tertio loco ſuccedit ſecunda temporis oſſis portio,mamillarẽ proceſſum, iugalemq; cõprehendens: ſimulq; os frontis eſt. Quartum locũ habebit os circa tẽpora: in anteriore ſcilicet, ſuperioreq; parte,quę à muſculis temporalibus cooperitur:Eſtq; tertia pars oſſis temporum à Galeno in præſenti textu præſcripta. Quinto demùm loco eſt os ſyncipitis,ſiue bregmatis, maximeq; anteriore, ſuperioreq; in parte circa ſuturas. Idipſum verò quanuis a Galeno ſic expreſſum nõ ſit: neceſſariò tamen, abſq; cõtradictione,colligitur. Etenim cùm tres expreſſerit ordines ſcilicet primum duriſſimi occipitis,vltimumq; rariſſimi ſyncipitis, ac medium ipſius frõtis: cùm poſteà petroſum declarat, iam occipite, licet infirmius,vt Hippocrates tamen expreſſit, anterioribus alijs omnibus partibus durius eſſe ſubintelligit. Sicq; cùm ante frontis os ponatur, poſt occiput ſecundũ locũ obtinebit: tertium locũ frontis oſſi,ac mediæ temporũ parti dimittens. Nec inficias ire potuiſſet: immò tanquam cõpertiſſimũ declarare omiſit: quod tertia temporis pars, ſyncipiti proxima,ſi nõ adeò vt præcedentes partes dura,nõ æqualiter tamen ſyncipiti mollis ſit: vnde quartũ ei locum præbere cõdecens eſt, vltimumq; ſyncipitis oſſibus reſeruare. Nõ ſic igitur increpãdus venit Galenus, quin potiùs ex Hippocratis prædicto dogmate reficiendus,elucidanduſq; à nobis eſt. Quemadmodũ & ipſe etiã Hippocrates Galeni dogmatibus enucleandus. Cùm nil enim venerandus hic ſenex de frontis oſſe meminerit: quoniam imbecillimum eſſe ſynciput inquit: Duriſſimum verò quod occipitis: poſt quod primam temporũ oſſis partem eſſe ait: quæ poſt aures eſt. Ad ſynciput autem magis accedere tẽporis partem ſupremã, anterioremq; ſupponens, ac per hoc quartum, proximumq; locũ ſyncipitis oſſibus obtinuiſſe: neceſſariò frontis os, vnà cum media temporis oſſis parte, tertium habere locum, tãquam per ſe notum, omiſit. Et hæc de primo notabili ſatis ſint. Secundò circa Hippocratis verba diligenter aduertendum eſt: quùm ait tenuiſſimũ os eſſe circa ſynciput, ſeu bregma. Falſum nanq; id eſſe, cuiuis cõpertiſſimũ eſt. Quanuis enim debiliſſimũ (& hoc quia rariſſimũ) id os ſit: Haud tamen tenuiſſimũ eſt. Quinimmò nec aliquo reliquorũ oſſiũ capitis tenuius dici vnquàm poteſt. Quod enim tertiæ partis oſſium temporis eſt omnium tenuiſſimũ eſſe,vbi deſquamatur: Nõ tamen ob id omnium imbecillimũ (vti prædictum iam iam eſt) id fuerit. Occiput quoq; ſyncipitis oſſibus multis in locis tenuius eſt. In ea præſertim parte, quæ à poſterioribus ceruicis muſculis cooperitur (Exceptis duabus,vtrinq; ſcilicet vna, protuberationibus primũ, ac ſecundũ ſinum venarũ, arteriarumq;,vt videbimus,* ad cerebri nutritionem, animaliumq; ſpirituũ generationem, nutritionemq; aſcendentium recipientibus, ac defendẽtibus: atq; etiam tertia quadam protuberatione per medium occiput oblonga,vt per eam oſſis robur, parte, quã oculis caremus, præſertim pro his, qui in ſupinum cadere nonnunquã cõſueuerunt, adaugeatur) Nihilominùs tamen ea in parte, qua tenuius eſt,ſyncipitis oſſibus denſius,robuſtiuſq; eſt. Niſi igitur impropriè,ac largiùs hic apud Hippocratem tenue capiamus: vt ſcilicet idem ſit, quod rarũ,& facilè penetrabile,omninò cõdemnandus veniret Hippocrates. Quemadmodũ igitur aerem dicimus tenuem,quia tenues partes habet, rarumq; eſt, ac penetrabile (quanuis dimenſio eius groſſa, altaq; ab ethere in aquã,terramue ſit)paſſibileſq; homines delicatos nuncupamus. Ita quadantenùs de illo dicemus oſſe: quòd tenuiſſimũ eſt, videlicet rariſſimum inter alia capitis oſſa (veluti Galenus hic tãquam Hippocratis interpres ait) ac faciliter penetrabile,quanquã altum interea, groſſumq; tale os eſt. Inditium verò eius, quod dicimus, eſſe poteſt: quoniam de oſſe loquens,quod eſt circa tempora Hippocrates nõ ait, tenue illud eſſe: quia denſius eſt, licet minimè profundum: ſed duntaxat inquit, quòd eſt debiliſſimum. Synciput igitur rariſſimũ eſt, ac per hoc (& ſi quantũ poſſibile fuit craſſius factum diſpathiam adeptum ſit) reliquorum capitis oſſium cõparatione,imbecillimum. [Si enim natura (Galeno erudiente .z.) denium ſimul, ac tenue totum os ſuperius feciſſet, quæ ſubſunt partes nihil plus ex ea cõſtructione ad ſecuritatem fuiſſent aſſecutæ. Cùm ea,quæ vulnerant id, intrò facilè penetrare potuiſſent, propter viæ breuitatẽ. Sin verò craſſum ſimul: ac denſum: oneri fuiſſet toti animali. Quemadmodum ſi quis nũc capiti ſuo onus aliquod alliget, perpetuoq; id geſtet. Reliquum igitur adhùc erat tertium: vt neq; tenue, neq; denſum,ſed craſſum quidem; rarum tamen, atq; cauernoſum eſſet. Eo enim modo neq; grauaturũ erat, neq; viam in cerebrum

Duritiei ordo ſecundũ Hippocratem.

Galeni defenſio.

Notãdum ſecundum.

* Com. ſequẽti verſũ finẽ in ſermone de ſinibus.

Tenue apud Hippocratem largius.

z. 9. de v.p. cap. 2.

©BIU Santé

» cerebrum breuem vulnerantibus ſeſe, erat daturum. Factum igitur tale eſt propter ea, quæ nunc
» ſunt dicta, atq; adeò ob tranſpirationem.] Duas igitur ob cauſas rarũ, & cauernoſum ſyncipitis
os factum eſſe innuit. Prima eſt, ob tranſpirationem, quam vberiùs paulò priùs .a. enarrauerat.
Noſq; iam anteà, .b. nonnihil de futurarũ vſu primo loquentes, tetigimus. Secunda verò cauſa
eſt, quam iam iam prędiximus, ſcilicet propter leuitatem, ne ſuperpondium quoddam graue, ac
moleſtum hominis capiti fuiſſet; ſiquidem groſſum ſimul, ac denſum os factum eſſet: vel facilis
vulnerantiũ ingreſſus, ſiquidem tenue fuiſſet, etiã ſi denſum eſſet. Præſertim quia denſitate po-
ſita, tranſpiratio quamprimùm impediretur. Craſſam igitur, ac raram ſimul appoſitiſſimè fabri-
cauit huiuſmodi oſſiũ ſubſtantiã natura. Quamobrem & Hippocrate metipſo docente .c. caru-
culis quibuſdam paruis, multis, ſimilibus, humidiſq; hæc ſpongijs ſimilia oſſa referta ſunt inte-
riore, exterioreq; ſquamis exceptis. Quæ interim carunculæ ſi digitis cõterentur, in ſanguinem
cõuertuntur. Atq; hæc ipſa nõ niſi, vt citra nimij ponderis violentiã oſſa interim plana ſint. At
prædictis duabus cauernoſitatis cauſis tertiã ex ipſo etiam Galeno adiungemus, ſcilicet vt craſſa
» meninx per eas cauernas cũ cranio alligetur [Omnia enim (vt inquit .d.) craſſę meningis ad cra-
» nion vincula in ipſius cauernulas internas deſinunt. Proinde ſi æquè ac os infernum totum eſſet
» durum, ac denſum, haudquaquã potuiſſent vincula hęc in ipſum inſeri, ſicut neq; in inferiorem
» eius partem inſerũtur. At illic quidem nullus erat vinculorum eiuſmodi vſus. Vbi verò eſt vſus,
» partibus ſcilicet ſupernis, & obliquis; cõuenienter ibi laxum, atq; cauernoſum extitit.] Intelligit
autem obliquas partes Galenus non oſſa temporum, ſed eiuſdem oſſis ſyncipitis partes, quæ non
rectè ſuperiùs in ſumma verticis planitie exiſtunt: ſed ad latera versùs tẽpora obliquè declinant,
Paulò enim ante clariùs idipſum inſinuauerat, temporũ oſſa interim duriora, denſioraq; eſſe ex-
» primens, per hæc verba. [Quia igitur cranij partem ſupernam, & ad latera, quæ craſſa meninge
» eſt circũdata, raram quidem eſſe, oportebat, & cauernoſam: Reliquã verò omnẽ, & potiſſimùm
» quæ temporum oſſa nuncupamus, duram eſſe, ac denſam: ob eam cauſam ſquamoſi horũ oſſium
» fines extiterunt: eo quidẽ, quod ſupernè à capite deſcendit, intùs condito; quò diutiùs cũ craſſa
» meninge verſaretur, propter cauſam quam mox ſubijciam (eſt autem quam nos paulò ante dixi-
» mus, vt ſcilicet diutiùs cum membrana verſaretur) alio verò, quod infernè aſcendit, duro velut
» propugnaculo quodã ipſi appoſito.] Obliquas igitur partes & ad latera eius, oſſis ſyncipitis par-
tes intellexit, quæ cùm in ſuperioribus exiſtant prope verticem, veluti caminus, aut tectũ calidæ
domus, veluti & eminentiores quoq; partes, totius quidem corporis, nedũ cerebri propria excre-
menta recipiunt: Indeq; ob illorũ trãſpirationem (vti diximus) cauernoſa eſſe, ac rara oportuit.
Ex qua quidem cauernoſitate, ac raritate nõ modò capitis nimium pondus euitamus: ſed etiam
ipſius craſſæ meningis maiorem, aptioremq; ſuſpenſionem, quã per futuras fiat, lucramur. Præ-
ſertim cùm alia ratione pars illa ſuperior denſitate, ac duritie multa nõ indiguerit, inſtar latera-
lium oſſium, poſteriorumq;. Poſterior enim capitis pars, quæ ad occiput, cùm ab oculis minimè
cuſtodiatur, nõ ita poteſt ab extrinſecùs occurrentibus cauere, ſicuti pars anterior: Idcircò den-
ſius, validiuſq; eſſe operępretiũ fuit occiput: eoq; magis cùm ad tertij ventriculi ad totius quidẽ
corporis motiones principaliſſimi, & quãplurimis ſpiritibus animalibus pleni, nec nõ & radicis
» ſpinalis medullæ propugnaculum eſſe debuerat. [Quæ verò ad latera (inquit etiam Galenus .e.)
» ſitum habet, prẽter quam quòd ea cauſa eis non adeſt, nobis etiam cadentibus, aut percuſſis, aut
» quauis alia ratione, ſæpè erant offendenda. Neq; enim quis facilè in capitis verticẽ ceciderit, aut
» ea parte plagã promptè acceperit: Reliqua verò oſſa omnia tùm occipitij, tùm frontis, tùm auriũ
» plagas non rarò excipiunt, & lapſibus frequenter offenduntur. Quoniã igitur illa quidẽ (ſcilicet
» oſſa ſyncipitis) neq; ſimiliter plagis erant obnoxia (præſertimq; ab ijs inſtrumentis, quæ à longe
» percutiunt) euacuationeq; indigebant. Hęc autem (ſcilicet occiput, temporaq;, & frons) plagas
» ſæpenumerò erant exceptura, vacuationeq; nõ indigebant (præcipueq; occiput, & tempora) nõ
» immeritò ſanè rara quidem illa, & cauernoſa: denſa verò, ac dura hęc (præſertimq;, vti diximus,
» occiput) extiterunt.] Ex ſyncipitis autem oſſibus adhùc imbecillior, rariorq;, & tenuior ea pars
eſt: quæ anteriùs ad coronalem futuram pertinet. Ea enim vnà cum aliqua frõtis parte nõ modò
naſcentibus adhùc mollis eſt, & nondùm in oſſeam ſubſtantiã conuerſa, verùm & bimulis quoq;,
puerulis, aut nonnunquã trimulis. Adeò vt ea craſſioris membranæ non ſinus, at ſuarum quoq;,
nedum tenuioris ſubiectæ meningis arteriolarũ ratione fiens pulſatio, nõ ſolum tactu ſentiatur:
» ſed etiã viſu apertè (vel Galeno comprobãte) percipiatur; vt quùm ſic dicebat .f. [Nam capitis
» quoq; os poſt omnia alia oſſa cõcreuiſſe perſpicuũ eſt, cùm adeò tenue ſit, atq; imbecillum circa
» ſynciput: vt per ipſum in nuper in lucem æditis infantibus, cerebri agitationem, non ſolũ tactu,
» ſed etiã viſu perſpiciamus.] Quanuis non rectè ad cerebrũ referat, ſi de ipſius ſimplici ſubſtantia
intellexerit, prout intellexiſſe, præſertim libro de anatomicis adminiſtrationibus nono, .g. appa-
» ret, quùm ſic videlicet aiebat [Cerebrũ verò dũ attollitur, & ſubmittitur, ac cedit, & recedit pro
» inanis loci, qui intermedius eſt, ratione.] Ac libro etiam de vſu partium tertio decimo, ſic ſcri-

bens

a. Ibidem cap. 1.
b. Com. 1. huius, & com. etiã 4. poſt princ.
c. Lib. de vuln. capitis circa princ.
d. 9. de v.p. c. 18. poſt med. vide ſupra cõ. 4. poſt princ.
e. 11. d v.p. c. 19. poſt med.
Cõtra Veſalium.
f. Lib. de form. fœtus cap. 3. verſus finẽ.
Cõtra Galenum.
g. Cap. 2. in fine.

©BIU Santé

h. Cap. 8. post med. i. Cap. 13. vers⁹ finē. k. Cap. 2. circa prin. l. Cap. 2. vers⁹ finē. Quomodo cerebrum pulsare dicitur, ac moueri. m. Cap. 4. circa prin.

bens .h. [Vt cùm cerebrũ pulset, ac moueatur, quãquã osse immobili contineatur, &c.] pauloq; infrà [Priuatim verò vtriq;, quòd cerebrũ quidẽ pulsabat, crassa meninx tantùm ab eo discessit, quòad ipsi, dum dilatatur, suscipiendo satis esset.] Libroq; etiam sexto eiusdem, per hęc verba .i. [Nam cerebri fortè, quòd longè à pulmone absit, oblitus est: quod semper mouetur, cùm tamen nõ habeat neq; venas arteriosas, neq; venosas arterias.] Nõ rectè inquã Galenus ad cerebri substantiam huiusmodi perceptam maximè in puerulis pulsationẽ refert. Nisi cerebrũ pro membro organico sumpserimus: sicq; ratione sinus, membranarumq;, hoc est, suarum arteriolarũ, talem fieri pulsationem admiserimus, verba eius, & nõ mentẽ interpretãtes. [Rectiùs igitur illis adhęsisse debuerat Galenus: qui quidẽ (vt libro de pulsuũ differentijs quarto retulit .k.) nec membranas censent, neq; cerebrũ pulsare præcipuè: cęterùm ad arterias hoc pertinere: atq; per accidens ad illa. Nam attolli illa vnà cũ arterijs aiunt, quas habent frequentes.] Hæc enim verior sententia est. Idcircò igitur & de vsu partiũ octauo .l. semper pulsare tenuẽ mẽbranã ait, quoniã in seipsa arterias cõtinet. Quanuis interim nos minimè præterit, cerebri substantiã cõtractionis motu, ac dilatationis moueri, siue præternaturali vrgente causa (vt in epilepsia, vniuersalibusq; cõuulsionibus, & sternutamento) siue nõ secundùm naturã modò: sed etiam secundũ voluntatem, arbitriumq; nostrum (vt de vniformis processus substantia aliàs vberrimè à nobis præostensum est.) De qua quidem cõtractione locutũ Galenũ opinor, quùm libro de instrumento odoratus ait .m. [Nec ei, scilicet cerebro, impossibile est, cùm alia moueat, sibi motum quendam, eumq; exiguũ præbere, modò in seipsum, modò ex seipso. Ita vt tùm cõpressius sit, quùm sese contrahit: fusius verò, quùm se ex omni parte dilatat.] De contractionis inquam motu nõ perpetuo: sed quotiès aliqua ex causa stimuletur, eo loco Galenũ intellexisse opinor: quoniã de proprio motu animali loquitur: quem sicut alijs, ita & sibi ipsi cerebrũ præbuit, nõ de pulsatione per systolẽ, & diastolẽ cõtinua, quam cum brachij, cordisq;, & cæterarũ partiũ pulsibus proportionalẽ in membrana, eiusq; sinu sublimiore, cerebrum exteriùs, superiusq; inuoluente tangimus, conspicimusq;. Nisi enim à corde illa pulsandi facultas deflueret, neutiquã aliarũ partium pulsui proportionaretur. Neq; cerebrũ alijs partibus, ideoq; nec sibi ipsi pulsatoriũ motum præbere potest. Cùm facultas hæc nõ cerebri, neq; alicuius alterius partis, sed cordis tãtùm, ex philosophorũ omnium, medicorumq;, nedùm ipsius Galeni perpetuo dogmate sit. Sed neq; ab arterijs in choriformi plexu in cerebri ventriculis, præsertimq; anterioribus cõtento cerebri substantiã attolli, pulsareq; verisimile est, quicquid nõnulli afferant. Cùm tenuissimæ, & vix oculis cõspicuę illę arteriolę sint, vt vix propriũ ostendere pulsum queant, si liceret apertos ventriculos viuente adhùc animali, perspicere: tantũ abest, vt tantam cerebri molem superpositã attollere queant: ac maximè cũ effatu digna ventriculorum cauitas intersit. Verùm de hoc aliàs, obiter enim, & pertransennã hoc loci dictũ sit, eam pulsationem, quæ licet in omnibus perpetuò fiat, in infantiũ tamen bregmate omnibus perspicua est, nec cerebri, nec ossis esse, neq; arteriolarũ in choriformi plexu aceruatarum, quanuis illis perpetim proportionales: Neq; tandem ipsius membranæ per se, nisi per accidens: videlicet ratione sinus tertij eleuatioris, arteriolarumq; (vt diximus) per ipsas membranas distributarum. Quamobrem dissecta in capitis vulneribus membrana, mirũ nõ est, si nullũ in cerebri substantia motũ cõspicimus: quem tamen euidentiorem esse tunc oporteret, discooperta cerebri substantia: siquidem per se illa moueretur: Nulloq; rursùs pacto visibilis talis substantiæ cerebri motus, integra existẽte crassiore membrana, foret, propter cerebri ab ea exteriore membrana distantiam, interuallumq; ac præsertim deficiẽte ipsius lunæ lumine, quùm scilicet ob humiditatis diminutionem in seipsam cerebri substãtia desidet. Sed nostrũ prosequamur intentum, Hippocratisq; verba superiùs adducta, de ossiũ capitis diuersa substãtia cõtemplemur: eaq; adamussim perpendamus: quùm de syncipitis ossibus loquens, ait, tenuissimũ, hoc est (vti expositum) rarissimum, imbecillimũq; hoc os esse circa synciput: Idcircò ãte vulneris in hac parte, & in alijs facti paritate: Quinimmò inducto minori vulnere in hac parte, maius imminet periculum, maiorq; curationis difficultas, ac demùm si moriturus homo ex tali vulnere sit, breuiùs moritur, quam si in alijs capitis ossibus inductũ vulnus sit. Verùm quod dicitur nõ de omni ossiũ vulnere intelligendum est, nisi (vt ait) vbi à telo quouis ad hæc idoneo contunditur, colliditurue os, aut rumpitur, funditur, aut intrò cõtusum cedit, residetq;. In tribus enim his solutionibus syncipitis ossa magis offenduntur, & ea, quæ anteriùs, magis, quàm posteriora. Et demùm quod imbecillius, rariusq;, aut tenuius est, magis, quã robustiora, densioraq;, & insimul grossiora. Quartus verò solutionis ossium modus, qui est incisio, absq; fissura, rupturaue, & contusione, atq; introcessione, ita anterioribus, sicuti posterioribus accidit. Sed enimuerò de quinto solutionis modo nil dixit Hippocrates: In quo scilicet osse promptiùs fiat, maiusue periculũ indueatur: an in anteriore, seu posteriore, an superiore, vel laterali. Nostrum igitur fuerit supplere, atq; ostendere quintum solutionis modũ, quãtum ex sui ratione est, durioribus, densioribusq;, ac robustioribus ossibus aduenire: Alia tamen ratione, quæ à partis figura sumitur, frontis ossi magis, ac secundò

Cõtra Carolum Stephanũ lib. a. cap. 48.

Notãdum tertium.

Quinq; solutionis modi in capite.

syncipiti

©BIU Santé

ſyncipiti accidere poſſe. Quas tamen cõcluſiones de omnibus quinq; ſolutionũ modis declarari à nobis impoſſibile eſt: quin priùs eorũ terminos enuclearimus, omneſq; modos ſigillatim eluci-dauerimus. Primus igitur modus ab Hippocrate poſt præſſumpta verba definitus eſt Græcè dictus ῥαγμή, ſeu ῥῆξις, latinè ruptio, ſeu ruptura, & fiſſio, ſiue fiſſura à varijs interpretibus dicitur. Qualis enim ſolutio cõtinui in reliquis oſſibus κάταγμα, nomine quidẽ omnibus ferè hominibus (Galeno docente .n.) qui Græcè loqui norunt, trito, ſiue ἄπαγμα nomine alio nõ plebi vſucapto, ſed medicis duntaxat peculiari, latinè autem fractio, ſiue fractura: talis quidem in oſſibus capitis (eodem Galeno teſte .o.) ῥαγμή, & ῥῆξις nuncupatur. Simplex quoq; ruptura nõnunquã à Galeno .p. vocatur, quoniã ſcilicet à retuſo, grauiq;, ac duro quopiam telo percuſſione facta, rimula quędam in oſſe fit, abſq; ſubſtantiæ oſſis deperditione, aut à proprio loco tranſmutatione. Et hic quidem primus ſolutionis cõtinui modus nõ ita in poſteriore oſſe, durioreq; fieri, quemadmodũ in ſyncipite voluit Hippocrates. Adhunc modum τριχισμός, hoc eſt, capillatio refertur. Secũdus verò modus eſt ſolutionis oſſium capitis, quæ ab Hippocrate dicitur Ionica lingua per .φ. φλᾶσις, & φλᾶσμα, à Galeno .q. autem, alijſq; recentioribus Græcis per .θ. θλᾶσις, & θλᾶσμα, latinè autẽ contuſio, ſeu colliſio: quùm videlicet abſq; vlla rima, ab aliquo graui etiã, retuſoq;, ac duriſſimo telo cõcauatur os, & inſeipſum cedit: ſiue ſecundùm totam profunditatẽ vſq; ad interiorem membranam, vel ſecũdùm exteriorem duntaxat ſuperficiem, vſq; ad cauernoſam oſſis partem: quam ſecundã laminam noſtri, Græci verò διπλόην. Quanuis enim magna ex parte in carnoſis partibus fiat colliſio (inquit Galenus .r.) nõnunquam tamen & in oſſibus capitis cõtingit. In pueris præſertim. Nam in ſeipſum cedat oportet quicquid colliditur: Hoc autem & molle eſſe expoſtulat, ac nõ perfectè durum. Hanc igitur ob cauſam & ſyncipitis oſſa tanquã molliſſima omniũ, imbecillimaq; capitis oſſium ad colliſionem promptiora reliquis ſunt, & anteriora poſterioribus ob eandem rationem: quãquã ſecundus hic modus caluariæ diuiſio nõ eſt (vt inquit Paulus .ſ.) coq; nec fracturã rectè dixeris eiuſmodi affectionem. Verùm potiùs eſt oſſis caluę in interiorẽ partem impulſio, aut inflexio, cauitatem, integra caluæ cõtinuitate (ſaltem in exteriore intimaq; ſuperficie: intùs enim in medio ſcilicet oſſis aliquo modo cõtinuitas hæc neceſſariò ſoluitur) tantùm efficiens, vt in plumbeis, æneiſue, aut argenteis etiã, & ex crudo corio confectis vaſculis, ſi foris percutiantur, illidanturue, cõſpicere licet. Quaſobres nõ modò θλάσις ſcilicet colliſio, cõtuſioue eiuſmodi affectio dici poteſt: ſed etiã ἔνθλασις, hoc eſt, illiſio, ſiue intùs cõtuſio, vel impulſio Galeni dogmate * vt plurimũ dicẽda eſt: quùm in capitis oſſibus fit. Quia ſcilicet cauitas illa (quam » rei colliſæ percuſſor impreſſerit) remanſerit, apparenſq; fuerit. [Si verò nõ ſolùm introceſſerit » capitis os: verùm etiam ruptio aliqua in ſuperficie exteriore fuerit adiuncta (ſubdit Galenus .t.) » tunc eſt ægritudo compoſita, neq; ei nomen aliquod inditũ ab antiquis authoribus habemus: ſed » potiùs eſt oratione explicanda, quã nominibus extremè Barbaris, quibus pleriq; iuuenes medici » vti cõſueuerunt.] De hoc cõpoſitionis modo non meminit Hippocrates: at ſub ſecundo potiùs intellexit. Neceſſariò tamẽ quod finditur iuxta rimam quoq; colliditur apud Hippocratem: ſed non econtrà. Colliſum enim eſſe poteſt abſq; fiſſura. Tertius fracturæ modus oſſium capitis eſt, quæ ἴσφλασις, & ἴσφλασμα ex Hippocrate nũcupari poteſt, latinè à quibuſdam introceſſio, ab alijs decidẽtia. Sed aptiùs ex vi nominis illiſio dici deberet. Illiditur verò os à ſuo ſtatu in interiorem partem recedens, non integrũ, concauatumq;: vt in ſecundo modo dictũ eſt: ſed fiſſum, aut inciſum. Abruptum enim inquit Hippocrates, fractumq; ab alio oſſe, quod in naturali ſtatu ſeruatur, in interiorẽ partem ſecedit: ſicq; neceſſe eſt, quod deſidet, illiditurue, ſecundùm hunc modum etiã findatur. Differt igitur tertius hic modus à ſecundo: quoniã licet in vtroq; os introcedat: Nihilominùs tamen in ſecundo nulla eſt fiſſura: præſertim intùs in vtraq; oſſis ſuperficie. In hoc autem tertio neceſſaria fiſſura eſt: oſq; depreſſum vario modo fractũ eſt, vt primi, & ſecundi modi miſtio quædã ſit. Idcircò deſidentis, retrocedẽtiſq; oſſis ſpecies plures, variaſq; eſſe ſubdit Hippocrates: Galenuſq; .u. duas ex ſui temporis recentiorũ medicorũ placitis, proprijs nominibus oſtendit. Quarum altera ἐγγείσωμα Græcè dicitur, latinè reſpondet appropinquatio: quoniam ſcilicet os vitiatu, effractumq; ad cerebri membranã deſcendens, ei appropinquat, innititurq;. Ab ἐγγύς, quod eſt, propè, & σῶμα, quod eſt corpus, q. d. propè corpus, ſcilicet membranæ: Altera verò ab illis nũcupata eſt καμάρωσις, & καμάρωμα, q. d. latinè teſtudinatio, ſeu cameratio. καμάρα enim Græcis (vel eiuſdem Galeni dogmate .x.) fornicatam, teſtudinatamue cauitatem præſefert. In hoc igitur affectu, quod effractũ fuit os, ſiue ab incidente, ſiue à cõtundente aliquo telo deorſùm priùs cõpulſum eſt. At quoniã foràs telum reuerſum eſt, vnà cũ ipſo telo ſurſùm reuerſum eſt, foraſq; elatũ: adeò vt teſtudinis inſtar non modò quæ effracta, elataq; ſunt, oſſa: ſed ipſa etiã craſſior membrana oſſibus, vel oſſi (quotiès vnum duntaxat eſt) adhęrens eleuata in altum efformentur. Duo enim ad camaroſim, non ſecùs ac ad engyſoma, requiruntur. Alterum quidem eſt ambabus ſpeciebus cõmune: videlicet effracti oſſis cũ membrana craſſiore adhęrentia: Alterum verò, in quo abinuicem differunt. In engyſomate quidem, effracti oſſis deſcenſus permanens: in

Modus primus Rhogmę. Rhixis. Catagma. Apagma. n. 6. meth. cap. 5. circa princ.

o. Lib. de morb. cauſis cap. 11. circa princ.

p. 6. meth. cap. 6. circa princ.

Trichiſmos Secundus.

q. Lib. de morb. cau. c. 10. & 6. meth. c. 6.

Thlaſis. Thlaſma.

r. de morb. cauſ. c. 11.

ſ. Lib. 6. cap. 50.

Enthlaſis.

* de morb. cauſ. 11. t. Lib. de morb. cauſ. c. 11. poſt med.

Tertius. Iſphlaſis. Iſphlaſma.

u. 6. meth. cap. 6. circa med.

Engyſoma Camaroſis Camaroma.

x. 8. de v. p. c. p. 11.

Camaroſis & engyſoma quibus differunt.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 89 sur 292

©BIU Santé

camarosi verò, eiusdem ossis compressi licet priùs, mox tamen facta releuatio, resaltatioq;. Hinc igitur est, quòd Galenus de camarosi loquens, subdebat, * quòd scilicet vbi effractum os à sanis ossiũ partibus remouere tentamus, id magis à nobis recedit, membranęq; magis innititur, quasi ab ea, cui iam alligatũ est, attractũ sit. Tertiam quoq; nominatã huius tertij modi speciem adiungemus, quam Paulus vocat .γ. ἔκπίεσμα, siue ἐκπίεσμα q.d. latinè depressionẽ, expressionemue [In multas enim (vt ait) partes caluariæ effractio est: In qua profundiùs ossa descenderint, & cerebri membranã cõtactu suo premant.] Differt igitur ab engysomate ecpiesma: quoniã licet in vtroq; descendat os, membranęq; alligatum adhæreat, innitaturq; : nihilominùs tamen in ecpiesmate plura sunt, nõ vnũ, quæ descendunt ossa, vt maior ossiũ fractura sit. Nec ea tãtummodò descendunt: sed etiã membranã violenter premunt: vt quæ à sanis quoq; ossium partibus nõ prorsùs libera sint, sed illis adhùc, dùm alia ex parte descendunt, alia tamen annexa sint. In engysomate autem quod effractũ, & à sanis partibus abruptum, separatumq; est, os illud membranã sequitur, introq; cedit, illi adhærens, ac propè remanens, suo potiùs pondere, quã extremitate premens. Adeò vt quamminima ipsi membranę molestia inferatur. Tertius igitur fracturarũ modus hic est (cuius tres nominatas species enarrauimus engysoma, camarosim, & ecpiesma) non secùs atq; primus, & secundus in syncipitis ossibus magis, quã in alijs: itemq; in anteriore parte magis, quã in posterioribus contingunt, magisq;, & cũ maiori periculo lędunt: Idcircò Hippocrates (vt ad propositum nostrũ conuertamur) de syncipitis osse loquens ait, quòd magis cõtunditur (quòad secũdum modum) magisq; rumpitur, finditurue (quòad primũ attinet modum) & magis introcõtusum cedit (quòad tertiũ iam iam dictũ modum.) Aliter verò de alijs duobus fracturarũ modis dicendum, quos etiã hic elucidare ob doctrinę perfectionem nõ pigebit. Quartus igitur modus est ab eodem Hippocrate nũcupatus ἕδρα, quasi dicat latinè sedes, siue desessio: à Linacro .z. vestigium dicitur eorũ, quibus inflicta plaga est. Diciturq; ἐγκοπὴ, quod est [incisio] & διακοπὴ, hoc est [dissectio] Quotiès ab aliquo acuto (inquit Galenus .a.) occursante, atq; abscindẽte fit. Omnis enim incisio, quomodocunq; fiat, siue perforatio, vel ense, vel hasta, vel sagitta, siue quouis alio telo vestigiũ, & sedem in fracto, incisoue osse relinquit, quod illius incidentis, perforantisq; formam quodãmodo repręsentat, modò interim os in membranã minimè descendat: Tunc enim tertius esset prędict⁹ modus. Vocatur igitur sedes (inquit Hippocrates) vbi osse in suo statu manente, videre licet qua parte telum insederit. Quòd si quodpiã ossis frustum vel ab ense, vel à quouis alio incidente telo abscindatur, & ab alijs ossibus omninò separetur, huiusmodi quarti species quędam est, vocaturq; (vti Paulus ait .b.) à nonnullis ἀποσκεπαρνισμὸς, quasi dicat, ascialis, siue ab ascia facta incisio, vt à toto os abscedat, penitusq; remoueatur, licet membranæ nõ adhęreat, illamq; minimè cõprimat. Deriuatur autem nomen id à [σκεπάρνον] dictione Græca nobis asciam, & securim prędeferente, & [ἀπὸ] quod est [ab] quasi dicat ab ascia, vel securi facta quædam ossis separatio. Vnde asecuralis, siue asecuratio, vel si mauis abasciatio (licet inusitato vocabulo) dici etiã posset. Fieri autem potest sedes, & per seipsam sola, & interdũ cum collisione, aut fissura, seu rima, vel cum introcessione, vel cum duobus aliorũ modorũ, vel alijs tribus omnibus. Sicq; de alijs quoq; dicendũ modis, quod inuicem cõponi sæpè soleant. Quibus cõplicationibus nomina imposita nõ sunt. De hoc igitur quarto modo per se, absq; aliorũ permistione, loquebatur Hippocrates in prędssumptis verbis: quùm sic dicebat [At verò quùm sedes telorũ acutorũ, ac leuiorũ ipsæ per seipsam fientes in osse absq; fissura, ruptioneue, & contusione, & introcessione sint (fiunt enim similiter & anteriore, & in posteriore capitis parte) ex ijs mors non contingit æqualiter, & secũdùm iustitiam: Neq; etiã si contingit.] In quibus verbis quò adhunc quartum fractionis modũ, quandam ab alijs prędictis tribus modis differentiã ostendit. Illi enim tres modi (veluti prędictum est) anteriore in parte magis, faciliusq;, quam in posteriore adueniunt: magisq;, ac faciliùs præ omnibus reliquis in syncipite: Neq; solũ in syncipite, atq; anterioribus faciliùs, & magis fiũt: sed maiore cum periculo mortis: & si mors futura est, citiùs in his anterioribus, prędertimq; syncipitis ossibus, quã in posterioribus aduenit. Quartus autem modus fracturæ similiter in posterioribus, & prioribus accidit, similiterq; dicas in syncipite, atq; alijs ossibus. Sed priùs quã vltrà progrediamur, vltima Hippocratis verba cõtemplemur, quùm subdit [Exijs mors nõ contingit æqualiter, & secundùm iustitiã: neq; etiã si cõtingat] Intelligimus enim verba hæc, quod ex ijs scilicet desessionibus, siue sedibus, nõ sequitur mors æqualiter q.d. sicut contingit in tribus prędictis modis, in quouis osse fiant: hoc est, nõ solent hi quarto modo vulnerati perire, sicut qui tribus alijs prędictis modis vulnerati fuerint: Neq; si cõtingat, in his est secundũ iustitiã, hoc est, vt in desessionibus æquale periculũ secundũ æqualitatem vulneris adueniat. Ex maiore enim vulnere in desessione minus periculi contingit, quã ex minore in alijs tribus fracturarum modis: ideoq; nõ secundũ proportionem, neq; secundũ iustitiã distributiuã. In alijs ergo mors superuenire solet, quæ nõ sequetur in desessionibus. Neq; etiã si cõtingat, q. d. neq; in his æqualitas est, etiã si mors contingat. Tardiùs enim peribunt desessionẽ in capite patientes homines,

* 6. meth. cap. 6. versùs med.

γ. Lib. 6, c. 90. post princ. Ecpiesma, & engysoma quomodo differũt

Quartus.

z. 6. meth. cap. 6.

a. Lib. de morb. caus. c. 11. post prin & lib. 2. de fract. com. 9.

b. Vbi supra. Apposcepar nimus.

Verborum Hippocratis expositio prima

©BIU Santé

nes, ſi morituri ob vulneris magnitudinem ſint, quam qui alios fracturarū modos prædictos receperunt. Hanc autem eſſe Hippocratis veriſſimam ſententiā arbitramur. Quòd ſi nō ad vulnerationum modos cōparationem referre malueris, ſed ad vulneratorū oſſiū diuerſitatē, ꝙ ſcilicet mors ex deſeſſione nō æqualiter fiat in anterioribus,& poſterioribus (quanuis in vtriſq; fieri talis vulneratio æquè poſſit) Maiore enim cū periculo mortis, ſiq; moriturus tandē ſit, citiùs ex inciſione, ſeu diſciſſione, ſeu ſede in prioribus, citiuſq; in ſyncipite, quā in poſterioribus contingit, ob eandē, quam tetigerat, rationem: quia ſcilicet plus cerebri, minuſq; carnis in ſyncipite, anterioribuſq; oſſibus exiſtit: poſteriuſq; os tardiùs ſuppuratur ob duritiē, tardiuſq; inde pus ad cerebrum transfunditur. Sic inquā interpretando veram inuenies Hippocratis ſententiā: Sed meo quidem iuditio nō ad ipſius propoſitā intētionem: cùm ibi differentiā inter quartū hunc modū, & alios tres, ſe oſtenſurū prę ſeferat. In huiuſmodi autem ſenſu cōuenirent, minimeq; differrent: cum tres etiā illi modi periculoſiores ob prędictas rationes exiſtant. Sed quintū deniq; fractionis oſſiū capitis modū cōntemplemur: qui ab Hippocrate nominatus proprio nomine non eſt: ſed à nōnullis Græcè (vti Paulus ait) ἀπήχημα, quod eſt latinè reſonatio, ſiue ab echo reſponſio nuncupatur. [Frangitur enim caluaria (Hippocrate metipſo docente) ſub vulnere alia parte, quam vbi plaga eſt, atq; os nudatū (quintus hic modus) quod infortuniū vbi accidit, nihil eſt quod iuuare poſſis: quoniā vbi hoc malū ſit, nulla via deprehendere licet homone id patiatur (ſcilicet in alia parte fracturam) aut qua parte caluariæ] (ſcilicet talem patiatur fracturam) Erit autē quæ in alia vulneri oppoſita parte fractura contingit, rima, ſeu fiſſura à re graui, obtuſáq;, & duriſſima violenter cōtundente proueniens. Quem quidem fractionis modum Celſus perbellè cognouit etiā dicens .c. [Solet etiam euenire, vt altera parte fuerit ictus, & os altera fiderit. Itaq; ſi grauiter aliquis percuſſus eſt, ſi mala inditia ſubſecuta ſunt, neq; ea parte, qua cutis diſciſſa eſt, rima reperitur: non incōmodum eſt parte altera conſiderare nùm quis locus mollior ſit, & tumeat, eumq; aperire: ſiquidem ibi fiſſum os reperietur. Nec tamen magno negotio cutis ſaneſcit, etiam ſi frūſtrà deſecta eſt.] Quemadmodū igitur in vitro (veluti etiam Soranus ait) ita in oſſe capitis, ictu vnius partis, non ſolum altera, ſed cōtraria finditur. Atq; idipſum fortaſsè voluit Arabum princeps: vel ſaltē in eius verbis concludi poteſt, quùm ſic ſcripſit .d. [Et ſi fuerit ſciſſio parua in cute, quæ non opponitur niſi fracturæ vni ex numero fracturarū, aut fuerit apoſtema eruptum, & appareat fractura vna tantùm: tunc accidit inde error magnus. Putatur enim, ꝙ non ſit fractura niſi illa: & propter hoc oportet, vt cōſideretur diſpoſitio fracturæ conſideratione bona.] Caſus autem hic, moduſq; fracturę quintus nō modò veterū illorū, puta Hippocratis, Sorani, Celſiq;, ſæculis viſus eſt: ſed à recentioribus quoq; nonnunquā obſeruatus. Vnde Gentilis de Fulgineo à fidedigno quodam hunc tēpore ſuo contigiſſe audiuit .e. Quinimmò Nicolaus Florentinus proprijs oculis ſeſe conſpexiſſe talē quoq; caſum teſtatur: ſic ad eos, qui abnegant, adiungens .f. [Et fortaſsè illi non viderunt hoc per experientiam. Ego autem vidi illud in filio Maſi Flumamolli, qui cùm percuſſus fuerit in dextro tēpore cum claua, graui contuſione, & vulnus habuerit in illo tempore, & facta ſectione conuenienti, in qua non repertum fuit craneū in aliquo læſum. In vigeſimo autem die ſuperuenit ei rigor, & ſecuta eſt febris. Tunc pater iuſſit imponi emplaſtrū capitale, & in die vigeſimo tertio apparuit liuedo in oppoſito tēpore, & mortificata eſt ibi caro: Et facta amotione illius carnis, repertū eſt cranium fractum: & tādem mortuus eſt. Et dico, ꝙ contingens eſt etiā, ꝙ frangatur craniū ſimiliter in loco percuſſionis, & in loco oppoſito ei.] Paulus .g. tamen prędictis omnibus aduerſatur, ſic ſcribens. [Sunt qui his diffeērtijs apechema addiderint. Ea eſt à contraria ictus parte facta caluariæ fractura. At falluntur hi, quoniā nō fit in hominis caluaria, quemadmodū in vitreis quibuſdā vaſculis fieri illi docent. Illa ſiquidem vacua ſunt: ideoq; id patiuntur: calua autem hominis vndiq; plena eſt, & alioquin fortis. Et aliarū plurium partium capitis ictarū lapſibus: quæ citra cutis continui ſolutionem generatur fiſſura, quæq; poſteà abſceſſu in ea facto, eodēq; ſecto apparuerit: In oppoſita ictus parte facta eſſe ipſis videtur.] Similitudo igitur, quam Soranus, alijq; faciunt, eſt. quoniā quale vaſis vitreis puta phialis nō infrequenter contingit, vt ſcilicet percuſſa vna parte, in oppoſitam fractio pertranſeat: tale etiam ipſi cranio accidat: vt puta cùm in occipitio fortis quædam percuſſio fiat, in fronte, vel econtra, aut fortè in temporibus fiſſio reſpondeat: ſiq; in vno tēpore percutiatur caput, alterū, vel frons, aut occiput findatur: vnde ἀπήχημα, hoc eſt, reſonatio, ſiue ab echo reſponſio, fit. Dicitur enim ἀπήχημα à præpoſitione [ἀπὸ] latinè [ab] & [ἠχώ] latinè [echo] ſiue reſonatio, vnde à verbo [ἠχέω] quod eſt reſono, verbale fit [ἤχημα] latinè etiā [reſonatio] ſic igitur fit ἀπήχημα, hoc eſt, ab alio facta reſonatio, ſiue vt dicebamus, ab echo facta quędā reſponſio q. d. abechatio, ſiue abreſonatio: ſic enim tyronibus declarare conati ſumus. Quemadmodū enim in vulgari echo contingit: vt percuſſus propè nos aer, à longè tamen reſonet: ita in huiuſmodi percuſſione eueniat: vt ſcilicet percuſſa nobis proxima vitreę phialę, ſeu vitrei cuiuslibet vaſis parte, prout etiā in arido quouis aſſere, vel duriſſimo etiā lapide accidiſſe nō infrequenter etiā conſpeximus, quùm aliquo

Refutatio ſecundæ.

Quintus. Hicquęſtio oritur. An vulnerata parte, altera reſpōdeat.

c. lib. 8. c. 4. poſt princ.

d. quarta 4. tract. 3. c. 1. circa med.

e. In expoſitione ſup verbis Aui. prędictis. f. Serm. 7. tra. 4. ſum. 2. c. 1. poſt princ.

g. Lib. 6. c. 90. poſt princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 91 sur 292

©BIU Santé

percutiantur malleo, non percuſſa pars, ſed alia quæuis, vel etiam aliquando oppoſita frangatur findaturue: Aut ſi percuſſa primitùs rumpatur: ſimul tamen cum ea ſępè vel alia, vel aliæ partes, iuxta hanc, vel etiã remotæ findantur. Sed enimuerò non temerè Paulus ait, plurimũ ab ijs vaſis cranium differre. Primò (vt ipſe inquit) quoniã ea vaſa, quùm id ob percuſſionẽ patiũtur, inania ſunt: cranium autẽ cerebro, cerebelloq́;, ac alijs quoq; multis corporibus adiunctis, puta venis, arterijs, neruiſq́;, ac membranis plenum eſt. Adeò vt qui percuſſus ibi fuerat intrinſecus aer oppoſitam partẽ frangens, hic deſit. Secundò quia vitrea ſubſtãtia fragilis eſt, & imbecillis: Ideoq́; ad reſonationẽ facilis: cranion verò forte, validumq́; eſt, & ad huiuſmodi reſonationẽ cõtumax. Quibus duabus rationibus tertiã ex Galeno adiungas: videlicet q̃ phiala, vaſaq́;, alia vitrea continua ſunt, ex vnica duntaxat, ſimpliciq́; parte effecta: cranion verò pluribus ex partibus cõpoſitum eſt, ob quintum ſuprapoſitum .*b*. futurarum vſum: ſcilicet vt nocumentũ vni parti factum alteri minimè cõmunicetur. Siquidem igitur vnum continuũ os eſſet in cranio, poſſibilis quoq; idem caſus foret. At quomodo id fieri poteſt, dum plura in eo ſunt, non continua, ſed contigua, vt vno percuſſo, alterum findatur? Nos autem huiuſmodi caſum adhùc nõ vidimus: poſſibilem tamen eo modo, quem declarabimus, arbitramur. Videlicet imprimis vt non in diuerſis oſſibus, ſed in eodem: inquã diuerſis tamen, forteq́; nonnunquã oppoſitis eiuſdem oſſis partibus id contingat. Quemadmodũ v. g. ſi in dextra frontis parte ictus conferatur, in ſiniſtra eiuſdẽ fiſſio fieri poteſt: ex dextra ſcilicet impulſo eo oſſe: interim verò circa ſiniſtrã fortiter cum ſyncipite alligato, indeq́; plicato, ac fracto. Sic etiam cùm ſyncipitis os aliquas habeat partes eminentes, aliquas inferiores, illas ad rectã, has ad ſquamoſam vtrinq; futurã pertinentes: Itemq́; nonnullas habeat partes anteriores, aliquas verò poſteriores: illas quidem ad coronalem, has verò ad lambdoidem ſpectantes, quotiès in vna parte ictus incidat, preſertimq́; in inferiore, aut poſteriore, vel in proximam, vel in oppoſitã quoq; partem reſonatio, reſponſioq́; ictus, & fiſſura velut ab echo fieri poſſibile eſt. Sic igitur caſum à Nicolao Florentino prænarratum à tempore ad tempus, hoc eſt a dextra oſſis frontis parte ad ſiniſtram è regione ſibi reſpondentem, intelligo: quemadmodum in arcubus contingere vidimus: cõpreſſa videlicet altera extrema parte, oppoſitam ſibi alterã extremam frangi. Sic etiam & Hippocratem, Celſumq́;, ac Soranum tales, tantiq́; nominis viros cum Paulo, ſuiſq́; rationibus cõciliemus. Illi ſiquidem poſſibilem caſum in diuerſis, forteq́; etiã contrarijs eiuſdẽ oſſis partibus admiſerunt. Paulus verò de diuerſis oſſibus verũ arguit. Haud enim rationes eius contra Hippocratem, Celſumq́;, & Soranum valent. Quinimmò nec ſi in diuerſis hi oſſibus intellexiſſent. Quanuis enim plena caluaria ſit: Haud tamen vſq; adeò plena, quin inter cerebrum, & os membranamue craſſiorem oſſi appenſam eſſatu dignũ interuallũ remaneat: vt omnibus compertiſſimũ eſt. Fortitudo autẽ, ſoliditaſq́;, ac durities oſſis ad talem fiſſuræ modum potiùs adiuuat: tantùm abeſt, vt impediat: veluti de aſſere, duriſſimiſq́; lapidibus exemplũ anteà præbuimus. Suturarũ deniq; vſus quintus, oſſiumq́; ſeparatio, in diuerſis oſſibus fieri poſſe abnegat, non in diuerſis eiuſdẽ oſſis continui partibus. Interim verò inficias minimè ibimus, rariſſimum huiuſmodi caſum eſſe, poſſibilemq́; interdũ quoq;, vt facto in ſynciput ictu, plagaue, in frontem, aut occiput fiſſura pertranſeat, vel econtrà. Itidem vt ex occipite in frontẽ, vel econtrà. Rurſuſq́; à tẽpore ad tempus. In his tamen caluarijs, quæ futuris omninò careant: ſiue nullã ab initio habuerint, ſiue per ſymphyſim coaluerint, prout aliquas eſſe huiuſmodi caluarias anteà .*i*. iam ſeneſcentibus quibuſdã retulimus. Verùm in huiuſmodi caluarijs, eadẽ ratione, qua Hippocratem, ſuoſq́; ſequaces ſaluauimus, fieri etiam poſſe (quia ſcilicet in eodem, continuoq́; oſſe) huiuſmodi figuram determinabimus. Sed enimuerò rariùs adhùc, quàm exteriùs experimẽtum prima frõte præferat, talis fracturæ modus verè accidit. Falli enim aliquãdo medicos cõtingit (vti Paulus appoſitè etiam ait) cùm in pluribus cranij partibus ictus factus ſit: ſiue quia percuſſor ictus iterauerit: ſiue quia ſemel percuſſus in lapidem alia, vel oppoſita parte ceciderit, vel alicui duriſſimæ ſubſtantiæ ſibi contrapoſitæ obuiã factus ſit, indeq́; fiſſurã in alia parte recęperit citra cutis interea ſolutionem. Adeò vt medicus eam dũtaxat partẽ cõtemplatus in qua plaga, cutiſq́; ſolutio facta eſt, poſt multos autẽ dies, abſceſſu in altera parte facto, apertoq́;, vel inciſo, fiſſuram inueniens in oſſe, ob prędictam reſonationem, apechemaue factam fuiſſe falsò imaginetur, cùm tamen ab alio ictu facta (veluti prędictũ eſt) fuerit. Quin & alio nonnunquã infortunio medicus decipitur. Etenim (veluti præſcriptũ quoq; à nobis anteà fuit .*k*.) futurarum vſus ſecundus, tertiuſq́;, & quartus erant, vt per eas venę, arterięq́;, & neruuli, vel intrò ingrediantur, vel foràs exciderint, craſſioriſq́; membranę fibræ quędã, vinculaq́;, egrediãtur, propter illius ſuſpenſionem, pericranęiq; generationem. His igitur ſtãtibus, violento quopiam ictu in frontẽ ab anterioribus incidente: v. g. in partem, quæ capillis nuda eſt, fieri poteſt, vt ob frontis oſſis impulſionẽ coronalis futuræ vehementior facta cõpactio aliquod è prędictis vaſis, ac venulis, & vinculis laceret, abrumpatq́;, ac fortaſſis futuræ etiã ipſius ſerratiles illi dentes, vngueſue patiantur, contundanturq́; ob impulſionis vehemẽtiam cõpreſſi. Ex quo paulatim facta ibi putrefactione, abſceſſuq́;:

quùm

h. Com. 1. huius capitis.

Determinatio quæſtionis. Concluſio prima.

Veterũ cũ Paulo concilium.

Ad Pauli rationes.

Ad primã.

Ad ſecũdã.

Ad tertiã.

Concluſio ſecunda.

i. Suprà cõ. 3. verſus finem.

Concluſio tertia.

Concluſio quarta.

k. Com. 1. huius capitis primi.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 92 sur 292

©BIU Santé

quùm posteà aperitur, osq; patefit, præsens, quæ passa est, sutura fissurã ob resonantiã, siue apechema factam referens, medicis ipsis imponit. Cùm tamen ibi nulla sæpenumerò fractionis, seu fissuræ species, ac per hoc neq; resonãtia prędicta existat. Idemq; in alijs futuris accidere potest, percussis vel occipitis, vel syncipitis ossibus. Verùm enimuerò de his cõsequentia sermonis coacti plus, quã proposueramus, locuti sumus. Aliàs enim ex proposito vberior sermo fiet. Ad nostrum igitur propositũ Galeni contextũ reuertamur. Priùs circa pręassumpta Hippocratis verba
„ duntaxat annotãtes: quùm dicebat [Omni verò capitis osse robustius est os, quod post verticem
„ est, &c.] nõ rectè Cornarius interpretatur [os verticis] minimè aduertens mancum esse textum
Grecũ, legendũq; esse [ἀπὸ τῆς κορυφῆς] Deest enim dictio [ἀπὸ] quod significat [post] Ineptiùs verò Caluus interpretatur, dicens [quod in summa fronte est, parteq; posteriore.] Itẽ quùm pau-
„ lò post Hippocrates dicebat [At verò quùm sedes telorũ acutorũ, ac leuiorũ ipsę per seipsas fien-
„ tes in osse absq; fissura, & contusione, & introcessione, &c.] non [absq; fissura] legit Cornarius, sed [cum fissura] quod falsum, & pręter Hippocratis mentẽ omninò est. Sed longè imperitiùs, & ab omni Hippocratis sententia remotiùs Caluus omnia hæc verba transformat, præsertimq; dicens [num ne ossa neruo, &c.] Minimè aduertens interim Græcas dictiones [τὰ νεῦρα ἀγμῆς] falsò scriptas esse, legendumq; [ἄνευ ῥαγμῆς] idest sine, seu absq; fissura, &c. Quæ quidem, veluti & alia quamplurima rectiùs nouit Vidius. Sed hæc obiter intantùm hic prænotata sint. Galenus igitur in pręsenti textu ad aures vtrinq; posita ossa in tres distinxit partes: primãq; petrosam appellauit. Cùm (vti diximus) petram tùm figura, tùm duritie simul repręsentat. Verùm quare hic asperum, & durũ huiusmodi os sit, enucleandũ adhùc restat. Quia enim nõ à musculosa tantùm carne: sed à reliquis etiam capitis ossibus circumiacentibus, suisq; etiã partibus superioribus defendebatur os istud, vt tutum omni ex parte maneret: Ideò frustrà durius frõte, syncipitisq; ossibus, ac deniq; superiorib⁹ quoq; proprijs partibus à natura fabricatũ esse videretur. Nisi esset, ꝙ ob alias quidem causas durius fuisse operępretium fuit. Imprimis enim, quia styloides processus inde oriri necesse fuerat .l. (processum priùs cum Galeno supponimus, quanuis nos appendicem potiùs anteà nominarimus, denuoq; post hæc admittemus) qui processus, tametsi, ne multũ loci sibi pręoccupans, impedimentũ vicinis pręberet, gracilis necessariò fuit: Durissimus tamen, validissimusq; esse tantò magis debuit: cùm ab eo plures musculi, tùm inferioris mandibulæ septimus, & octauus .α. (siue quartũ par dicere malueris) deorsùm eam trahentes, atq; os ipsum aperientes: Tùm linguæ quintus, & sextus .β. (seu mauis dicere tertiã cõiugationem) linguã ipsam versùs interiora sursùm retrahentes: Tùm deniq; ossis hyoidis quintus, & sextus .γ. (siue dixerimus tertiũ quoq; par) quorũ munus est prędictũ hyoides os sursùm nonnihil, introrsumq; contrahere, ac prohibere, ne in dextrũ, aut sinistrũ reuellatur, sex inquam prędicti musculi suæ originis principiũ duxerint, illiq; processui implantentur, firmenturq;. Quinimmò (quod maius est) ipsum quoq; hypsiloides os ei quoq; prędicto styloidi processui, siue per oblongũ osticulum, siue per teres ligamentũ annectatur. Ex quo sequitur, ꝙ hyoidi alligata corpora ab eodem quoq; stylo quodammodo pendeant. Si quidẽ igitur styloides ille processus necessariò durissimus, validissimusq;, ne à prędictis musculis dum suo trahendi munere fungũtur, abrumpatur ab ea temporis ossis parte emersurus erat: cui dubiũ est, ꝙ id etiam os durũ, & validũ, ac densum esse oporteat? Ex molli enim, raraq;, ac imbecilli substantia durũ, densumq;, ac validũ oriri processum, impossibile est. Quod si non processum, sed appendicem ipsum styloides os nuncupare velimus (veluti nobis magis arridet, anteaq; inter appendices libentius cõnumerauimus .m.) cui secundũ appendicũ vsum ascribamus: nõ minùs hercle ratio prędicta militabit: vt scilicet os cui validissimus styloides adnascitur, validũ quoq; sit. Quod enim durũ, validumq; esse debet, ac multis motibus, attractionibusq; resistens, in laxa substantia adnasci, alligariue, & annecti, absurdissimum est. Quòd autem in nouam potiùs sententiam inclinarimus, vt appendicẽ id styloides os nuncupemus, nõ processum, (eiusq; vt appendices primos duos prędictos .n. vsus esse) inde pręsertim succesſit: quoniã ab initio chartilagineũ potiùs ligamentũ erat: deinde chartilago ossea: posteaq; os chartilagineũ, magisq;, ac magis paulatim durescens, factũ est deniq;, vt in purũ, durumq; os degenerauerit, separabile tamen interim per multos annos etiam ad iuuentutẽ vsq; per elixationem existens. Id quod processibus nunquam, appendicibus verò, priùs, quam durescente intermedia chartilagine per symphysim coalescant, omnibus aduenit. Quòd si, ante quã os euaserit, ac per hoc neq; processus, neq; appendix nominandũ, tanquã ligamentũ potiùs cõtemplemur, dubio procul omni cùm id validissimũ esse oportuerit (veluti prędictũ iam est) & id quoq; vnde oritur os, quod temporalis prima pars est, validissimũ, ac durissimũ fuisse, necessum erat. A laxo enim, raroq;, & inualido osse ligamentũ validissimũ, ac robustissimũ, durissimumq; enasci, impossibile est. Hæc igitur prima ratio sit: cur prima tẽporis ossis pars petrosa nũcupata, nõ solum asperitate, pręruptęq; rupis figura, sed etiam duritie petrã præseferat. Secunda autem ratio assignari potest ex alia appendice, quã ἀκουστικὸν πόρον Græci, nos verò auditoriũ meatũ nuncupamus:

totum

Notãdum quartum. Cõtra Cornarium. Cõtra Caluum.

Cõtra Cornarium.

Cõtra Caluum.

Obiectio.

Responsio. Duritiei petrosi ossis rationes quinq;. l. vt hic Galenus, & 11. de v. p. c. 4. post princ. Styloidis vsus. α 4. tab. o. 5. tab. n. n. β. tab. 15. fig. 24 & 15. F. γ. tab. 4. Q.

m. In procemio cõ. 6.

n. In procemio cõ. 6. post meu. Quod styloides os appendix sit.

©BIU Santé

totum ſcilicet os intelligentes, quod in tenerioribus per elixationē ſeparari poteſt, dein ceps autē natu grandioribus, quāquā cum temporis petroſa parte coaleſcit: Anteriùs tamen, interiuſq; linea quadam ſemper cōſpicua notatū eſt, vt prēteritę diuiſionis veſtigio: quemadmodū in appendicibus quoq; omnibus alijs (quanuis tardiùs, citiuſue) cōtingit. Cùm igitur prima hæc tēporis pars prędictū porum, meatumue auditoriū περιέχουσα q. d. circundans, ſiue circumhabens, continenſue ſit (appoſitè enim ſic loçutus eſt Galenus, cùm in ſeipſa velut anulus margaritā cōtineat, cōprehendatue, ſeu amplectatur) cui dubiū eſt propter tympani defenſionem, eam oſſis partem durā eſſe debere, ac validam? Non temerè igitur petroſa, lapidoſaue prima hæc pars, ob petreā quandam duritiem, nuncupata eſt. Quod ſi petroſi nomen largiùs cum Veſalio capiamus: vt ſcilicet mamillarem quoq; proceſſum, occipitiſq; (vti diximus) inferiorē partem, circa magnū ſpinali medullę dicatū foramen, cōprehendat: tertiam quoq; tunc rationem addas: quoniā ſcilicet nō modò mamillaris ille proceſſus neceſſariò etiā (vt videbimus) duriſſimus: ſed duo quoq; illa capitula infernè oriunda fuerant, quæ cùm primę vertebrę inarticulari debuiſſent, articulo quidem omniū totius corporis articulorū digniſſimo, non temerè duriſſima eſſe debuerant: Idcircò & vnde oriuntur huiuſmodi proceſſus, capitulaue dura, os durū quoq; eſſe neceſſium eſt, particulatim verò petroſæ temporis parti mandibula inferior dearticulatur, nō minorem oſſis duritiem requirens. Quartò etiam huiuſmodi lithoides, petroſumue os durū extitiſſe opus fuit, cùm inferiùs poſitū ſit: quęquidem pars ad baſim ſpectat: quam ſuperpoſitis duriorē eſſe, nullus vnquam ambigeret: pręſertim ſi (vti prędictū iam eſt) largiùs petroſum os ſumpſerimus. Tota enim occipitij pars inferior baſis quędam eſt (vnde nōnulli baſilarem eius inferiorem partem nuncupant) proinde durum eſſe totū lithoides os oportuit. Quibus & quintò addamus, q̄ ex tali ſitu cerebri humiditates deorsùm deſcendentes recipiens, niſi duriſſimū os ſit, promptè ab illis humiditatibus putreſceret. Sed hæc quidē pro duritiei lapideæ cauſis. Aſperū verò, pręruptęq; rupis inſtar inęquale fuit: pręcipuè quidem, vt muſculi in eam partem cōmodiùs, firmiuſq; plurimi inſerantur: vt in mamillares proceſſus, anteriores quidem, ſeptimæue coniugationis muſculi caput annuere facientes inſeruntur: In occipitis verò poſteriorem, inferioremq; partem prima, ſecunda, tertiaq;, & quarta muſculorū caput abnuere facientiū cōiugationes: nec nō quinta etiā ad latera caput mouens, retrahenſq; implantātur: ſupraq; hos muſculus eſt ab ipſo occipite ortū ducens, ad ſcapulę ſpinam inſertus, tanquam ipſius ſcapulę motor ſecundus: qui ab aſpero etiam oſſe, cui firmiùs inhæret, cōmodius principiū ſuſcipit. Mamillaris autē proceſſus, ſic quidē dictus à muliebris mamillæ, ſiue à vaccini vberis papillarū ſimilitudine, pręter ea, quæ dicta iam ſunt, durus fieri debuit, tùm vt auditoriū tympanū defenderet, ſecuriuſq; à poſteriùs occurrētibus tueretur, tùm vt interiorem quoq; ſuam cauitatē, in qua (vt videbimus) ob auditus fortaſsè cōmoditatem aer includitur, tutiùs cooperiret: tùm tertiò, vt vnà cum auditorio tympano maxillæ inferioris cum oſſe temporis articulo, illiuſq; capitato proceſſui poſtpoſitū pręlidiū ſit. Nę quando in violentis motibus ſiue mordendo, ſiue corpora dura comminuendo, à ſubiecta cauitate prolabatur: vnà inquam cum auditorio tympano huiuſmodi vſum proceſſus mamillaris habet, nō ſolus, vti nō rectè Galenus * opinatus eſt, vt qui ſub eo proceſſus articulationem fieri, caputq; maxillæ inferioris inſeri ſcripſit. Minimè interim aduertens, inter mamillarē proceſſum, & eum articulū, auditoriū interponi tympanū (vt poſteà videbimus .o.) cuius tympani proceſſus quidā inferior extenſus nimiam oris apertionem, ac per hoc articulationis laxitatem, facilemq; luxationem impediens eſt. Quibus & quartam addas rationem duritiei mamillariū proceſſuū: quæ eſt, quoniā validæ, robuſtęq; illę partes eſſe debent: quarū ratione totius capitis motus inclinationis ob affixos ibi muſculos expletur. De altero autem ſecundę tēporū partis proceſſu, videlicet iugalis oſſis dimidio nunc ſilere decreuimus, cùm in ſequenti capite de toto ipſo iugali oſſe determinandum vnà cum Galeno veniat. Reliquū eſt igitur, vt omniū capitis oſſium ſubſtantiā cōpleamus: poſtquam diminutū iam ipſum Galenū hic inuenerimus, qui de ſex dūtaxat oſſibus capitis meminit, & ex ijs ſolùm de quatuor oſſium ſubſtantia expreſſit: Nil de ſphenoidis etiā, ac ſpongoidis ſubſtantia determinans, temporumq; oſſa ſub multiformiū nomina dimittens. Noſtrū itaq; fuerit reliqua perficere. Sphenoidis igitur ſubſtātia dura eſt (inquit alibi Galenus .p.) ob tres quidem cauſas, quas ab ipſomet proprijs verbis loquēte intelligas, quùm ſic ait [Palati verò os (ſic enim id aliquando vocat) velut cuneus quidam mediū inter caput, maxillamq; ſuperiorem, incumbit: cōtinens iam in ſeſe meatuū cerebri purgantiū foramina: prętereà autē & ad baſim totius capitis ſubiacet: quemadmodū & ipſius pars oſſi occipitij cōtinua, ob hæc igitur omnia denſum, ac durum extitit. Fortaſſis autem vel propter vnum eorū quoduis, tale iure extitit.] Tres inquā in huiuſmodi ſermone duritiei cauſas aſſignat. Prima quarū eſt, quia velut cuneus interpoſitū exiſtit. Secunda quia meatuū foramina in ſeſe cōtinet: adeò vt à ſuperioribus humida excrementa recipiat. Tertiaq; demùm eſt, quia ad baſim ſubiacet. Fortaſſis autem propter vnam harū cauſarum quamlibet. Melius verò eſt ob omnes tres, durū, ac denſum factū fuiſſe id os affirmare. Singulas

igitur

Cur petroſū os aſpetum.

Mamillaris proceſſus ſubſtantia.

* 11.d v.p. c.20. poſt med. & hic cap.5. Cōtra Galenum. o. Cap.5. com.2.

Zygomatis ſubſtantia.

Sphenoidis ſubſtantia. p.11.d v.p. c.19. poſt med.

Duritiei cauſa.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 94 sur 292

©BIU Santé

» igitur mox declarat: ordine tamen retrogrado, ab vltima exordiens. [Quia enim ex ijs eſt, quæ
» ex baſi capitis ſunt, quæ ſanè dura eſſe debebant: & quia ab excremẽtis, quæ à locis ſuperioribus
» proinanant, per ipſum prolapſuris, breui extabuiſſet, atq; computruiſſet ſi laxum fuiſſet: ob eam
» cauſam durum, ac denſum eſt factum. Huc accedit etiam, quòd mediũ inter caput, ac maxillam
» ſuperiorem eſt ſitũ, eoq; validũ eſſe oportet.] Hęc de ſphenoidis, cuneiformiſue oſſis ſubſtantia.
» [Oſſium porrò alis ſimilium productio ex ipſo eſt facta, ſedem ſimul, atq; operimentũ muſculis,
» qui in ore ſunt, (ſcilicet deliteſcentes, maxillamq; inferiorem ſurſùm retrahentes, tertiæ, vt alias
» videbimus, coniugationis eorũ, qui maxillã hanc mouent) à lateribus exhibitura. In cauitatibus
» enim, quæ ab ipſis alis circumſcribuntur, horum muſculorũ capita ſunt appenſa.] Quæ autẽ de
foraminibus cerebrũ expurgantibus inquit Galenus, tametſi à quamplurimis recentiorũ Anatomicorum reprobata nos in ſequenti cõmento (Deo Optimo Maxio fauente) elucidando cõprobabimus. At quid demùm de octaui oſſis ſubſtantia dicendũ reſtat? Reſpondeo id omniũ capitis oſſium imbecillimũ eſſe dicens: tùm tenuitatis, tùm quoq; foraminũ nõ cribri, ſed ſpõgiæ quoq; inſtar quamplurium ratione. Magis enim apud fabricãtem naturã prẽualuit ſupradictus .q. triplex foraminũ vſus, tùm ad vitã, tùm ad vitæ cõmoditatẽ neceſſarius. Inſpirationis inquã, odoriſq;, & expurgationis, quã eiuſmodi oſſis diſpathia: prẽſertim cùm huic alia ratione prouiderit: intùs videlicet huiuſmodi oſſa abſcondens: vbi & à frontis oſſe: præſertimq; vt in pluribus anteriùs, inferiuſq; duplici, & à naſi oſſiculis, atq; ab ipſis magis oculis cuſtodientibus defenduntur. Nec interim deſcendens ad ea humiditas diſpathię plurimùm obeſſe poteſt, cùm foraminũ causa partim ſuper illis, aut nihil immoretur: prẽcipueq; cùm (vt videbimus .r.) per nares expurgatio naturalis, & ordinaria non ſit. Niſi quùm cerebrum (vel Galeno metipſo comprobante .ſ.) prẽter naturam affectum ſit. Verùm enimuerò ad foraminum, quæ in ſingulis capitis oſſibus exiſtunt, ſermonem cõuertuntur, Galeni defectum ſupplentes: qui de illis impręſẽtiarum loqui noluit, ſe in vaſorum, neruorumq; diſſectionibus tractaturum promittens, ideoq; ſic dicens.

Pterygoidũ proceſſuũ vſus.

Octaui oſſis ſubſtantia.

q. Com. p̃cedenti.

r. Com. ſequenti. ſ. 8. de.v.p. c. 9. verſus finem.

TEXTVS OCTAVVS.

» Περὶ δὲ τῶν πτημάτων τῆς κεφαλῆς, ἐν ταῖς τ ἀγγείων, καὶ νεύρων ἀνατομαῖς, ἐιρήσεται. καὶγὰρ γέγονεν ἐκείνων
» ἕνεκα. καὶ διέρχεται καθ' ἕκαςον αὐτῶν, ἢ ἀρτηρία τις, ἢ φλέψ, ἢ νεῦρον, ἢ τινὰ τούτων, ἢ πάντα.

» De capitis autem foraminibus, in vaſorum, neruorumq; diſſectionibus ſermo habendus eſt.
» Illorum enim causà effecta ſunt: prodeuntq; ſecũdùm quodlibet ipſorum, ſeu arteria, ſeu vena,
» ſeu neruus: vel ex his quædam, vel omnia.

COMMENTVM OCTAVVM.

IN vaſorum (hoc eſt, venarũ, arteriarumq;) ac neruorũ diſſectionibus habendũ eſſe, de oſſium capitis foraminib⁹ ſermonem ait. Sicq; proculdubiò fidiſſimè obſeruauit. Vbicunq; enim de nerui alicuius, aut venę, vel arterię anotome exquiſitiùs loquitur (prout ſcilicet in cerebrũ ingrediendo vt plurimũ aſcendunt, vel ab eo egrediendo maxima ex parte deſcendunt) ibi de foramine ſiue ingreſſui, ſiue egreſſui, vel etiam vtriq; dicato meminit: tam in libello de neruorũ diſſectione, quàm in alio de venarũ, arteriarumq; anatome, atq; in libris deniq; de partiũ vſu: prẽſertimq; octauo, nono, decimoq;, ac decimo ſexto. Fortaſſisq; non aliter etiam obſeruauit in libris de anatomicis adminiſtrationibus vndecimo, duodecimoq;, ac tertiodecimo. Quos quidem nos hodie cum alijs, à dimidio noni libri ad quintumdecimum vſq; deſideramus. In quibus quidem tribus libris, ſcilicet vndecimo, duodecimoq;, ac tertiodecimo (ipſomet Galeno referente .t.) de neruis, veniſq;, & arterijs, eorumq; diſſectionibus locutus eſt. Eorum tamen, quæ reperiũtur voluminũ loca de his pertractantia in mediũ afferre, quæcunq; occurrent, in ſingulorũ foraminũ enarratione conabimur. Vt eorũ error compertiſſimus ſit: qui nihil priùs Galenũ in libello de neruorũ anatome ſcripſiſſe de huiuſmodi foraminib⁹ dicentes: vel eum deinde mancũ eſſe, tanquã promiſſa minimè obſeruantem, vel illum libellum Galeni legitimũ non eſſe, concludunt. Itaq; nos ad capitis foramina (non in ſimijs cũ Galeno ab illis nonnunquã decepto, ſed in homine) cõuertamur. Quorum vſus eſt, vt vel arteria, vel vena, ſeu neruus, ſiue ex ijs quędam, ſiue cuncta (vti Galenus hic ait) prodeant: ſiue (addamus nos) ex his nullum: ſed vel aer, vel etiam excrementũ aliquod pertranſeat: ſiue etiam cum aliquo ex his, vel cum duobus, aut etiam tribus prętactis omnibus prędictũ excrementũ egrediatur. Imprimis igitur dicam⁹ oſſium capitis propriorũ foramina eſſe propria quidẽ vt plurimũ triginta ſeptem: Communia verò magna ex parte tredecim, ideoq; cum cõmunibus propria omnia vt plurimum eſſe numero quinquaginta. De quib⁹ omnib⁹ ſigillatim loquemur, à ſphenoidis, cuneiformiſue oſſis

t. Libello de libris proprijs cap. 3. poſt princ. Cõtra Real. dum.

Oſſiũ capitis propriorum foramina.

©BIU Santé


ossis cribro exordientes. Cuius quidē foramina propria, simulq; cōmunia sunt quatuor & viginti, siue coniugationes vt plurimùm duodecim. Nonnunquā enim vndecim sunt, sicq; foramina viginti duo: interdum verò licet rariùs coniugationes decem, sicq; foramina viginti. Nos igitur in dextra parte numerantes, totidem in sinistra intelligemus, vel econtra (nil enim refert dextrā, siue sinistram ad numerandu assumere) Duodecim verò cùm sint, tria prima ad oculorū sedem a caluariæ cauitate exordientia spectant: reliqua autem omnia deorsum magis inclinata vel in nares, aut fauces, vel in palatum ab interioribus etiam incipientia vergunt: prēter decimū, & duodecimum, quę ad cerebri loca minimè penetrant. Nos autem in ossium capitis foraminum communium numero posuimus tàm interiora, quàm exteriora colligentes: prēsertim quia decimum ad declarationem eductionis excrementorū maximè conducit. Primum itaq; foramen est in osse cuneiformi exculptum, ad oculorū sedem spectans. Ibi scilicet collocatū (Galenomet erudiente.*u.*) qua primum oculorū regio oriri incipit. Inde enim quòad visorios principaliores eius neruos, quorū gratià pertusum tale foramen est, oriri oculi videntur: tametsi quòad musculos à secundo (vt videbimus) foramine principiū sumunt: Quamobrē Galenus idem ait [Tibiq; nerui hi, si inspexeris, veluti quędam oculorū radices esse videbuntur] orbiculare quidem id foramen est, præcipueq; exteriùs. Intùs enim iuxta externū, superiusue latus, sub acutis illis alarū auium instar sphenoidis processibus, qui sellæ posteriorē partem repręsentant, acutū, exiguūq; angulū obtinuit: per quem arteriola quædā (quanuis nonnulli venam dicant) ex interioribus ad oculos pertransit. Adeò vt duo hęc corpora per id foramen excidant (sicq; duplex eius vsus sit) visorius inquam neruus, & arteriola. Idcircò tanta prorsùs latitudine non existit (quāquā sic Galeno placet) quanta neruus crassitudine existit. Nōnihil enim superat, quò arteriolæ iam dictæ simul cū neruo excidenti cedat. Nec secundo maius est, vt in secundi declaratione ostendemus: vt autem id, veluti & alia multa dicenda foramina quoquomodo audientibus, legentibusq; pateant, faciliusq; inueniātur primam hanc figuram hoc in loco proposuimus. In qua statim litera E. huiusmodi primum foramen prēsefert: veluti secundum litera G. tibi ostendit.

Sphenoidis foramen primū proprium.

u. Lib. de neruorum dissect. c.2.

Vsus duo.

Cōtra Galenum.



Est enim secundū id foramen, quod secundæ neruorū cerebri cōiugationi principaliter dicatum est, longè profectò, quam visoriorū neruorum coniugatio est, duriori, ac minori. [Quippè quam tenuissimū os (inquit Galenus .*x.*) hanc ab illa distinguit, ac separat] secundū id foramen per hęc verba insinuans. Paulò minùs toto orbiculare est. Parte enim elatiore in acutū, longūq;, & angustum desinit angulum. Non modò autem totū hoc foramen: sed quod humiliter in parte orbiculare dūtaxat est, priore foramine longè maius est. Quanuis Galenus angustius id esse proferat, .*y.* à simiarū fortassis, aut cercopiteci nō benè mundis caluarijs delusus. In quibus tametsi maius etiam id secundū foramen primo est: vix tamen euidens, sicut in homine, maior eius amplitudo existit. Quinimmò cùm ab acutis illis sellæ processibus aliquomodo cooperiatur, minus potiùs, nisi exquisitiùs perpendatur, apparet: Ideoq; Galenus crassiore (vt dicitur) minerua, parumq; in hoc diligens, vel minus esse posuit: vel si angulū quoq; superiorē cū ipsius rotunditate annume-

Foramen secūdū etiā sphenoidis proprium.

x. Ibidem cap. 3.

Figura.

Magnitudo.

y. 9. de v. p. cap. 8. post med.

Cōtra Galenum.

©BIU Santé

annumeremus, totũ quoq; ſecundũ, ad totũ primũ foramen cõparemus: tunc non adhùc minus, ſed vel non maius, q.d. æquale: vel nõ multò maius eſſe voluit. Sed enimuerò in hominis caluaria, de qua nos impręſentiarũ loquimur, Galenus cõſideraſſe exquiſitiùs debuerat, dubio procul omni, euidentiſſimeq́; longè maius, ampliuſq́;, vel ſola rotunditate perſpecta, hoc foramen eſt, quàm fuerit primum. [Neceſſariò autem prælongum extitit (inquit Galenus .z.) nõ autem quomodò ſenſificorũ, teres: quòd duos neruos mutuò ſeſe ſubſequentes, nõ vnum erat cõtenturũ.] Intelligit autem Galenus duos neruos, ſcilicet ſecũdi paris totum, & tertij paris portionem. Sed ne ob hos quidem duos neruos tantummodò magnũ, ac adeò prælongum factum eſt id foramen: ſed etiam quia vena quædam, & arteria, nec nõ & excrementa quædam per id tranſire oportuit. Imprimis igitur per ipſum tota ſecunda neruorũ cerebri propago ad oculorũ quatuor muſculos: videlicet primũ, tertiũ, quartumq́;, & ſextum, itemq́; ad muſculũ ſuperiorem palpebram attollentem, aperiẽtemq́;, propter motũ diſtribuenda pertranſit. Secundò per idẽ foramen permeat tertij neruorũ paris prima radix in duos diuidenda ſurculos: quorũ alter ad frontẽ, frontiſq́; muſculum pertranſit, aliumq́; ſupernam palpebram claudentem: Alter verò ad narium internã tunicam peruenit. Tertiò per idem id ſecundũ foramen ea neruorũ portio egreditur: quã Veſalius ex veterum cõſuetudine tertij paris minorẽ quandã radicem nuncupauit cũ verè tertio pari connumerans: Rectiùs autem octauũ par ex Falloppio nomenclandũ quinti dũtaxat oculorum muſculi motiuũ. Quartoq́; per idem foramen tranſit ea tenuium neruorũ cõiugatio, quã iuxta Marini à Galeno .a. relata dogmata Veſalius minorem quinti paris portionẽ appellauit, de ea ſimul cum pari quinto pertractans. Rectiùs tamen quartũ par à Falloppio nomenclatũ ad ſecũdũ oculorum muſculũ duntaxat, gratia motus illius percurrens. Quintò inſignis quidam ſoporalis arteriæ ramulus, poſtquam retiformem plexum efformarit, in oculum per idem foramen egreditur. Sextoq́; demùm per elatiorẽ huius foraminis ſedem (prędicta enim per humiliorẽ deſcẽdebant) quæ in acutum, oblongumq́; angulum cõſtringitur, venula quędam iugularis externæ ſurculus dicta ſecundus: nõ vt prętacta arteria extrorsùm, ſed cõtrà potiùs ab exterioribus introrsùm induram membranã diſtribuenda ingreditur. Sex ergo hi ſunt ſecundi foraminis vſus. Quibus deniq; ſeptimum adiungemus: vt per hoc ſcilicet excrementorũ ab infundibulo, adeneq́; in ſellæ ſphenoidis interuallo poſitis effuſorum tranſitus, expurgatioq́; fiat, eo modo, quo poſteriùs elucidabimus. Quem vſum primo foramini tanquã elatiori, naturaliter, ac benè recto exiſtente cerebro, nõ dedimus, illi tamen, vbi plurimũ excrementa ſuperabundent, ineſſe, nõ diffitebimur. Tertium ſphenoidis quoq; propriũ foramen exiſtit, quod litera H. in propoſita figura oſtẽditur, Galeno quidem, vel prorsùs, vt ſimiarum, cercopitecorumq́; caluaria perpendenti incognitum, vel ſaltem nõ exquiſitè, pręſertim quòad eius exitum, atq; vſum aliquandò perpenſum. Quòad exitũ inquã. Etenim foramen ordine prędictis duobus ſuccedens (quod intendimus) illi tamen, pręſertimq́; ſecundo, longè minus, orbiculareq́; interim, ac longiore itinere per oſſis ſubſtantiã in oculorũ quoq; cauitatem, inſtar duorum præcedentiũ egrediens idipſum eſt. Galenus autem huiuſmodi foramen eſſe tertium, quod in oculorũ ſedem terminetur, expreſsè negauit, ob id dicens. .b. Naturam neruis ad ſuperiorem maxillã deſcendentibus ex minori tertij paris radice locum inueniſſe per ſecũdum pręſcriptũ foramen, vnà cum neruis oculorũ muſculos mouentibus: ne videlicet multis foraminibus perforatũ os ob tenuitatẽ lęſionibus eſſe obnoxium: ſicq́; opifex natura oſſium ſecuritatem pro nihilo duxiſſet, cùm precipuè tertium aliud foramen ad magnum angulum feciſſet. Verùm pace tanti viri dixerim, foramen illud, quod ad magnũ pertinet angulum, in alio oſſe, puta maxillæ ſuperioris ſecundo, in medio autẽ quarti, nedùm in medio angulorum, nõ ad magnum pertinens oculum, aliud eſt, de quibus ambobus poſteriùs ſermo fiet, vbi de maxillę ſuperioris oſſibus loquemur: .c. primum, ac ſecundũ foramina hæc declarantes. Non igitur in ſphenoide foramen illud maioris anguli eſt, ſed ab hoc, quod intendimus plurimùm diſtans. In oculorũ igitur cauitate, humilius tamen, depreſſiuſq́; primis duobus, & ſub ipſis oculis pertranſiens eſt: Adeò vt, niſi quiſpiam vel ſtylo immiſſo exquiſitè, ſummaq́; cũ diligentia perſpicere conetur: eius terminũ, exitumue minimè aduertat, Galenicq́; in hoc ſocius euadat. Quòad vſum verò huius foraminis, mirum nõ eſt ſi Galenus ignorati foraminis vſum quoq; neutiquam cognouerit. Etenim factum eſt nõ ob aliam cauſam, niſi vt ſecũdæ cuidam tertij neruorũ paris priore craſſiori propagini viam cederet, quæ in temporalem muſculum, oculorũ ſedem, narium internam membranã, facieiq́; muſculos, ac anteriores ſupernos dentes inſeritur, prętereà vt per id nonnihil excrementorũ cerebri (vt videbimus) expurgetur. Tria igitur hæc dicta ſint propria ſphenoidis foramina, quæ in oculi cauitatem vergunt. Quartum verò ſphenoidis propriũ quoq; foramen eſt litera Q. inſignitũ, huic tertio ſecũdùm ordinẽ ſuccedens, extra oculi tamen ſedem: oblongum quidem, ac veluti rotundũ leuiter vtrinq; cõpreſſum, &, vt à quibuſdã dicitur, ouale: quoniã oui ſimilitudinẽ refert. Duobus autem primis minus, ſed tertio maius. Quod tertij neruorum paris tertiæ, maioriq́; radici, ac toto ſecũdum veteres Anatomicos quarto pari foras pro-

z. Ibidem.

Vſus ſeptẽ.

a. Lib. de neruorum diſſec. c. 6. in princ.

Tertiũ propriũ quoq;.

Magnitudo, & figura.

b. 9. de v. p. cap. 8. poſt mediũ, & c. 13. verſus finem. Cõtra Galenum.

c. Cap. 3. com. 9.

Vſus duplex.

Quartum quoq; principium. Figura. Magnitudo.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 97 sur 292

©BIU Santé

Vſus quatruplex.

greſſuris dicatum eſt. Secundùm veteres inquam, quorum ſeriem inſecutus eſt Veſalius, quãquã rectiùs cum Falloppio totum pro tertio parı numerandũ ob dictas ab eo rationes cenſemus. Qui nerui ad tẽporalem, maſticatoriumq; muſculos deſcendunt, ac intùs quoq; lateſcentem: Itemq; ad faciem, labia, buccas, gingiuas, denteſq; inferiores, ac palatum, & linguam, fauceſq;, ad auriculæ radicem vſq; diſtribuẽdi. Idipſum igitur foramen eſt: quod Galenus intelligebat: quùm de

d. Lib. de neruorum diſſec. c. 5. in princ.

quarta neruorũ tertię ſtatim ab exortu permiſta cõiugatione loquens, ait .d. [Simulq; prętergreditur primùm quidẽ craſſam ipſam cerebri membranã, poſtea verò ipſum etiã capitis os, deinde rursùs ad oris palatũ ſecedit, &c.] Non amplius enim id velut tria præcedentia, in oculorũ cauitatem, ſed in palatũ rectè veluti quintum quoq;, ac ſextũ dicenda foramina tendit. Per id autem foramen, quãquã aliquando venula quædã in caluariã ingrediatur ab interna iugulari originem habens: Galenus tamen arteriæ etiã carotidis, ſoporatiæue maiorem illam propaginẽ in cerebrũ

Cõtra Galenum.

aſcendere perperã ait (quam verè per ſextũ foramen progredi narrabimus) verba enim eius hæc ſunt, quæ paulò poſt ſubdit [Commune autem eſt foramen, per quod tùm hæc neruorũ portio deorsùm fertur, tùm ipſius carotidis, ſoporariæue arteriæ reliquũ ad cerebrũ aſcendit, ab vtroq; latere vna, &c.] Verùm eſt tamen, ꝙ in Galeni manes inuidus eſt quicunq; nõ Galeni, ſed typographi, ſcriptoriſue errorem fuiſſe, deprauatamq; eſſe, ac mancam literam nõ aduertat: verbaq; illa cum aliquibus interpoſitis in noſtro codice deficientibus, ad ſextum potiùs neruorũ par, eorumq; foramen, occipitis quidem, ac temporis oſſis cõmune non referat. Id quod ſequentia etiã verba cõprobant, quùm ſubdit [Quonam igitur modo nerui iſti per collum, ac thoracẽ, ad eas, quæ infrà ſeptum tranſuerſum ſunt partes, & quæ nam eorũ ſit diſtributio, procedens oratio declarabit .e. &c.] Quis autem neſcit per collum, ac thoracẽ ad partes ſubſepto exiſtentes nõ tertiũ par, at ſextum deſcendere? Nec in re tam Galeno met ipſo (vt liquet) cõpertiſſima verendum de vera, legitimaq; ipſius ſententia eſt. Nec deeſt per id foramen excrementorũ nonnihil in palatũ deſcendere. Hæc igitur de quatuor primis cuneiformis oſſis proprijs foraminibus dicta iam ſint. Per quæ quidem nerui pertranſeunt. Per alia enim dicẽda foramina prẽter decimũ cõmune nullus neruus egreditur. Sed ea deinceps ſecundũ ordinem proſequamur. Quintum igitur foramen quarto ſuccedens eſt (quod litera R. in propoſita quoq; figura notatũ eſt) prędictis omnibus minus, propeq; nihilominùs orbiculare, (quanuis id ſimijs, ac cercopitecis ordine quartum id exiſtens tertio ferè duplo maius, oualeq; nõ orbiculare ſit) extrorsùm vtrinq; ad auditorij tympani latera tendit. Cuius foraminis circulũ quamminima tẽporis oſſium portio ſæpenumerò cõplet, illiq; quodammodo cõmune foramen dici poteſt. Cùm in ſphenoide oſſe totũ exculptũ magna ex parte nõ ſit: quãquã in prędictis animalibus ferè dimidiũ foraminis os tẽporis ſupplet. Huius porrò vſus eſt ſecundũ Veſalium, vt iugularis internæ venæ minori portioni, quùm a ſoporariæ arteriæ ſocietate ſeparatur, viam ingreſſus prębeat. Falloppius autem ſolam arterię propaginem eſſe hãc ait, quæ ingreditur, craſſiori mẽbranę pulſum prębens. Rectiùs verò dixerimus vtranq;. Id quod, poſteris hunc ſufferre laborem, quã nos meliùs potentibus iunioribus, acutioreq; viſu prędĭtis, diſtinguendum omittimus. Idipſum intereà perpendentibus, ſeduloq; annotantibus, ꝙ vbi vena per id foramen nõ ingreditur, ſępiuſculè per quartum prędictũ foramen ingredi conſueuit. Nec deeſt quędã hinc excrementoru expurgatio. Sed quinq; his foraminibus perſpectis, quæ in vtroq; latere ſibi inuicem ordinatè ſuccedunt, ad mediã regionẽ accedamus inter quartũ vtrinq; poſita foramina. Ibi enim tria vtrinq; inueniemus. Quorum primum eſt, quod nos cum prędictis numerãdo ſextum ordine ſtatuemus, litera S. deſignatum. Atq; idipſum magis, quam quintum cõmune & ſemper quidem, quantũ ad cuneiforme os attinet, ſinus potiùs, quam foramen, vel rima nuncupandum venit: cooperiente tamen, atq; circulum perficiẽte oſſe temporis, propè auditorium tympanum foramen fit, rotundum quidẽ priùs, ſed non adhùc integrè clauſo circulo inter ſphenoides os, & auditorij tympani extremum. Atq; vbi circulus minimè cõcluditur: fiſſura quędam, rimulaue aſpera, & inęqualis huic foramini, inter prędictum tympanum, & cuneiforme os adiungitur: vt vtriq; oſſi cõmunis, tàm circularis foraminis portio, quàm rimula, fiſſuraue dici poſſit. In homine loquimur, quanuis in ſimia ſecùs ſe habeat. Per eam igitur partẽ, quæ orbicularis eſt, excauatumq; ſemicircularem quẽdam ſinum os ſphenoides habet: ſoporalis arteriæ maior radix ingreditur, ibiq; (vt poſtea videbimus) circum circa rete mirabile conſtruit. Et per eam quoq; partem, magiſq; per rimulam temporis oſſi, & ſphenoidi cõmune è cerebro, glandeue, aut ſimauis dicere è pelui, ſeu lacuna, vel emboto deorsùm in palatũ pituita, pituitoſaue, ſeu aquoſa, & cruda excrementa deſcendentia expurgantur: Aerq; tandẽ ſurſùm, & ad mirabile ſpirituũ animalium rete, & ad cerebrum inſpiratus aſcendit. De qua quidẽ expurgatione, ac ſpirituũ refrigeratione, & nutritione per inſpiratum aerem factis, deinceps vberior ſermo fiet. De hoc igitur nunc dicto ſexto foramine Galenus fortè intelligebat: quùm in libello de venarũ, & arteriarũ diſſectionib⁹ ita ſcribebat .f. [At omne quòd ex carotidibus eſt reliquũ ſurſùm recta procedens penetrat in caluam, inibiq; textũ illud ad retis immaginẽ cõplicatum efformat, &c.]

Quintũ foramen vt plurimum commune.

Magnitudo, figuraqi.

Vſus triplex.

Foramen ſextũ ſemp commune.

Figura.

Vſus triplex.

f. Cap. 5. poſt princ.

Intelli-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 98 sur 292

©BIU Santé

Intelligas autem recta, nō quando propè cranium exiſtit (tunc enim obliquè antorsùm per foramen priùs penetrans, quod oſſium temporum quartum poſtea ponemus, in huiuſmodi foramen ſphenoidis cōmune ſextum aſcēdit) ſed recta quidem per thoracem & collum. Sic enim & libro „ de vſu partium nono dicebat .g. [Reliquū autem omne, vt à principio fuit, recta per thoracē, & „ collum ſublime ad caput fertur: Excipit quidē amicè, quæ ea parte eſt cranij portio, & foramine „ in ſeſe aperto intrà caput, ſine moleſtia deducit.] Septimū verò foramen ſphenoidis propriū huiuſmodi ſexti foraminis, canaliſue, ſiue ſinus medietati ſubiacet, ſtatim rectè ſub trāſuerſa rimula, quæ ab exteriore parte ſinus in ſphenoide exculpti, ſiue rotunditatis foraminis ſexti poſita eſt. Paulò ſupra proceſſuū veſpertilionū alis ſimilium cauitatem. In hac figura, cùm intùs foramen ſubſit, deſignari, oſtendiq; non potuit. Niſi enim occipitis, os à ſphenoide ſeparetur, neq; hoc, neq; ſequens octauū foramen cōſpici exquiſitè, multoq; minùs in figura depingi queunt. In figura tamen proœmij cōmenti vigeſimitertij ſeptima ſub litera ρ. diſquiri poteſt. Satis anguſtum foramen id ſeptimū eſt: vt poſteriore in ſphenoidis parte, qua ſcilicet principiū ſumit vix ingredi, niſi tenuis acus ſit, queat. Oblongi tamen cuiuſdam meatus inſtar antorſum protenſum recta in narium cauitatem penetrat: Maius interim, ampliuſq; in anterioribus, nares versùs euadens. Per quod foramen maioris ſoporariæ propaginis ſurſùm aſcendētis ſurculus ad nares exporrigitur, ac (vt videbimus) excrementorū a ſexto foramine deſcēdentiū præcipua in narium cauitatē percolatio fit. Cùm nono enim ipſius etiā ſphenoidis dicendo foramine intùs in vnum cōiungitur: quod ad ſolam pituitæ expurgationē deſeruire, quùm de eo loquemur, oſtendemus. Octauū ſub ſeptimo introrsùm foramen eſt, propriū quoq; ipſius ſphenoidis: rarò tamen in altera parte intrò ad nares, ſauceſue penetrans: rariuſq; in dextra, & ſiniſtra ſimul. Magna enim ex parte ad ipſam oſſis ſphenoidis ſubſtantiā pro eius nutritione, ſpirituūq; diſtributione, ad innati caloris cōſeruationem, terminatur: minimè foràs in aliam partem penetrans. Per id verò quomodocunq; ſit ſocia quædā (ſiue vt Veſalius ait, venula, ſiue vt Falloppius, arteriola, ſiue vtraq;) alterius, quam in quintum foramen anteà penetrare iam diximus, ingreditur. Ideoq; ad nutritionē, innatiq; caloris conſeruationē deſeruire dicebamus. Ab his verò, quæ ſibi inuicē omnia hucuſq; proxima ſunt, ordineq; ſeſe conſequentia, quadantenùs diuertentes ad nonum ſphenoidis, commune tamē foramen cōuertamur: nō Galeno tātùm, ſed veteribus quoq; omnibus Anatomicis, quot quot ante Veſalium ſcripſerunt (vt neminē ſua defraudemus laude) ignotum. Vnde & excrementorū, quæ ex oculorū cauitatibus in palatū deſcendunt, iter ignorauerunt. Statim igitur ꝙ tria prædicta ſphenoidis foramina in oculorū cauitatem terminātur, ſinum quendam ſibi ipſis ſubiectum inueniūt à tergo proceſſuū veſpertilionū alis quamſimillimorū: per quem ſinum aliquantiſper deſcendens pituita ei primitùs foramini occurrit, quod impreſentiarū intēdimus, ab oſſe iugali in proœmij figuris abſconditū, ſphenoidi quidē, & quarto maxillæ ſuperioris, oſſibus cōmune exiſtens, inquā vnum cū ſeptimo prædicto foramine intrò perforans. Quanquā rectiùs dicendum venit, illud in hoc peruenire, pituitamq; eructare. Deinceps verò quædā eius pituitæ portio, quæ ſupernè deſcendens in prædictum foramen minimè recepta ſit, nimis fortaſsè deorsùm, vel ſua grauitate, vel fluxibilitate accelerans, in aliud foramen decurrit, quod maxillę ſuperioris oſſium, præſertim verò ſexti ſecundū Veſalium, Galeni verò quinti eſſe oſtendemus in palatum penetrans. Sed de huiuſmodi excrementorū expurgatione vberiùs infrà loquemur. Hunc verò foraminū numerum cōpleamus. Decimum itaq; illud foramen ſphenoidis etiam cōmune eſt: quod ſub minore oculi angulo poſitum eſt magnā potiùs fiſſuram, quam foramen repreſentans, & ſphenoidis, ac maxillæ ſuperioris primo, quartoq; oſſibus cōmune. Per id tertij quidem neruorum paris, ſecunda craſſior poſteriorq; priore propago, quæ per tertium foramen egreſſa fuerat, ad temporalem præcipuè muſculum diſtribuenda deſcendit, cerebriq; (vti prædictū iam iam eſt) ac peculiaria quoq; oculorum excrementa plurima in palatum per idipſum excolantur. Vndecimum verò ab hoc foramen perpendendū eſt: quod ſphenoidis oſſis proprium eſt. Quod ſæpiſſimè cū adeſt (interdùm nanq; deſideratur) ex intrinſecis ipſius ſphenoidis cauernulis, ſinibuſue vtrinq; paulò ſupra nonū prædictū foramen ad narium cauitates penetrat. Nonnunquam tamen minimè adeſt foramen id, indeq; à Galeno prorsùs ignotū. Vel quia ſphenoides intùs cōcauum, cauernoſumue os illud nō ſit, prout aliquādo obſeruauimus. Vel quia (vt nō infrequenter etiam vidimus) tametſi concauū, cauernoſumq; eſt: clauſę tamen ſunt vndiq; tales cauernæ, abſq; vllo videlicet foramine. Adeò vt neq; ad nares, neq; ad aliam vllam partem reſpondeant. Quotiès igitur id foramen adſit, nos vndecimum ordine ſtatuimus. Per id foramen in prædictas ſphenoidis cauernas, ſeu dicere mauis, antra, aer ingreditur, ad auditus, magiſq; ad vocis perfectionem (vti deinceps enucleare conabimur) ſummoperè adiuuans. Fortaſſiſq; ſi nōnihil excrementoſæ humiditatis à ſuperpoſito adene in huiuſmodi antra penetrarit, ꝑ huiuſmodi foramen foràs in nares promptiſſimè expurgabitur. Duodecimū deniq; foramen ſphenoidis eſt non proprium, ſed tribus oſſibus, videlicet ipſi cuneiformi, primoq; ſuperioris maxillæ oſſi, atq; etiam

g. Cap. 4. poſt princ.

Septimum foramen ſpenoidis propriū.

Magnitudo.

Figura.
Vſus duplex.

Octauum foramen ſphenoidis proprium.

Vſus duplex.

Nonū ſphenoidis foramen commune.

Vſus.

Decimū foramen cōmune.

Magnitudo, & figura

Vſus duplex.

Vndecimū foramen ſphenoidis proprium.

Vſus.

Duodecimum ſphenoidis commune foramen.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 99 sur 292

©BIU Santé

Vſus. h. Cap. ſequenti.

temporis ſecundę partis proceſſui cõmune eſt ſub zygomatis ponte ſtratum: per quod tẽporalis muſculus (vt poſtea videbimus .*b*.) tutiùs deſcendit. Duodecim igitur tàm propria, quàm communia foramina iam enarrauimus: quæ ad os cuneiforme vel ſecundùm totum, vel ſecundũ partem: ſiue intùs, ſiue foris ſpectant. Cùm verò totidem in ſiniſtra ſint, quot in dextra fuerunt: vel econtrà: Idcircò ſphenoidis oſſis foramina omnia, tàm propria, quàm cõmunia ſunt viginti quatuor. Quorũ propria ſunt quatuordecim, hoc eſt, paria ſeptem: videlicet primũ, ſecundũ, tertiũ, quartũ, ſeptimũ, octauũ, & vndecimũ par. Cõmunia verò ſphenoidis cũ tẽporis oſſe (quod capitis etiã eſt) quatuor foramina ſunt: videlicet ſępè quintũ, & ſemper ſextum par. Cõmunia autem ſphenoidis cũ oſſibus tẽporũ, & maxillę ſuperioris alia duo foramina ſunt: videlicet duodecimũ par vltimo narratum. Cõmunia demũ ipſius etiã cuneiformis cum maxillę ſuperioris oſſibus alia quatuor exiſtunt: ſcilicet nonum par, atq; etiã decimũ. Ad ſummũ igitur omnia ſunt foramina prędicta quatuor & viginti. Propria verò quatuordecim: cõmuniaq; decẽ. Quoniã autẽ octauũ, & vndecimũ par, quæ propria quidẽ ſunt ſæpè deſiderantur: Ideò propria ſphenoidis foramina ſemper inuenta, & nunquã peficientia ſunt numero duntaxat decem, pariaue quinq;: videlicet primũ, ſecundũ, tertiũ, quartumq;, & ſeptimũ par. Hæc ſunt effatu digna, tam propria, quam cõmunia ſphenoidis foramina. Quod ſi nonnunquã foraminula quædam, vel in hoc, vel in alijs quoq; oſſibus reperiantur, quæ à nobis prętermiſſa fuerint: per quæ quidẽ capillares aliquæ venulæ, ſeu etiã arteriolę in oſſa, pro ſui nutrimento, caloriſq; innati cõſeruatione, penetrent: illa quidẽ hic referre minimè curauimus. Vnico enim (vt ita dixerim) verbo dictũ de omnibus ſit; qp ſcilicet propter oſſium nutritionẽ plurima foraminula in ſeipſis reperiuntur: ſed in nõnullis quidem plura, in aliquibus verò pauciora: Item alia quidẽ eorũ euidentiora (quia maiora) alia verò tenuiora, obſcurioraq; (quia minora) ſunt. Sed enimuerò his prędoſtenſis tempeſtiuum eſt, vt ad vtriuſq; temporis oſſium effatu digna etiam foramina cõuertamur. Quæ ſunt in vtroq; ſimul vt plurimũ numero duodecim, videlicet in alterutro ſex: propriaq; omnia exiſtunt. Quorũ primũ numerabimus propriũ quod in auditorio tympano exiſtit, ab interioribus ad exteriora euidens, magnumq;, ſed in aurem anfractuosè non rectè penetrans: per quod verè quintũ par, ſeu mauis quinti neruorũ paris maior (ſecundũ ipſum etiã, Galeno referente .*i*. Marinũ) radix ingreditur, pertranſitq; donec in tres partes hæc in amplo meatus extremo diuidatur. Quarũ vna, vt videbimus: quæ ſcilicet mollior eſt, auditoriũ organũ efformat, perq; ipſum, ſuaſue internas cauernas tota diſtribuitur: Alia verò per ſecũdum ſtatim dicendũ foramen: Tertiaq; per tertiũ recurrunt. Idcircò foramen id ratione primæ, principalioriſq; partis auditorius porus, meatuſue dicitur: ad aurem exteriùs longè, quam intùs, qua cerebrũ reſpicit, latiùs, ampliuſue exiſtens, anfractuoſum tamẽ, tortuoſumue, ac admodũ varium. Adeò vt durus quilibet ſtylus penetrare ab exterioribus introrsùm, vel econtrà, nequeat. Niſi fortaſſis interdũ porcina ſeta, vel huiuſmodi aliquod plicabile, violenter tamen, ac maxima diligẽtia impulſum petranſeat. Id quod rarò, & maxima cum difficultate nonnunquã fieri poteſt. Quamobrem in eum cecidit errorẽ philoſophorũ ſummus Ariſtoteles .*k*. vt nullũ ad cerebrũ oſſis aurium meatum eſſe crediderit. Eo videlicet deceptus, quia ſtylum, vel acum introrsùm ad caluarię cauitatẽ penetrare, ingrediq; nõ poſſe conſpexerat. De hoc quidem foramine in libro de neruorũ diſſectione ſic Galenus ait .*l*. [Alterq; ex altera quidem exoritur neruus, ac in priore magis parte, qui auditorius vocatur, qui vnà cũ dura cerebri membrana inde exoriente in auditus foramen incidit: cum qua in latitudinem ſeſe explicans meatum ſublinit, &c.] libro etiã de vſu partiũ nono de hoc foramine ſubintellexit, per hæc verba .*m*. [Poſt has autem à capitis lateribus, verſùs oſſa lapidea ſunt productiones. Quinta autẽ eſt hæc cõiugatio neruorũ, nõ ipſorũ quidẽ adhùc durorũ. Diuiditur porrò in ipſo per oſſa tranſitu in duas partes: quarum altera quidem in auditorium meatum: Reliqua verò in cęcum, &c.] clariùs autẽ id expreſſit paulò infrà .*n*. dicens. [Quintam verò quandam neruorũ cõiugationem ex obliquis capitis partibus emergentẽ oſſibus lapideis incidere memorabamus, .*o*. ipſamq; bifidam, ac duplicem factam duobus excipi foraminibus inęqualibus, ferriq; per foramen latius (eſt autem id de quo impręſentiarum intendimus) maiorem eius portionem recta ad aures, &c.] Cur autem in oſſis cauitate, multiſq; cauernulis à quinti paris neruo oblinitis, & nõ ſicut alia ſenſoria in tenuiore ſubſtantia organum auditoriũ cõſtruxit natura, perbellè Galenus oſtendit, hic libro etiam de vſu partium octauo teſtatũ nobis relinquens .*p*. [Ad aures ſanè deſcẽdere etiã omninò propaginem quandam à cerebro, erat neceſſe, ſenſibile extrinſecùs occurſurũ excepturam. Sed quoniã ſonus, & vox idipſum (ſcilicet ſenſibile per aures, vel auditum) erant: ſiue aer percuſſus, ſiue aeris quędam percuſſio. Nihil enim intereſt, modò vnum hoc duntaxat cõſtet, motum, qui percuſſione fit, quaſi vndam progredi oportere, atq; ad cerebrum aſcendere. Non igitur licebat ampliùs, vt in oculis, ita & hic, neruorum tegumentum quoddam (puta membranas, carnemue, aut aliquid aliud huiuſmodi) apponere. Idipſum certè maximè impediuiſſet, quòminus aer motus ipſis accideret. Idq; potiſſimùm ſi paruus quidam eſſet motus: cuiuſmodi in exiguis ineſt vocibus.

Oſſiũ temporis foramina ſex propria.

Primum propriũ.

Vſus. i. Lib. de neruorum diſſec. c. 6.

Cõtra Ariſtotelem. k. 1. de hiſt. animaliũ c. 11. poſt princ.

l. Cap. 6.

m. Cap. 10. in princ.

n. Cap. 13. poſt med.

o. Cap. 10.

Dubium.

p. Cap. 6. circa med.

Reſponſio.

Cur auditorius meatus oſſeus.

©BIU Santé

» cibus. Non tamen nudi penitùs nerui erant relinquendi, ne omnibus externis iniurijs essent ex-
» positi. Sed neq; etiam (quod postremũ est, ac tertiũ) rarum adeò operimentũ hoc, ac tenue fuit
» faciendum, vt aeri esset penetrabile, ac peruium. Quod si ita esset, non modò nerui ipsi facilè læ-
» derentur variè verùm etiam cerebrũ ipsum refrigeraretur. Quod cùm natura prospexisset, con-
» structionem cũ forti propugnaculo ad patiendi difficultatem fore quidẽ accommodam: at senso-
» rium ipsum surdum effecturam. Si verò cõstructio nullũ haberet munimentũ, eam iniurijs aper-
» tissimam futuram. Tertium autẽ, si modò mediocre aliquod ad securitatem adepta esset amplius
» adiumentum satis ipsam habiturã os durum, ac densum auribus oppositũ flexibus obliquis instar
» labyrinthi ipsum pertudit.] Hactenùs Galenus. In quibus quidẽ verbis didicimus, quare in osse
duro, ac denso, & nõ in carne, vel alia molli substantia audiendi organũ locauit natura. Cur autẽ
» obliquè tortuosum, & instar labyrinthi flexuosum cõstruxit: statim rationẽ subdit, dicens. [Quò
» frigidi quidẽ aeris vires integras (quas ipse ex recta irruptione erat habiturus) flexuum varietate
» sensim exolueret: Aliorum verò corporum exiguorũ impetum longè antè propulsaret. Quãdo-
» quidem quæ meatu ipso sunt maiora, nõ modò nõ nocitura erant: sed ne meatum quidem erant
» contactura. Minorum autem, quæ celeriter, ac violenter, & recta ferrentur, meandris illis priùs
» inciderent erat necesse. Quæ verò leniter, & velut in illis volutata, citra violentiã, ac manifestè
» operimentum erant cõtactura.] Sed hæc de auditorio tympano propter secũdum ossis temporũ
foramen dicta iam sint. Ex Galeno tamen imperfecta: Cùm auris cõstructio, audiendiq; modus
à nobis anteà * declarata prorsùs ipsi incognita extiterint. Nõ modò enim tria superiùs declara-
ta officula, illisq; prepositam in orificio meatus membranam ignorauit Galenus, sed tres quoq;
prescriptas cauernulas, quarũ primam nonnulli tympanum propriè nuncupant, secundam verò
labyrinthum, tertiamq; cochleam. In quas quidem exterior aer minimè, nisi prẽter naturam in-
greditur, impediente prædicta tympano præposita membrana: sed eo modo auditus fit, quo nos
anteà declarauimus. Galeni autẽ ratio de obliquis flexionibus, varijsq; chartilaginearũ auricularũ
verificatur, quæ in ossei meatus orificio primò ante membranã fiunt. Has enim osseas etiã & in
ossis substantia similes esse machinatus Galenus est. In quibus aer in gyrum quendam reuolutus
ingreditur, sed eas in osse, ibi nõ esse dissectione cõpertissimũ omnibus erit. Alter verò labyrin-
thus in secundo lapidosi ossis foramine existit: quod cæcum veteres Anatomici nuncuparunt: nõ
quia vtrinq; penetrans nõ sit, foràs quidem per se, intrò autẽ prædicto primo foramini cõmistũ,
ad vnumq; reductum: Sed quoniã in exterioribus duntaxat per se consideratum euidens est, an-
fractuosè, tortuoseq;, & alterius instar labyrinthi vsq; adeò procedẽs, vt seta porcina, vel plum-
beus etiã stylus pertransire nõ posse multis visum fuerit, vnde cæcum ipsum nuncuparunt (Nos
autem porcinã setam dextrè antorsùm impellentes, intrò ad cerebri locum, & econtrà, pertran-
sire vidimus) A medio ferè meatus, labyrinthiue primi auditorij vocati, apertiq; nihilominùs
sinus extremo exordiens foramen id (veluti paulò posterius hoc, vt videbimus, etiã tertiũ exca-
uabitur) in posteriora quidẽ ad medium locũ mamillaris, styloidisq; processus egreditur. Cuius
quidem vsus duplex est. Primus, vt per id secundus quinti neruorũ paris surculus: vel (si cũ Ma-
rino, & Vesalio minorem radicem, ad quartũ potiùs par ex Falloppio reducendũ, adiungamus)
quinti paris maioris radicis surculus idem secundus, veluti per canaliculum quoddã priùs proce-
dens, quasiq; dein recurrens foràs egrediatur. Vbi cum sibi socio per tertium statim exponendũ
foramen egressuro surculo, cumq; tertiæ grossioris partis verè tertij neruorũ paris, seu mauis cũ
Vesalio dicere, maioris radicis quadã sobole cõmistus, coalescensq; ad musculos tendit tempo-
rales, masticatoriosq;, & buccarum motores primos, ipsamq; demùm faciei cutem, auriculasq;,
& circumstantes earum partes distribuẽdus. Secundus verò eiusdem canaliculi vsus est, vt arte-
riola quædam, venulaq; per eum vnà cum prædicto nerui surculo in auditorium organum itura
» pertransiret. De hoc secũdo foramine Galenus in libello de neruorũ dissectione sic ait. q. [A po-
» steriori verò parte alter in aliud quoddã lapidosi ossis foramen incidit, quod cæcum appellatur.
» Sic enim veteres dissectionis professores hoc foramen (Græcè τυφλὸν) nominãt: propterea q; an-
» fractum illum, per quem neruus foràs post aures excidit, haud possent perfectè perforare] libro
» autem de vsu partium nono rursùs ita inquit. r. [Reliqua verò, scilicet neruorũ quintæ cõiuga-
» tionis pars in cæcum nuncupatũ foramen, non tamen reuera est cæcum, vt dicitur: sed existimo
» eos, qui primi id nomen ei imposuerunt, in ipsum demisisse funiculũ, aut setam porcinã: deinde
» cũ traijcere ipsum non possent, illic alicubi finire ipsum putauisse. Causa verò cur nihil elabatur
» est, nõ cæcitas, sed flexuosa meatus obliquitas. Quòd si paulatim totũ os circumcideris, neruũq;
» nudaueris, ipsius flexus, atq; meandros deprehendes, neruusq; tibi extrà excidere ad aurẽ appa-
» rebit.] Cuius labyrinthi in huiusmodi etiã cæco vocato foramine rationẽ posteriùs adiunxit Ga-
» lenus per hęc verba. s. [In aliud verò angustius foramen (quod sanè cæcum appellant) reliquam
» partẽ (scilicet neruorũ quintę cõiugationis) illapsam per foramen quoddã, quod est propè aures
» penetrare, viamq; omnẽ, quæ est inter principiũ nerui internum, & finem eiusdẽ externũ, variè,

Cur instar labyrinthi flexuosum.

* In proœmio com. 4 Cõtra Galenum.

Ossis tẽporũ foramẽ secundum propriũ.

Vsus duplex.

q. Cap. 6.

τυφλὸν.

r. Cap. 10.

s. Cap. 13. eiusdẽ versus finem.

instar

©BIU Santé

„ inſtar labyrinthi cuiuſdã circũuoluit. Hunc ſanè labyrinthum natura nõ fruſtrà effecit, ſed mu-
„ ſculis tẽporalibus cõſulens, neruũ eis durum immiſit, immiſit nihilominùs & buccis. Ocioſum
„ enim hoc loco, neq; perforatum, neq; fragile, at durum cùm haberet os, eo potiſſimum ad duri
„ nerui generationem eſt abuſa. Nam ſi nerui omnes quò longiùs a principio digrediuntur, eò du-
„ riores ipſos licet efficere, artificioſiſſimè cõperietur viam per os lapideum huic neruo cõparaſſe.
„ Nam tùm ipſius longitudo, tùm loci ſiccitas durum ipſum, ac ſiccum facilè erat redditura. Vbi
„ enim multo humido imbuitur, nullum ei ex via longiore accedit emolumentum. Vbi verò locũ
„ durum, atq; aridum permeat, ibi exiccatur facillimè, atq; obdureſcit. His omnibus accedit, & ex
„ oportuno lapidei huius oſſis ſitu ſecuritatis vtilitas, omniaq; videtur, quibus neruus hic egebat,
„ ex vno hoc flexu cõplexa ſecuritatem, vię longitudinẽ, lociq; ſiccitatem.] Ecce igitur rationem,
quare cęcum foramen dictum labyrinthi, ſeu meliùs dixeris, canaliculi cuiuſdã inſtar flexuoſum
eſt, Non ſicuti de auditorio labyrintho prędictum à Galeno eſt, ad defendendũ ſcilicet cerebrũ,
ne frigidus aer, vt eſt, intrò ingrediens cerebrum lędat. Item vt minimorũ corpuſculorum, quæ
intrò tranſgredi poſſent, impetum à longe propulſaret. Non inquam ob eaſdem rationes in alio
foramine cæco vocato meandros natura fabricauit: ſed vt motiuus neruus per id foramen pene-
traturus ſiccior, ac per hoc durior, validiorq; euadat, ſecuriorq; tandẽ fiat. Ex longo enim itine-
re quod per flexus illos tortuoſos acquiſiuit, pręſertimq; in oſſe, dura quidem, ſiccaq; ſubſtantia
incluſus neruus ſiccitatem, duritiemq; adeptus eſt, qua indigebat ad maius robur propter motũ
temporalium, maſticatoriorũq; muſculorum, ac buccas mouẽtium: quibus motoria virtus a tali
neruo diſtribuitur. At cur nõ modò flexuoſum, ſed paruũ quoq;, ac anguſtũ foramen id cæcum
„ eſt, Galenus rationẽ poſt pauca ſubdit [Quùm foramen id, quod eſt ad os lapideum, latum eſſe
„ nõ poſſet. Hac enim ratione multi hi flexus perſpicuè perirent, oſſe toto priùs latis foraminibus
Temporũ oſſis foramen tertiũ proprium. „ abſumpto.] Sed tertium oſſium tẽporis foramen perpẽdamus a Galeno, cęteriſq; ante Veſalium
Anatomicis minimè conſideratum: quod neq; in externa caluariæ ſede, neq; in interna coſpici
commodè poteſt: niſi tẽporis os à ſphenoide, nedum alijs capitis oſſibus ſeparemus. Tunc enim
qua parte ſphenoidis extremus terminus poſt quintum prædictũ eius foramen cum tẽporis oſſe,
ſub inferioris mandibulę articulum, capitulumue ſuſcipiente cauitate cõiungitur ipſumq; audi-
torium tympanum contingit, inſtar cuiuſdam rimę foramen id eſt. Quod ſi nõ rectum, nõ adeò
tamen anfractuoſum eſt, obliquũue: quin porcina ſeta, vel plumbeus ſtylus, ſiue ab interioribus
extrorsùm, ſiue econtrà ab exterioribus introrsùm propulſus perfacilè trãſeat, penetretq; in op-
poſitam partem. Quod eò faciliùs patet: quò magis aſſiccatũ os fuerit. Hoc igitur foramen dun-
taxat olfeciſſe Ariſtotelem omninò credendum eſt: tametſi nec à ſuis interpretibus, neq; ab ipſo
c. 1. de hiſt. animal. c. 11. poſt princ. „ etiã Galeno perceptum: quùm ſic videlicet philoſophorũ ille maximus ait .t. [At in oris palatũ
„ vſq;, ſemita pertendit] q. d. hinc (ſcilicet ab aurium exteriore foramine: à quo nullũ ad cerebrũ
pertinere meatum, quanuis nõ rectè, prędixerat) in oris palatum vſq;, via, foramenue procedit.
Cõtra Galenum. De hoc tametſi magni (vt videbimus) momenti foramine Galenus nullã penitùs notitiã habuit:
quantũ ſcilicet ex eius libris, quos vidiſſe nobis permiſſum eſt, coniectari poſſumus: quemadodũ
neq; illam quinti neruorũ paris tertiã propaginem cognouit: quamobrẽ ſemper in duas partes,
u. Vt de neruorum diſſec. cap. 6. 9. de v. p. c. 10. & 13. Figura. Vſus tuiplex. nõ in tres (vti nos fecimus) illud diſtinxit. .u. Foramen id rotundum nõ eſt, ſed depreſſum, am-
plumq;, vt fiſſuram potiùs, quam foramen exiſtimares. Huius autẽ vſus triplex etiã eſt: primus
quidem vt à quinta neruorum propria, veraq; coniugatione, quæ in auditorij meatum penetra-
uerat tertium ſurculum ſuſciperet: qui quidem quaſi recurrens tanquã durior in trãſitu per me-
dium oſſis factus, deſcendenſq; ad muſculos inferiorem maxillam attollentes, temporales inquã
pręcipuè, maſticatorioſq; vocatos diſtribuitur, faciemq;, & buccas, tertij neruorũ paris maioris
(vti prędictũ eſt) radicis primę ſoboli admiſtus, alteriq; ſibi ſocię propagini, quæ ab eodẽ quinto
ueruorum pari per ſecũdum ſtatim dictum oſſis tẽporum foramen cęcum vocatũ recurrit, egre-
diturq;, velut in eius etiã declaratione iam iam tetigimus. Per id verò etiã foramen (vt ſecũdum
quoq; vſum attingamus) pertranſeunt iugularium internarũ tàm venæ, quam arteriæ, minoris
cuiuſdam propaginis ſurculi: earum quidẽ, quæ per quintum ſphenoidis foramen intùs caluariã
ingrediebantur. Pertranſeunt inquã tàm venula, quàm arteriola ſimul cõiunctæ per eam partẽ,
Cõtra Ariſtotelem. „ quæ palatum reſpicit, ingredientes, & in auditorium organum petentes, priuſquã iugulares illę
x. 1. de hiſt. „ caluariã ingreſſę ſint. Quamobrẽ & minùs rectè Ariſtoteles ait .x. [Et vena de cerebro deſcẽdit
animal. c. 11. poſt princ. eodem.] Niſi verba eius, & non mentem gloſſare velimus, q̃ ſcilicet de cerebro, ideſt de cerebri
loco, ſeu parte, quoniã ab interiorib⁹ extrorsùm petere videtur, quanuis nec verè ab ipſa (vti di-
ctum eſt) caluariæ cauitate. E quibus quidem omnibus in ſecũdo, & tertio foramine temporum
oſſis, pręoſtenſis: quoniã ſcilicet quinti paris neruorum maior radix, ſeu meliùs dixerimus, tota
verè dicti quinti paris radix per primum foramen, è cerebro procedens, ad medium propè cum
venerit in tres diuiſa propagines, & nõ ſicuti Galenus dicebat in duas eſt. Quarũ vna, quæ mol-
lior quidẽ eſt, auditorũ organum efformat: ſecundaq; ad ſecũdum foramen, tertiaq; ad tertium

deſcen-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 102 sur 292

©BIU Santé

deſcendentes, ambæ duriores recurrunt, poſteaq; extra caluariã nõ ſibi inuicem modò, ſed cum prima tertij neruorum paris propagine in vnum coniunctæ, coaleſcenteſq; ad faciei, buccarum, tẽporaleſq;, & maſticatorios muſculos perueniant, intuſq; in maxilla inferiore lateſcẽtes, perq; eos diſtribuuntur, & diſſeminantur. Ex ijs inquã prẽoſtenſis, prẽlibatiſq; liquet ratio, cur etiam per os, aut palatum, & buccas, non ſolùm per auricularũ foramina audimus: prout experimento ſẽpiſſimè tùm publicè, tùm priuatim oſtẽdimus: vt v. g. ſi noſtrũ quiſpiam exquiſitiſſimè obturatis, quantũ poſſibile fuerit, aurium foraminibus: adeò vt nil prorsùs audiamus: Aliuſq; ſit, qui cytharam, vel quoduis aliud muſicum, vel nõ muſicum etiã inſtrumẽtum pulſet, vt ſonum edat: noſq; interim cytharæ manipulũ dentibus, aut ore, bucciſue tangamus, cõprehendamuſue, aut mordeamus. Quinimmò (quod maius eſt) aliqua virgula noſtris dentibus apprehenſa, in vna videlicet extremitate, alteraq; interim tale ſonans inſtrumentũ attingamus, facillimè, clariſſimeq; ſonum eius audiemus: remoto verò à cythara, ſeu quouis huiuſmodi inſtrumento, virgulæ extremo: nihil prorsùs, vel obſcuriſſimè illud audiemus. Sed totiès exquiſitè (nõ ſecùs ac ſi reſeratas aures haberemus) illud audiemus, quotiès pulſatum inſtrumentũ tangemus. Quod experiri cuiuis, obturatis adamuſſim proprijs auribus, ſaltem ſuis vi quadam immiſſis auricularibus digitulis, promptiſſimũ eſt. Nos autem ſurdos aliquos vidimus hoc facto experimẽto mirum immodum eo ſiue cytharæ, aut cymbali, ſiue cuiuslibet huiuſmodi muſicalis inſtrumenti ſono ab eis percepto delectari: veluti quidam Hiſpanus noſter ob raras ipſius animi dotes familiaris eſt, non ex natiuitate quidem, ſed ex morbo factus ſurdus, obſtructo inquã exteriùs auditorio meatu, qui tamen rectè, atq; exquiſitè cytharã, priùs quã ſurdeſceret, pulſare, tangereq; didicerat. Quotiès verò nunc ſurdus iam redditus eam pulſat, nullam ex ſua muſica delectationẽ perciperet, tanquã nõ audiens eam, niſi cytharæ ob id cõſueto longius factũ manubriũ proprijs dentibus morderet, oreq; cõprehenderet, aut ſaltem per virgam ore proprio apprehenſam alia ex parte pulſatam à ſe cytharam tangeret. Idipſum igitur ideò cõtingit, quoniã ſecunda, & tertia quinti paris neruorũ propagines a prima, quam ob auditoriũ organum in proprio eius meatu dimiſerunt: ſeparateq;, ac rursùs extra caluariã vnite, cum tertij (vti diximus) neruorum veri paris primo ſurculo coaleſcentes, atq; in vnum reducte ad buccas, temporaq;, & faciem deſcendunt, mandibulamq; inferiorem cõſtringentes, ſurſumue attollentes muſculos, quibus omnibus mouẽdi, mandibulamq; infernam cõſtringendi vim diſtribuunt. Ob huiuſmodi ergo coaleſcẽtium neruorũ in prædictos muſculos diſtributionem, eorumq; neruorũ quinti paris ſecundę, tertięq; propaginis cum auditorio organo per duo iam iam dicta foramina cõſenſum per ipſum quoq; os, palatũq; auditus fit. Ob ſecundi etiã foraminis, tertijq; magis cõſenſum ad palatũ, internaſq; oris regiones, cõtingit, vt attractus, retentuſq; in buccis aer, iſq; quaſi à buccarũ muſculis introrsùm propulſus in aures quamprimũ tendere ſentiatur, ibiq; ſonus, ſtrepituſue quidã à nobis ventorum, turbiniſue inſtar percipiatur. Quinimmò vẽtus, aerue quidã in eas partes, circa mamillares, ſtyloideſq; proceſſus aceruatur, dolorem ibi nõnunquã inducens: prẽſertim quotiès in buccarũ tumefactione, aeriſq; violenta quadã propulſione diutiùs inſiſtimus: præcipuè quia quinti etiã veri neruorũ paris ſurculi quidã ex ijſdem ſecundi, & tertij foraminis propaginibus in glandoſas illas, membranoſaſq; partes diſſeminantur, quæ circa auriculę radicem cõſiſtunt, alijq; in totam ipſam auriculę radicẽ diſperguntur. Hinc verò etiã ſuccedit, ꝙ propriũ cantũ, ſeu vocem, præcipueq; baſſum vocatũ per os, & palatũ, noſtraq; tẽpora clariùs ſentimus. Niſi enim inde in auditoriũ organũ proprius ſonus, propriaq; vox perciperetur: ſed foràs egrediens pcuſſus ille aer ſolus ad noſtras aures perueniret, indeq; duntaxat ſentiretur, non adeò exquiſitè, atq; eleganter, vt propriã, ſed nõ ſecùs ac alienã vocẽ perciperemus, audiremuſq;. Non temerè igitur talis neruorũ conſenſus, & coaleſcentia facta eſt: cumq; ad perfectã huiuſmodi reſonãtiam, velut in echo, perfectũq; auditũ pluribus indigeamus antris, cauernuliſq; vacuis, aereq; interim plenis: Hinc euenit, vt non modò (prẽter auditorij meatus tria vtrinq; antra) mamillariũ proceſſuum cauitates aere plenas natura fabricarit, quæ paruæ, ac minimè ſufficientes ad reſonantiã fuerant: verùm & mandibulæ quoq; ſuperioris os quartũ adeò excauauit: vt maximam ibi cauernam cõſeruaret, ſphenoides etiã maxima ex parte cauum, cauernoſumq; ob idipſum factum eſt. Quamobrem & ad eam ſphenoidis oſſis partem ſub ſella poſitam auditoriũ tympanum quodammodo dirigitur, ac vergit, propeq; accedit, quæ cõcaua, & cauernoſa vt plurimũ eſt: fortaſſiſq; ad huiuſmodi reſonantiæ perfectionẽ ſẽpiuſculè in frontis inferiore, anterioreq; parte ſub ipſis ſupercilijs intùs, pauloq; etiã ſuprà cauernulę exiſtunt. Adeò vt nõ aliqua ſubſtãtia: ſed aere duntaxat oppletas natura illas omiſerit. Quas ſecũdum vulgarẽ loquendi morẽ vacuas nuncupamus: tametſi vacuũ natura abhorruerit. Propter exquiſitã inquã huiuſmodi reſonãtiam, indeq; exquiſitiorem, perfectioremq; auditum huiuſmodi cauernulæ, vacuæq; interim remanentes factæ à natura ſunt. Quod ſi nonnullis vel ſphenoidis, vel frontis, vel fortaſſis (vt interdũ obſeruauimus) vtriuſq; cauernæ deſint, nõ adeò exquiſitũ illos auditũ obtinuiſſe credendũ eſt. Nõ igitur ob odoratũ factę ſunt frontis cauernulę (vt

Nota experimentum.

Experimẽti ratio.

Quatuor oſſiũ capitis 12. antrorũ, itẽq; duorũ maximè ſuperioris inferiorũ duorum vſus.

Quarti maxillæ ſuperioris cauernarũ vſus.

Contra quoſdam recẽtiores.

©BIU Santé

(vt ruditer nonnulli pronuntiarunt) cũ nonnisi proposito odorabili obiecto, fumosisq; ab eo resecatis vaporibus, aut (quemadmodũ philosophorũ plurimis placet) speciebus ad cerebrum, seu cerebri vẽtriculos anteriores per narium cribra, mamillaresq; illos cerebri processus ingredientibus odoratio fiat. Nec amplius (eo remoto) odor remaneat: vt quispiã fortè dixerit in eis cauitatibus huiusmodi fumales euaporationes cõseruari (prout nonnulli rudes crediderunt) vt aliàs absente etiã obiecto odor ipse sentiatur. Ad quid igitur hæ frontis ossis cauernulæ? Nisi ob eundem dixerimus vsum: ob quem in reliquis capitis, maxillęq; superioris ossibus factę sunt? Vltrà ꝙ ex frontis duplicitate maiorem in anterioribus cerebri custodiam, ex aliorũ verò ossium cauernulis leuitatẽ lucrati sumus, nimiumq; capitis pondus inde euitauimus. Quamobrem nõ semper ea sphenoidis sub sella existens duplex, & per medium diuisa cauernula ad nares exitũ habet per ea foramina, quę sphenoidis vndecima paulò ante posuimus. Nonnunquã enim deesse nos ibidẽ enarrauimus. vbi enim (vt opinor) firmius, solidiusq; os illud fuit, cerebrũq; tẽperamẽto siccius, ob materię (qua formans facultas vtitur) ariditatem. Adeò vt nullus fortasse timor sit, ꝙ cerebri humiditates in adenem descendentes, ibiq; (vt videbimus) quadantenùs immorãtes in eas cauitates penetrare queant: tunc absq; foraminibus formare illas natura voluit: vt quæ velut in necessarijs nõ deficere: ita neq; in superfluis abundare cõsueuit. Quotiès autẽ ob materię raritatem laxius, nec ita solidum, & durũ: sed pumicis instar imbecille futurũ erat ibi sphenoides os: tunc foraminibus natura ipsum donauit. Quo si quæpiam fortassis aliquando humiditas in eas cauernulas descenderit, promptũ facilemq; inde exitum habeat. Quanquã minimè nos prẽterit ingenioſum quempiam rhetorica potiùs hæc esse dicturũ, prẽsertim si durius aliquando perforatum os, eo quod huiusmodi foraminibus destitutũ est, inuenerit. Sed enimuerò quamprimũ sententiam proferre suam nõ audeat: nisi ætatis, ac vniuersalis quoq; totius corporis tẽperamẽti diuersitatem in cõparando aduerterit. Tutius verò interim fuerit, dixisse, ꝙ quoties formans, seu formatiua facultas fortis est, materiamq; sibi obedientem nacta sit, cauernulas has, foraminibusq; easdem ad narium cauitatem peruias intendisse. Quòd si nõnunquã, vel cauernæ, vel earũ foramina defecerint: Mõstruositati potiùs, ac particulari formatiuę defectui attribuendũ est (quemadmodum & alij huiusmodi quamplurimi defectus cõtingere solent) cùm nõ auditus modò, sed omnium quoq; actionũ perfectionem, & quod melius est, dummodò possit, impeditaq; non sit, eligere cõsueuerit. Ridiculam intereà eorum sententiã (qua vt noua gloriãtur) omninò reputamus: qui frontis, sphenoidisq; sibi inuicem cõtinuas (vt aiunt) cauernulas propter spirituũ aere nutritionẽ factas esse existimant. Vltrà enim ꝙ huiusmodi cauernulæ sæpenumerò, prẽsertimq; in osse frontis, desunt, & in quibus etiã adsunt, nonnunquã accidit, ꝙ vndiq; cõcluse sunt, neq; ad nares ipsas pertinentes, neq; sibi inuicem, nisi rarissimè, frons cũ sphenoide fortassis, vt aiunt respondentes (quanuis à nobis huiusmodi cõsensus adhùc visus nõ sit) sicq; horũ spiritus nutritione destituerentur. Neq; si omnibus quidem adessent, apertęq; etiã cũctis sint, & sibi inuicem cõsentientes, aliquis tamẽ à sphenoidis cauernulis duriore duplici cortice coopertis ad cerebrũ, seu cerebri ventriculos meatus existit: per quẽ sibi prẽparatus aer sursùm ascendat, siue trahatur: Nec esse ibi foramina, vel meatus cògruũ (vt postea videbimus) fuerat: Multoq; minùs inde, sed neq; à frontis cauitate per cribrosa octaui ossis foramina in cerebrũ, huiusmodi reseruatus in cauernis aer ascendere potest. Cùm nulla pars inueniatur, quæ talem ex cauernis aerem sursùm attrahat. Neq; enim cerebrũ, neq; ossa tali, tantaq; virtute à remotis attractiua, prędicta fuerunt. Nisi enim inspirando ab exterioribus traheretur, nunquã in nares, aut palatum, neq; in pulmonem ipsum aer perueniret. Quæ inspiratio quomodo contentũ aliquãdo in prædictis cauernulis aerem in cerebrũ impellere queat, minimè videmus. Sed risu magis dignum est, aerem dicere in ossium cauitatibus ob spirituũ generationem, siue nutritionem reseruari, seu prẽparari. Cùm ex arterijs vndiq;, ac (si Galeno etiã confidas) per nares, cribrumq;, quouis tempore ipsum ad sese allicere queat natura, neq; huiusmodi indigeat receptaculis: à quibus interim neq; trahere aerẽ, necessitatis tempore possit, ab ea, quæ dicta iam sunt. Melius autem fortasse fuerit altiùs rpetere de octo prętactis antris, cauernisq;: quorum sex sunt ossium capitis, duo verò maxillę superioris, quomodo, & qua ratione à natura fabricatę sunt, enucleare. Cùm prẽcipuè à generationis initio, in ipsaq; etiam infantia sæpissimè, aut vix, aut nullo modo adsint: sed paulatim magis, magisq; increscente puero dilatentur, & excauẽtur. Haud enim prẽter rationem sic à natura ordinatum est. Etenim cùm tenella, paruaq; ea ossa circa principia sint: siquidẽ statim euidentẽ, amplamq; cauitatem simul obtinuissent, vsq; adeò quidem imbecillima, fragiliaq; fuissent: vt à quauis leui causa frangerentur: facillimeq; à quantùmuis pauco humore corrumperentur, eroderẽturq;. In quæ hercle pericula exponi ea momentanea ossa: præsertimq; sphenoides os, minimè decebat: Nõ vrgente interim vsus aliqua necessitate (vt patet.) Etenim tametsi ob auditus exquisitiorem resonantiam, & ob ossis leuitatem facta esse huiusmodi antra prędictũ est. Primũ tamen vsum, ac principalem (prẽcipueq; sex antrorũ scilicet quæ in malis, in sphenoide, & in fronte sunt) alium

Quare interdũ cauernæ sphenoidis deest. Ratio prima.

Obiectio.

Responsio.

Alia ratio.

Contra Realdum.

Cauernarũ vsus clariores.

Cur in pueris cauernę desint.

Vsus tres.

Vsus principalior.

esse

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 104 sur 292

©BIU Santé

esse opinamur: videlicet propter proprię vocis maiorem perfectionē, expressionemq;, ac sonorā modulationem. Quis enim in hoc ambigeret, si cytharas, cymbalaq;, aut etiā tympana, & huiusmodi plurima instrumēta musica perpenderit, quomodo, pulsato in exterioribus per chordā aere intùs existens ampla cauitas, siue rectiùs dixerim, in ampla ea cauitate conclusus aer respondet, resonatq;: At grauiùs quidem, vel acutiùs, & maiore cum tinnitu, aut minore tantò, quantò maius, minusue antrum subest? Velut igitur paulatim crescētibus magis pueris, antra illa magis dilatantur, maximeq; (vt opinor) pubertatis tēpore, quo calor naturalis excandescit iam, & humiditatibus prævalere, ac magis dominari iam inceperit: Ita grauior eorū vox fit, magisq; sonora, & tinniens, dum ex acuto, tenuiq; cantu hircire priùs incipiunt, deincepsq; ad bassum vocatum pertranseunt. Huiusmodi autē grauiore, magisq; tinniente, ac sonora voce, veluti & exquisitiore auditu circa principia: præsertimq; dum loqui non dum poterant, pueri minimè indigebant. [Duo enim hæc, scilicet auditus, & vox (vti philosophus ait .y.) ab eodem initio proficisci videntur. Quamobrē & auditus, & loquela maximè ab ortu naturę offendi possunt, difficulterq; perficiuntur.] At quid mirū, ꝙ pueruli auditus perfectione, veluti & loquela vacent: cùm sensus quoq; alios omnes, ob turbulentam pręcipuè humiditatē, imperfectos adhùc retineant? Indeq; eorū intellectus etiā, ac voluntas summoperè impedita sint? Non igitur hæ cauitates necessarię simpliciter ad auditum, veluti auditorū illud tympanum, labyrinthusq;, atq; cauernulæ, membranulę item, & ossicula tria: Neq; sic ad vocē, quemadmodū pulmo, palatumq;, & larynx, atq; ipsius laryngis, fistulęue lingua. Illa enim omnia prędicta velut simpliciter ad naturales actiones perneccssaria iam à generationis initio statim expedita, perfectaq; sunt. De his verò antris idem, quod de ipsis quoq; dentibus pronuntiandū est. Etenim tēpore, quo masticatione minimè indigent homines, dentes gignere, extorsumq; propellere natura, tanquā omninò superfluos minimè curauit. Qui tamen postea paulatim, ac successiuè oriuntur, extraue erumpunt: quùm iam mandendi tempus accedit: liquidus enim victus ab initio tanquā humidissimis infantulis (ac per hoc lac ipsum) congruentior est. Quanuis brutis multis animalibus tanquā homine terrestrioribus ab initio statim donati sint: quibus siue ad mandendū, siue ad mordendū suiq; defensionem ab ortu statim indigebant: deficiente ipsis intellectu, parentumq; cōsulto regimine. Adeò vt in omnibus sapientissima natura cōmendanda sit: quæ in necessarijs nō deficiat, neq; in superfluis abundet. Ad quam quidem vocis modulationem prædictā, tinnitumq;, & auditus perfectionē, & sonorum quandā responsionem, duo pręcęteris antra cōducunt: videlicet quæ in malis, quartisue dictis maxillę superioris ossibus excauata sunt. Idcircò hæc quoq; duo in omnibus generatim adultioribus hominibus inuenimus: quæ aliorū quoq; prędictorū ossium antris maiora sunt. Secundo loco ab his ea conferunt quæ in sphenoide sub sella, tametsi non semper, vt plurimum tamen reperiri solent. Tertioq; demùm ad prædictas actiones conducunt, minùs etiā prioribus frequētia, quæ in frontis osse existunt: cùm multa viderimus frontis ossa huiusmodi cauitatibus, antrisq; carentia. Quod verò maioris momēti, admirationisq; est, nunc perpendamus. Etenim cùm nō ad auditum modò, sed pręcipuè ad vocē sex hæc antra maximè conducant: Idcircò prouidentissima natura nō solùm vacua, soloue aere plena huiusmodi antra fecit, sed etiā tenuissima quadam membranula cūcta intùs sublimuit, quò perfectior quoq; resonatio fieret. Sic enim fornicatæ, ac læuissima superficie perpolitæ, ac illinitæ domus, camereue magis resonare videntur (vt inquit Aristoteles .z.) quoniam refrangendi, reuerberādiq; maior datur facultas eis propter lęuitatem: cùm rimis adhùc immunes, continuęq; existant. Quinetiam aeris quoq; immobilitas fortasse aliquid facit. Congestus enim vniuersimq; coadunatus aer ibi cùm sit, occurrentem sibi alium retorquere, ac reuerberare vehementiùs potest. Sic igitur & cytharas, & cymbala, quò lęuiora, & prętер omnem rimulam sint, eò perfectiùs resonare vidimus. At quid de huiusmodi antrorum vsu, propter vocem, & auditū fortè admiraris? Vide igitur Aristotelis problema, quùm ait .a. [Quam ob causam si quis doliū, & lagenas, & cætera id genus vasa figulina inania obruat, operiatq; (sicut nonnulli faciunt, qui in testudinatis, cameratisue tectis, pręsertimq; in eorū angulis huiusmodi inania vasa obruere, propter ædificij leuitatem, consueuerunt: haud enim cum Apponensi tale problema intelligendū est:) domicilia resonare ampliùs possint? Nec non si puteus, aut cisterna, vel aliqua fouea in domo sit, magis, magisq; ita fiat (scilicet vt resonet) necesse est?] Ad quod quidē propositū dubium respondet Aristoteles, sic dicens [An quòd ratio resonandi non nisi refractio est? Sic enim potissimùm resonandi illa reciprocatio nascitur. Ergo puteus, & quęlibet fouea angustiā obtinet, & aerem colligere (q. d. simul coadunare cōgregareq;, & ita congregatū retinere) potest. Dolia verò, cęteraq; fictilia densitatē quoq; suę ambientis formę pręseferunt. Itaq; vtraq; de causa illud euenit.] Est igitur causa resonātię duplex. Prima, quia concaua hæc aerem cōgregant, simulq; vnitū cōtinent: qui sic aceruatus, vnitusq; magis aliū de se venientem repercutit: hancq; in puteis, & foueis esse philosophus ait. Altera verò causa est, ambientis, aggregantisq; aerem corporis densitas, quæ aptiùs repercutere queat: Hancq;, vltra

y. 11. problematum problemate primo.

Cauernæ vtiles, non simpliciter necessariæ.

Quæ antra ad vocē cōmodiora.

z. 11. prōblematū 7.

Problema.

a. Ibidem problemate 8.

Cōtra Apponensem.

Responsio.

Resonātiæ ratio duplex.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 105 sur 292

©BIU Santé

primam, in dolijs, cęteriſq; fictilijs vaſis exiſtere ſubdit. Hæc enim magis reſonant, cuiuſmodi etiam ciſternę ſunt, tùm ob intùs aggregatũ, cõdenſatumq;, ac ſimul vnitũ aerem, tùm ob denſitatem cõtinentis. Quòd autẽ denſiora ſint, patet: cùm intùs aquã optimè cõſeruent: quæ tamen parietes, omniaq; ędificia penetraret. Quam ob rem cùm vtraq; cauſa in ciſternis adſit: quę denſioribus parietibus, & baptumine à noſtris vulgò nuncupato lenitis circundatæ ſint: Idcircò magis, quam foueæ, vel putei reſonant, magisq; adhùc ex puteis, ſeu foueis quæcunq; denſiore, ac leniore lapide fortaſſis cooperta ſint, reſonãt: quotiès domus pauimentũ quiſpiam percutiat: vel etiam ſuper illo vociferet. Concaua igitur omnia, lenioraq;, ac dẽſiore corpore cooperta magis reſonant. Hinc igitur ſucceſſit, vt ſex antra prędicta, quæ magis ad vocem, & auditũ faciunt, nõ modò duriore cortice, ſed membranula etiam leni ſublimito circundata ſint. Nec verò abſurdum eſt (inquit Ariſtoteles) ꝙ obruta, coopertaq; ſcilicet vaſa fictilia ſonitum maiorem faciant. Vox enim nõ minùs in ima ſe defert: deniq; quoquouersùs, atq; etiam in orbem ferri, putandũ eſt. In ima ſe defert: intellige muros etiam, ac terrã quoq; lapidoſam penetrando. Quanuis enim viſus (vt in alio problemate dixit Ariſtoteles. *b.*) per ſolida nõ tranſeat: vox tamen, ſonusq; pertranſit, ac penetrat. Cùm vndiq; liceat audire. Vox enim quoquouersùs profertur: omnia proreptat, penetrat, trnalapſaq; auditi vndiq; poteſt: adeò vt parietes nulla ex parte perforatos pertranſeat. Id quod inde opinor ſuccedit, quoniã parietes, & quęuis intermedia ſubſtãtia iam aeris particeps eſt. Quamobrem per partem poſt partẽ aeris alteratio, percuſſioq; ſpiritualior interim effecta ab exterioribus introrsùm, & ab interioribus extrorsùm penetrat: aptiorem penetrãdi locum veſtigans ſecundùm totum circuitũ, quà potiſſimũ queat. Id quod aſpiciendi delatio facere nõ poteſt. Simplex enim hæc eſt: quæ per directã lineam profluere indiaphano ſoleat, ſunt autẽ intus parietes obſcuriſſimi. Itaq; noſtrę ſentẽtię de prędictorũ antrorũ vſu minimè repugnat, ꝙ ſcilicet hęc aperta nõ ſemper ſunt, foraminibusq; peruia. Abſq; foraminibus enim reſonare, veluti ſub terra, vel ędificijs obruta vaſa inania, foueęq;, & ciſternę reſonare queunt. Verùm enimuerò quæ in fronte ſæpiùs exiſtit ſiue ſimplex, ſiue duplex cauitas aliũ habet, prędictos (quanquã neq; hunc ſimpliciter neceſſariũ, ad maiorem tamen cõmoditatem opportunũ) vſum: videlicet ad excremẽtorũ facilem expurgationem. Etenim cũ in phialam, ſiue quodcunq; aliud vas vel ore, vel follibus vehemẽter aerem, ventumue inſufflamus, impellimusq;; ſi quid in collo illius vaſis adhęrens, tenaxq; ſit: quod fortè manibus extrahere nequimus, attenuabitur quidem, & ab aere, flatuq; illo regrediente, ac reuerberato ſępenumerò foras proiectus phialã, vasq; illud mũdum relinquere ſolet. Quùm igitur validè per nares exufflemus, & prędictum quùm vel alteram, vel vtranq; narem exufflando cõprimimus: vt quæ tam in ſpongoidis oſſis ſubſtantia imbibita, quam intermedia eiuſdem, & ſepti loco excrementa retenta ſunt: odorationẽ ſępenumerò, nedùm reſpirationẽ impedientia, atq; loquelam deturpantia eructare, atq; expurgare conamur, aer ille exufflatus per duo foramina efflatu digna in ſpongoide oſſe inſculpta, & ad frontis cauitatem interdùm rectè, nõnunquã verò ſub vocato tertio maxillę ſuperioris oſſe obliquè penetrantia ingreditur, aſcenditq;, ſeu ſurſùm impellitur, indeq; repercuſſus à tergo vehementer ſpongioſum os, excremẽtaq; in ipſo, & circa ipſum retenta, deorsùm exprimens, ad eorum expurgationem ſummoperè cõferat. Id quod tametſi abſq; huiuſmodi etiã frontis cauernulis fieri queat, haud tamen ita cõmodè, ac perfectè: ſicut cum huiuſmodi repercuſſione (vt patet) fieri poteſt. Vltra ꝙ expreſſio etiã quędã in aſcenſu aeris, ac illius muccoris extenuatio, & ad fluxũ promptitudo fit. Cumq; promptum exitum ad nares antra hæc frõtis habeant, deorſumq; tendant, aerq; prędictus ſępè ingrediens, ac ita repercuſſus omnem, quęcunq; in ipſis antris reperiretur, ſuperfluitatem expurget, deorſumq; propellat: Idcircò ſemper vacua, & prędictã ſubſtantiã intùs cõtentam à nobis inuenta fuerunt. Cùm tamen quæ in ſphenoide, ac maxillis cauitates exiſtunt, nonnunquã mucoſam quandam, viſcidamq; pituitam (licet rariùs) in ſe cõtinere inuenerimus. Quam profectò proprij oſſium nutrimẽti paulatim aceruatam ſuperfluitatẽ excrementitiã fuiſſe opinamur à natura minimè ſuperatam, vt per ſenſui occultũ halitum, ſiue per ſenſibilem aliquẽ meatũ expurgare potuerit: veriſimileq; eſt à ſuperpoſita ſibi pelui nonnihil excrementorũ in ipſum excolari. Quæ interim pituita, niſi ſuperfluò cauitatem repleat, reſonationẽ penitùs nõ impedit. Semiplenę enim ciſternę iam reſonant. Quod ſi nonnunquã repletio modũ excedat, nonnihil prędictum naturale voci, & auditui inferre credendũ eſt, prędictamq. reſonãtiam lędere. Quomodo autẽ natura tẽporis progreſſu huiuſmodi antra quaſi excauarit, intellige. Idem enim his, quod iam optimè piſtis, fermentatiſq; panibus, dum in furno coquuntur, cõtingit. In illis enim humidas aliquas interiores, prędicipueq; cruſtã inter, ac micam, partes diſcutiens calor, eleuanſq;, & dilatans: dum eas in vapores conuertit, antra quędã efficit: frequentiusq; inter infimã cruſtã, & micã, micęue baſim, parte, qua magis viget clibani calor, ea ſępiuſculè obſeruauimus. Ita igitur naturalis calor huiuſmodi tenerrima, humidaq;, ac cerę inſtar ferè mollia, ac per hoc in ſeipſa cadentia, & plena, & quodammodo ſolida oſſa deficcare incipiens, in vaporesq; priùs digerens

interiores

b. 11. libro problemate 49. & 58. Cur viſus non penetrat muros vox verò ſic.

Auditus.

Viſus.

Cauitatis frõtis vſus alius.

Pulchrum exemplũ.

Cur antra frontis sẽp munda.

Antrorum giratio.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 106 sur 292

interiores humiditates, inflat, dilatatq;, & vitriariorū instar exteriùs incrementū efficit: Illis verò deinceps vaporibus per halitū discussis, præsertimq; aliqua humoris portione in superiores dentes, eorumq; exitū, & incrementū digesta, intùs antra remanent magis, magisq; in dies adaucta, excauataq;, quò maior à calore siccitas in huiusmodi ossibus inducitur. Quæ tamen haud caloris tantùm vi, vt calor est elementaris, fiunt. Sic enim idem in omnibus ossibus accideret, nisi vt naturalis est, cælestis etiam caloris particeps, & ab anima, seu formatiua facultate propter aliquem finem regulatus. Quæ quidem cùm fundamentaliter, formaliterq; alia nō sit, Hippocratis, Galeniq; etiam, & Aristotelis opinione, quam vegetādi facultas (vt alias vberrimè ostendimus) ad finem vsq; vitæ perdurat. Verùm de sex his antris ferè ad nauseam vsq; hoc in loco, vltra quam proposueramus, dictum est. Impræsentiarum enim obiter pro auditorio quidē organo, tribusq; cum ipso resonātibus, præter mamillarium processuū antra, tàm sphenoidis, quàm frontis, atq; etiam multò magis maxillę superioris quarti ossis amplis cauitatibus, cauernisq; vtrinq; positis, hoc est, in quolibet auditorio organo tribus pertractare consequentiæ necessitas traxit. Maximè autem (vti præostensum iam est) ob exquisitam proprię vocis resonantiam. Consequentię inquā necessitas ad hęc antra nos traxit: dum de tribus temporū ossis foraminibus loqueremur. Quibus nihilominùs expeditis, ad quartū insigne foramen pertranseamus: quod maiori soporalis arterię ramo caluariam per sextum quoq; sphenoidis prędictū foramen ingressuro excauatū, cęlatumq; est. Id inquam nō recta quidem caluariam perforans, sed instar oblongi meatus à posterioribus, exterioribusq; obliquè antorsùm in priora è regione foraminis sphenoidis sexti, in temporis osse insculptum est. Cuius principiū est, propè foramen sexto (vt videbimus) neruorū pari dicatum: quod temporis, atq; occipitis ossibus cōmune est: directè quidem sub maxillę inferioris cum osse temporis articulo, pauloq; tamen posteriùs, oppositа in parte foraminis prædicti temporū ossis primi: Ab altero interim latere futura cōmuni sphenoidis, ab altero verò lambdoidis futuræ additamentis cōterminatū: supraq; se posteriùs styloidem, anteriùs verò sphenoidis acutū angulū obtinens. Cuius foraminis exterior ossis pars deorsùm ad fauces spectans pumicis instar aspera, inæqualisq; est. Eius autem vsus nō est quidem, vt hoc errabundo itinere vitalis spiritus cerebro exquisitiùs præparetur (vti Vesalij sententia diuino me hercle suo ingenio indigna, minimeq; consentanea extitit) paruū enim: breueq; admodùm huiusmodi iter est: vt nihil ad talem prępārationem sufficere, vel conferre queat. Nisi cincinnorū, capreolorūue instar multis ambagibus, reuolutionibusq; cōtorqueretur. Huiusmodi enim prępаratio à retiformi plexu mirabili vocato fit: quem nos (quicquid alij recentiores dixerint) nō semel publicè, priuatimq; in homine ostendimus. Verū est tamen, ꝙ si qualis in brutis est, talis in homine ipso inueniretur: non adeò mirabile esset. Cùm omnibus euidentissimū vel in capitibus nondùm natorū ędorum, nedùm boum, aliorumq; perfectorū brutorū sit. In homine autē nisi maxima cum diligentia, acutissimaq; falce dissecuerimus, vnà cū crassiore sibi suppositа cerebri membrana dissipari solet: & ab inciſorio instrumento (vt sic dixerimus) absorberi. Huam ob rem vsq; adeò euanescit, vt quamplurimis negligenter fortè dissecātibus illum vidisse permissum nō sit. Quanuis cum aliquatenùs olfecerit, nec penitùs ignorauerit Falloppius vmbram, immaginemq; retis, ob maximā, fereq; inuisibilem eius tenuitatem, nuncupans, nō rete (vti dixerunt veteres) mirabile. Contingit autem huius rei difficultas, quoniam longè tenuioribus spiritibus intellectu prędituſ homo, quam bruta indiget. Quibus post mortem extinctis ferè inuisibiles minutissimę illę arteriolę euadūt. De quo nihilominùs mirabili retiformi plexu alibi nos vberiùs locuturi sumus: nullam esse rationem dicentes, cur in solis brutis esse, non in homine debuerit. Sed cùm nil de hoc loqui ad ossa pertineat, tēpestiuū est, vt nostrū ad propositū quarti foraminis vsum reuertamur. Est enim foramen id veluti securior quędam semita soporarię arterię, ex loco, ad quem sursùm rectè ascenderat, diuisaq; est, vt minore ipsius propagine per quintū sphenoidis foramen prędictū in caluariā ascēdēte, maior inde procedens antrorsùm osse cooperta, defensaq; per huiusmodi quartū foramen, meatumue procedat, donec ad sextum sphenoidis foraoen protrahatur, perq; illud in caluariam penetret, ascendatq;. De hoc foramine Galenus libro de vsu partiū sexto decimo .c. sic locutus est. [Reliqua verò (scilicet soporariæ arteriæ, de qua ibi loquebatur) pars anterioribus partibus per foramen, quod est in osse lapidoso, sursùm fertur, & ipsa ad plexū retiformē, quē ego priùs dixi, &c.] Rursusq; in calce libri de eodem intelligit, dicens. [Nisi ꝙ ad plexum retiformē, vt quùm de his ageremus, indicauimus, arteria magna fertur, sursùm per foramē, quod est in osse lapidoso, &c.] Confusè autē in libello de venarū, arteriarumq; dissectione ait .d. [At omne quod ex carotidibus est reliquū sursùm recta procedēs penetrat in caluam, inibiq; textū illum ad retis imaginē complicatum efformat, &c.] Confusè inquam. De quo enim foramine loquatur. An scilicet de hoc temporū quarto, an de sphenoidis sexto, an de vtroq; intelligat: per quæ ambo pertransit, vt in caluariam subeat, minimè expressit. Magis tamen de sphenoidis sexto intellexisse (vti supradiximus) apparet. Quoniam per illud immediatè intùs caluariā penetrat. Sed hoc minimi momenti

Foramen ossis tēporū quartū.

Vsus.

Cōtra Vesalium.

Rete mirabile.

Cur inuisibile in homine.

Verus vsus.

c. Cap. 12. post princ. idemq; cap. 14. in fine.

d. Cap. 9. post princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 107 sur 292

©BIU Santé

est. Sat enim, superq; fuerit Galeno cognitum id foramen, oītēdisse. Tametsi ex falso, depraua-
toq; de neruis libello motus Vesalius Galeno incognitū voluit, prout antea nos tetigimus. e. Ad
quintum igitur accedamus temporis ossium foramen: quod est in exterioribus (quùm adest) eui-
dentissimū. Quùm adest inquam. Etenim sępenumero in altera parte tantùm: nonnunquā verò
& in vtraq; deest. Iuxta lambdoidis ergo suturę additamenta ad posteriorē processus mamillaris
regionem positum est, in sinum penetrans temporis ossi post auditorij tympanū insculptū, illac
à primo, secundoq; crassioris membranę sinibus surculi quidā pertranseunt, ad cutis, circūstan-
tiumq; exteriorū partiū nutritionem. Patet autem hinc quātùm in cerebri affectibus calidis san-
guinem post aures mittere cōferat. Vbi enim absunt hæc foramina rāmulos per suturę lambdoi-
dis additamenta foras transmittere solent, exterioribus nonnunquā venis ascendentibus cōiun-
ctos: quanuis non egredi, sed ingredi nonnulli existimauerint. Sextum deniq; tēporis ossium fo-
ramē est a tergo primi arteriolā à soporaria per quintū sphenoidis foramen ingrediēte recipiens,
quam per canaliculū quendā in auditus organi tympanū defert, in cęcum tādem foramen pene-
trans. Sex ergo cū sint in alterutra parte foramina propria in os tēporis insculpta, vtrobiq; simul
sumpta duodecim vt plurimū sunt: quandoq; verò vndecim: interdùm deniq; decem duntaxat
inueniūtur. Deficiētibus videlicet ambobus penultimis prędictis foraminib⁹ quinti paris paulò
ante declarati, aut eius vno tātùm (veluti prædictum iam est.) His omnibus exactè (vt oportet)
pensitatis, ad occipitis foramina pertranseūdum est. Quæquidem numero quinq; propria sunt.
Quorū primū vnicū est, & sine pari in exquisitè medio dextræ & sinistræ partis occipitij apertū.
Quod in septima figura procemij num. 2. signatū est: cōmento verò huius capitis presenti lit. e.
ostenditur. Cunctorum non modò capitis: sed totius etiā corporis ossium foraminū propriorum
dubio procul omni maximum. Vt spinali medullę ex cerebro descēdenti, primumq; egredienti,
& è caluaria foras emergenti meatus, semitæue principium sit: atq; vnà ipsis arterijs ingressum,
viamq; prębeat, quæ per transuersos ceruicis vertebrarū processus ascēdentes in caluariā vtrinq;
ingrediuntur: vt vnicū per id foramen tria pertranseant: vnū scilicet egrediens, quod est spinalis
medulla, duo verò, scilicet arteriæ, ingredientia. Foramen quidem id, tametsi in orbem vergere
apparet. Exquisitiùs tamen cōtemplantibus quadrilaterū quodāmodo videbitur. Adeò quidem
omnibus cōpertissimū id foramen, eiusq; vsus est: vt ipsum fusiùs declarare, tędiosum, inutileq;
superpondiū sit. Secundum verò, & tertiū foramina sunt: Alterum quidem in dextro: Alterum
autem in sinistro prędicti maximi foraminis latere pertusa, quę in prima huius cōmenti figura d.
litera insignitur. Oblonga quidē ambo, orbicularia q;, & obliqua ex posteriorib⁹, interioribusq;
in anteriora, exteriora q; procedētia sunt: Transitus gratia neruorū septimi paris qui antrorsùm
ideò tendere debebant: vt cum sexta neruorū quoq; cerebri cōiugatione, ob maius rōbur, cōiun-
gantur, atq; colligentur. Quartum deniq;, ac quintum foramina sunt in septima procemij figura
lit. a. notata, in alterutra quidem maximi foraminis parte posteriùs tamen secūdo, & tertio sita,
quòad exitum spectat. Ab externa enim occipitij sede incipientia hæc extra caluariam, à medio
ferè lateris capitulorū literis l. l. in eadem procemij septima figura insignitorū, quibus caput cū
prima ceruicis vertebra dearticulatur, introrsùm procedentia cum prędictis secūdo, & tertio fo-
raminibus in vnum duo cōfunduntur: videlicet quartū cum secūdo in dextra parte, & quintum
cum tertio in sinistra. Adeò vt in interioribus caluariæ partibus duo tātùm foramina maxima ex
parte appareant: quæ tamē in exterioribus quatuor inceperant: seu mauis dicere (& rectiùs qui-
dem) q; duo intus incipientia in quatuor foras terminata foramina sunt. Per hæc igitur duo vlti-
ma foramina venę surculi, vtrinq; scilicet vnus, egrediuntur, descenduntq; ad sinum quendam,
quem ceruicis sinum Diuinus ille Falloppius primus eius inuētor nomenclauit. Quanquam sę-
piusculè horum alterū, nōnunquā verò & ambo hæc duo vltima foramina deesse in exterioribus
cōsueuerunt. Quo nihilominùs in casu nunquā in necessarijs deficiens natura fecit, vt eorū vices
supplerent secundū, & tertiū prędicta neruorū septimi paris transitui dicata foramina. Quamo-
brem & tunc non adeò orbicularia ea sunt, sed oblongiora, & interim ampliora. Presertimq; in
exterioribus: vt nō septimo tantùm neruorū pari, sed venis quoq; prędictis locū prębeant. Cun-
cta igitur prędicta occipitis foramina sunt vt plurimum quinq;, nōnunquā verò quatuor: sed ali-
quando tria duntaxat reperiūtur. Sed hæc de occipitis ossis proprijs foraminibus dicta sunt. Pre-
ter quæ alia duo consideranda veniunt: alterum scilicet vtrinq;, cōmunia occipitis, ac temporis
ossibus, quanquā plus occipitis, quam temporis habent. Ex quo si quispiam inter occipitis fora-
mina connumerare velit, minimè ipsum vituperabimus: tuncq; occipitis foramina septem etiā
pronūtiabit. Est autē id amplū, neq; adamussim circulare, sed quodāmodo geminū intortumq;:
In prima præsentis cōmenti figura c. huiusmodi foramen designatū est. Per id nō modò sextum
cerebri neruorum par deorsùm à cerebro extrà caluariam antrorsùm priùs procedens descēdit:
parte scilicet interiore: sed externa etiam maior iugularis internę soboles ad caluarię posteriores
sinus tendit, ingrediturq;. De hoc foramine Galenus libello de neruorū dissectione loquitur, sic

dicens

ē. i sphenoi dis foram. 4. Temporū ossiū fora- men quin- tum.

Cōtra Ve- salium. Sextū ossis temporum foramen. Vsus.

Occipitis foramina. Primum.

Magnitu- do. Vsus du- plex.

Figura.

Secūdū, & tertiū fora men occipi tis.

Figura. Vsus.

Quartū, & quintum.

Occipitū, & tēpori cō- munia fo- ramina duo.

Vsus du- plex.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 108 sur 292

„ dicens* [Sexta neruorũ à cerebro orientiũ coniugatio vno quidem vtitur foramine, quod propè
„ infernam ſuturæ illius, quæ à literæ Λ. ſimilitudine, lambdoides appellatur, ſitum eſt.] Pauloq;
„ infrà iterum ſcripſit .f. [In quibus etiã libris (ſcilicet de Anatomicis adminiſtrationibus) de triũ
„ illorum neruorum traditur diſtributione per id foramen, quod propè finem ſuturæ lambdoidis
„ eſt, dicuntur exoriri, &c.] Rurſuſq; libro de vſu partiũ ſextodecimo idẽ voluit, per hęc verba .g.
„ [Reliqua verò arteriæ carotidos pars, quã retrò magis ferri dicebã, diuiditur & ipſa in duas par-
„ tes maximas: Primùm partibus inequalibus. Quarũ minor retrò magis ad baſim cerebri aſcẽdit,
„ magno, ac prælongo foramine ipſam excipiente: quod eſt in fine ſuturæ inferioris. Quæ literæ
„ lambdæ formam repręſentat, &c.] Non temerè autem Galenus inquit, in fine, ſeu propè finem
ſuturæ lambdoidis eſſe huiuſmodi foramen: cùm ita ſit. Quinimmò huius ſuturæ additamenta
iuxta quartũ, quintumq; occipitis angulũ, parte quidem inferiore, per mediũ tale foramen diſſe-
cant; quicquid occipitis eſt, ab eo, quod temporum oſſis eſt cauo ſeparantes. Quanquã nõ rectè
Galenus per id foramen arteriam aſcẽdere ait (perinde ac alias videbimus) Tempeſtiuũ verò eſt,
vt frontis quoq; oſſis foramina declaremus. Quæ quidẽ quatuor eſſe propria ſolent. Quorũ duo
prima exteriora ſunt: alterũ videlicet vtrinq; in ſuperciliis iuxta maiorẽ oculi angulũ, exculptũ
litera t. in ſexta procemij figura cõnotatum. Quanquã vt plurimũ nõ foramen cõpletum eſt: ſed
ſinus quidam, veluti ſemicirculus, aut in altero duntaxat latere ſic eſt: in altero verò exquiſitum
foramen paruũ quidẽ; per quod vtrinq; tertij neruorũ cerebri paris prima propago radixue per-
tranſit ad frontis cutem, muſculoſamq; eius ſubſtantiã, per ſecundum ante ſphenoidis foramen
egreſſa aſcendens, ad ſenſum, motumq; illis diſtribuendum. Prẽter hæc autẽ alia duo foramina
interna ſunt, quæ ab antro, cauernaq; magna, litera k. in prima, & ſecunda præſentis cõmenti fi-
gura, notata in nares deſinunt. Quando ſcilicet antrũ illud frontis adeſt: quãdoq; enim nõ inue-
nitur, prout antea iam diximus) Quæ duo hæc foramina nõnunquam recta vidimus ab antro in
nares penetrare: nõnunquã verò obliquè procedentia, velut antea quoq; de antrorũ huiuſmodi
vſu loquẽtes, enarrauimus: vbi & huius quoq; foraminis vtriuſq; vſum pertractauimus. Verùm
enimuerò ad octaui oſſis foramina nos cõuerti, præceps occaſio accelerat: vbi magis iminotandũ
eſt, ob multas ibi ſuccurrentes difficultates. Multa quidẽ igitur foramina, eaq; parua ſunt: vt nõ
temerè κριθοειδὴς q. d. cribroſum, ſeu cribro ſimile ab Anatomicis nuncupatũ ſit: ab Hippocrate
autẽ, & Galeno potiùs σπογγοειδὴς q. d. ſpongiforme, ſeu ſpongioſum (veluti prędiximus .b.) ap-
pellatum. Inter quæ foraminula primũ cõſideretur vnicũ, ac paruũ ipſis octauo, ac frontis etiam
oſſibus cõmune exiſtens ad extremum quartæ procemij figuræ litera i. locus eius notatur, vbi cũ
frontis oſſe cõiungitur. Id quidem nõ ob aliud factũ, niſi vt tertius durę cerebri membranę ſinus
ibi pertinaciùs adhęreat. Prẽterea duo ſunt alia foramina ad latus proceſſus illius, qui cribrum in
dextrum & ſiniſtrũ diſtinguit (quem in eadem figura litera B. connotat) vtrinq; videlicet vnum
frontis anteriori ſedi proximũ. Sunt autẽ ambo hæc longiuſcula quidẽ, & rimulæ potiùs, quam
foramina nuncupanda. Cùm rimulę ſpeciẽ referant. Quæ mamillaribus illis cerebri proceſſibus
refertę ſunt. Venulę interim iugularis externę ſoboli tertię cedentes: quæ ab exterioribus intror-
ſùm per narium amplitudinẽ exporrecta ad duram cerebri membranã tranſmittitur. Prẽter hæc
autem quamplurima ſunt, nõ tamen pari ſemper, determinatoq; numero ſita in hoc oſſe foramu-
nula: recta nihilominùs, peruiaq;: ſiue interiùs, ſuperiuſue: ſiue exteriùs, inferiuſue reſpexeris.
Ad narium enim cauitatem, & nõ ad ſpongioſa oſſa terminantur. Id quod non adeò de Galeno,
quemadmodũ de diligẽtiſſimo illo naturæ exploratore Veſalio nobis admirationem affert, quo-
modo ſcilicet eorum foraminũ tranſitum, ſemitamue nõ aduerterit. Cùm tamen eueſtigiò abiq;
aliqua eiuſdẽ oſſis per ſe tamen ſumpti diſſectione, ſiue aliqua fractione, ſiue ad ſolis radios, ſiue
ad oppoſitã candelam huiuſmodi os, & foramina conferamus, ex oppoſita quauis, ſiue interiore,
ſiue exteriore parte foraminum rectitudinem, ac tranſitum ad medium ſepti, & ſpongoidis oſſis
locum vtrinq; videbimus. Quòd ſi acum, vel porcinam ſetam tranſmittere velis, aut aquam, vel
quauis liquidam ſubſtantiam percolare, non ad ſpongoides os, ſed ad medium prędictũ locum
penetrare cõpertiſſimũ tibi fiet. Cuius quidẽ cribri vſus tametſi antea .i. iuxtà Galeni dogmata
à nobis declaratus eſt: nihilominùs tamen vberiùs nunc, altiuſq; iuxta noſtram ſentẽtiam, vna
cum ea, quæ per palatum, ſiue per ſphenoides os fit, excrementorũ expurgatione repetatur, ex-
quiſitiuſq; declaretur. Hoc duntaxat pro cunctis oſſiũ capitis foraminibus prænotato, ſiue potiùs
in memoriã per epilogum quendã reuocato: q̃ cùm propria capitis effatu digna, momentaneaq;
foramina ſint vt plurimum triginta ſeptem, cõmunia verò tredecim: omnia quidem erunt quin-
quaginta. Sũt igitur propria triginta ſeptẽ: videlicet ſphenoidis propria quatuordecim: exceptis
inquã quinto ſępiuſculè cõmuni, ac ſexto, nono, decimoq;, & duodecimo pari, ſemper his com-
munibus, vt remaneant perpetuò propria, modò cuncta adſint, primũ, ſecundũ, tertiũ, quartũ,
ſeptimũ, octauũ, & vndecimũ, paria quidẽ hæc omnia ſeptem: foramina verò numero quatuor-
decim. Item ſunt propria quoq; oſſium tẽporũ numero duodecim: videlicet paria ſex: occipitis

paria

* Cap. 7.

f. Cap. 10. poſt prins.

g. Cap. 12. poſt princ.

Cõtra Galenũ, & Veſaliũ quoq; Frõtis oſſis foramina propria quatuor. Primum, & ſecundum.

Tertiũ, & quartum.

Vſus. Octaui oſſis foramina.

Cribrum primum. h. Supra com. 6. & 7. huius capitis.

Primũ cõmune.

Vſus. Secũdũ, & tertiũ propria.

Vſus.

Cõtra Veſalium.

Cribri vſus. i. Com. 6. huius verſus finem.

Foraminũ Epilogus.

Propria. Sphenoidis 14.

Oſſiũ temporum 12.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 109 sur 292

©BIU Santé

Frontis ossis 4. Octaui ossis duo. Cõmunia. Sphenoidis 10. Occipitij, ac tẽporis communia 2.

paria duo cũ dimidio, quæ sunt foramina quinq;. Frontis paria duo: quæ sunt foramina quatuor. Octauiq; tandem ossis, prẽter cribrum, foramina duo: vnũ videlicet par. Quæ simul omnia numerum augent foraminum propriorum triginta septem. Cõmunia verò sunt tredecim: videlicet sphenoidis numerata quintum, & sextum par: quæ sunt sphenoidis cum temporis osse cõmunia foramina quatuor. Insuper alia duo paria sunt eiusdem sphenoidis cum maxillæ superioris ossib⁹ cõmunia. Quæ sunt foramina quatuor: videlicet prædictũ par nonum, & decimum. Prẽter quæ duodecimum quoq; par est sphenoidis eiusdem, tẽporisq;, ac maxillæ superioris cõmune. Quæ sunt alia foramina duo. Insuper alia duo foramina sunt, videlicet vnum par, ossium temporũ, & occipitij cõmunia. Tandemq; illud est vnicum: quod octauo, & frontis ossibus cõmune etiã posuimus. Quamobrem tredecim hæc foramina cõmunia erunt: quæ cũ proprijs triginta septem adiuncta sunt omnia (vti prædiximus) ad summũ quinquaginta. Adminus verò sunt triginta & octo. Deficientibus inquã (vt sępiusculè cõtingit) sphenoidis octauo, & vndecimo pari, nec nõ temporũ quinto etiam pari, atq; occipitis foramine quarto, & quinto: quatuorq; demùm frontis foraminibus. Quæ sunt omnia numero duodecim. Remanebunt igitur tunc triginta, & octo. Si tale monstruosum infortuniũ alicui succederet vt ei cuncta deesse solita deficiant. Inter hos verò duos extremos numeros: scilicet quinquaginta, & triginta octo, plura, vel pauciora esse capitis foramina consueuerunt, prout plura, vel pauciora ex ijs desunt. Reliqua autẽ omnia in quolibet osse minutissima, & vix interdũ visibilia, vel effatu digna foramina negligimus, quòad præsentẽ numerum: vt quæ nõ nisi ob propriã cuiuslibet ossis nutritionẽ à natura excauata, ęqlataq; sunt. His igitur pręostensis omnibus, ad narium cribrum reuertamur. Duplex enim cribrum, scilicet cribrosum cribroue simile apud Galenum inuenimus. Alterum quidẽ ad nasum: quod ipse (velut anteà tetigimus .k.) potiùs spongoides, quam ethmoides ex Hippocratis etiam dogmate nuncupandum innuit: cribro veriùs crassam ei suppositam membranam assimilans, tanquã recta huius suprema foramina minimè aduertens (vt paulò ante diximus) octaui inquã ossis cribrum primũ ideſt de quo iuxta Galeni sentẽtiam locuti priùs sumus. .l. Alterũ verò cribrũ enucleãdum remanet ad palatum potiùs pertinens: quod nõ vocatur ἠθμοειδὲς, sed ἠθμώδες cuidam (q. d. subſtãtiæ siue ossi cribroso) simile. Sic enim Græcus noster textus habet .m. [ἐκδέχεται δὲ τὸ τοῦ ἠθμώδους τινὸς προσφυὲς ὀστοῦν, εἰς τὴν ὑπερῶνα περαῖνον.] quod est [Excipit autem hunc (scilicet adenem infundibuli fundo subiectum) os cribriformi cuidam simile, in palatum desinens.] Quanquã interpres non traduxerit [cribriformi] seu [cribroso simile] sed [cribro cuidã simile] legens fortè in suo textu [ἠθμῷ] ideſt [cribro] & non [ἠθμώδες] quod est [cribroso, seu cribriformi] sic enim si legemus idem erit ἠθμοειδὲς, & ἠθμώδες q.d. cribrosum, seu cribriforme ipsum nũcupare. Quomodocunq; igitur dixerimus siue cribrosum os ipsum nuncupantes, siue cribroso ossi simile: duo cribra, siue cribrosa ossa elegimus. Sed de primo quidem, omnibus vulgari cribro: scilicet de octaui ossis foraminibus altiùs repetamus. De quibus quidem loquens Galenus .n. spongiarũ potiùs, quã cribri foraminibus ea assimilans, tale os spongoides, & non ethmoides nuncupandũ rationibus à nobis supra narratis .o. voluit. Verùm parcãt nobis Galeni manes. Etenim prẽter processus duos: quorum alterum intùs sursùm vergens, mamillares illos cerebri processus abinuicẽ distinguit: Alterum verò exteriùs deorsùm descẽdens, dextram narem à sinistra segregat. Prẽter hos inquã processus, duæ sunt, vel si mauis dicere tres foraminulentę partes. Quarum superior ad cerebrũ pertinens, in dextram, & sinistram ab interiore processu prædicto distincta cribrum repręsentat: foraminibus inquã rectis, peruijsq; (veluti paulò ante diximus) pertusa: nõ tortuosis, spongiarũue instar anfractuosis. Id quod quò minùs, atq; obscuriùs in simijs, & cercopithecis minore cribro prædĭtis, quam in homine apparet: eò magis, & clariùs in canibus maiore, quam hominis cribro, euidentioreq; dotatis liquet. Duæ autẽ partes aliæ sunt, quæ spongijs assimilari poterunt: nõ ad cerebrum hæ, sed ad superiorem maxillam, nasiq; cauitatẽ spectantes. Idcircò nõ temerè quòad has duas partes, duosue processus tale os spõgoides nuncupari potest. Duplici quidẽ ad spongias cõsiderata similitudine. Altera quoniã anfractuosa tortuosaq; nonnulla foraminula spongiarum instar in ipsis, quùm effranguntur, cõspicua sunt: quanquã plurima istorũ quoq; foraminũ recta existunt. Altera verò, quoniã huiusmodi processus exteriore in parte: qua scilicet nasi ossicula, & septum, maxilleq; superioris ossa respiciunt, asperi sunt, nõ pumicis instar modò, tenuioribus, & anguſtissimis foraminibus prędĭtę spongię (velut in homine, simijsq;, & cercopithecis) sed grossioris quoq;, & amplioribus anfractibus perforatæ, cauernosęq; spongię (perindeac in canibus, capriſq;, ac bobus, alijsq; nõ paucis animalibus obseruauimus. Quæ quidem asperitas ad ea, quæ posteriùs enucleãda venient, perquamutilis est. Quinq; igitur partes eiusdẽ ossis cùm sint: duarũ ratione spongoides dici potest. Vnius verò interioris, superioriue ratione ethmoides totum etiã os, nomine quidẽ à parte sumpto, nuncupari licet. Quamobrem diuersarũ partium ratione, diuersis his nominibus donatũ id os est. Alia enim pars est, quæ cribrum: Alia verò quæ spongiam prędefert. Vt autẽ spongiformiũ processuũ historia magis eluceſcat, notandũ sedulo est, viatoriã

Alia foraminula multa.

Cribrum duplex.

k. Com. 6. versus finẽ.

l. Ibidem.

m. 9. de v. p. cap. 3. post princ.

n. 9. de v. p. cap. 3. post med. & 8. eiusdẽ cap. 6. in fine, & c. 7. in prin. o. Com. huius 6. vers⁹ finem. Cõtra Galenum.

Tres foraminulentę partes.

Similitudo cũ spongijs duplex.

Quinque octaui ossis partes.

Comparatio.

hos

hos perulam nobis referre. Cuius altera mantica in dextram ſepti partem, altera verò in ſiniſtrã pendet: adeò vt ita cribrum cũ ſuperiore proceſſu ad ſpongiformia hæc oſſa ſe habeat, vti ea intermedia peræ pars, quæ ſuper humeris portantis hominis, vel ſuper ſella, vel equi, vel mulę firmatur, media inquam exiſtens inter vtranq; manticam. Eſt igitur vtrinq; ſimile ſpongioſum os manticis. Quod quidem nõ ſecus, ac perula, ſuper inferiore proceſſu, quàm ſuper quadã tabula in latus poſita, macerrimoue equo reſidere videtur. Eſt autẽ intus vacua vera perula vtrinq;, labiaq; concauitatis extrorsùm reſpondentia habet. Per quæ ſiue panẽ, ſiue obſonia in vtramlibet manticam injcimus. Ita igitur ſe habet huiuſmodi ſpongiformis proceſſus vtrinq;. Etenim ſuæ concauitatis labia extrorſum reſpicientia obtinet: quæ ad ſecundũ, tertiumq; vocata maxillæ ſuperioris oſſicula reſpondent: ſiue meliùs dixerimus, ad cõmunem ſecũdam ſuturam, parte, qua hæc oſſicula a frontis oſſe ſegregat. Quæ quidem oſſicula cùm perę partes ſtatuamus, manticarũ externam ſuperficiẽ repręſentant. Internum verò, ſiue labium, ſiue extremũ, aut veluti quandã perę ſuturam dicere malis, propè ſuturã capitis oſſium propriam, quam diximus ſextam incipit: in medio ſcilicet ſuperioris proceſſus, & prędictę ſextę ſuturę. Adeò vt nõ à ſexta tantùm ſutura ſpongoidis oſſis ſuperior ſinus, cauernaq; excrementa recipiat: ſed exteriùs etiã à ſecunda communi, quæ ſcilicet a tempore ad tempus per mediam oculorũ cauitatem procedit. Quanquam & ab alijs ſuturis, quæ huiuſmodi vocata ſecũdum, & tertiũ oſſicula abinuicẽ, & à quarto maxillæ ſuperioris oſſe diſgregant, huiuſmodi ſpõgioſæ manticę in ſeipſas recipiunt. Internum verò ſub prędictis oſſiculis ſpatium inane, cauernoſumq; eſt. Melius igitur fuerit ſecundũ, tertiũq; à Veſalio numerata (veluti dictum iam eſt) ſuperioris maxillę oſſicula, huius ſpongioſi oſſis partes, ac externas ſuperficies eſſe, proferre: cùm verè illis coaleſcat, vniaturq;. Verùm nunc, & in prędecedentibus ea numerare clarioris doctrinę gratia, ſecundũ Veſalij ordine voluimus. Cumq; etiã ad locũ peruenerimus: vbi ex propoſito magis de maxillę ſuperioris oſſibus locuturi ſumus: pariter huiuſmodi oſſa rursùs diſponemus. *p.* Duo igitur maioris oculorũ anguli oſſa, videlicet ſecundũ & tertiũ aliquando numerentur: quæ tamen intereà cum ſpongoide intùs coaluerunt, peramq; prędictam cõſtituerint. Hinc nõ duarum modò capitis propriarum ſututarum, ſcilicet ſextæ, & ſeptimæ, preſertim verò ſextæ: quæ magis ad cribroſum os attinet: ſed etiam maxillę ſuperioris earum, quæ ſecundũ, tertiũq; vocata illius oſſa, & abinuicẽ & à quarto eiuſdem oſſe diſtinguunt vſus à nobis prędoſtenſus. *q.* nonus patet, qui erat propter limoſorũ, aquoſorumq; deorſum vergentium excrementorũ tranſcolationẽ, expurgationẽq;. Etenim tametſi quęcunq; per dimidię cribroſæ partis foraminula nõnunquã percolanrur, excrementa in amplam naſi cauitatem recta decidunt, veluti prędictũ eſt: Quæcunq; tamen per huiuſmodi ſextã ſuturã, itemq; per eas, quæ in oculorũ cauitatibus prędictę ſunt, reludant, percolanturq;, nec nõ per alterius medietatis exterioris, ſcilicet ipſius cribri foraminula deorsùm penetrantia excremẽta in ſpongioſorũ oſſium ſuperiores cauernulas ingrediuntur: indeq; ad narium capacitatem per cuidẽtiora quędam foraminula deſtillant. Idipſum verò interim ſedulò perpẽdendũ eſt, quoniã etſi per cribrum aliqua excrementorũ portio rectè, & nõ tortuosè, anfractuoſeue in amplam naſi capacitatẽ maxima ex parte deſtillat: haudquaquã tamen ob id ſtatim, vel cõtinuò decidet: vt vel inuitis nobis comedentibus fortaſsè, vel ſcribentibus, ſiue quoduis polyticum opus agentibus foràs turpiter exeat. Niſi quotiès ſuperfluens multa humiditas deorſum ruat: vt preſertim humidiorib⁹ puerulis, aut coriza nimiũ vexatis etiã prouectioribus, lachrymantibuſue quibuslibet accidere nõnunquã vidimus. Huic enim abſurdo prouidit natura, huiuſmodi ſpõgiarũ, pumicumue inſtar aſpera oſſicula, ſeptũ versùs obliquè ſepenumerò cõtorta, & gibboſa in trãſitu apponẽs. Etenim egrediens gutta à cribri foraminibus, quamprimũ ab inſpirato aere frigidior effecta coagulatur, denſiorq;, ac minùs fluida euadit, illiſq; aſperitatib⁹ adhęrens, quæ extra ſpongiarũ internos ſinus decidit, firmatur, obſtruitq; interdùm vſq; adeò ſemitam, vt quãtumuis fluida, tenuiſq; humiditas poſtſequatur, ad deſcendendũ tamen illa impedita ſit. Ad quam morã maximè facit, q⁹ paulatim magis, magiſq; ab inſpirati aeris modica frigiditate cõdenſatur humor ille. Modica inquã, valẽtior enim frigiditas cõprimendo nõnunquã, cerebriq; humiditates exprimendo, & per nares fluorẽ, & lachrymas etiã mouet. Inſpiſſatus ergo humor (vt diximus) non adeò ad fluorẽ promptus eſt: preſertimq; cũ per cribrũ huiuſmodi totum euacuatio naturalis nõ ſit. Niſi quùm malè affectũ, intemperatumq; (vti videbimus) ipſum cerebrũ eſt, tuncq; anteriorũ magis cerebri partiũ, quã ventriculorũ ſua excrementa in palati infundibulũ, aliudue deinceps cribrum eructantiũ ſuperfluitas eò deſcendit. Ideoq; nec fluoris impetus ineſſe ſolet. Inde autẽ, vbi quadantenùs inſpiſſata, & ſpongioſorũ oſſium aſperitatibus exterioribus, ſeptoq; inhęrens cõmoratur, magiſq; ſi in ſpongiarũ anfractibus recepta eadem ſit: per exufflationem, congelata iam, retentaq; expurgari ſolet: Impellente ſcilicet eam à poſterioribus, interioribuſq;, ad anteriora, exterioraq; deorsum, aceruatim expirato exufflatoq; aere tanquam à tergo cõprimente, antrorſumq; propellente. Vt cuiuis cõpertiſſimũ eſt. Id quod faciliùs aſſequimur, vbi cõpreſſis aliquo modo narib⁹ vehementiorem

p. Infrã c. 3. com. 2. 3. 4.

q. Supra com. 1. huius capitis.

©BIU Santé

tiorem talem exufflationem, ac per hoc vehementiorem expurgationē facimus. Hinc igitur etiā ſuccedit, vt odorationem excrementa illa, vel in cribro huius retenta, vel in medio ſepti, & ſpongoidis (cuius aſperitatibus adhęreant) vel in ipſis etiam ſpongoidis cauernulis obſtruendo impediant. Quòd autē per cribri foramina pertranſeant aliquando naſi excrementa, quanquā nō certiſſimum, coniecturale tamen inditiū in quibuſdam prętternaturam affectis hominibus nō infrequenter habuimus: vt qui nō modò prorsùs impeditā, ablatamue, ſeu diminutam, aut interdùm corruptam, ſeu deprauatā habent odorandi actionem, ſeu mauis dicere paſſionem: ſed etiā quùm vehementiùs iterùm, atq; iterùm per nares exufflantes tandem excrementa quędam maxima cū difficultate, inſtar chordarū faſciculi: viſcida, & in globulū coacta eiecerunt. Quarum chordarū, ſeu filamentorū formam priùs in tranſitu per rectū cribrū, potiùs quā per obliqua anfractuoſaq; ſpongoidis foramina adepta eſſe repræſentant. Quam tamen adhùc effigiem ea duntaxat excrementa conſeruant, quæ ſummoperè viſcida, glutinoſaq; ſunt. Quam rursùs ob glutinoſitatem, lentitiemue vſq; adeò interdùm ſpongioſis oſſibus, ſiue intùs in eorū cauernulis retenta, ſiue externę ſuperficiei firmiſſimè adhęrētia immorantur: vt fętorē ibi corrupta ſuſcipiant: corruptaq; ipſa nōnunquā & ea, quibus adhęſerunt, oſſa corrumpere conſueuerint: vt inde patiens etiā ipſe continuū ſuis in naribus fętorem ſentiat (non certiſſimū inquā, quanuis nōnulli ſic crediderint, quoniā a ſpongoidis foraminibus tortuoſis etiam talis funiculorū forma fieri poteſt.) At hæc de primo, ſcilicet octaui oſſis cribro, dicta hucuſq; ſint. Ad aliud verò cribrū, ſphenoidis inquā, cōuertamur: vt exquiſitè omnem cerebri excrementorū expurgationē (ſiue per nares, ſiue per palatum fiat) elucidemus. Inquit igitur de hoc Galenus: .r. vbi de adēne cerebri ſuperfluitates per duos meatus ad infundibulū deſcendentes recipiente locutus fuerat, hoc modo [Excipit autem hunc (ſcilicet adenem) os cribroſo cuidam ſimile in palatū deſinens. Hæc igitur eſt craſſorū ſuperfluorū via.] Siue autem ἰθμοῦ, ideſt cribro, ſiue ἰθμώδους, quod eſt, cribroſo cuidam (vt noſter caudex Gręcus habet) ſimile dixerit, nihil refert. Sat eſt autem, ꝙ cribri, ſiue cribroſi oſſis inſtar perforatū os ſphenoides poſuit. Verùm enimuerò inſurgunt hic recentiores quāplurimi, ac ferè (Syluio excepto) cuncti Galenum increpantes, qui perforatum eſſe os illud, inſtar cribri, cōtra omnem proculdubiò ſenſum ſcripſerit. Quorū aduerſantiū primus Veſalius* extitit. Aduersùs quem plurima fundit,* nō veritatis (vt apparet) zelo, ſed inimicitiæ potiùs, vel inuidiæ ſtimulo agitatus: vt hæc foramina, vel nunquāma ſe (eo, quo tenet loco) viſa: vel in vno fortaſſis cranio monſtruosè, aut ob cariem, ſiue poſt mortē in ſepulchris, cemiterijſue, ſiue etiā recenter mortui hominis perforato ſphenoide perſpecta (quemadmodū ex morbo Gallico nōnullis accidiſſe, impoſſibile nō eſt. Noſq; nōnunquā cuiuſdā aurificis totum palatū ab ea Gallica lue peſſimè vexatum, corroſumq; vidimus: vt reiectis ſępiuſculè per tuſſim, quæ deorsùm priùs in trachęam arteriam ceciderant, oſſium fruſtulis maximam cōſpicientibus admirationem induxerit) vniuerſaliter tamen in omnibus, vel inuita ipſa (quæ nunquā fecerit, nec feciſſe talia foramina in eo loco poterat, ſed ne ſonniauit quidē) natura, inuitiſq; noſtris oculis, ea cōcedere voluerit. At Syluio Renatus* quidam, pro Veſalij, ac veritatis defenſione nō temerè aduerſatus eſt: ſui interea præceptoris correctionem, pro Galeni etiā defenſione ſubiungens: quæ eſt, vt loco dictionis [ἰθμοῦ] ideſt [cribro] legendum ſit [σηθωτὸν] quod eſt, [cuneo] vt Galeni verba hæc ſint. [Excipit autē hunc os cuneo cuidam ſimile, &c.] Sicq; ſtatim omnis erroris immunem hoc modo Galenū Renatus ſuo cū præceptore Fuchſio reddidiſſe credidit, gloriatuſq; eſt. Minimè interim aduertētes ambo, doctior inquā priùs ille præceptor: dein verò ingenioſior hic diſcipulus, ꝙ inuitū Galenū emendarunt, eius verba, & mentem mini mè perpendentes, neq; obſeruātes. Quod enim Galenus multis foraminib⁹ pertuſum, ac per hoc cribrum, ſiue cribroſum quodam os referens cuneiforme os intellexerit, pro excrementorū expurgatione, ter quidē in paucis verbis eodem ferè in loco .ſ. vltra prędicta ab illis gloſſata verba, cōfirmauit. Primò dum ſic prędixerat .r. [Quid igitur natura, nō vt palati os: ita capitis tenuibus foraminibus, quaſi cauernulis quibuſdam pertudit, &c.] Ecce igitur quomodo palati os (ſic idipſum ſphenoidis ſæpenumerò nuncupat) tenuibus foraminibus pertuſum eſſe, ſupponit. Secundoq; rursùs idem cōprobat: quùm ſic poſt cribri mentionem ait .u. [Cur autem nō ſtatim ex choana excidant per palati foramina, cùm requirere eſſet ęquum, hoc prętermittunt: quemadmodū & de nariū oſſibus cribroſis, &c.] Tertiò demùm eandem approbat ſententiam: ſic poſt pauca ſubdens .x. [In palatū verò, ceu in os foraminibus deſinentibus, craſſaq; prętereā mębrana, &c.] Quid igitur dicendū hic eſt? An de Galeni mēte fortaſſis ambiguus adhùc es? Videas Galenū inferius, quùm ita rursùs & quartò ſcripſit .y. [Hęc quidem ſunt in his, quæ ad duram meningem pertinent. Quibus autem ſuperuehitur tùm ipſa, tùm quod ipſa cōtinetur cerebrum, aden eſt, & plexus retiformis, & ipſa in palatum perforatio.] Iterumq; & quintò infrà nō aliud voluit, ſic dicens .z. [In nares quidē per foramina oſſium cribro ſimiliū producente: In os autē, per foramina glandulę infundibuli propinqua.] Sextoq; demùm, ne ampliùs in re tam clariſſima cęcutias, ab eodem nō aliud vndecimo libro .a. didiceris,

ita

Sphenoidis cribrū ſecundū.

r. 9. de v.p. cap. 3. poſt princ.

Cōtra Galenum.

*Lib. 1. c. 6. verſus finē, & c. 12. circa med. & lib. 7. c. 11. poſt med.

* In calumnię ſecūdæ amolitione.

Renati ſoluno.

* In ſua apologia ad ſecundā Syluij depulſionē.

Cōtra Fuchſium, & Renatum.

ſ. Lib. 9. de v. p. t. Cap. 1. verſus finē.

u. Cap. 3. poſt med.

x. Cap. eodem verſus finem.

y. Cap. 8. circa princ.

z. Cap. 16. poſt princ.

a. Cap. 19. poſt med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 112 sur 292

©BIU Santé

" ita de vſu partium ſcribente. [Palati verò os cõtrà velut cuneus quidam medius inter caput, ma-
" xillamq; ſuperiorem incũbit, cõtinens iam in ſeſe meatuũ cerebrũ purgantiũ foramina.] Septem
igitur Galeni loca idẽ de ſphenoidis, palatiue oſſis foraminibus pertractãtia nunc dicta iam ſint:
vt fruſtra Galeni contextũ corrigere, atq; emendare conentur: ipſumq; Galenũ excuſare, præter
eius mentem eſſe dicẽtes, foramina in ſphenoide poſuiſſe: ſiquidẽ totiès ipſemet propriis verbis
eandem ſententiam cõprobat, nõ perforatũ modò eſſe ſphenoidis os: ſed tenuibus idipſum fora-
minibus pertuſum eſſe dicens: adeò vt alterũ id cribrum nuncupare, abſurdum minimè fuerit.
Quanquam nomen cribri, ſeu cribroſi, aut ſpongioſi alijs in locis nõ expreſſerit, in eandẽ tamen
ſententiã neceſſariò deuenit. Quid igitur in huiuſmodi re pro Galeno dicendũ? Si neq; Syluius,
neq; Germanus ille ſuo cũ Renato diſcipulo eũ rectè defendere, vel excuſare potuerũt? Reſpon-
demus, Galenũ dicẽtes, nõ ex propria ſolummodò mente locutũ fuiſſe: At ab antiquioribus illis,
& exquiſitioribus, nõ Anatomicis modo: ſed nominũ quoq; impoſitoribus accepiſſe, cuneifor-
me os nõ temerè, nec falsò, cùm multis foraminibus pertuſum ſit, cribrorum inſtar perforatum
eſſe, ac per hoc ἠθμοειδὲς quoq; nuncupari poſſe. Quis enim in huiuſmodi & nominis impoſitio-
ne, & rei etiã declaratione decem ex prædictis ſphenoidis foraminib⁹ paria cõtemplatus (omiſſis
impræſentiarũ tanquam nõ veris foraminibus decimo, ac duodecimo) ambigeret? Præcipueq; ſi
diſiecto ſecundùm orbem cranio per mediũ occipitis, tẽporumq;, & frontis, totũ os ſphenoidis,
eiuſq; foramina intùs cõſpexerit? Quamprimùm enim cribro cuidam ſimile ſibi videri cõfitebi-
tur: quanquã a prædicto narium cribro tenuioribus foraminibus pertuſo differt. Quoniam illud
tenuiori farinę cribro: id verò alteri potiùs maiori, quo triticum expurgare ſolemus, aſſimilatur.
Quanuis & hæc ſphenoidis foramina his, quæ ad naſi cribrum pertinent, foraminulis, tanquam
multis (vt antea diximus) corpuſculis, puta venis, arterijſue, aut neruis, vel ex his duobus, aut
tribus omnibus repleta, anguſtiora procul dubiò euadant: vt eidem anguſto etiã cribro cõparari
alia ratione poſſit, ſecundò rurſùs differunt: quoniã rariora ſphenoidis foramina, ſecũdúq; huius
cribri pertuſa: illius autẽ denſiora, propinquioraq; ſunt. Per quæ quidem vtriuſq;, præſertimq;
ſecundi cribri foramina, cur, & quomodo expurgatio fiat, rurſùm altiùs digredientes enucleare
aggrediamur. Imprimis igitur adenem illum choanæ, infundibuloue ſubiectũ, non veluti Gale-
nus .*b*. innuiſſe obaudientibus quibuſdam videtur, ibi poſitum dicimus: vt ſcilicet excremẽta in
ſibi ſubiecta foramina tranſcolet (in hoc enim defeciſſet Galenus, ſi ſub adene ſtatim, directoq;
cribrum imaginaretur.) Verùm vt defluxus impetum, ſubſtantiæ ſuæ cũ humiditatibus familia-
ritate quadã ſubſtinens, oſq; ipſum ab omni humiditatis iniuria vendicans, excipiat, paulatimq;
citra ſtillicidiũ hinc & inde a dextris inquã, & ſiniſtris, anterioribuſq;, & poſterioribꝰ, ac demùm
vndequaq; receptam priùs in ſeſe pituitã defluere ſinat, per prædicta omnia foramina (ſeu venis,
aut arterijs, ſeu neruis, aut duobus, ſiue omnibus etiã exculpta hæc ſint.) Præſertim verò per ſe-
cundum, tertiumq;, ac decimũ, nec nõ & ſextum, ſeptimumq;, ac nonũ foraminũ par. Quatuor
enim priuati quidã ſinus ſunt: per quos magis, ac promptiùs huiuſmodi expurgatio fiat: Duo vi-
delicet anteriores, ad oculorũ radicis ſedem: per ſecũdum ſphenoidis foramen, indeq; per deci-
mum, ac nonũ, atq; alia etiam maxillæ ſuperioris (de quibus poſteà loquemur .*c*.) Duoq; poſte-
riores ad foramen ſphenoidis quoq; ſextum, indeq; ad ſeptimũ, & nonũ, vel palatũ deſcendẽtes.
Non igitur adeni ſubiecta foramina, ſubiectumue cribrũ ita ſunt, vt ab ipſo adene cooperiantur:
ſed propè illum ſunt. Ad quæ pituita defluere queat. Quamobrem ſic Galenum gloſſare, inter-
pretariq;, ac defendere debemus: vt ſcilicet adenẽ excipiat os cribro cuidã, ſiue cribroſo ſimile,
nõ ea tantùm parte: qua adenem excipit, ſed alijs illi propinquis perforatũ: ſicq; in alijs eiuſdem
Galeni à nobis in medium adductis locis facillimã expoſitionem ſecũdùm hunc ſenſum habebi-
mus: præſertimq; ſine vllo ſcrupulo in tribus primis in mediũ adductis locis, ac ſexto. Ad quartũ
verò ſic dicemus, q̃ quibus ſuperuehitur tùm dura meninx, tùm cerebrũ ipſum, aden eſt, & ple-
xus retiformis, & ipſa in palatũ perforatio: in diuerſis tamen partibus: velut enim retiformis ple-
xus adeni rectè ſubiectus non eſt: ita nec prædicta ſphenoidis perforatio: ſed tria hæc cerebro, ac
meningi æquè ſubijciuntur. Quinimmò ſi bene cõſideras, Galeni verba noſtram cõprobant ſen-
ſentiam. Si enim ſub adene foramina intellexiſſet, cerebrũ, ac membranã adeni, & retiformi ple-
xui tantùm ſupertendi dixiſſet, nõ tribus his, quanquã deinceps adeni perforatio ſubiecta foret.
Verùm omnia, quæ diximus demùm quintus à nobis citatus Galeni locus .*d*. exquiſitiſſimè cõ-
probat, dùm non ait per foramina glandulę ſubiecta, ſed glandulę infundibuli propinqua: ſicq;
adenis etiã vſum interpretabimur: vt pituitam in ſibi propinqua foramina trãſcolet. Hoc igitur
modo, ſed nõ Syluij, neq; Fuchſij, aut Renati præſidijs Galenũ conſolabimur. Vt verò hæc exa-
ctiùs omnia liqueant: ſic rurſùs de huiuſmodi expurgationibus, tàm quæ per nares, quàm quæ
per palatum fiunt, altiùs exordientes repetamus. Imprimis nullam eſſe dicentes huiuſmodi ſen-
ſibilem per nares, oculoſq;, & aures: paucam verò per palatum expurgationem naturalem. Niſi
quùm intemperatũ cerebrũ exiſtit: vel intemperato, immoderatoq; regimine vtitur. De naribus

Vera Galeni deſeſio.

Duplex cribrorũ, amborũ differentia.

Excrementorũ expurgationis modus. b. 9. de v.p. cap. 3. poſt med.

Quatuor expurgationis ſinus. c. Cap. 3.

Galeni vera ſententia.

d. Ex 9. de v.p. cap. 16. poſt princ.

Digreſſio de excrementis.

De his, quę per nares.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 113 sur 292

©BIU Santé

quidem hucuſq; neminem ambigere opinamur, Galeno ſic teſtatū relinquente .e. [Sunt autem
e. 8. de v.p. cap. 6. circa finem. præter hęc, alij duo canales, qui per palatū in os totius cerebri excrementa eructant. Qui duo ſoli
purgando cerebro ſufficiunt, quando animal omninò rectè habet, alimentumq; perbellè vincit,
ac percoquit. Quò fit, vt prima vtilitas ipſorum à cerebro in nares foraminū: propter quam po-
tiſſimùm facta ſunt, nō ſuperfluorū ſit excretio, ſed ea quidem ex abundāti, cerebro malè affecto
eſt ſubſidium. Ante enim, &c.] Ecce igitur quomodo Galenus cribrum primum, quod in nares
tendit, quùm rectè cerebrum ſe habet, excrementa eructare naturaliter non debere teſtatur: niſi
quùm malè ſe habet illud, vel prauo regimine vtatur. Quibus igitur nares natura ſicciores, ſalu-
briùs degere Hippocrates inquit.* Quod ſi oppoſitū fortaſſis ex ipſius met Galeni dogmate con-
* 6. aphor. 2. Contradictionis ſolutio. tenderis, quoniā ſcilicet inter naturales euacuationes etiā cerebri temperati ſecundo artis medi-
cinalis volumine poſuerit.* Adeò vt ſibi metipſi cōtradixiſſe appareat, ac per hoc locū vel hunc,
vel illum falſum eſſe cocluſerit. Reſpondebimus eueſtigiò, verba eius præſſumpta priùs perpen-
* Tex. 18. dentes, quùm ſic inquit. [Quando animal omninò rectè habet, alimentumq; perbellè vincit, ac
percoquit] Tunc enim huiuſmodi per nares expurgatio naturalis, ſiue ſecundùm naturam (hoc
eſt ſecundùm naturæ ordinem conſuetum, & ab initio generationis præcipuè conſtitutū) nō eſt.
Quid igitur ſi nō rectè quòad regimen ſex rerum nōnaturalium quantumcunq; tēperatus homo
ſe habeat? Adeò vt alimentum ſuperfluū, vitioſumq; à toto corpore in cerebrum aſcendens non
bellè concoquat, neq; vllo pacto vincat? Tunc enim euacuatio, quanuis rarò, ſi tamen per nares
Quomodo expurgatio p nares aliquādo naturalis. fiat, naturalis eſſe poteſt: Non ea quidem ratione, quia naturæ conſueta, cōtinuaq;, & præcipua
expurgationis ratione ordinata: veluti v. g. quæ per deiectionē aluī, vel per vrinam fit tanquam
naturæ cōſueta, propriaq;, & ab initio generationis cōſtituta vtraq; purgatio. Harū enim inſtar,
f. 1. aphor. cō. 15. poſt med. quæ per narium cribrum fit euacuatio naturalis non eſt: cuiuſmodi neq; ſudores naturales ſunt:
[Omnibus enim (vt rectè Diocles, Galeno referēte, .f. ait) etiā alimento à natura ſub acto, nun-
quam ſenſibilis humor per cutem excerneretur. Quantò enim fortius extiterit calidū innatum:
tantò magis diffiatio effugit ſenſum.] Quanquam alio modo capiendo naturale, pro ea ſcilicet,
quod naturæ conuenit, vtileq; eſt, contra ſymptomaticū: veluti de ſymptomatū differentijs vo-
g. Cap. vltimo. lumine .g. de hoc loquens Galenus, ſanguinis etiam vomitum, ac per nares, non modò prædicta
excrementa, ſed puris etiā, & ſanguinis, aut cuiuſcunq; alterius materiæ euacuationē naturalem
h. 6. aphor. 10. eſſe docuit, modò tales fiant, vt naturæ cōferant. Iuxta illud etiā Hippocratis decretū .h. [Caput
laboranti, & vehemēter dolenti pus, vel aqua, vel ſanguis effluens p nares, aut os, aut aures mor-
bum ſoluit.] Quanquā & eam, quæ per aures modo prædicto expurgatio fit, à natura aliena alias
i. 3. aphor. 24. à Galeno determinata eſt .i. ſanguiſq; etiam ſuprà, hoc eſt (Galeno etiā exponente) per os, qua-
k. 4. aphor. 25. liſcunq; fuerit, malus eſſe conſtitutus eſt .k. Multifariàm igitur dici naturale, ſiue ſecundùm na-
turam noſtris in aphoriſmos cōmētarijs abundè elucidauimus .l. Impreſentiarū verò ſat ſuperq;
l. 1. aphor. noſtro cōmen. 2. ſit pro apparentis prædictæ cōtradictionis ſolutione (omiſſo eo, quod cōtra violentū, cōtra artificiale, & cōtra voluntariū naturale dicitur) duplicem naturalis modū intellexiſſe: vel enim quia
Naturale duplex. (vti iam iam diximus) naturæ cōſueta (vt egeſtiones, ac vrina) ſit euacuatio illa: vt ſcilicet natu-
rale idē ſit, quod à generationis initio ad talem finē ordinata principaliter ea mēbra ſint: quem-
admodum de ſede ad excernendū, peneq; tanquā veſicæ collum cōprehendente ad meiendum:
ſicq; illi opponatur cōtra naturā, ſeu præternaturā, quod non niſi vrgente (ob aliquā violentam
m. Cap. 6. circa finē. cauſam) neceſſitate fit. Quo pacto ex libro de vſu partiū octauo .m. dicemus eam, quæ per nares
fit (intelligo, vt videbimus, per cribroſa narium foramina) naturalem nō eſſe: quemadmodū de
ſudoribus quoq; ipſis aliàs declarauimus, q̄ ſcilicet hoc modo etiam naturales nō ſunt: vel aliter
naturale capimus: quia ſcilicet naturæ conferens eſt, ſymptomatico contradiſtinctum. Tuncq;
temperati etiam cerebri per nares expurgationem naturalem aliquādo eſſe admittemus: quoties
videlicet intemperato, immodicoq; regimine vtatur; adeò vt multā materiā in capite aceruatā,
ſeſe vndequaq; exonerare innixa natura condecenter etiam per nares expurget: ſicq; ibidem, &
artis medicinalis libello naturalem intellexit. Quis enim aſcendentem ad caput immodicè recti
hominis multitudinem, cacochymiamue à vincente natura, ſiue per nares, aut palatū, oſue, aut
aures expurgari, foraſq; cum naturæ conferentia, ac leuitate eijci, naturale, naturęq; condecens
eſſe ambigeret? Sed enimuerò niſi cum grano ſalis hanc Galeni de narium expurgatione ſenten-
tiā perpenderimus: nouiſſimus error priore peior incidet. Etenim ſi per palatū expurgatio apud
Galenum naturalis eſt, naturalior quidem apud ipſum quoq;, nedùm iuxta manifeſtiſſimā veri-
tatem, ea eſt, quæ per naſum expletur. Quinimmò ea, quæ per palatum exorditur, niſi per nares
cōpleatur, non modò naturalis nō eſt: ſed morboſiſſima potiùs euadet, totiès inquam, quotiès à
naſo nō excipietur. Haud enim per palatum expurgationē fieri Galenus ita groſſo modo intelli-
git, eam naturalem appellans: quæ ſcilicet ad foramen deſcendit, quod in faucibus propè gurgu-
lionem eſt: quà in pulmonem, & ventriculū excrementa, non ſine duarū partiū maximo incom-
modo, vel ſtrangulationis etiā periculo decumbunt. Neq; ſi ex eo foramine in os expurgatio an-

trorſum

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 114 sur 292

trorsum irreperet, talis expurgatio ex palato in os cõdecens, naturalisue, sed turpis, fędaq;, & ab hominabilis potiùs esset. Sed condecentem, vereq; naturalem, naturęq; consuetã, & ab ea ordinatam, pręcipueq; pro cerebri mundificatione intentam necessariò (nisi fatuus fuerit) intellexit eam, quæ per palatum in nasum deniq; expurgatio fit. Per palatum inquã à superioribus primò pertrãsiens, in ipsum deniq; nasum desinit, ibiq; terminatur: vnde naturalissima expurgatio per vtrunq; fit, per palatũ inquam, tanquã per viam, per nasum deniq;, tanquã per vltimũ eductionis, exitusq; terminũ. Nisi nos inspirando ad nos ex naribus retrahere voluerimus, aut obruens fortassis multa excrementorũ copia per indebitas partes transcoletur, vltra eam, quę ad nares descendit: per ipsum igitur nasum ea descendunt, quęcunq; per palati foramina priùs excolata fuerunt. Item quęcunq; in oculorũ cauitatẽ à primis tribus sphenoidis foraminibus decidunt. Inde enim per nonũ, & decimũ prædicta eiusdem sphenoidis foramina in palati regionem, indeq; in nasum percurrunt. Sic igitur & Theophilũ protospatariũ * Galeno rectè cõciliabimus, dum scilicet ille per nasum factam expurgationẽ naturaliorem ea, quæ per palatũ esse ait. Sed hęc quòad sphenoidis, palatiue ossis foramina. Quæcunq; autẽ per sextam, & septimã capitis ossiũ suturas, perq; alias quatuor secundũ, ac tertiũ maxillę superioris ossa vtrinq; circumscribẽtibus (quæ ad nonũ suturarũ vsum anteà .n. declaratũ spectant) Item quęcunq; per foramen maxillę superioris primum, secundo scilicet, quartoq; ossibus cõmune (de quo põsteriùs loquemur .o.) per nasum quoq; ipsum descendentes pertranseunt: omnia igitur hęc, siue per palatũ priùs, siue per oculorum cauitates pertranseant, in nasum deniq; purgãda excremẽta deueniunt, naturalissimeq; per ipsum, & nõ per aliam partem deijciuntur. Quomodo igitur dictũ, cõprobatumq; à nobis cum Galeno fuit, ꝙ purgatio per nares naturalis nõ est? Ad hæc quidem, pro huiusce totius materiæ elucidatione, respondemus, dicentes, idipsum sedulò, ac mente peregrina contemplandũ, quod nos iam anteà non semel tetigimus. Quoniã scilicet nõ eam reprobat, vel tanquã alienã à natura condennat Galenus, quam nos videmus per nasum externã fieri purgationẽ. Quæ (vt diximus) à colatorijs in palati adenem desinẽtibus pręcipuè fit. Hanc enim naturalissimã esse noscebat, & tanquam à se vbiq; etiam declaratam supponebat: Sed eam, quæ per octaui ossis cribrũ fit, naturalem non esse voluit. Sed pręcipuã naturę intentionem fuisse per illud cribrum respirationem, secundoq; odorationem, nõ superfluorũ excretionem. Nisi ex abundanti quidẽ in cerebri malè affecti subsidium: vt eius verba perlibranti sole clariora hæc sunt. Ad alia igitur pertranseamus, dicentes, ꝙ idem oculis, atq; auribus accidit, quod nasi foraminibus contingere declarauimus: quòad hoc inquam: quoniã expurgatio per oculos (pręter quasdam hirquorũ lemas) Itemq; per aures (pręter vocatas marmoratas) naturalis nõ est, videlicet tanquã naturę consueta, proprieq; à generationis initio determinata, omnibus ritè interim administratis, cerebroq; incolumi existente: prędicta enim excrementa cerebri cõmunia nõ sunt, sed vel oculis propria (vt lemæ) vel auribus (vt quas marmoratas nõnulli, alij verò cerumina nuncupant) tanquã vltimę prędictorũ membrorũ coctionis excrementa. Sed his omissis alibi fusiùs enarrandis, ad palati expurgationẽ reuertamur, dicentes ꝙ temperatis existẽtibus, incolumibusq;, tùm cerebro, tùm reliquo etiam corpore, atq; insimul rectè in sex rebus nõ naturalibus gubernatis, tametsi necessariò quædã, ea tamen pauca, concoctaq;, ac in substãtia mediocria per palatum deniq; in narium cauitatem descendere, atq; expurgari solent. Cùm per insensibilem potiùs halitum, siue per suturas, siue per porulos natura fortis existens discutiat, vel fortè in pilos: barbam inquã, supercilia, palpebrasq;, & capillos cõuertat: perindeac ex secũdo libri sexti aphorismo, alijsq; similibus locis colligi potest. Ex morbo autem proueniens humiditas narium salubrior, quia contra symptomaticã naturalis est, vt aliàs innuitur. * Ea nihilominùs superfluitas, excrementosaq; humiditas, quã in cerebri ventriculis, & ipso etiam infundibulo inuenire solemus, semper à nobis in incolumibus corporibus alba visa est, & instar lachrymarũ relucens, & clara, instar eius etiã aquæ, quã in cordis casula sæpenumerò inuenimus: vt non modò nutrimenti cerebri superfluitas, excrementumue aquositas illa dicenda sit: verùm etiam & aliqua serosæ superfluitatis, forteq; maior partio cũ cerebri excremẽto admisceatur: sicut prędicta etiam aqua, quæ in cordis casula existit: ob eundem videlicet vsum, eandemq; ob causam vtrobiq; aceruata. In corde inquam, vt tenuiorẽ sanguinẽ è dextro in sinistrum ventriculum cordis, absq; manifesto aliquo meatu, per intermediam septi, diaphragmatisue cordis substantiã penetrare, ac pertransire faciat. Indeq; postea in casulæ, cordisq; inuolucri capacitatẽ resudans, ipsius eiusdẽ cordis humectationi pręsto sit, nimiam ex suo perpetuo motu ariditatem reparans. In cerebri autẽ ventriculis, atq; ipso etiam infundibulo reperitur: vt quæ priùs tanquam nutrimenti (vt Galenus ait .p.) vehiculũ per venulas, pręcipueq; per cerebri substantiam disperſas, minimas quidem, anguſtiſſimasq;, facilius pertransire, ac permeare sanguinem ipsum cerebri frigiditate crassiusculum, tardiusculumq; iam redditum faciat, tàm si à tertio sinu deorsum, quàm si à quarto in mediam cerebri regionẽ antrorsùm distribuendus fuerit. E quibus tandem: cùm huiusmodi penetrandi munus iam expleuerit tùm in calloſæ

* Lib. 4. cap. 1.

Quæ per suturas inferiores. n. Com. huius cap. 1. o. Infrà c. 3. com. 9.

Dubium. Responsio.

De excremẽtis, quæ per oculos, & aures.

De excremẽtis, quæ per palatũ descendũt.

* 6. aphor commẽtario 6. tex. 18. Ventriculorum infundibuliq; aqua. Aquæ cordis casulæ vsus.

Infũdibuli aquæ vsus sex. p. 4. de v. p. cap. 5.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 115 sur 292

©BIU Santé

ſubſtantiæ ſupernam cauitatem, tùm deinde in ventriculos excoletur. Quæ omnes prędictæ ſuperfluitatis ſeroſæ portiones, vna cum pituitoſo quopiã, aquoſoue cerebri excremento cõmiſtæ, ac ipſius quidẽ cerebri frigidius temperamẽtum nactæ deorsùm per colatorios meatus in infundibulum deſcendunt, ibiq; ab adene etiam impeditæ, retentęq;, ne ſtatim in palatum continua earum deſtillatio, ſicuti fortaſſis à cerebro in infundibulum, fiat, foraſq; turpiter, & hominis maximo incõmodo, faſtidioq; exeant, ad alios inſimul vſus aptãtur. Imprimis enim quia illùc ſoporaria arteria aſcẽderat: cuius minimi quidã furculi rete illud mirabiliſſimũ, deincepſq; choroidẽ plexum efformãtes ibidem circùm adenem ſunt, in quo quidẽ retiformi plexu è vitalibus in animales, ipſi ſpiritus frigidiuſculi, ſiue minùs calidi iam redditi, cõuerti debuerant: ſubtilior enim, puriorq;, ac frigidior iam redditus ſpiritus vitalis, nõ amplius vitalis, ſed animalis nuncupatur. Talis nanq; temperamenti, naturæue eſſe oportere ad intellectũ, prudentiamq; Ariſtoteles ipſe

q. 2. d part. c. 4. & 14. problem. 15.

confeſſus eſt .q. Ex quo veluti nõnulla ex ijs, quæ ſanguine vacant, animalibus, prudentiora nõnullis ſanguinẽ habẽtibus ſunt: vt v. g. apes, & formicæ: ſic inter ea, quæ ſanguine prędita ſunt, prudentiora (quanuis interim magis timida) erunt quæcunq; ſubtiliorem, purioremq;, & frigidiorem ſanguinem habent. In eo igitur rete, ob anguſtiſſimos ſui meatus non modò tenuior, coctiorq;, ac purior ſanguis, & ſpiritus fit, ſed etiã ſubfrigidiuſculus, ob prędictę frigidioris ſuperfluitatis in infundibulo cõmorantis propinquitatem, ſeu cõtactum. Quam etiam ob cauſam ſub craſſiore cerebri membrana oſſi adhęrens locatũ rete illud eſt: vt nõ à prędicta modò aquoſitate, pituitaq; refrigeretur: ſed ab oſſe etiam, vltra q̃ adeni appoſitè ſubijci, ſiue inferiorẽ eo fieri, non niſi ſub membrana poterat. Prętereà & alius eſt eiuſdẽ frigidioris humoris eo in loco reſidentiæ vſus: quoniã ſcilicet maiorem ipſam ſoporarię arterię propaginẽ refrigerat: vt inde paulatim per partem poſt partem arterioſi ſanguinis refrigeratio facta in cor ipſum deſcendat: prętertim facta illius frigidioris humiditatis aliqua in arterię ſubſtãtiam imbibitione. E quibus deinceps exquiſitè intellectis, Ariſtotelis ſentẽtia defenditur, .r. q̃ ſcilicet parte ſuperiore cerebrũ potiũ eſt, vt cordis refrigerio cõducat, ſpiritibus inquã cordis eò aſcendentibus, vt refrigerẽntur, animaleſq; fiant, & frigidioribus, grauioribuſq; factis humiditatibus inde in cor deſcendẽtibus, ipſumq; alterantibus, quanuis in aliud quodpiam deſtruendũ Galeni .ſ. argumenta dirigantur: vt nos vberrimè noſtris in artem medicã cõmẽtarijs elùcidauimus .t. Prętereà ſomni ratio hinc enucleatur, atq; etiam nominis hùc accedentiũ arteriarum: cur ſcilicet carotides, hoc eſt, ſoporarię ſint, atq; dicantur. Etenim cùm ob nocturni aeris frigiditatem cerebrũ ipſum magis frigefactũ ſit: Additis interim & ſpirituũ ob diurnos quoſuis ſiue animales, ſiue corporeos labores reſolutione, ac pauçificatione, & ob cęnam vberiore euaporatione: huiuſmodi pituitoſę, atq; aquoſę ſuperfluitates, craſſiores euadunt, indeq; arterias prędictas obſtruunt. Qua quidem obſtructione facta, ſpirituũ aſcenſus in retiformem, choroideműq; vocatũ plexum, ac per hoc ad ventriculos tranſitus impeditur. Indeq; ſenſus, ac motus deficiunt. Quòd ſi craſſior ea pituita, pituitoſumue excremẽtum à cerebro in infundibulum deſcẽdens ſit, profundior ſomnus producitur. Eoq; tandem grauior, quò craſſius, frigidiuſq; tale excrementum fuerit. Indeq; etiam ſuccedit: vt nõ carus modò, aut coma, ſeu lethargus ob maximam obſtructionẽ fiat: ſed mors etiam repentina interdùm conſequatur, craſſiore, ac ſimul interdùm maligna per eas arterias in cor deſcendente prædicta recrementitia humiditate. Adeò vt gutta quadã interfectũ eſſe hominem vulgus nõ temerè proferat. Alius verò prędictis accedit eiuſdem excremẽtitiæ, ſeroſęq; humiditatis vſus: videlicet oculorũ humectatio, ne in ſuis motibus, actionibuſq; nimiùm deſiccẽtur, at potiùs vt agiliùs moueantur: non ſufficientibus ad id oculorũ glandulis, ac pinguedine: Ad quem vſum parte ſuperiore facit ſeptima pręſcripta capitis ſutura ſupernè quandam humiditatẽ in oculum percolans. Sextus deniq; vſus adiungendus prędictis venit: qui eſt in homine lachrymarũ generatio, ad aliquẽ oſtendendum animi affectum. De quibus quidẽ poſteà loquemur, quùm colandi vias, foramináq; expediuerimus. Per omnia igitur prędicta ſphenoidis foramina (duodecimo ſatis cõmuni exteriore, octauoq; exceptis) percolari tale excrementũ, ſiue aqueũ, ſiue pituitoſum dixiſſe mauis, contingit: pręcipueq; per ſecundũ ad oculorũ radices, ac ſextum, ſeptimumq;, & nonum deniq;, ac decimum ad palatũ reſpondẽtia foramina. Quanquã vbi copioſior humor ſit, per primũ quoq;, ac tertiũ versùs oculorũ ſedes, & per quartũ, & quintũ recta palatum versùs trãſundi, ac percolari poteſt, quinimmò & cribrũ octaui oſſis versùs procedens, indè expurgari cõtingat. Vndecimum verò quãdo cum ſphenoidis antris adeſt, ſi quid in antra illa è ſuperiore adene, infundibuloq; fortaſſis in ea antra reſudarit, foràs in palati, ſiue nariũ cauitates eructare poteſt. Ecce igitur cribrum in ſphenoide: per quod cerebri excrementa repurgantur. Sed interim tamen aduertas, q̃ ea, quæ ad oculorũ ſedem perueniunt, tria prima foramina quamprimùm in radices oculorum cauitatem perforant, ſinum habent deorsùm tendentem per decimũ, ad nonũ prędictum foramen: per quod in palatũ deſcendant, egrediantúrq; excrementa. Quemadmodũ ſuprà in declaratione huius noni ſphenoidis foraminis prętactum iam eſt. Quòd ſi exactiùs perpẽdes nonum, ſeptimumq;

Ariſtotelis defenſio. r. Lib. de ſonno & vigil. trac. 1. c. 3. de ſenſ. & ſenſat. c. 2. & 2. d part. cap. 7. ſ. 8. de v. p. cap. 2. 3. 4. Cõtra Galenum. t. Com. 12. 2. libri.

Notandũ.

BIU Santé

ſeptimumq; foramen iuncta in ſpōgoidis cauernulas deſinere inuenies, ſicq; ad nares. Quicquid verò reſiduū ſit, tenuius, minuſq; graue, ac deorſum minimè per decimū ad foramen huiuſmodi nonum deſcendens, id transfluit, ſub oculorū muſculis, pinguedineue illis ſubſtrata in maiorem oculi angulum, in medioq; itineris facta partiū illarum oculi humectatione, veluti prædictū eſt, nonnihil huius per ſuperiùs dictas futuras, quæ tertiū, ac ſecundū vocata maxillę ſuperioris oſſa abinuicem, & à quarto eiuſdem oſſe, nec non, & à fronte diſtinguunt, expurgatur, in ſpongoidis oſſis cauernulas (vt antea dixumus) deſcendens, indeq; ad nares foras egreditur. Demùm quod reliquum eſt, ad maiorem oculi angulū peruenies, per foramen ſecundo vocato maxillæ ſuperioris oſſiculo exculptum in nares penetrat. Nec interea quidem obſtat, q̄ per aliqua prędictorū foramina nerui etiam pertranſeant. Quam ob cauſam diceret quiſpiam non poſſe, neq; congruū eſſe ſimul excremēta cū neruis deſcendere. Illis enim potiùs humectādo cōferunt, quam obſint. Vltrà q̄ Galeni etiam authoritas idipſum abſurdū non eſſe cōprobat, cōmunem ſcilicet tranſitū neruos cum excrementis obtinuiſſe. Quùm de hoc in maiore oculorum cantho poſito foramine loqueretur: Duplicem ſcilicet illius vſum oſtendens .m. Quorum alter eſt, vt tertij neruorū cerebri paris cuidam ſurculo tranſitum prēſtaret: qui ad narium internam ſuo cum muſculo tunicam diſpergēdus procedit. Alter verò eſt, vt per id foramen ex oculis in nares quoq; ipſas excrementa pertranſeant (vt de his iterum ſermo fiet .x.) Sic igitur & de alijs foraminibus dicendū, q̄ neruorum, arteriarūue, aut venarū trāſitui ſimul, & excrementorū expurgationi deſeruire poſſunt. Id quod non in foraminibus modò: ſed in omnibus ferè corporis partibus cōtingit: q̄ ſcilicet natura eodem organo ſemper ad plures vtitur actiones: pluresq; in eo cōſtruxit vtilitates. Adeò vt ipſis etiam excrementis ad varios partium aliquarū vſus vtatur. Quemadmodū (omiſſis his, quæ de bile tùm pallida ex veſica fellea, tùm nigra, quæ ex ſplene foras educūtur, alijſq; multis excrementorum purgationibus dicūtur) ea de qua impręſentiarū loquimur à cerebro propulſa humiditas deorsùm in infundibulum, adenemq; per colatorios meatus deſcendens, ad plurimos vſus confert, vltra primum, quem aſcendendo profecerat, velut enim diximus ad animalium ſpirituū è vitalibus refrigerando generationem ſummoperè conducit: ſoporariamq; arteriam alterando, ad cor etiā ipſum refrigerandū vehemēter adiuuat. Deincepſq; ad conciliandū quoq; ſomnum: Itemq; ad oculorum humectationem, vt facilior eorum motus redderetur. Demumq; ad lachrymarum generationē huiuſmodi humiditatibus abutitur natura: ad oſtendēdum ſcilicet (vt circa vltimum hunc vſum quadantenùs immoremur) quendam animi affectum: videlicet triſtitiam, ſiue dolorem, vel aliquādo etiam gaudium. Fiunt enim lachrymæ quotiès ob metum, ſiue triſtitiam, caloris in centrum ad cor ipſum reuocati feruor quidam ſurſùm per arterias illas carotides, ſoporiferaſue aſcēdit, ad infundibulū vſq;, adenemq; per ſextum prędictū ſphenoidis foramen: vbi quùm eò peruenerit, prędictam humiditatem calfaciendo liquefacit, fluereq; in oculorū cauitatem, veluti & in ipſum quoq; palatū, eo modo quo dictū eſt, illam facit. Cumq; varios habeat per varia hinc & inde foramina, exitus: Eapropter quùm quis lachrymatur, ſimul per palatum, & per nares, nedùm per oculos ei excrementa deferuntur, abundantq;: craſſiora quidem per palatum, & nares: non modò, quia tanquā grauiora hęc exiſtentia deorsùm petant: ſed quia ſtatim in os, aut nares deſcendentia, ibiq; aliquantulum cōmorantia ab inſpirato circūſtante aere frigefacta denſantur, groſſioraq; euadunt. Tenuiores verò partes impetuoſiùs fluentes antrorsùm in oculorum orbitę cauitatem defluunt, indeq; ad prędictū maioris anguli foramen in ſecundo maxillę ſuperioris vocato oſſiculo exculptum, partim inde in naſi cauitatem, partim verò per foraminulum, quod in palpebrarū tarſo eſt propè maiorem angulum, Galeno quidem ipſi (quanquā plurimi anatomes proceres de hoc nō meminerunt) cognitum .y. foras in lachrymas deſtillant. Quarum prēterea cōtinuū defluxum, caruncula illa dicta lachrymalis foramini, atq; ipſi angulo (Galeno etiam docente .z.) oppoſita impedit. Ne turpiter nobis etiam minimè gementibus, lachrymæ in faciem per angulos, vel in nares quoq; ipſas defluant, prout his contingere ſolet, qui caruncularn illam vel penitùs medicamētorū, aut humorum acrimonia abſumptam, vel quouis modo cōminutam habent (quem affectū Græci ῥύσιν nuncupant) Ad quam nihilominùs cōlachrymationem, naturalem inquā, abſq; morbo, promptior, faciliorq; eſt quicunq; humidiore cerebro donatus eſt. Quamobrem & mulieres, & pueri, atq; ipſi etiam ſenes, ad lachrymas paratiores exiſtunt. Quæ rurſùs nō ob triſtitiā modò, aut metum: ſed ob repentinā quoq; lætitiam, vel ſortem riſum ab oculis defluere conſueuerunt. Ob repentinā inquam lętitiam, cōmunicante gaudium corde omnibus membris per ſpirituū diffuſionē: præſertim verò cōcurrentis imaginationis occaſione, ipſi cerebro p carotidas dictas, ſoporiferaſue arterias. Qua de cauſā ſurſùm impetentes illi ſpiritus, peluimq;, & adenē, quin & cerebri ventriculos calfacientes, inuētas in illis humiditates liquefaciunt, fluendiq; deorsùm illas cauſa ſunt. Ob riſum verò ſortem ſimile contingit. Cùm ex ſepti tranſuerſi (quod pericardio in ſolo homine riſibili exiſtente, cōiunctum, ac per hoc etiā cordi propinquiùs cōſentiens eſt) agitatione, calefactioneq; ad cerebrū aſcendente,

Notandū.

ii.10.đ v.p. c.11. poſt princ. & 9. eiuſdē c.16. poſt princ. x. Infrà c.3. com.9.

Lachrymarū generatio quomodo fiat.

y.10.đ v.p. c.11. poſt med.

z. Ibidē in princ.

Lachrymæ quomodo etiā ꝓpter gaudium.

Quare lachrymę ꝓpter riſum.

per

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 117 sur 292

©BIU Santé

per ſexti etiam paris in cor ipſum, pericardionq; deſcendẽtis, nedùm alios ipſius diaphragmatis neruos, ijſq; cõiunctas ſoporarias arterias eadem liquefactio humiditatis, diſſolutioq;, ac per hoc in lachrymas proruptio fiat. Sed enimuerò notandù rurſùs hic eſt: Quoniã nonnulli Galenũ reprehendunt: qui quidẽ illius foraminis prędicti tranſitum in nares, indeq; ad palatũ quoq; conſenſum fieri, probare volens, ait .a. [Et medicamenta quidẽ ocularia multi plerumq; nõ multò poſt inunctionem expuerunt. Alij verò emunxerunt. Ad eundem enim vſum meatus hic ab angulo in naſum eſt perforatus, ad quem & naſus ipſe in os.] Dicunt ergo hi falſum eſſe Galeni experimentum, quoniã hactenùs illis experiri minimè licuerit, rationemq; fallitatis eſſe ſubdunt, mirum profectò eſſe dicentes, quomodo membranã, quæ ibi aſſiſtit, ocularia hæc medicamenta penetrare poſſint. Verum hi, atq; alij eiuſdem farinæ homines omnes deridẽdi ſemper veniunt, quicũq; id, quod ſibi vidiſſe nõ licuerit, ab alijs viſum eſſe abnegant. Nulla pręſertim valida ratione in oppoſitum exiſtente. Cùm nõ membranam modò, ſed cutim, & ipſam etiam oſſa, quæ acriora ſunt medicamenta penetrare queant. Id quod paucis ab hinc menſibus mihi metipſi pariſthmias patienti ſucceſſit. Quæcunq; enim exteriùs vnguẽta gulę admouebam vtrinq;, ſtatim eorum ſaporem in ore ſentiebam, expuebamq;. Vltra quòd vbi vel tota lachrymalis ea caruncula deroſa, vel abſumpta ſit, vel eius pars: vel fortaſſis ob aliquem in ea parte factũ, ſuppuratumq;, & apertum abſceſſum, ſiue fiſtulam quampiam ad os vſq; peruenientẽ: taliaq; tunc medicamenta admota ſint, prædictum Galeni caſum nõ infrequenter aduenifſe, veroſimillimũ eſt. Sed hæc veluti per tranſennã: aliàs tamen vberiùs enucleãda intãtùm dicta nunc ſint. Vt pręcipuè ſphenoidis oſſis foraminum, cribriq; ſęcundi vſus liquerent: ſicq; ſphenoidis cribrũ multis impoſſibile reputatum eluceſceret. Sub adene autem in ſellę medio fieri ſphenoidis huiuſmodi cribrum (vt ridiculè Syluius ad Galeni mentem defendere: alijq; hanc improbare tanquam à ſe malè perceptam conantur) atq; ad vndecimum prędictum ſphenoidis foraminum par deſcendere: vel recta deorsùm eius foramina in palatũ reſpondere, minimè gentium cõgruebat. Prędictum enim, quòd fruſtrà imbecillius os ſphenoidis tot foraminibus pertuſum redderetur (Fruſtrà inquam, cùm plurimos iam expurgandi meatus natura, tametſi ob alios vſus prima ratione factos, nacta fuerit) omnes etiã prędictos vſus ſeroſę illius, pituitoſęq; humiditatis deſcendentis, ibiq; commorantis deficerent: vt eſt ſpirituũ retis mirabilis, carotidis arteriæ, cordiſq; tandem moderata quędam refrigeratio: Itemq; ſomni, & lachrymarum generatio, ſimulq; oculorum humectatio. Quinimmò turpis quędã, continuaq;, & homini moleſta deſtillatio fieret. Maximumq; incommodum, ac periculum quoq; ipſi cerebro inferretur: Nimium ſcilicet frigefactis per ea foramina tàm rete mirabili, quàm adene: Infundibuloq;, ac tandem omniũ principaliſſimo mediò cerebri ventriculo, ob aerem, qui per prędicta foraminula ſurſùm aſcenderet. Prędictimq; ſi vndecimũ foraminum par adeſſet: per quod affatim ex naribus frigidus aer inſpirando in ſphenoidis antrũ ingreditur, indeq; in cerebrũ. Ex quo lethargi, fatuitates, comitialeſq; morbi, aut attoniti, pluręſq; huiuſmodi prauiſſimi, ac periculoſi affectus continuò naſcerentur. Qui tamen propter attractum per naſi alium cribrũ aerem aduenire nõ poſſunt. Cùm neq; cerebri vẽtriculi verè illùc reſpondeant: prędictimq; (vt ibi) medius: Neq; rete illud mirabile adſit, quod ob ſuperfluã frigiditatẽ ſummoperè lædęretur. Adde q̃ mamillares illi vocati proceſſus adeò foraminula octaui oſſis, craſſioriſq; ibi ſuperpoſitæ membranæ cribri obturant: vt affatim, ac repentè aer ingredi nequeat. Sed antequã receptui canamus, Galeni quaſdam contradictiones diſſoluere congruum eſt: libro enim de vſu partium nono, .b. ſic priùs ait [Qui verò grauia deorſum repentia meatus erant euacuaturi, eos natura fecit decliues. Neq; id ſolum, ſed amplos etiam admodũ effecit, vt qui multorum certè, & eorundem craſſorum humorũ, velut riui quidã, & canales erant futuri.] Pauloq; infrà rurſùs [Cæterùm decliues cerebri meatus tùm per palatum in os, tùm per corpus narium conſpicuis orificijs, ac magnis, ſenſibilia, & craſſa eructant excremẽta, &c.] Ecce igitur q̃ amplos admodum meatus, per quos ad palatum craſſiora excremẽta deſcendunt: Magnaq; & conſpicua poſuit, nõ in palato tantùm, ſed in naribus etiam, expurgationis orifitia. [Alios verò (ſuperiores ſcilicet meatus, per quos leuiora in ſublime tendentia, tenuioraq; excremẽta per capitis oſſa ſuperiora digeruntur) contrà, velut foramina quędã tenuia perforauit, proportione tenuitatis excrementorum.] Infrà verò ait .c. [Quid igitur natura nõ vt palãti os, ita & capitis tenuibus foraminibus, quaſi cauernulis quibuſdam pertudit? &c.] Tenuia igitur, paruaq; foramina nunc vocat in palato. Quamobrẽ & tenuiſſima dicenda ſunt quæ in naribus. Cur igitur priùs magna & conſpicua: nunc verò tenuia, & parua nuncupauit? Cur etiam priùs ſuperiores meatus in capite velut foramina quędam tenuia poſuit: deinceps verò ea in capitis oſſibus abnegat? Reſpondemus nullam penitùs eſſe cõtradictionem, dicentes. Quid enim obſtat, repugnatue, ſi per tenuia intùs cribri foramina excolatum priùs excremẽtum per ampla deinceps orificia palati, & narium foràs egrediatur? Quæ iterũ repugnantia eſt, q̃ parua expurgationis foramina in palato ſint: Ampla tamen, & cõſpicua reſpectu ſuturarũ, magiſq; reſpectu pororũ, qui ſenſũ effugiunt,

dicenda

Notandũ.

a. 10. de v. p. cap. 11. ante med.

Contra Realdum.

Quod ſub adene cribrũ nõ cõueniebat. Cõtra Syluium.

Galeni cõtradictio prima.

b. Cap. 1. ante med.

Contradictio 2.

c. Cap. eodem verſus finem.

Dubium primum.

Secũdum.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 118 sur 292

dicenda veniant? Quos poros, ſuturaſue, non ſimpliciter foramina: ſed οἷον ὀπὰς τινὰς, hoc eſt, velut foramina quędam tenuia vocauit. Cùm ſępè inſenſibilia ſint. Omnia tamen parua dici poſſunt, conſideratis tùm arterijs, aut verius, tamen neruis, aut duobus, aut omnibus his: quæ foramen vſq; adeò obturant: vt paruum illud pro excrementis remaneat: forteq; ſphenoidis, & naſi cribra hoc modo conſiderata, ſimilia, vel parum differentia ſunt. Quanquam ſi caluarię ab omni alia ſubſtantia mundę foramina perpendamus, quę ſphenoidis ſunt: maximum illud cribrũ prę-ſeferunt, quo in area agricolę frumentacea cribrare, & à paleis ſegregare ſolent. Naſi verò cribrũ alteri cõparatur paruo cribro, quo farinam piſtores quotidie cribrãt, & à furfuraceis partibus ſegregant. Verùm enimuerò de quinquaginta foraminibus oſſium capitis: pręcipueq; vigintiquatuor ſphenoidis, duobuſq; cribris, atq; ipſorum vſu, pro Galeni ſuplemento, ad nauſeam vſq; ignauis: coriceis verò non ſine maxima (vt opinor) delectatione dicta iam ſint. Quibus quidem non graue etiam fuerit, præter foramina prædicta quinquaginta, tredecim etiam capitis quoq; oſſium antra perlibrare: videlicet aurium ſex (cuiuslibet inquam tria: quorum primum ſpeciali nomine tympanum, ſecundũ verò labyrinthum, tertiumq; cochleam nuncupant) duo prętereà mamillarium oſſis temporis proceſſuũ: Aliaq; duo ſpõgoidis octaui oſſis particulę ſunt, internę quidem, ſub maxillæ ſuperioris oſſiculo tertio. Præterea in ſphenoide oſſe ſub ſella duo alia eſſe ſolent. Vnumq; tandem in fronte iuxta ſupercilia: quod nõnunquam duplex in medio diuiſum eſſe cõtingit. Tuncq; antra quatuordecim capitis eſſe accidet: velut deficientibus ambobus tam frontis, quam ſphenoidis antris, decem duntaxat perpetua remanebunt. In mędio autẽ horum numero inuenientur: puta deficiente frontis antro, vt ſint duodecim: deficientibus autẽ his, quæ in ſphenoide ſunt, vndecim remaneant. Horum verò vſus anteà iam oſtendimus: quùm de temporis oſſis foramine tertio loqueremur: pręter ſpongoidis oſſis antra: de quibus, & eorum vſu in octaui oſſis foraminum ſermone ſubintelleximus, ad excrementorũ videlicet mucçoſorũ retentionem, ne inuitis nobis in faciem, ac muſtaceos decidant. Pręter hęc autẽ & oſſium capitis ſinus docere noſtros diſcipulos cõſueuimus. Qui quidem numero ſeptem exiſtunt. Duo inquam omnium maximi, qui à cõmuni occipitis, temporiſq; oſſium foramine ſextę neruorum cõiugationi dicato vtrinq; exordiens, primum, ſecundumq; craſſioris membranę duplicatę ſinus ad ſupernũ torcular gignendum in ſe cõprehendunt, quorum ratione excauati quidẽ ſunt. Duoq; deinceps alij ſunt à quinto ſphenoidis oſſi cũ temporis oſſe vt plurimũ cõmuni: per quod tùm ſoporariæ, tùm iugularis internæ ſurculi (velut anteà dicebamus) ingredientes, per ſibi proprium excauatum ſinum, in craſſiorẽ membranã diſtribuuntur literis T. T. in prima, & ſecunda figura pręſentis cõmenti oſtenduntur. Duoq; demùm alij excauati oſſium ſinus ſunt, in prima pręſentis commenti figura litera ζ. oſtenſi qui ab eminentiore, anguſtioreq; ſecundi ſphenoidis pręoſtenſi foraminis parte exordiẽtes, ſubq; eiuſdem oſſis alatis proceſſibus ſurſùm in prædictos arteriarum, venarumq; ſinus vtrinq; cum illis vniendi producũtur: per quos ſinus venula quędam iugularis externę ſurculus ad craſſiorem meningem diſtribuendus permeat. Pręter hos autẽ, & ſeptimum quendam ſinum Anatomici notare ſolent, litera F. in prima figura indigitantes: cui viſoriorum neruorum coitus innititur. Sed hæc de ſinibus. Vltra quos, & quaſdam in eiſdem cranij oſſibus foſſulas oſtendere conſueuimus numero vigintitres. Videlicet internas vndecim, externas verò duodecim. Sunt igitur intùs foſſulę quędam excauatę cerebrum variè cõprehendentes, particulatimq; figurantes. Primę videlicet duæ anteriore in parte ad cribroſum octauũ os, eiuſdẽ ſepto abinuicem diuiſæ: Mamillares cerebri proceſſus admittẽtes. Altiùs verò ad oppoſitam ſuperciliorum regionem aliæ duæ ſunt, duabus ſtellis in prima figura notatæ * *. longè maiores cerebri proceſſus, ſub oſſe frontis, & ſuper ipſo, & in ipſo comprehendentes. Aliæ autem duæ prędictis etiam tertia, & quarta foſſulis maiores ad temporum oſſa exiſtunt ad auditorum vſq; tympanum extenſæ, ac literis ζ. S. Q. R. Λ. T. circumſcriptæ. Vnica verò ab his ordine ſeptima reperitur in medio videlicet harum duarũ, ſellę inſtar adenem, infundibulumq; cõprehendens. Quæ litera M. ibidem oſtenditur. Pręter has duæ octaua inquã, & nona in occipitis oſſe ſunt, maximè cerebellum recipiẽtes: quas tibi duæ cruces indigitant † †. Decimaq; tandẽ, vndecimaq; ſunt ſupra primum, ſecundumq; craſſioris membranę ſinus, in occipite excauatę cerebri poſtremã partem cerebello ſuperſtantẽ apprehendẽtes. Sunt igitur hucuſq; interiores foſſulæ vndecim. Exterius autem aliæ duodecim ſunt: videlicet duæ ſphenoidis tẽporumq; oſſibus cõmunes ſub zygomate muſculum vtrinq; tẽporalem cõprehendentes. Quæ tametſi omnibus pernotiſſimę ſunt, inquã figuris tribus primis, ſextaq;, & ſeptima, procemij conſpicuę, ac in quatuor etiam tertij cõmenti huius primi capitis figuris ſub zygomate oſſe cõprehenſibiles: Nihilominùs tamẽ in prima prę-ſentis cõmenti figura velut in ſeptima procemij literis a. a. deſignatæ ſunt. Prętereà duæ aliæ ad frontis os pertinẽtes ſunt ſuperiorem oculi orbitę ſemicirculũ efficientes, omnibuſq; notiſſimæ. Sunt igitur hę ſuperiores quidem quatuor: Inferiùs autẽ vtrinq; alię quatuor exiſtunt: videlicet ad pterygoides, hoc eſt, veſpertilionũ alis ſimiles proceſſus pertinentes duæ: quæ pro quinta, & ſexta

ſphenoidis foramina quomodo magna, & parua.

ſphenoidis cribrum.

Naſi cribrum.

Antra 13. vel 14.

Vſus.

Sinus ſeptem.

Foſſulę 23.

Interne 11.

Externę 12.

©BIU Santé

ſexta foſſulis numerabuntur, muſculorum quidem intùs lateſcẽtentiũ mandibulę inferioris motorum principia in ſe cõprehndentes. Duæ verò aliæ, quæ ſeptima erunt & octaua, ſub iugalis oſſis temporũ proceſſibus cęlatę: maxillę inferioris articulũ ſuſcipientes. Duęq; item alię foſſulę à mamillari temporum oſſis proceſſu exordiẽtes, ad ſphenoidis, occipitiſq; cõmunem quendam locum procedunt vbi cõmune ſexto neruorũ pari dicatũ foramen (occipitis inquam, ac temporis oſſium cõmune) ac oſſis temporũ quartũ foramen, ſoporariæ maiori propagini propriũ, cõprehendunt: quæ nona erunt, decimaq;. A quibus tandem enarrandę veniunt vndecima, duodecimaq;: duę quidem foſſulę à tergo capitulorũ oſſis occipitis, acutos ſinuũ primę ceruicis vertebrę proceſſus abnuente capite admittẽtes. Cùm igitur externę prędictę foſſulę duodecim ſint: internæ autem vndecim erant: ſimul omnes cõiunctę ſunt numero (vt ab initio diximus *) foſſulę viginti tres. Sed ne quid intactum hic exijs, quæ in publicis noſtris lectionibus oſtendere, ac indigitare ſoliti ſumus, relinquatur: Epiphyſes in tribus capitis oſſibus antea ſex, quibuslibet videlicet binos, oſtẽdimus. Apophyſes quoq;, proceſſuſue oſſium capitis vndecim obſeruauimus: videlicet duos in oſſibus temporũ mamillares, duoſq; alios eorundem zygomatis dimidium cõſtituentes: qui quidẽ quatuor ſunt: Itemq; ſphenoidis alios quatuor: videlicet intrinſecos, extrinſecoſq; pterygoides. Intrinſecos quidem auium alis, extrinſecos autem veſpertilionũ alis quam ſimillimos proceſſus: occipitiſq; demum oſſis alios tres: Duos inquam externos capitatos appendicibus etiã vt antea diximus, † donatos quibus cũ prima ceruicis vertebra dearticulatur, & vnũ internum, quod cum ſphenoide coniunctum, ſellæ partem anteriorem repręſentat. Sunt igitur omnes huiuſmodi oſſium capitis proceſſus, apophyſeſue vndecim. Auditoriũ nanq; tympanũ, ſtyloideſq; inter appẽdices cõputauimus. Sed ne in tędioſam magnitudinem caput hoc turgeat, reliquum eſt, vt quæ hucuſq; de capitis caluariæue oſſibus enucleata ſunt, epilogemus, colligamuſq;: vt quę deficiũt adhùc ſuppleamus. Itaq; cùm ab initio ſtatim ſui ſermonis .d. Galenus bifariam nota eſſe medico oportere oſſa prędixerit (ſi rectè curaturus eſt ea, quùm vel franguntur, vel à ſua ſede dimouentur) tùm videlicet ſingula per ſe cõſiderando, qualia nam ſint, tùm quam inuicem ſtructuram habeant: Mox verò generatim de omnibus oſſibus nos vnà cũ ipſo in proœmio perlibrarimus, ſingula per ſe, qualia nam ſint, penès octo qualitates, prędicatasue: ſcilicet ſecundùm proprium temperamentũ .e. Prętereà ſecundùm vſum .f. Deinceps q; penès magnitudinem, quartoq; penès propriam ſubſtantiã: amboq; hęc inſimul perlibrauerimus .g. ſimulq; nos alia quatuor ſuppleuerimus .h. videlicet formam, ſeu figuram, numerumq;, & foramina, nec nõ & ipſum deniq; ſenſum: Sed de numero quidem vberiùs iterùm, exquiſitiuſq; deinceps declarauerimus .i. prętereà generati quoq; quàm inuicem ſtructuram habeant oſſa corporis omnia, longo diſcurſu enucleauerimus .k. Reliquũ fuerat, vt particulatim ſingula in proprijs capitibus perpenderemus: exquiſitiſſimeq; noſceremus in ſingulis per ſe qualia nã ſint, & quã inuicem ſtructuram habeant: à cranio, ipſiuſq; partibus (vt in fine proœmij propoſitũ iam eſt .l.) in pręſenti primo capite exordiẽtes. In quo tametſi horum plurima pręter ordinem a Galeno prętacta ſunt: Nos tamen clarioris doctrinę gratia ſingula repetentes, loca in quibus ea tetigit, in memoriã reuocabimus: atq; ea, quæ ipſe prętermiſit, ſupplębimus. Eundem interea ſemper ordinem obſeruantes. Imprimis igitur cõſiderandum venit oſſium capitis temperamentũ. Quod quidem aliud generatim nõ eſt, quam id, quod omniũ aliorũ oſſium eſſe, prędictũ iam ſupra fuit .m. videlicet frigidiſſimum, ſicciſſimumq;: verum nihilominùs eſt, quòd aliud alio frigidius, ſicciuſq; exiſtit (ſecundùm latitudinem enim ſuperlatiuũ in his intelligimus: Dum alias corporis partes omnes ſuperant, quanuis inter ſe magis, minuſq; ſuſcipiant: puta quod duriſſimũ, ac validiſſimũ, illud quoq; frigidiſſimũ, ſicciſſimũq; eſt: Qua de re frigidius, ſicciuſq; occiput alijs omnibus eſt: quia durius, robuſtiuſq;: Secundò loco temporis oſſis pars prima lapidoſa nuncupata: Tertiò frontis os, eiuſdemq; ordinis eſſe poſita eſt ſecunda tẽporis oſſis pars. Quartoq; oſſis temporũ pars tertia ſuccedit. Quintoq; demùm oſſa ſyncipitis ponũtur: quemadmodũ iam nos vberrimè priùs .n. ex ipſis etiam Hippocrate, & Galeno declarauimus. Quòd ſi capitis oſſium quoq; vſus veſtigemus: Ex quinq; ſupranarratis .o. duo tantùm his congruunt: pręcęteris verò ſecundus: qui eſt, vt cerebri, membri quidẽ nõ minùs principaliſſimi, quam molliſſimi propugnaculũ, & veluti quędam galea ſint. Pręſertim cùm in alto, & diſcooperto loco propter oculos (ex Galeno) & propter cordis etiam cõtemperamentũ (ex Ariſtotele) poſitũ extrinſecùs occurrentibus maximè obnoxium cerebrũ fuerit. Simul verò & alter ſuccedit vſus ordine tunc primus prænarratus: ſcilicet vt quorundam muſculorũ, pręcipueq; inferiorem mandibulam attollentiũ, ipſumq; caput mouentiũ: prętereà venarum, arteriarũ, neruorumq;, atq; omniũ deniq; partiũ ad caput attinentiũ fundamentum quoddam, ac ſuſtentaculũ ſint. Quorum magnitudinẽ etiam, atq; figurã antea .p. vnà cum ipſo etiam Galeno declarauimus. Propriam verò ſubſtantiam deinceps etiã ſtatim elucidauimus .q. Quibus in locis .r. oſſium capitis numerũ quoq; oſtendimus: octo ſcilicet, cõtra Galenum, & Ariſtotelem, non ſex ponẽtes. At foramina iam in pręſenti cõmento ad nauſeam vſq;

pertra-

* In proœmio cõ. 6.

Epiphyſes ſex.

Apophyſes vndecim.

† In proœmio cõ. 6.

Epilogus.

d. In proœmio tex. 1. & 2.

e. Tex. & com. 3. eiuſ dẽ proœm.

f. Ibidem tex. & cõ. 4.

g. Tex. & com. 5.

h. Ibidem com. 5.

i. Ibidem com. 6. 7. & 8.

k. à tex. 10. ad vigeſimum ſecũdum vſq;.

l. Tex. 23.

Oſſium capitis temperamentũ.

m. In proœmio tex. & com. 13.

n. Com. prę cedenti.

Vſus duplex

o. In proœmio cõ. 4.

Magnitudo, & figura.

p. Tex. & com. 9. huius capitis.

q. Com prę cedenti.

r. Com. 6. & 7.

Propria ſubſtantia, & numer.

Foramina.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 120 sur 292

pertractauimus. Senſum verò cunctorũ oſſium, prętер dentes, nullũ eſſe iam in proœmio determinauimus .ſ. Dicta igitur omnia octo prędicata iam ſunt: vt ſingula capitis oſſa, qualia nam ſint per ſe conſiderata cognouerimus. Quam verò inuicem inter ſe, vel cum alijs, puta maxillę ſuperioris, atq; etiam inferioris, ac primę ceruicis vertebrę oſſibus ſtructuram habeant, prędictum quoq; eſt: quomodo ſcilicet inter ſe, & cum maxillę ſuperioris oſſibus, in proœmio, generatim quidem priùs per ſynarthroſim: .t. ſpeciatim verò ſtatim quonam pacto per ſuturam: .u. moxq; deinde quomodo per harmoniam .x. ſpecialiſſimeq; tãdem ſecundũ quot, qualeſue ſuturas, ſiue harmonias .y. Prętereà demonſtratũ quoq; eſt, quomodo cum maxilla inferiore, primaq; etiam vertebra per diarthroſim, generatim quidem priùs in ipſo etiã proœmio .z. ſpeciatim verò deinceps in eodem .a. capitis oſſa duo videlicet temporis, & occipitis cõſtruantur. Duo enim hęc neceſſariò prænoſcẽda fore Galenus ab initio ſtatim ſuppoſuit: videlicet primò qualia nam ſint per ſe, ac ſeorsùm ſingula: Secundò quam inuicem ſtructuram habeant. Si rectè ea, quùm vel franguntur, vel à ſua ſede dimouẽtur, curaturus medicus eſt. Quamobrem duos innuit morbos eſſe, quos oſſibus aduenire, & ex eorundem anatome curare nos doceamur: ſcilicet fracturã, & luxationem. Quorum alter quidẽ ad oſſium per ſe cõtinui ſolutionem: alter verò ad eorundem cum alijs contigui potiùs ſeparationem refertur. Adeò vt ſpecialem huiuſmodi neceſſitatem Galenus pro his duntaxat cõmunibus, ſeu in natura cõmuni aduenięntibus affectibus protulerit. Pro continui inquam, contiguiq; ſolutione. Nos autem ſuprà .b. generaliſſimã eſſe huiuſmodi neceſſitatem (Galeno interim minimè contradicentes, & eius potiùs ſermonem elucidantes) enucleauimus, nõ in his modò ſiue cõtinui, ſiue contigui ſolutionibus, ſed in alijs quoq; morbis omnibus, tàm in intemperie, quàm in quauis mala cõpoſitione, aut ipſa etiã vnitatis qualibet diſſolutione. Omne enim morbi genus, omneſq; ſpecies pati oſſa quęlibet, nedùm capitis oſſa (ipſius etiam ex Galeni dogmate) queunt. Fracturas enim diuerſorũ modorum hæc ſortiri poſſe quos ad quinq; Hippocrates reduxerat, anteà nos vberrimè elucidauimus .c. Quinimmò & alios quinq; fracturarum modos generatim alijs oſſibus cõtingere ſolitos, proprijſq; nominibus à Gręcis quibuſdã, pręſertimq; à Paulo .d. donatos in capitis oſſibus effractis quodãmodo nonnunquã vſurpare poſſumus: quanquã in capite prędictis modorum quinq; ab Hippocrate relatorũ nominibus potiùs vtuntur medici. Sed nos alibi de generalibus illis fracturarũ modis loquemur. Sat enim ſuperq; nunc fuerit tetigiſſe, q̃ capitis oſſa omnes pati fracturarum ſpecies, modoſue, pręſertim verò ab Hippocrate deſcriptos, queunt. Quemadmodũ & duos quoq; luxationũ modos ſufferre nõnunquam dicenda ſunt: quorũ alter à Gręcis [ἔξάρθρημα] latinè luxatio: Alter verò παράρθρημα, latinè ſubluxatio, ſeu mauis dicere iuxta luxatio nuncupatur. Quotiès enim articulus intotũ exciderit (inquit Paulus .e.) cõmuni generis vocabulo affectus ἐξάρθρημα q. d. ſecundũ vim nominis exarticulatio, vocatur. Quùm autem aliquatenùs duntaxat emotus eſt, aut vſq; ad ſuperficiem è ſinu elapſus, παράρθρημα q. d. iuxtarticulatio nuncupatur. Itaq; ſi articuli ſpecies eſſe ſuturam, & harmoniam, anteà nos, ex ipſo etiã Galeno, declarauimus .f. Ad illud ſuperius, ſubalternumue genus reductas, quam Gręcè συνάρθρωσιν, ſine motu videlicet volũtario factam coarticulationẽ nuncupauimus: Qua de cauſa & capitis oſſa per articulũ quodammodo adinuicem cõſtrui, prælibatũ eſt: Cui dubium eſſe vnquam poterit, exarthrema, & pararthrema, hoc eſt luxationẽ (quùm exquiſitè diſparantur ſuturæ, vel harmoniæ, & ſubluxationem quùm non adeò dilatentur) oſſibus capitis aduenire poſſe? Pręſertim ſi ea perlegerit, cõtemplatuſq; fuerit, quæ nos in noſtro de tumoribus præternaturã volumine de huiuſmodi caſu elucidauimus: videlicet ob aceruatã in medio cranij, & craſſæ meningis, ſiue aquam (vt in ſermone de hydrocephalo diximus .g.) ſanguinemue, aut aliquam huiuſmodi liquidam ſubſtantiam, ſiue flatuoſos ſpiritus, vt deinceps in ſermone de phrenitide vberiùs enucleauimus .h. [Rhia Alſabian] Arabicè nũcupari ſecundũ affectum, ex flatuoſo inquam ſpiritu factum, dicentes: & experimẽtis, vel in nobiſmetipſis puerulis adhùc exiſtentibus cõprobantes. At enimuerò non huiuſmodi tantũ affectus oſſa capitis patiuntur: videlicet fracturã, & luxationem: verum etiam & intemperiem quamlibet, ſiue ſimplicem: puta calidam, vel frigidam humidamue, aut ſicca: ſiue cõpoſitam: puta calidã & humidã: calidã & ſiccam, frigidam & humidã: frigidamq; demũ, ac ſiccam. Quæ reliquis minùs mala eſt, quemadmodum calida, & humida reliquis tanquã naturali tẽperamento magis oppoſita deterior. Prętereà & in formatione, morborũ omnes ſpecies pati ſolet: videlicet in figuræ prętернaturali mutatione tali, tantaq;, vt naturę operationes lędat, ſuperficieiq; aſperę vel lenis culpa, nec non & meatuũ, pororumue, aut cauitatũ, ſiue foraminũ naturaliũ ſimili errore, operationes inquam naturę lędente. Adeò vt apoſtemate etiã, nedùm eryſipelate .i. aut phlegmone .k. vel his ſimilibus affectibus vexari poſſe omnia, nõ modò capitis oſſa, in eodem noſtro de tumoribus prętернaturã tractatu .l. prędictũ iam vberrimè ſit. [Omne autẽ os (inquit Celſus .m.) vbi iniuria acceſſit, aut vitiatur, aut finditur, aut frãgitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco mouetur.] Quinq; igitur (vt patet) Celſus oſſiũ affectus poſuit. Quorum vltimi quatuor præoſtenſi iam ſunt. Primus verò

Senſus.
ſ. Com. 5. verſus finẽ. Quam ſtructuram habeant.
t. Com. 17.
u. Com. 18.
x. Com. 19.
y. Cap. prędicati à tex. & cõ 1. vſq; ad ſecundũ incluſiue.
z. Com. 11. 12. 13. 15. & 16.
a. Com. 13. & 16. Morbi oſſium.
Oſſium cognitio quibus morbis neceſſaria.
b. In proœmio cõ. 2.
c. Com. prędicenti.
d. Lib. 6. cap. 89.
e. Lib. 6. cap. 111.
f. In proœmio cõ. 10. 11. vſq; ad ſecũdũ, ſed pcipuè cõ. 17. 18. & 19.
g. Sec. 79.
h. Sec. 81.
Alij oſſiũ morbi.
i. 7. aphor. 19.
k. Lib. de vuln. cap. tex. 38.
l. Sec. 3.
m. Lib. 8. c. 2. in princ. Teredon vndę dicit.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 121 sur 292

©BIU Santé

verò eſt, quùm os ipſum vitiatur, cariemq; ſuſcipit [τερηδόνα] Græci vocant [Nomine quidem (vti Galenus ait .n.) quod s. litera ſuperabundare videtur. Nam a dictione τῦμος, id eſt foramine, deriuatũ eſſe creditur, velut τηδών, hoc eſt foratio quędam exiſtens: quæ videlicet ab acutis erodentibus humoribus fit. Sub aliud autẽ ab initio quidẽ cadit ægritudinis genus, & oſſis τραχύτης, ideſt aſperitas potiùs, quam Teredon, carieſue nuncupatur. Maiori autẽ foramine facto, & quodam veluti ſinu apparẽte, Teredon, carieſue dicitur.] Razes .o. & poſt ipſum Auicenna .p. ſpinę ventoſitatem nuncuparunt: Alij ſpinã ventoſam appellant: cuius nomenclaturę rationem ignorare nos fatemur. Cùm ex Arabico ſic (vt Deo placuit) traductũ nomẽ ſit. Niſi fortè dixerimus, ꝙ ſpinæ, ſeu ſpinarũ inſtar foramen, vel foramina facit humor ille acutus, erodenſq;, qui quidem quaſi in vapores, & quodammodo in flatum, ventoſitatemq; cõuerſus oſſiũ ſubſtantiã penetret. Vnde vẽtoſitas ſpinę, hoc eſt, vaporoſus humor acris ſpinę inſtar perforãs dicatur. Ideoq; Razes ait .q. [Taridon (ſic enim corruptè ſcripſit, teredon) in ſecũdo de morbo, & accidenti (hoc eſt, libro de morborũ cauſis, .r.) quòd eſt ventoſitas ſpinæ; fit ex humoribus calidis corrodẽtibus, & perforantibus os, & deriuatur hoc nomen de perforatorio.] Ecce igitur, ꝙ veluti Græcũ nomen ἀπὸ τῦ τρήματος, hoc eſt foramine, τερηδών fit, diciturq;: Ita à ſpinę perforatione, ea quæ ab acribus, erodentibuſq;, & quaſi in flatum conuerſis humoribus facta ſit, dici teredon, hoc eſt, perforatio poteſt: ſicq; vtrunq; nomen à ſymptomate ipſa videlicet perforatione, vel potiùs à ſimilitudine impoſitũ ſit. Inſtar enim vermis (quẽ Græci τερηδόνα vocant) in trabibus naſcentis, illoſq; quamuis duriſſimos multa vi, ac ſtrepitu erodentis, inſtarq; validiſſimę ſpinę vehemẽter pungentis id vlcus erodit, pungitq;, ac perforat. Fit autem huiuſmodi oſſium, pręcipueq; digitorũ caries nõ infrequenter ob ſpinę punctũram: vbi pręcipuè ab aere male curatum vlcus alteretur, ac per hoc ventoſum factũ eſſe cõtingat: peiuſq; ſi ab aqua negligenter madefiat. Nõ aliter igitur huiuſmodi os vitiatũ apparet, ac ſi multis tenuibus foraminibus ab acuta quadam, validaq;, ac dura ſpina punctum fuerit. Fit autem huiuſmodi caries, inquit Celſus, .ſ. hoc modo [Id quod vitiatum eſt primò ferè pingue fit: deinde vel nigrum, vel carioſum: quæ ſupernatis grauibus vlceribus, aut fiſtulis, hiſq; vel longa vetuſtate, vel etiam cancro occupatis eueniunt.] Maximè autẽ ex Gallica lue, tùm cętera, tùm frequentiùs, ac magis capitis oſſa huiuſmodi eroſionem, cariemq; pati, maximeq; ſpongoides, ac ſyncipitis oſſa, cõſueuerunt. Pręter hos verò affectus, alius quoq; oſſibus aduenire ſolet, quem nos alias ex Galeno ἐξόστωσιν appellauimus .t. q.d. latinè exoſſationem: priuatim verò in capitis oſſibus cornua quędam pręoſtẽdimus, .u. pręcipueq; circa ſuturas. Quemadmodum adhùc propriè vocati Dionyſciſci, ac (iuxta ſecundũ nominis ſignificatũ) ſatyriaſmi .x. circa tẽporũ ſphenoidiſq; oſſa emergunt: melancholico illo, terreſtriq; iucco foràs è cerebro per eas capitis tùm proprias, tùm cõmunes ſuturas proiecto, atq; ibidem concreto, & tales extuberationes, cõmuniq; vocabulo exoſſationes gignente, paulatim illas poſtmodũ augente. Sed de oſſium capitis morbis dictum hactenùs ſit. Qui tamen adhùc longè plures numerari poſſunt, diuerſiq; ſecundũ diuerſas partes, diuerſaſq; eorundem morborũ cõplicationes. Quæ omnia ſpecialiùs quùm ad curationem peruenerimus, elucidare conabimur. Nunc verò noſtrũ proſequamur intentũ: numerũ deniq;, tàm ingredientiũ per ſupradicta foramina in cranei cõcauũ, quàm ab eo egredientiũ addentes. Sunt enim egredientia effatu digna, pręter excremẽta, ſed duntaxat nerui, arteriæq;, ac venæ numero triginta quinq;: videlicet ex primo ſphenoidis foramine duo, ex ſecundo, quinq;, ex tertio vnũ, ex quarto duo, quæ ſunt decem. Item ex primo temporis oſſis foramine duo, ex quinto eiuſdem vnũ, & ex ſexto vnũ ſic ſunt quatuordecim. Item ex occipitis oſſis foramine ſecundo, atq; tertio, vnũ, ex quarto, & quinto vnũ, & ex cõmuni tẽporis, & occipitis vnũ, quæ ſunt omnia decẽ & ſeptem. Totidem verò cũ ſint in altera parte, erunt egredientia triginta quatuor. Vnum verò eſt ex magno occipitis foramine ſcilicet ſpinalis medulla, ſicq; ſunt triginta quinq;. Ingredientia verò ſexdecim eſſe diximus, videlicet per ſecundũ ſphenoidis foramen vnum, per quartũ vnũ, per quintũ duo, per ſextũ vnũ, quæ ſunt ſex. Item per primum occipitis vnum, & per cõmune demũ temporis, & occipitis vnũ. Sicq; ſunt octo. Totidem verò in altero latere. Igitur ingredientes tàm venæ, quàm nerui, aut arterię ſexdecim ſunt. Sed alia oſſa per ſe contemplemur; quæ ſcilicet ad ſupernam maxillam pertinent. Eo primitùs definito (iuxta Galeni, quem interpretamur, ordinem) quod capitis, ac ſuperioris maxillę commune os eſt, iugaleq; latinè, Græcè autem ζύγωμα nuncupatur. De quo quidem ſic Galenus ſubdit.

n. Lib. de morb. cauſis cap. 11. poſt princ.

o. Lib. 15. contin. c. 5. litera u. p. 4. 4. trac. 4. cap. 9. Spina ventoſa vnde dicitur.

q. vbi ſupra circa princ. capitis.

r. Cap. 11. poſt princ.

ſ. Lib. 8. cap. 2.

Exoſtoſis. Cornua. Dionyſciſmi. Satyriaſis. Egredientia 35.

t. Lib. de tum. prętер naturam ſec. 29.

u. Ibidem ſec. 91.

x. Ibidem ſec. 30.

Ingtedientia 16.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 122 sur 292

Περὶ τῦ ζυγώματος Κεφάλεον. β.

De osse iugali. Caput secundum.

TEXTVS.


Τῦ κροταφίτε μυὸς, ὀστῦν προσέβληται, λοξὸν κ᾽ τὸ μέσον ἑαυτῦ περοέχον φαφὴν, ὥστ᾽ εἶναι συνεχῆ τὴν μὲ ὅπι σθεν ἅπασαν μοῖραν ἑαυτῦ, τῷ κ᾽ τὸ ὖς, ὅςῳ τῆς κεφαλῆς: τὴν δὲ ἔμπροσθεν τῷ, κ᾽ τὸν μικρὸν κανθὸν, κέρας τῦς ὀφρύος. ὀνομάζεται δὲ ὅλον τὸ ὀστῦν τῦτο ζύγωμα.

Temporali muſculo propoſitum eſt os, obliquam in ſuiipſius medio ſuturam cõtinens: vt eius poſterior tota pars capitis oſſi ad aurem pertineti: Anterior verò ſupercilij extremo, ad paruum angulum continua ſit. Nominatur autem id os totum, iugale.

COMMENTVM.

NON igitur aliud os hoc eſt à capite, vel à maxilla ſuperiore diſtinctũ: ſed ex duobus amborũ proceſſibus cõſtructum: Altero quidem oſſis temporũ: Alterò verò maxillę ſuperioris primi ſub oculi paruo angulo. Qui duo proceſſus, apophyſeſue in medio per obliquã quandã cõmunem ſuturam coniunguntur. Obliquam inquam, non (vt aliqui dixerunt) literæ ſ. perſimilem, ſi exteriorem eius portionem, quæ veriùs ſuturæ effigiem quandã prętefert, perpenderis. At ſemper quidẽ oblique ab anterioribus retrorsùm deſcendentem eam inuenies, ſiue à poſterioribus antrorsùm, variam nihilominùs interea figurã repręſentantem: vt modò antorsùm, modò retrorsùm cõtorqueatur, hoc modo [α] in alia verò parte ſic [β]. Intùs verò, cõcauaq; in parte harmoniam potiùs, quam ſuturam maxima ex parte prętefert, & in minùs flexuoſam lineam producitur. Sunt autẽ duæ hæ ſuturæ capitis, maxillæq; ſuperioris etiam cõmunes, vt tertia, & quarta in cõmunium ſuturarum numero ſint. Nominatur autem huiuſmodi cõpoſitum os Græcè, ζύγωμα, latinè verò iugale ab Anatomicis authoribus, nomine quidẽ à ſimilitudine ſumpto, ζυγὸν enim, & ζυγὸς iugum ſignificat: vnde ζύγωμα deriuatur: quoniam ſcilicet boum, ſiue equorũ iugo perſimile ſit, non toti quidem, ſed ei prętertim parti, quæ bouis, aut equi ceruicem cõplectitur. Qui verò ponti cuidã aſſimilarunt, nõ ininùs cõmendandi ſunt. Sed eius vſum ex Galeno triplicẽ perpendamus. Primus enim, ac mea quidẽ ſentẽtia principalior, & à natura magis intentus eſt, vt inde μασητὴρ, maſticatoriuſue muſculus ſuum principium duceret. .y. Niſi enim ab eminẽte, ſicq; eleuato, ſiue in altum pontem elato oſſe originem manſorius hic muſculus, principiumue ſumpſerit (vt cuiuis exquiſitè perlibranti liquere ſtatim poteſt) infernam mandibulam circunducere, ac per hoc ad maſticationẽ conferre talis muſculus nequiuiſſet. Inſtar verò pontis, ſubtuſq; vacuũ eſſe interim oportuit, vt tẽporali muſculo cederet, inſimulq; ſecundus eius vſus (quanuis Galeno primus) expleretur: qui quidẽ eſt, vt illi propugnaculũ fieret, quaſiq; abditũ ipſum tẽporalem muſculũ cõcluderet, ac ab extrinſecùs occurrentibus tueretur. Quæſtio enim à Galeno propoſita eſt .z. [Cur tandem ſolus hic muſculus in capitis oſſibus eſt abditus: cùm alia quidẽ oſſa ipſum excipiant (vel vt cõcauata, vel in margines, elataſue ſuperficies extuberantia) Alia autem in orbem cõplectantur (vt quod nunc propoſitum os zygoma eſt) adeò vt exigua eius pars ad finem frontis emineat?] Hęc eſt dubitatio. Ad quam ſic ſtatim reſpondet, dicens [An nõ huic ſoli, ſed etiã oculorũ muſculis hęc vtilitas eſt cõmunis? Nam inter omnes muſculos potiſſimum hi, ſi læſi fuerint, conuulſiones, febres, caros, & deliria inferunt. Ne igitur afficerentur ab extrinſecùs ipſis incidentibus, quæ contundere ſcilicet, atq; incidere ſolẽt: natura oſſa dura in orbem quaſi ſeptum quoddam circumiecit.] Quia igitur momentanei prædicti muſculi ſunt: Eapropter in eorum tutela ſolertiſſima natura fuit. At cur læſi (rurſùs ambigit Galenus) noxam maximã inferunt? Quia neruorũ principio (ſtatim reſpondet) ſunt proximi, ſolumq; ipſos os prohibet, quò minùs cerebrum ipſum cõtingant. Porrò muſculi tẽporales propterea ꝙ ſunt magni, magis, quã oculorũ muſculi nocere cerebro poſſunt: propterea quia etiam neruorũ, qui ad oculorũ muſculos ferũtur principiũ eſt vnicũ, plura verò eorum in temporales immittũtur. Si igitur quemadmodũ Hippocrates dixit .a. [Quæ propinqua, quæ cõmunia, & quæ prima ſunt, maximè lęduntur] Nihil autem propinquius cerebro, quam temporales muſculi: Neq; quiuis alius muſculus per plures neruos cerebro cõmunicat, conſentaneũ eſt principiũ exaudire quamcelerrimè, ac ſentire ipſorũ affectus. Ob eam igitur cauſam Hippocrates etiam rectè dixit, plagas in tẽporalibus factas læthales eſſe, atq; caros inducentes. Et ante Hippocratem natura quoq; pręuidit, maximã fore animalibus perniciem, niſi ſecuritati muſcu-

Cõtra Valuerdam.



Zygomatis vſus triplex.

y. Colligit 4. de anat. adm cap. 4. poſt princ. & 11. de v. par. cap. 4. poſt med.

z. 11. de v. par. cap. 3. Quæſtio.

Reſponſio.

a. Lib.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 123 sur 292

©BIU Santé

lorum temporaliũ proſpexiſſet. Proinde locum quampotuit munitiſſimũ effecit, primũ quidem cauum ipſis receptum velut antrum quoddã cõparans: oſſium verò adiacentiũ externas ſuperficies ſimas velut thalamos quoſdã efficiens: ſuperioribus autẽ eorũ oris ἄμβωνας, ideſt, margines imponens ad muſculos ſpectantes: vt omni ratione quòad maximè liceret, conſeruarentur, exiguaq; ipſorum pars ſupra oſſium ſeptum extet. Quam tamen & ipſam ſine munimẽto omninò nõ deſtituit: ſed partim ex ſuperiacentibus capitis oſſibus, partim ex eis, quæ ſunt ad fines ſuperciliorum, prælongum os vtrinq; productũ, foris quidem cõuexum, cauũ verò versùs muſculum efficiens, vtrinq; circumpoſuit: Quorum hoc quidem à partibus ſuperioribus, versùs ſuperciliũ deducens: illud autem ex inferioribus in ſatis magnã altitudinem attollens: poſt autẽ ad mediũ viæ ipſa inter ſeſe coniungens, fornicem quendã hunc oſſeum vtriq; muſculorũ prætendit. Qui ſi quid durum, aut violentũ muſculis extrinſecùs incideret, ante muſculos, vulnera, cõtuſiones, omneſq; moleſtias eſſet excepturus. Haudquaquam igitur os quoduis eſt hoc ζύγωμα (ſic enim Anatomici appellant) ſed medullę eſt expers, denſum, atq; inſtar lapidis durum. Natura id maximè agente, ne quid pateretur id propugnaculũ, quod his muſculis erat prætentura. Hæc Galenus. In quibus quidem verbis duo diligenter annotanda ſunt. Primum, quùm ait plures in temporalem muſculum, quam in oculum inſeri neruos, & ex pluribus principijs: Itemq; in oculum duntaxat vnicũ inſeri neruorũ principium. Id quod falſum dubio procul omni eſſet; niſi diuerſa principia neruorum, pluraq; nõ in eoſdem profectò, ſed in diuerſos oculi muſculos diſtribuerentur, velut anteà * de iecũdo, quartoq;, & octauo neruis per ſecundũ ſphenoidis foramen pertranſeuntibus, prædictum iam eſt. Qui verò ad temporalem proueniunt, plures in vnicũ muſculum, ex pluribus etiam principijs oriundi inſeruntur, illiq; ſenſum, ac motum præbent, ex tertio videlicet, ac quarto ſecundũ Galenũ dicto pari, per tertiũ, & quartũ ſphenoidis foramen pertranſeuntibus originem ducentes. Ex quinto etiam per ſecundũ, & tertiũ tẽporis foramen. Secundũ verò eſt, quoniam medullę quidem expers id os iugale protulit, de medulla propriè dicta intelligens: Minimè interim abnegare volens medullã, & ſi verè, cõmuniter tamen ſumptam vt eius (iuxta Galeni dogmata) nutrimentum, perindeac in alijs omnibus oſſibus, ita & iugali ineſſe. Quemadmodũ nos antea in expoſitione proœmij declarauimus. *b*. Quo etiã modo Veſalius Galeni verba prædicta tranſcribens intellexit: vt malè cãlũniantem Veſalio Columbũ pateat: intùs cauernoſum eſſe id velut nouum quoddam portentũ oſtẽdere ſe credentem. Tertius verò zygomatis vſus apud ipſum quoq; *c*. eſt, vt coronæ, acutoue inferioris mãdibulę proceſſui, muſculiq; tẽporalis implãtationi, tendoniue propugnaculũ fieret, ab extrinſecùs occurrentibus hęc defendens. Quibus addamus & nos quartũ vſum, vt ſciliçet maxillę inferioris cũ capite dearticulationem, eiuſq; capitulũ tueatur. Magis enim à iugali hoc oſſe, quã à mamillari (de quo prædictũ iam eſt. *d*.) proceſſu articulus hic defenditur. Cùm diſtet ille magis, auditorio interim tympano, meatuue inter mamillarẽ proceſſũ, & articulũ prædictũ interpoſito, prout vberiùs de hoc infrà determinabimus. *e*. Sed maxillæ ſuperioris oſſa cum Galeno contemplemur, ſic ſtatim ſcribente.

Notãdum primum.

* Cap. 1. huius com. 8. poſt princ.

Notãdum ſecundum.

b. Com. 5. circa princ. Cõtra Columbum. c. 11. de vſ. pa. cap. 20. circa med.

d. Cap. pcedenti cõ. 7. verſus finẽ.

e. Cap. 5. com. 2.

Περὶ τῶν τῆς ἄνω γένυος ὀστῶν. Κεφάλεον. γ.

De maxillæ ſuperioris oſſibus. Caput Tertium.

TEXTVS PRIMVS.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀφορισθέντων ῥᾳδίως τῶν ἄνω γένυν, ἀπότε τῆς κεφαλῆς, καὶ τὰ σφηνοειδῆ ὀστᾶ προείρηται. περὶ δὲ τῶν κατ' αὐτὴν τὴν γένυν, ἐν πᾶσι λεχθήσεται πρότερον ἴσως ἄμεινον ἐπὶ τοῖς νεωτέροις ἀνατομικοῖς ἔτεσθαι. εἰώθασι γὰρ καὶ τὰς καθ' ἁρμονίαν συνθέσεις ὀνομάζειν ῥᾳδίας, καὶ τοῦτ' εἰκότως πεπόνθασιν. ὃ γὰρ ἐστιν εὑρεῖν ἐπὶ πάντων ὁμίως τῶν κρανίων τὴν πρωτοειδῆ σύνθεσιν ἠκριβωμένην ἐναπάσας ταῖς ῥαφαῖς· ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω ἐνίοτε συντάξεως τῶν ὀστῶν, ἐν ἑτέρῳ μὲν κρανίῳ ῥαφὴν ἐστιν ἰδεῖν, ἐν ἑτέρῳ δ' ἁρμονίαν· ἡμεῖς μὲν τοι πολλάκις ἐκκόψαντες, ἔνια τῶν τοιούτων ὀστῶν, ἀντεμβαίνοντα κατὰ τὸ βάθος ἀλλήλοις εὕρομεν. ὡς εἶναι ῥαφὴν μᾶλλον ἢ ἁρμονίαν τὴν σύνθεσιν αὐτῶν ὁμοίαν. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ῥαφὰς ὀνομάζειν, ἢν αὖ τις ὀκνήσειεν, ἁπάσας αὐτάς.

De futuris quidem ſuperiorem maxillam à capite, cuneiformiq; oſſe diſcernentibus prædictũ eſt. De his verò, quæ in ipſa maxilla exiſtũt, in præſenti ſermo fiet. Satius autem fortaſſis eſt primùm recentiores anatomicos inſequi. Cõſueuerunt enim & per harmoniam factas cõpoſitiones illi ſuturas nominare: iureq; id accidit. Haud enim inuenire contingit in omnibus ſimiliter caluarijs ſerratilem compoſitionem omnium ſuturarum exquiſitam. Sed aliquando in ipſa oſſium ſtructura cernere eſt, alteri quidem caluariæ futuram ineſſe, alteri verò harmoniam. Nos porrò huiuſmodi oſſium nonnulla ſæpenumerò excidentes, in imo ita ſeſe mutuo ingredientia inuenimus; vt eorum compoſitio futuræ potiùs ſimilis eſſet, nõ harmoniæ. Quamobrem & eas omnes appellare futuras, nemini verendum ſit.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 124 sur 292

COMMENTVM PRIMVM.

QVÆ in hoc capite dicentur, humanę caluarię quamminimùm reſpondebunt: idcircò multi manifeſtabũtur Galeni (ſalua ſemper tanti pręceptoris reuerẽtia) defectus. Maxima enim ex parte de ſimiarũ, vel cercopitecorũ craniis verificabũtur. Quodq; peius eſt, interdùm ab illorũ quoq; vera deſcriptione deficient, canumq; nonnunquam caluarijs aptabuntur. Peſſimũ verò eſt, quùm neq; his reſpondebunt: prout cuncta ſigillatim deinceps demonſtrabimus. Totum verò hunc ſermonem, vſq; ad dentium hiſtoriam, in vnũ coniungere caput debemus: cùm eouſq; de maxillæ ſuperioris oſſibus loquatur Galenus. Ex quo malè diſtinxiſſe illos liquet, quicunq; fuerint, de naſi oſſibus, vel περὶ ῥινὸς, hoc eſt de naſo, diſtinctũ caput à maxillæ ſuperioris oſſibus intelligentes: tùm quia ibi etiã de maxillæ ſuperioris alijs oſſibus, quæ nõdum ſcripſerat, pertractabit: tùm magis quia naſi etiam oſſa inter eiuſdem ſupernæ mandibulæ oſſa neceſſariò cõnumeranda veniunt: tùm tertiò, quoniã in eo, quod diſtinxerunt capite, cui [de naſo] titulum indiderunt, minimus de naſi oſſiculis ſermo eſt totus verò reliquus de maxillę ſuperioris oſſibus. Sit igitur totius huius hiſtoria ad dẽtes vſq; excluſiuè, caput tertiũ. Sed nos Galeni verba cõtemplemur. Quæ enim hucuſq; in pręſenti contextu ſcripſit, veriſſima quidẽ in cuiuſuis animalis caluaria ſunt, nec minùs per ſe vſq; adeò clara, vt noſtra nõ indigeant enarratione. De ſuturis igitur (inquit) ſupernã maxillã à capite, & ſphenoide oſſe diſtinguentibus, prędictum quidem primo capite fuit .f. Dum ſcilicet de cõmunibus illis duabus ſuturis ſermo factus à nobis eſt. Quo & iam capite de proprijs capitis ſuturis pertractatũ eſt .g. Dicit autẽ à capite q. d. ab oſſibus capitis & ſphenoide, quãquã ſphenoides quoq; ipſum capitis os eſt: per ſe ipſum dimittens. Cùm diuerſa apud quoſdã opinio ſit, an ex oſſium capitis numero ſit (vt poſtea videbimus .h.) Nos autem cùm ſphenoides ipſum os inter oſſa capitis, tanquã cerebri plurimum reſpiciens, neceſſariò locãdum ſtatuerimus; cõmunes has ſuturas interpretabimur, pręſertimq; primam cõmunem prędictam, .i. quæ ſuperiorem maxillã à cęteris capitis oſſibus, atq; ipſo etiã capitis oſſe ſphenoide ſecernunt. Quibus iam pręoſtenſis, impręſentiarũ de proprijs maxillæ ſuperioris oſſium ſuturis ſermo fiet. Melius autẽ eſſe inquit neotericos anatomiſtas inſequi, quòd ad ſuturæ inquã nominis vſum: vt ſcilicet ſuturę nomen largè capiamus, prout harmoniam quoq; vel ſecundũ totum, vel ſecundũ partem cõprehendit. Sic enim illi ſuturæ nomen vſurpare ſolebant. Quorum interea cõſuetudinẽ ratione cõmendat Galenus: quoniã & ſi extrinſecùs harmoniæ quędam appareant: effracta nihilominùs oſſa, & exquiſitiùs intùs perpenſa ſæpiſſimè in ſeſe mutuò, ſuturarum veriſſimarũ inſtar, ingredientia reperiuntur. Quamobrem eas omnes oſſium ſtructuras, etiam ſi exteriùs harmoniæ appareant, forteq; etiã interiùs: cùm ſæpè nonihil ſuturę in quibuſdam partibus participare ſoleant: idcircò ſuturæ nomine donari cõmuniter abſurdum nõ eſſe, meritò concluſit, neminiq; verendum fore ſic eas appellare. Dum igitur ſuperioris maxillę ſuturas veſtigabimus, cõmuniter ipſas etiã nuncupatas harmonias intelligemus: ne quiſpiã fortaſſis circa huiuſmodi nomina conturbare nos intendat. Quæ quidẽ ſic ſumptę ſuturę omnes, qualeſcunq; fuerint, apud ipſum (vt videbimus .k.) Galenũ in pręſenti capite ſeptẽ numerabuntur. Nos autẽ eas in homine ad minus vndecim, ad ſummũ verò quatuordecim eſſe oſtẽdemus. Adeò vt cũ proprijs, cõmunibuſq; capitis ſuturis, in prima ſceleti parte viginti quinq; eſſe ſuturas proferre queamus. At nunc ex Galeno ſingulas ab eo poſitas contemplemur.

Expoſitio textus.

f. Tex. 5.

g. Textus 3. & 4.

h. infrà tex. 8. & 9. tactum; antea cap. 1. tex. 6.

i. Cap. 1. tex. 5. Suturæ nomẽ quomodo hic ſumendum.

k. Infrà cõ. cum tex. ſequenti 4. & 6.

Com. 5. circa finẽ.

TEXTVS SECVNDVS.

Ἔστι δὲ πρώτη μέν ἡ τῆς τοῦ ζυγώματος ἐκφύσεως ὑπὸ κάτω τελευτᾶ· δ' αὐτῆς τὸ μὲν ἕτερον μέρος, ὀπίσω φερόμενον, εἰς τῆς ὑπ' αὐτῷ τοῦ ζυγώματι κοιλότητα συνάπτον ἐνταῦθα τῇ κοινῇ ῥαφῇ πρὸς τὰ φρονιμιαῖα ἄκρα ῥαφή· τὸ δ' ἕτερον ὄρθιον ἅμα, καὶ λυγὸν ἀναφερόμενον ἐπὶ τὰς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν εἰς μέσης ἔρχεται τῶν κάτωθεν ὀπῶν αὐτῶν· κἀκεῖ πάλιν ἐνταῦθα σχιζῆ χιόσθεν, ἐνὶ μὲν τῶν μερῶν, παρὰ τὸν μέγαν κανθὸν, ἔξωθεν, ἐπὶ τὸ μετώπιον ἀνέρχεται· ἑτέρῳ δ' ἐφεξῆς αὐτῷ κειμένῳ διὰ τῆς κοιλότητος, ὑπὸ τὸν αὐτὸν κανθὸν, ἐπὶ τὴν ῥινὸν ἀφικνεῖται ῥαφὴν τῆς κεφαλῆς, ὥστε περιλαμβάνεσθαι γε τὸν κανθὸν μὲν αὐτὸν, καὶ τὸ φυσικὸν δὲ σῆμα τὸ ὑποκείμενον αὐτῷ, μέγιστον ὑπάρχον ἁπάντων τῶν τῆδε σημάτων, ὑπὸ τῶν ἑπομένων δύο ῥαφῶν· ἡδὲ τρίτη μοῖρα τῆς ἑπομένης σχίσεως, ὑπερβαίνουσα τὸν κάτωθεν ἀμβῶνα τῆς χώρας τῶ ὀφθαλμῶ, πρὸς τὸ βάθος ἔσω φέρεται, καὶ ταῦθα συνάπτει τῇ κοινῇ ῥαφῇ τῆς κεφαλῆς.

Est autem prima quidem ſub iugalis oſſis exortu. Cuius pars altera poſteriùs tẽdens in cauitatem ſub eodem iugali definit, ibi cum cõmuni ad ſphenoides os ſutura concurrens: Altera verò pars recta ſimul, & obliqua ſurſùm ad oculorũ ſedes procedens, in medium illorum inferiorem ambitum peruenit. Moxq; ibi trifariam diſciſſa: vna quidem parte propè maiorem angulum exteriùs ad medium ſuperciliorum aſcendit: Altera verò huic ſuccedente per cõcauum ſub eodem angulo

Sutura prima & ſecũda penès Galenũ.

©BIU Santé

„ angulo ad cõmunem capitis ſuturam pertinet. Adeò vt tùm angulum ipſum, tùm naturale fora-
„ men ei ſubiectum, omniumq; eius loci foraminum maximum exiſtens cõprehendat. Sub dictis
„ duabus futuris tertia pars antedictæ ſciſſuræ, inferiorẽ in ſede oculi ambitũ inſcendens, interiùs
„ ad imum fertur, ibiq; communi capitis ſuturæ coniungitur.

COMMENTVM SECVNDVM.

Sutura prima, & alterius lateris ſecunda. Cõtra Galenum.

PRIMAM quidem ſuturam in vno latere, in altero verò ſecundam deſcribens Galenus, quæ primũ ſuperioris maxillę os a quarto eiuſdem, ac ſphenoide ſecernit, rectè quòad poſteriorẽ eius partem locutus eſt: ſicuti quòad priorem quoq;, donec ad medium oculi ambitum perueuerit. Falſum verò eſt quod ſubdit, eam ibi trifariam diſcindi, non in hominibus modò, ſed neq; in ipſis etiam ſimijs, vel cercopitecis, aut canibus. Reuertitur enim per oculi orbitæ medium ad magnam fiſſuram vſq;, quam ſphenoidis decimũ foramen cõmune antea .l. numeraumus. Simplex igitur vtraq; huius primæ ſuturæ pars eſt: tam ſcilicet anterior, quàm poſterior. Galenũ verò cuiuſpiã fortaſſe animalis malè a fibris nonnullis emundatũ cranium decepiſſe credimus, vel alterius negligẽtis anatomici negligens quoq; ipſe falſam hiſtoriã proſecutus eſt. Quannis enim rimula quędã exteriùs ſurſum ad ſupercilia aſcendens appareat, præſertim q; in canibus: ea tamen primæ ſuturæ iam iam propoſitæ pars non eſt. Cùm ab ea nõ incipiat, neq; cum ea cõiungatur: Sed neq; ad ſuperciliorũ mediũ in homine ipſo ad cõmunem vſq; ſuturã aſcendat. Quam igitur tertiã poſuit partem, ea eſt primæ ſuturæ anteriùs cõplemẽtum. Quam verò poſuit primam, ea in homine nulla reperitur. Eius igitur loco eſt ſecunda quædã ſutura ſtatuenda, ſecundũ maxillæ ſuperioris oſſiculum circũſcribens, nullamq; eum prędicta ſutura prima cohęrentiam habens, ſed primum inter maxillæ ſuperioris foramina ſtatuendum, .m. parum in ſe foramen cõtinens. Eius etiam vice, quam deniq; ſecundã partem Galenus hic declarauit, cum nulla quoq; in homine ſit tertia quædam ſutura eſt, tertiũ eiuſdem maxillę ſuperioris os à quarto diſtinguens. Tres igitur diſtinctę ſuturę ſunt, nõ vna (vt Galenus non rectè ait) tripartita. Quæ cum in vtroq; latere perpendantur, ſex hucuſq; erunt. Quod autẽ Galenus idem in ſecundæ partis declaratione ait, quòd ſcilicet ad cõmunem capitis ſuturã, ſcilicet ſecundam ſuperiùs declaratam, .n. perueniens, tùm angulum ipſum maiorem, tùm foramen ei ſubiectum, eiuſq; loci foraminũ omniũ maximũ cõprehendat: Niſi magis falſum dicere malueris, angulum oculi intelligere oportet, nõ exteriorem duntaxat aliquem maiorem, qui ad naſum, aut ſibi oppoſitum minorem: ſed vniuerſum angulũ maiorem, vſq; ad intimũ, qui ad oculi radicem ſpectat: ſicq; longum totum hunc angulum capiemus. A vero enim angulo introrsùm vergens multũ diſtat. Foramen verò, quod anteà inter ſphenoidis foramina decimũ ſtatuimus. o. Cõmune quidẽ ſphenoidi, primoq;, & quarto maxillę ſuperioris oſſibus, declarantes, omniũq;, quæ ibi ſunt, maximum exiſtens. Verùm id foramen ab ea ſuturę portione minimè cõprehenditur, neq; circumſcribitur: quanquã illi vicinum, ſubiectumue ſit. Quòd ſi foramen aliud intelligit, quod ſcilicet nos in ſra .p. primũ inter maxillæ ſuperioris foramina numerabimus (vti eum intellexiſſe veroſimilius eſt, nobiſq; magis arridet.) Idipſum quoq; nec ab ea ſuturæ parte comprehenditur, tametſi quadantenùs tangatur (conceſſo etiam ei, quòd primæ ſuturæ portio quædam ſit) neq; maximum eſt eorum foraminũ, quæ ibi exiſtunt. Credimus autem caluarias a Galeno perſpectas nimiùm quoq; deſiccatas fuiſſe, adeò vt ſecundũ foramini aſtans oſſiculum ceciderit: veluti ſępiſſimè contingit. Vnde maximum illud foramen ſibi viſum eſt: vndiq; igitur anguſtiæ ſunt: Galenuſq; ab errore immunis fieri nequit. Minùs tamen erraſſet, ſiquidem angulũ, & foramen priore modo intellexiſſet. Notandum verò etiam eſt, circa tertiam prędictam ſuturæ portionem (quam nos primę potiùs cõplementum eſſe paulò ante iam diximus) quoniã ad communem terminari ſecundam ſuturam Galenus ait. At ſi exquiſitè perpenderis, ad prędictũ ſphenoidis foramen decimũ, ſeu mauis dicere fiſſuram, terminatur. Quæ enim inde aſcendit ſuturæ portio, pars eſt quędam cõmunis ſuturę alterius, primæ ſcilicet ſphenoidis os ipſum circumſcribentis: cum qua poſterius etiã hæc prima ſuperioris maxillę ſutura propria cõiungebatur. Adeò vt à tribus futuris primũ maxillę ſuperioris os, quin rectiùs à quatuor circumſcribatur: poſteriùs quidem, interiuſq;, à prędicta prima ſphenoidis cõmuni. Superiùs autem ab alia ſecunda, quæ à tempore ad tempus procedit cõmuni. Anteriùs verò, exteriuſq; à prima iam dicta maxillæ ſuperioris propria primum id os à quarto, diſcernente: Ad zygomatis deniq; pontem, ab alia communi ſutura deſcribitur, ipſum ab alio temporis proceſſu, diſtinguente. Sed reliqua Galeni verba contemplemur, vt alios quoq; nonnullos eius errores, ſeu malumus dicere negligentias deregamus.

Iſ. Cap. 1. com. 8. Cauſa erroris Galeni.

Sutura 3. & 4.

m. Infrà com. 9. Sutura 5. & 6.

n. Cap. 1. tex. & cõ. 5. Cõtra Galenum.

o. Cap. 1. com. vlt. Expoſitio prima.

p. Com. 9.

Cauſa erroris Galeni.

Cõtra Galenum.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 126 sur 292

TEXTVS TERTIVS.

Ὡς γίγνεσθαι τρία καθ' ἑκάτερον μέρος, ἐξ ἀριστερῶν τε, καὶ δεξιῶν ἀσᾶ τῆς ἄνω γένυος, ἅτις συντέτακται τῇ κεφαλῇ. μέγιστον μὲν οὖν αὐτῶν ἐστὶ τὸ ζύγωμα. καὶ γὰρ καὶ τὸ προτάφιον τι συνεπιλαμβάνει καὶ τῆς ὀρβίτος, καὶ τῆς χώρας τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τὸν μικρὸν κανθὸν, ἐν ἑαυτῷ περιλαμβάνει μέχρι τοῦ καλουμένου μήλου καθήκον. ἐξῆς δ' αὐτῷ καὶ θέσει, καὶ μεγέθει τὸ κατ' αὐτὸν ἐστὶ τὸν ὀφθαλμὸν, ἐν ᾧ περιέχεται τὰ πρὸς τὴν ἄνω γένυν. ἀφικνούμενα νεῦρα. σμικρότατον δ' ἁπάντων ὑπάρχει τὸ περὶ τὸν μέγαν κάνθον. Ἔνιοι δὲ τῶν ἀνατομικῶν ἓν εἶναι γράφουσι τὰ τρία αὗτα, εἰς τὴν ῥίζαν τῶν ὀφθαλμῶν, ἀποσχίζομένας δύο ῥαφάς, ἢ μικρὸν ἐκδόντες, ἢ παραλείποντες ἐκόντες ὡς μικρά.

Quòd fit, vt terna maxillę ſuperioris oſſa ex vtraq; parte: ſiniſtra inquã, & dextra facta ſint, quibus capitis ipſi cõmittitur. Horum igitur maximũ eſt, quod iuxta iugale ſitũ eſt: Nonnihil enim tẽporis, ſupercilijq;, & ſedis oculorũ vnã cõprehendit, totumq; exiguũ angulũ in ſeipſo circumſumit, ad partem vſq; malũ nuncupatã perueniens. Huic autẽ tùm poſitione, tùm magnitudine ſuccedit os in oculo contentũ: In quo ad ſuperionem maxillã tendentes nerui cõprehenduntur. Minimum autem omniũ eſt, quod circa magnũ oculi angulũ exiſtit. Nonnulli autem anatomici tria hęc oſſa ad oculorũ radicem ſubeuntia, vnum eſſe ſcribunt: Duas, quibus diſtinguuntur, ſuturas vel prorsùs minimè videntes, vel tanquam exiguas ſpontè prętermittentes.

COMMENTVM TERTIVM.

TRIA quidem oſſa poſuit vtrinq; Galenus hic, quibus maxilla ſuperior capiti cõmittitur. Cùm tamen veriùs quinq; hęc ſint, exquiſitiuſq; cõtemplando, ſex. Eſt enim prẽter hęc quartũ quoq; os omniũ proculdubiò maxillę ſuperioris maximũ, quod in ſe dentes cunctos recipit. Id enim tàm intùs ad ſphenoidis, frontiſq; oſſa pertinet, quàm extrà propè nares frontis oſſi notabili portione cõiungitur. Quòd ſi naſi quoq; oſſiculum vtrinq; perpenderis, ordine ſextum à Galeno poſtea ſtatuendũ (licet à Veſalio quintum) per id etiam, capitis maxillam ſuperiorem cõmitti inuenies. Solis ſub dubio quodam remanentibus, an capitis oſſa cõtingant, duobus illis paruis maxillę ſuperioris oſſibus, quæ ad narium interna foramina circa palatum cõſiſtunt. Sub dubio inquã remanentibus apud eos, qui cuneiforme os inter capitis oſſa cõnumerandũ ne ſit, ambigunt. Huic enim duo illa oſſicula cõiunguntur. Quoniam verò cõpertiſſimũ nobis eſt, ſphenoides id os, inter capitis oſſa neceſſariò (veluti prędiximus. *q.*) cõnumerandũ: Idcircò exactiùs perlibrantes, omnia maxillę ſuperioris oſſa capitis oſſibus per ſe cõmitti, ſicq; maxillã ſuperiorem capiti, nõ per ſex (tria ſcilicet vtrinq;) ſed per duodecim (ſex videlicet vtrinq;) quinimmò addito (vt videbimus *) quodã aratri cultro perſimili, per tredecim oſſa cõiungi cõcludemus. Quòd ſi de his duntaxat loquamur, quæ ad oculi orbitã ſpectant: Rurſùs nõ tria, ſed quatuor eſſe dicemus. Cùm prędictũ quartũ os magis, quàm primũ, ad oculi circulum, cauitatemq; intùs, & extra pertineat. Idipſumq; os eſt omnium maximũ, nõ primũ à Galeno prędictũ. Niſi pro Galeni defenſiuncula quadam, excuſationeq;, dicere quis audeat, de tribus duntaxat locutum, quæ prędictis futuris, ſiue futurę primę tripartitę portionibus circumſcripta ſunt. Tunc enim tria ſunt caput contingentia. Verùm excuſationes hæ nullius momenti ſunt. Sicut enim in futurę enarratione Galenus à vera, naturaliq; illius hiſtoria magnoperè defecit: Ita etiam vt in oſſium eorum explanatione. Speciatim verò ſecundi ab eo deſcripti, quod nos Veſalij ordinem inſequentes tertiũ nuncupare ſolemus. Haud enim os id (ſiue ſecundũ cũ ipſo, ſiue tertiũ nobiſcum appelles) ad primũ ſic poſitione, ſicut magnitudine ſequitur. Cùm inter id & illud mediũ iaceat os quartũ. Funditùs autem ad oculi ſcilicet radicẽ os ſphenoides interiacet. Sed neq; os id à Galeno ſecundũ dictũ, foramine prędictum eſt, per quod nerui ad ſupernam maxillam deſcẽdunt. Quarti enim omnium maximi oſſis proprium id foramen eſt. Galenus autem eam futuram minimè aduertens, quam nos anteà .r. tertiam quandã maxillæ ſuperioris futuram nuncupauimus, tertiũ os circumſcribentem, & à quarto ſegregante: ſed alias interim duas falſas effingens (videlicet quas primã, & ſecundã primę futurę portiones ſtatuerat) oſſis quarti portionem illam internã tertio noſtro oſſi confudit, ſuũ ſecundũ os ex ambobus cõſtituens. Tria igitur vtrinq; oſſa prędictæ tres noſtræ futuræ diſtinguent. Aliter tamen, quàm à Galeno declarantur. Quemadmodũ aliter etiam futuræ diſtributæ ſunt, quàm ab ipſo declarentur. De maiore autem crimine increpandi ſunt anatomici illi: Qui quidem hęc oſſa vnũ eſſe crediderunt: vt qui ſecundam, & tertiã prędictę futuræ à Galeno deſcriptæ portiones: vel rectiùs dixerimus, vt qui ſecundam, & tertiã à nobis declaratas futuras nõ aduerterunt. Quorum tamen cęcitatem (quod peius eſt) inſecutus etiam ipſe Galenus libro de vſu partiũ vndecimo fuit. *ſ.* Quem librum ante hunc ſcripſiſſe tenemus. Dicit enim ibi duo eſſe, quæ ad anteriorẽ zygomatis productionẽ, atq; oculorum

Cõtra Galenum.

*q. Supra c. 1. com. 6. 7. & 8.

* Infrà cõ. vltimo.

Galeni excuſatio.

Improbatio.

r. Com. præcedenti.

Contra quoſdã veteres Anatomicos.

Cõtra Galenum.

ſ. Cap. 20. poſt princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 127 sur 292

©BIU Santé

lorum cauitatem infernam pertinent. Quæ quidem cum alijs quinq; prędictis, duobuſq; ſtatim ab ipſo iuxta naſi in os meatus dicendis nouenariū numerum complebant. Vbi apertiſſimè patet tria hæc vtrinq; poſita oſſa ab eo tunc pro duobus, vno videlicet vtrinq; capta fuiſſe. At reliquorum oſſium maxillæ ſuperioris anatomen, pro totius complemento, contemplemur: quùm ad quarti oſſis deſcriptionem progreditur, ſic dicens.

TEXTVS QVARTVS.

„ Τ̓πὸ δὲ τούτοις ἅπασι, καθ' ἑκάτερον μέρος ἓν ὀστοῦν ἐστὶ, τοῖς εἰρημένοις τρισὶν ὑποτεταγμένον, ἀξιόλογον τῷ μεγέθει,
„ καὶ γὰρ καὶ τὸ μῆλον ὀνομαζόμενον τοῦτο μόριον ἐστὶ, καὶ τὰ τῶν ὀδόντων ἁπάντων φάτνια, πλὴν τῶν τομέων. ὁρίζουσι δ'
„ αὐτὰ ῥαφαὶ τέσσαρες: ἄνωθεν μὲν, ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἀπὸ τοῦ ζυγώματος ἐπὶ τὸ μεσόφρυον ἀνοφέρεσθαι. κάτω-
„ θεν δὲ ἡ κατὰ μέσον τὸν οὐρανίσκον εὐθεῖα. δύο δὲ λοιπαὶ τούτας ἐπιζευγνύουσιν. ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ μεσοφρύου μὲν ἀρχομένη, παρὰ
„ δὲ τὴν ῥῖνα φερομένη, καὶ μεταμὺ τοῦτε κυνόδοντος ὀνομαζομένου, καὶ τῶν τομέων διεκπίπτουσα. καὶ ἄλλη μέρος μέντι αὐτῶν
„ ἔχουσα τῇ κοινῇ τοῦ σφηνοειδοῦς, ὅσον ἐν κύκλῳ περιθεῖ τὸν ἔσχατον ὀδόντα. τὸ λοιπὸν δὲ ἴδιον, ἄχρι τοῦ συτάψαι
„ τῇ κατὰ τὸν οὐρανίσκον εὐθείᾳ ῥαφῇ.

„ His autē omnibus, quæ tria eſſe dicta ſunt, ab vtroq; latere vnū os effatu digna magnitudine
Sutura 7. ſe- „ ſubiacens eſt. Etenim & os malū appellatū huius pars eſt, dentiumq; omniū, exceptis inciſorijs,
cūdū Gale- „ alueoli. Diſtinguūt autē hęc futurę quatuor: Supernè quidē ea, quā paulò ante diximus à zygo-
nū verò 3. „ mate ad medium ſuperciliorū aſcendere: Infernè autem, quę per medium palatū recta procedit.
Octaua, & „ Duæ verò reliquæ has coniungunt: Ea quidem, quæ à medio ſuperciliorum incipiens, ac iuxta
nona Gale- „ naſum procedens inter caninum vocatū, & inciſores dentes delabitur. Alteraq; partem quandā
ni 4. & 5. „ habens (quantū ſcilicet extremū ambit dentem) cum cōmuni ſphenoidis ſutura conuenientem:
Galeni ſex- „ reliquam verò propriam, quòad cum recta palati ſutura coniungitur.
ta, verè au- „
tē decima.

COMMENTVM QVARTVM.

QVATVOR alias à prędictis duabus futuras innuit hic Galenus. Eruntq; tertia, quarta, quintaq;, & ſexta. Tertia quidem, quæ per palatum recta procedit. Quarta verò, & quinta ſunt, quas à medio ſuperciliorū deſcēdentes caninos dentes ab inciſorijs diſtinguere ait. Sextaq; demum trāſuerſa à quartis quinta oſſa ſegregans. Quartum maxillæ ſuperioris os deſcribens hic Galenus, vnam eius partem: anteriorē ſcilicet iuxta iugale os exiſtentem, Grękè μῆλον latinè malum, vocari ait (Quanuis hoc nomine Celſus .t. totam ſupernā intellexerit maxillam) Amplam interea huius quarti oſſis cauitatem, antrumue, atq; huius vſum minimè cognoſcens: quæ quidē nos anteà tetigimus: .u. quùm de capitis oſſiū antris, eorūq; vſibus vnà cū foraminibus loqueremur. Nunc igitur de futuris duntaxat quartū huiuſmodi os circumſcribentibus pertractemus: à canum, ſimiarumq;, & cercopitecorū, animaliumq; aliorū multorum exertos quoq; dentes habentium caluarijs deceptus Galenus: quandam in hominis maxilla ſuperiore futuram vtrinq; addidit, quæ inciſorios dentes, eorumq; contentiuū os cōprehendens à quartis oſſibus, alijſq; dentibus diſtingueret. Quod interim inciſorios dentes comprehendens os (vt poſtea videbimus *) nōnunquā nō pro vno, ſed pro duobus numerat. Quod quidem ſiue vnum, ſiue duplex ſit, in homine videri à quartis oſſibus diſtinctū, ne per ſomnium quidem, niſi fabulosè, permiſſum vnquam eſt. Quod enim prędictis tribus maxillę ſuperioris oſſibus ſuccedit quartū os, effatu digna magnitudine reliqua ſuperans, duplex quidem eſt alterū quidem in dextro, alterum verò in ſiniſtro latere vnica tātum futura quam ordine ſeptimā ſtatuemus, * in præſenti verò cōmento ex Galeno tertia, deinceps verò ſextam ſupernè deorsùm recta deſcendente ſub naſo, & ex anterioribus retrorſum per inciſoriorū dētium, ſuperiorū, palatiq; medium, ab inuicem diſtincta, denteſq; omnes tùm inciſorios, tùm caninos, molareſq; cōprehendentia. Quā igitur tertiam futuram hic poſuit (ordineq; in vtraq; parte numerandam, ſi adeſſet, octauam, & nonam) ſecundū Galeni verò numerū quartā, & quintam, à medio ſcilicet ſuperciliorū incipientem, ac iuxta naſum inter caninum, & inciſores dentes prolabentem, eam in homine (niſi quòad naſi officula) deeſſe, cōpertiſſimū habeto. Ex prędictis igitur in prędicti textu quatuor futuris, cùm vna deſit, tres duntaxat futuræ erunt, quæ os huiuſmodi quartum circūſcribent. Quanquā in ſuperioribus quoad naſi officulū reperitur. Ideoq; ſi exquiſitiùs perpēdere voluerimus, ſeptē veriùs determinari futuris inueniemus. Prima inquā ea, quæ ipſum à primo oſſe diſtinguit: quā Galenus hic quoq; primam rectè poſuit: Secunda verò, quæ ſecundū officulum circumſcribens ipſum à quarto, quartumq; ab eodem ſecernit: Tertia, quæ tertium quoq; os cōterminans ipſum ſimiliter à quarto, ac per hoc quartum ab ipſo tertio ſegregat. Quartaq; deinceps cōmuni (quæ ſecunda cōmunis anteà .x. ab ipſo etiā Galeno dicta eſt) quartum quoq; prędictū os ab oſſe frontis diſtinguētę: Quintaq; rursùs os idem ab officulo naſi ſeparāte, quā Galenus in prędicti textu

tertiam

1. Lib. 8. c. 1.

u. Cap. 1. com. 8. Cōtra Galenum.

* Infrà com. 9.

* Infrà com. 6.

Octaua, & nona futura in homine deſunt.

Suturę ſeptē circa os quartum.

2. Cap. 1. tex. 5.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 128 sur 292

tertiam posuit. Nos autem infrà .y. octauã, & nonam verè esse ostendemus. Quibus quinq; prędictis duas alias addamus, quas Galenus hic secundo, & quarto loco numerauit. Secundo inquã (licet ab initio tertia eius sit) quæ scilicet per medium palatũ recta procedit, dextrum, quartum à quarto sinistro osse diuidens, hancq; nos ordine sextam, nunc in cõmuni autem numero septimam, supponemus. Quartoq; demùm (licet ab initio sexta eius sit) quam nos septimã nunc, in generali autem numero decimã statuemus, quæ transuersim per ipsum quoq; palatũ à dextris ad sinistra tendens, prędictũ os quartũ a quinto statim dicẽdo maxillæ superioris osficulo, iuxta foramen è naribus in os desinens, existẽte secernit. Septem igitur futuris huiusmodi quartũ os veriùs circumterminatur, & ab alijs maxillę superioris, ac frontis, & sphenoidis etiã ossibus distinguitur. Cùm verò Galeni verba, & eorum quoq; in prędictis falsitates per se pateant: Ad reliqua pertranseamus. Quintum maxillę superioris os ab ipso etiam Galeno discentes, quùm subdit. y.Com.6

TEXTVS QVINTVS.

» Τέτοις δὲ τοῖς ὀστοῖς μεγίστοις ὄσιν, ὡς ἤρηται, δύο ἕτερα παράκειται μικρὰ, καθ' ἃ καὶ συντέτηκται πρὸς ὑπερῶαν
» ἡ ῥὶς, ὅροι δ' αὐτῆ εἰσὶν, ἥτ' ἰδία μοῖρα τῆς προσηρμένης ῥαφῆς, ἥ τ' ἐγκαρσία τῆ σφηνοειδεῖ ὀστῆ, ἡ μεταξὺ τῶν
» ἐσχάτων ὀδόντων. ἅπτεται μὲν ἓν ἀπὸ τῶν περιεχόντων αὐτὰ χωρίζουσιν. ἀλλήλων δὲ χῆ τὴν εὐθεῖαν τὴν ἐν ὑρανίσκῳ
» ῥαφὴν διώρισαν.

» His autẽ ossibus maximis (vti dictũ est) existẽtibus, duo alia exigua adiacent: Quà scilicet nasus in palatũ perforatur. Termini autẽ horũ sunt, tùm ꝓpria antedictę futurę pars, tùm etiã, quæ » transuersa à sphenoide osse inter extremos dentes media procedit. Hæ igitur futuræ ab ambien» tibus hæc ossibus secernunt. Abinuicem verò per rectam palati futuram distinguuntur.

COMMENTVM QVINTVM.

Ἀξιόλογον μεγέθει, quod est, effatu dignum, magnitudine, seu mauis dicere insignis magnitudinis os quartum esse in prędcedenti textu dixerat, nõ μέγιστον hoc est, maximum. Per hoc igitur verbum [μεγίστοις] illius expositionem innuit: vt scilicet per [effatu dignũ magnitudine] maximũ intellexerit. Maximis igitur quartis ossibus inferiùs in palato quintũ par osficulorũ adiacet. Sunt autem hæc omnibus perspicua. Cùm vtraq; antedictæ textu prędcedenti quartæ, generali autem numero decimæ, sed Galeni ordine præposito sextæ futuræ parte, scilicet propria, & cõmuni, à quartis ossibus, ac sphenoide distinguantur. Vesalius autem sexto loco hæc osficula numerauit: quintũ interea par illud potiùs numerãs, quod Galenus sexto loco, in naso inquã, statim subdet. Verùm hoc nullius momenti est. Nos igitur Galeni ordinem hic insequentes, cùm ea, quæ hic dixit non minùs manifesta, quam vera etiam dici possint: ad sextum ossium maxillæ superioris par accedamus: quùm sic rectè quoq; ait.

TEXTVS SEXTVS.

» Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς ῥινὸς ὀστᾶ δύο ἐστὶν, ἀφοριζόμενα ταῖς ἀπὸ τῆ μεσοφρύου καθηκούσαις ῥαφαῖς, ἃς ἄρτι πρώτας
» πάσας ἠριθμησα χῆ τὴν τῶ μεγίστων ὀστῶν διήγησιν, ἐστὶ δὲ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ῥίνα πρῶτα τῆς ἄλλη παρ' αὐτὰς ῥαφὴ
» κοινὴ τῶ ἰδίων αὐτῆς ὀστῶν ἀπὸ τῆ μεσοφρύου μὲ ἀρχομένη, φερομένη δ' εὐθεῖα δ' ὅλης αὐτῆς. τὸ κάτω δὲ τῶ ὀστῶν τούτων
» πέρας ἐπίφυσιν ἔχει χονδρωδῶν σωμάτων λεπτῶν, ἃ καλεῖται πτερύγια.

» Nasi quoq; ossa duo sunt: quæ futuris à medio superciliorũ descẽdentibus discernuntur: quas » paulò ante in maximorum ossium enarratione triplices esse diximus.* Est autem & in ipso etiam » naso tertia quędam alia prętер has futura propriorũ ipsi ossium cõmunis, à medio quidem super» ciliorum incipiens, rectaq; per totum ipsum procedens. Horum autem ossium inferius extremũ » chartilagineorum corporum tenuium, quas alas vocant, appendicem habet.

Sutura Galeni 4. & 5. * Tex. 4. Sutura 7. Galeni verè autẽ 11.

COMMENTVM SEXTVM.

QVI nouũ hinc caput exordiri annotarunt: neq; verba, neq; sensum Galeni perceperunt (Quanuis talis diuisio in Græco etiã codice sic malè facta sit) Cùm de maxillæ superioris ossibus sermonem suum prosequatur, nasiq; osficula ad eandẽ pertineant maxillã: totusq; sequens sermo ad eum vsq;, in quo de dentibus loquetur, ad eandẽ spectet materiam. Non rectè igitur quartũ id caput distinxerunt, cùm tertij pars adhùc sit. Nasi igitur osficula duo sunt, quæ tribus futuris distinguuntur: duabus inquã hinc & inde extrinsecis, vtrunq; à quartis ossibus, dextro inquã, & sinistro, discernẽtibus: Tertiaq; amborum nasi ossium media,

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 129 sur 292

©BIU Santé

communiq;. Notandum verò hic eſt; quoniam Græcus caudex habet [τριῶν] hoc eſt, triplices, ſiue tres. Balamius legendū nō temerè putauit [διπλᾶς] hoc eſt, duplices, ſiue duas. Ex his enim quæ à ſuperciliorum medio deſcēderent, duas tantùm paulò ante de quartis, maximiſue oſſibus
* Tex.4. loquens, declarauerat: * de tertia verò eorum oſſiculorum intermedia, nullibi priùs meminerat.
Obiectio. „ Quomodò igitur inquit [quas paulò ante, in maximorum oſſium enarratione triplices eſſe dixi-
Reſponſio prima. „ mus?] ſi duas tantùm tetigerat? Ad hanc igitur remouendam difficultatem, breuior, faciliorq; via fuit, prędicta Balamij conrrectio. Verùm nos literam nullo pacto corrigentes, veritatem ad
2. Tex. 4. Galeni quoq; intentionem ſaluabimus, hoc modo. Tres enin futuras priori ſermone .z. declarauerat: alteram ſcilicet vtrinq; à ſuperciliorū medio deorſum deſcendentem, ad mediū vſq; inciſoriorum, atq; caninorū vocatorū dentium. Prēter has autem & tertiam poſuerat mediam, quæ recta per palatum ipſum procedens in dextrū, & ſiniſtrū oſſa quarta,& quinta ſaltem poſteriùs à ſeinuicem inferiuſq; diſtinguebat. Quam profectò ſupernè deorsùm quoq; Galenus deſcendere ſupponebat, per eam cōmunem regulam à ſemetipſo nuſquā non celebratam, ꝙ vniuerſum corpus, nedum ſuperior maxilla, in dextrū,& ſiniſtrū æquè diſtinguatur. Verum eſt tamen, ꝙ hanc tertiam futuram tanquā poſteriùs in ſimijs, & canibus, alijſq; ſimilibus exiſtentem, & à naſi oſſiculis diſtantem, his cōmunem nō eſſe reputauit, ſed quartis, quintiſq; iuxta eius ordinē oſſibus ſtatuit. Quinimmò quotiès anteriùs illud os, quod in ſimijs, & canibus inciſorios cōtinere den-
2. Tex. 9. tes (quanuis nō ſic in homine) cōperimus, duplex eſt, vt poſteà dicet, .a. tunc illis quoq; cōmunis eſt. Dicere igitur voluiſſe videtur Galenus, ꝙ quemadmodū tertiā anteà poſuimus mediam quandam tertiam futurā rectam, deorſumq; deſcendentem, antrorſumq;, inter duo oſſa magna
Sutura 11. maxillæ ſuperioris. Ita tunc tertiam aliam ponimus tanquā mediam, eam, quæ naſi duobus oſſi-
„ culis cōmunis eſt. Quare dicedat [Eſt autem in ipſo etiam naſo tertia quædam alia, prēter has] ſcilicet dictas tres futuras, q. d. non ſolum illis tertia eſt media cōmunis, ſed etiam in ipſo naſo. Quanuis enim extremę duę futurę quartis oſſibus, & naſo cōmunes ſint: tertia tamen illorū me-
Maxillę ſuperioris futurę ,pprię & communes. dia, hęc nō eſt: quam nos oſſiculorū naſi mediā ponimus: ſed alia. Quibus omnibus prēoſtenſis, vndecim maxillę ſuperioris proprias futuras, prēter quatuor dictas cōmunes, nō ſolum ex Galeni placitis, ſed noſtra etiam ſentētia liquebunt: quanuis harum plurimas nos aliter declaremus, quam ille à ſimijs, canibuſq; deluſus propoſuerit. Imprimis igitur quòad tres in cuiuslibet oculi orbita poſitas, triaq; per eas circumſcripta oſſa, quæ tàm futuræ, quàm oſſa ſex erānt, nō parùm
b. Vt tex. & com.2. huius capitis pdictū eſt. (vt verè in homine ſunt) differebamus. .b. Deincepſq; tametſi quòad ſeptimam, quæ per palatū recta procedit,& quòad decimā in palato etiam tranſuerſam, partim quidem cū ſphenoide communi, partim verò propria conueniremus: Quòad octauam tamen, ac nomen opiparè diſſentiebamus: .c. Sunt enim duæ futuræ: altera videlicet vtrinq;, à ſuperciliorū ferè medio deſcendentes, naſi oſſicula à quartis maxillę ſuperioris oſſibus ſegregantes. Ille tamen vnà cū naſi oſſiculis
c. Tex. & com.4. terminantur, minimè ad inciſoriorū dentium ſegregationem à caninis in homine deſcendentes, quanuis in ſimijs, & canibus ita exiſtant. Eapropter & quartorū oſſium magnitudinem nos ampliorem ſtatuimus, vt quæ dentes omnes in ſe cōprehendere dixerimus. Quòad vndecimā verò
Sutura 11. d. In prēſenti tex. iam iam prædictam, .d. quæ ſcilicet à ſuperciliorum medio exquiſitè deſcendens, naſi oſſicula à ſeinuicem ſegregat, cum Galeno libenter cōcurrimus, diuerſamq;, ac maximè diſtantem ab ea, quę per palatum recta procedit, ſtatuimus: vt vndecim hucuſq; maxillę ſuperioris proprias futuras meritò cōſtituerimus: oſſa verò duodecim. Quibus addendum remanet os tertiumdecimum
Os tertium decimum. aratri cultrū referens, idq; vnica, vel ſi exquiſitiùs contēplari velimus, tribus etiā futuris (tametſi
Sutura 12. cōmunibus earum duabus) diſtinctum: ſicq; maxillę ſuperioris futurę dici poterunt duodecim, vel fortè quatuordecim (vt poſteà videbimus .e.) Nunc verò cum cætera Galeni verba per ſe liqueant, tempus conterendum in eorum interpretatione nō eſt. Reliqua igitur maxillæ ſuperioris oſſa in ſimijs,& canibus, alijſq; multis brutis, minimè autem in homine, inuenta, Galeno referente, audiamus: quùm fic ueſtigiò ſubdit.
e. Com.9. verſus finē.

TEXTVS SEPTIMVS.

„ Λοιπὸν δ' ἐστὶν ἓν ὀστοῦν ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς γένυος, ἐνῷ τὰ τομέων ὀδόντων αἱ ῥίζαι τε, καὶ τὰ φάτνια περιέχονται.
„ Φαίνεται δὲ ὡς τὰ πολλὰ μὲ ἁπλοῦν τοῦτο δι' ἀκρίβειαν ἁρμονίας τῶν συντιθέντων αὐτὸ, πότε μὲν καὶ σαφῶς ἐν τοῖς
„ ἐπιπλείων ἐξεργασμένοις σκελετοῖς ἡ ῥαφὴ φαίνεται, κατ' εὐθείαν τεταμένη τὴν διάπλατε τοῦ οὐρανίσκου φερομένη.
„

„ Supereſt autem in maxillæ ſuperioris extremo vnum os, in quo dentiū inciſoriorū radices, &
„ alueoli cōtinentur. Idipſum verò magna quidē ex parte ſimplex eſſe apparet, ob exquiſitā oſſiū,
„ ex quibus cōponitur, harmoniā. Interdum autē futura in admodùm elaboratis ſceletis manifeſtè
„ apparet, ei ſecundum rectitudinem protenſa, quæ per totum palatum porrigitur.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 130 sur 292

©BIU Santé

COMMENTVM SEPTIMVM.

QVÆ hic Galenus de hoc oſſe refert, in canibus,& ſimijs, alijſq; huiuſmodi animalibus verum eſſe inuenitur: nunquā verò in homine. Quartum nanq; os vtrinq; poſitū idem eſt: quod in ſe dentiū omniū,tàm inciſorū,quàm caninorū, atq; molariū quoq; alueolos, ac radices cōprehendit. In ſimijs verò maxima ex parte ſimplex id videri Galenus ait, non ꝙ ſimplex verè eſſe intellexerit: ſed ob exquiſitam illorū harmoniam ſimplex apparere. Quandoq; autem in ipſis etiam recentioribus, ſed maximè in admodùm elaboratis, exiccatiſq; caluarijs ſutura quadam euidenti ad medium in duo oſſicula longa diuiſum inuenitur. Galenus igitur, alijq; plures ante eum Anatomici (qui cæcutiendi anſam ipſi dederunt) à ſimiarum, cercopitecorumq;, & canum caluarijs deluſi in tot, tātoſq; errores ceciderunt, vt maxillæ ſuperioris oſſium, ſuturarumq; numerum malè pertractarunt. Quorum intereà tanquam à vero ſcopo aberrantium varias opiniones intelligamus.

Cōtra Galenum.

TEXTVS OCTAVVS.

» Δῆλον δὲ ἤδη γέγονεν, ὡς εὐλόγως διαπεφώνηται τὸ πλῆθος τῶν ὀσῶν τῆς ἄνω γένυος, ἔνιοι μὲ γὰρ ἓξ, ἀλλὰ δύο
» τὰ πρῶτα πάντων ἀριθμῶσι. τὰ κατ' αὐτὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔνδον τὰ σμικρὰ παραλιπόντες. Ἔνιοι δὲ καὶ τὰ χ̄ συν-
» ῥήσεως τῆς ῥινὸς τοῖς μεγάλοις προσνέμουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ χωρίζουσι μὲ ἐκείνων, ἓν δὲ ἄμφω ποιοῦσιν αὐτὰ. καὶ δὴ καὶ
» τὸ κατ' ἄκραν τὴν γένυν, ὡ εἰρηται, τινὲς μὲ ἁπλοῦν εἶναι φασιν. Ἔνιον δὲ ἐκ δυοῖν συγκεῖσθαι. καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων
» τὸ σφηνοειδὲς οἱ πλοῖσοι συνεριθμοῦσι τοῖς τῆς ἄνω γένυος ὀστοῖς.

» Perſpicuum igitur factū eſt, iure de oſſium maxillę ſuperioris multitudine diſſenſionem eſſe. » Nonnulli enim non ſex, ſed duo prima omnium cenſent: paruulis videlicet, quæ intùs in oculis » inſunt, prętermiſſis. Nonnulli verò & ea, quæ ad naſi foramina ſpectant, magnis oſſibus attri- » buunt. Sunt verò etiā qui ab illis ſeparant, ambo tamen hęc os vnum faciunt. Illud quoq;, quod » in maxillę ſuperioris extremo habetur (vti dictum eſt) nōnulli quidem ſimplex eſſe aiunt: Non- » nulli verò ex duobus conſtitutum eſſe affirmant. Atq; ante hæc omnia ſphenoides inter maxillę » ſuperioris oſſa plurimi annumerant.

Opinio prima.

COMMENTVM OCTAVVM.

SEX enarrat anatomicorū diuerſas in oſſium maxillæ ſuperioris numeratione, falſas interim cunctas,opiniones. Quarum prima eſt anteà iam dicta .f. Quoniam ſcilicet nōnulli tria vtrinq; in oculorū cauitate exiſtentia oſſa vnū, ac per hoc quæ ſex verè ſunt, duo tantùm reputarunt: vt qui ſuturas internas non aduerterunt,vel neglexerunt: Quanquā neq; Galenus metipſe illas rectè intellexit,quemadmodū prędiximus .g. Secundam nunc addit, quoniā ſcilicet nōnulli (tametſi minùs etiam iuſtè) duo, quæ ad inferna ipſius naſi in os foramina pertinent, oſſicula ab oſſibus magnis,quartiſue minimè ſecernunt: ſed illorū particulas eſſe reputarunt à canum fortaſsè caluarijs decepti, in quibus obſcurior eorū diſtinctio eſt. Tertiam quoq; nunc ſubdit opinionem eorū, qui eadē oſſicula, quanuis rectè à quartis, magniſue oſſibus diſtinguant: Malè tamen ambo hęc vnum faciunt: cùm verè duo ſint, per rectam palati ſuturam, veluti prędictum quoq; eſt, .h. abinuicem diſtinctā: quam ſuturā illos ignoraſſe compertū eſt. Quartam verò, & quintā opinionem vtrāq; ſimiliter apertiſſimè falſam adiunxit. Quoniā ſcilicet nōnulli os illud, quod in maxillę ſuperioris extremitate haberi dictū eſt, .i. inciſorijs duntaxat dentibus dedicatū ſimplex eſſe protulerūt: Nōnulli verò ex duobus oſſiculis conſtructū reputarūt: vtraq; inquā opinio huiuſmodi falſa eſt: ſiquidē in homine tale os à quartis diſtinctū quęſiuerimus. Nullibi enim vnquā repertū, neq; inuentū eſſe gloriabūtur. Sin verò id in ſimijs,cercopiteciſq;,aut canibus perpenderimus,quanquā Galeno verè duplex eſſe magis nunc arrideat: Nihilominùs tamē neq; perpetim,neq; abſolutè duplex proferre debemus: cū aliquādo in vnū exactè coaluiſſe inſpexerimus. Apparenter autē magna ex parte ſimplex, nōnunquā verò duplex (veluti Galenus prędixerat .k.) proferendū veniret. Quamobrē & libro de vſu partiū vndecimo.l. abſolutè vt ſimplex ipſum cōputauit. Sextā deniq; opinionē eorū eſſe ait,qui ſphenoides os non inter capitis, ſed inter maxillę ſuperioris oſſa cōnumerarunt. Quorū ſententię magis inhęſiſſe Galenū liquet: dū anteà capitis oſſa numerans,id excepit, .m. ad maxillę ſuperioris oſſa cōferendū remittens. Veriùs autem inter capitis oſſa cōnumerandū eſſe,nos anteà determinauimus .n. Cùm effatu dignam cauitatis portionem compleat, cerebriq; ſubſtantiam cōtingat. Sed vt Galeni de oſſium maxillæ ſuperioris numero ancipitem ſententiā cognoueritis, duplicem hic numerum vtrunq; in homine falſum contemplemur, quùm ſic ſubdit.

Opinio prima. f. Com.3.

g. Supra cō.2.& 3.

h. Supra tex.5.

i. Tex.4. & prędenti cū tex.7.

k. Tex.prędcedenti.

l. Cap.20.

m. Cap. 1. tex.6.

n. Cap. 1. com.6. & ī procœmio com.5.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 131 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS NONVS.

Ὥστε εἰ μὲ εἰς πλεῖσα τίς ἀποφάνεσθαι βέλοιτο, πέντε καὶ δέκα καθ' ὅλην εἶναι τὴν ἄνω γένυν. διὸ εἰς ἐλάχισον ἀριθμὸν συσέλλοι, μὴ πλείω τ' ὀκτώ. καὶ δὴ καταλέξω πάντα ἑφεξῆς: ἀπὸ προτέρας ἀυξάμενος, τῆς εἰς τὰ πέντε καὶ δέκα διαιρέσεως, ἐξ ἧς ἔσαι τὰ πρῶτα ῥηθέντα, περιεχομένα δὲ ὑπὸ τῆς κοινῆς τῆ κεφαλῆ ῥαφῆς. καὶ τῆς μὲ ἀπὸ τῆ προτάφων, ὑπὸ τὸ ζύγωμα, καὶ τὰ κάτω βλέφαρα τ' ὀφθαλμῶν ἐπὶ τὸ μισόρρυον ἀναφερομένης. δύο δ' ἑφεξῆς ἀυτ τὰ μεγάλα, καθ' ἃ καὶ τὰ μῆλα, καὶ τὸς ὀδόντας ὀλίγα δεῖν ἅπαντας ἔφαμεν ἐγκεῖσθαι, καὶ δύο ἄλλα τὰ κατ' τὰς τῆς ῥινὸς συντρήσεις, ἔιτα πρός τέτοις ἄλλα δύο τὰ τῆς ῥινὸς ἀυτῆς ἔιτ' ἐπ' ἀυτῆς ἄλλα δύο κατ' ἄκραν τὴν γένυν, ἐν οἷς οἱ τομεῖς ὀδόντες, καὶ πρὸ τέτων ἁπάντων, τὸ σφηνοειδὲς, ἄζυγες ὄν, ἐν ἅπασι μόνον. νῦν δ' εἰς ὀκτὼ τὰ πάντα τῆς ἄνω γένυος ὅσα διαίρεσις ᾧδε ἔχει τὰ μὲ ἓξ τὰ πρῶτα, δύο ἀριθμεῖται. τὸ δὲ κατ' ἄκραν τὴν γένυ, ἕν, ὥσπερ καὶ τὸ κατ' τὰς συντρήσεις τῆς ῥινὸς. ἀυτῆς δὲ τῆς ῥινὸς ἴδια δύο, καὶ λοιπὰ δύο τὰ μίγισα, τ' ἐν ὅλῃ τῇ γένυι, τὰ κατ' τὰ μῆλα τε, καὶ τὸς ὀδόντας, ὀλίγα δεῖν ἅπαντας, ὡς ἔμπροσθεν ἤρεται, καὶ τὸ σφηνοειδὲς ἄζυγες ὄν ἐν ἅπασι μόνον.

Quocircà ſi ad quamplurimũ numerum quiſpiam redigere velit: Erunt quidem in tota ſuperiore maxilla oſſa quindecim, ſi verò ad quamminimum numerum contrahat, non plura erunt, quàm octo. Quæ ſanè omnia deinceps ordine referã, à priore diuiſione incipiens ad quindecim reducente. Sex quidem erunt ea, quæ prima dicta ſunt, à cõmuniq; capitis futura, itemq; ab ea, quæ à temporibus ſub oſſe iugali, & inferioribus oculorum palpebris ad medium ſuperciliorum aſcendit, cõtinebantur. Duo verò deinceps grandia, in quibus mala, denteſq; ferè omnes inſeri recenſuimus. Alia item duo iuxta narium foramenta. Deinceps prẽter hæc alia ipſius naſi duo. Mox in maxillę ipſius extremitate alia duo. In quibus inciſorij dentes ſunt. Prę his autem omnibus ſphenoides etiam eſt, ſolum inter omnia coniugis expers exiſtens. In octo autem cuncta maxillæ ſuperioris oſſa ad hunc diuiduntur modum. Sed quidem prima tanquam duo numerantur: quod verò in parte maxillæ extrema habetur, vnum: quemadmodũ, & quod iuxta naſi foramina ſitum eſt. Ipſius autem naſi peculiaria duo. Reliqua etiam duo ſunt, omnium totius maxillæ ſuperioris maxima. In quibus mala: denteſq; ferè omnes (ſicut anteà diximus) ſedem habẽt: ſphenoideſq; tandem ſolum ex omnibus coniugis expers exiſtens.

Quòd quindecim.

Quòd octo

COMMENTVM NONVM.

Cõtra Galenum. Quòd non quindecim. o. Supra com. 2. & 3. p. Supra com. 2. & 7.

SIVE ad quindecim reducas, ſiue ad octo contrahas: vtraq; cõputatio in homine falſiſſima eſt. Quanuis enim ſex eſſe, quæ in oculorum cauitatibus cõſiſtunt, oſſa confiteamur: aliter tamen ea eſſe in homine declarauimus, .o. quàm Galenus ipſe deſcripſerit. Prẽtereà falſum eſt in maxillę ſuperioris extremitate duo, vel vnũ eſſe os, à quartis, maximiſq; diſtinctum, (perindeac oſtenſum iam eſt .p.) ſphenoides demum os, inter capitis oſſa numerãdum recenſuimus. Nullo igitur pacto quindecim, ſed ad ſummũ duodecim, vel tredecim eſſe maxillę ſuperioris oſſa, cõpertiſſimũ in homine habemus: ſex inquam in oculorum cauitatibus: duoq; magna, quæ oſſa malarũ dicemus: duoq; alia ad nariũ interna foramina ſpectantia: & demum duo ipſius naſi euidẽtia, propriaq; oſſicula. Quæ omnia ſi benè computaueris, duodecim, nõ plura fient. Quòd ſi aratri cultro ſimile quoddã os addideris, tredecim cum recentioribus quibuſdam pro uleris. Alia tamen ex parte ſecundum, tertiumq; in oculorũ cauitatibus vtrinq; à nobis antea enumerata .q. cũ capitis octauo vniens, prout aliqui faciunt, nouem remanere inuenies. Sin verò tertium duntaxat oſſiculum cum alijs quibuſdã recẽtioribus anatomicis octauo oſſi cõiunxeris, vndecim exiſtent: Nunquam igitur quindecim apud exquiſitiores Anatomicos inueniemus. Sed ne ſecunda quidem cõputatio ſufficiens eſt. Quanuis enim prima ſex nonnunquã ad duo reduci poſſint (ſecundis videlicet, ac tertijs ipſorum à nobis cum Veſalio poſitis ad ſpongoides octauũ os redactis, nõ antiquorũ ratione, quia ſcilicet futuras intermedias ſecundam, & tertiam in vtroq;, vel nõ viderimus, vel omninò neglexerimus: ſed quoniã fortaſsè eadem cum illo vtrinq; effecerimus) Ea tamen, quæ ad naſi interna foramina pertinẽt, vnũ eſſe, nunquam inueniemus. Niſi igitur ſphenoides os, aliudq; in extremo pro inciſorijs dẽtibus poſitum (illud quidem tanquã à maxillę oſſibus alienum: id verò tanquã homini extraneum) auferamus, ad octo redducere non poterimus. Vtraq; igitur prędicta cõputatio, tametſi in ſimijs, & canibus, cercopiteciſq; quodammodo fieri vera queat: in homine tamẽ perpetuò falſiſſima erit. Aduertendum verò interim eſt, q. in ſecũda ad minorem numerũ, octo narium ſcilicet, reducta cõputatione, ſphenoides os minimè annumerat Galenus, quanuis de eo meminerit. Si enim annumerare voluerit, tantò magis falſa eorum cõputatio fuerit. Nouem enim cum eo nõ octo (vt dixit) erunt. Nec minùs à verò declinat alius Galeni numerus, quem libro de vſu partiũ vndecimo .r. poſuit. Vbi os quoq; illud, in quo dẽtes inciſorij inſerti ſunt: vnicũ ſupponens, ſex quoq;

q. Com. 3.

Quòd non octo.

r. Cap. 20. circa princ.

in ocu-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 132 sur 292

©BIU Santé

in oculorũ cauitatibus exiſtentia pro duobus aſſumpſit. Vnde prẽter ſphenoides os (quia duplex, quod ad naſi interna foramina ſpectat, ibi ſuppoſuit) ad nouem omnia ſuperioris maxillę oſſa reduxit: ſic dicens [Reliqua verò omnia maxillę ſuperioris, nouem ſunt numero: Duo quidẽ naſi, Ante hæc verò tertium, in quo dentes inciſores cõtineri dicebamus. Vtrinq; autem duo malarũ ſcilicet, in quibus reliqui dentes omnes inſident: ſupra quæ, alia duo ſunt, quæ ad anteriorẽ ſunt zygomatis productionem, atq; oculorũ cauitatem infernam. Duo verò reliqua ſunt, iuxta naſi in os meatus.] Ad eundem nouenariũ numerũ & anteà quoq; reduxerat, .ſ. ac rurſùs libro etiam duodecimo .t. Vbi tamen ſeptem capitis oſſibus ſexdecim eſſe declarauit: ſphenoides interim os cum capitis oſſibus, & nõ maxillę annumerant: vt de tãti viri in re tam clara incõſtantia mirandum ſit. Nos autem clarioris doctrinę gratia cum Veſalio duodecim ſemper antea in oſſium numero cõputauimus. Dubium verò nõ ſpernendũ incidere hic poteſt. Cur inquam ex tot oſſibus maxilla ſuperior conſtet? Ad quod quidem Galenus ipſe non inſcitè reſpondet, duas cauſas aſſignans, alterã ſcilicet diſcriminis oſſium: alteram verò diſpathiæ. Primam quidem diſcriminis: cùm diuerſas habere ſubſtãtias in diuerſis partibus oportuerit, ſecundũ diuerſos earũ vſus. [Cùm enim (vt inquit .u.) ipſa vtilitates habeat diuerſas, ex diuerſis quoq; ſubſtantia oſſibus eſt cõflata. Malarum itaq; oſſa ſunt craſſiſſima, naſi tenuiſſima, reliqua verò duriſſima. Nam patiendi difficultatem malis craſſities. Illis verò durities ſuppeditat (ecce quomodo ſecundũ ſubnectit, ipſam videlicet diſpathiam) Reliquus autem naſus imbecillior extitit: propterea q; ipſius offenſio animali nocere magnoperè nõ poterat: perindeac ſi qua aliarũ maxillę ſuperioris partium eſſet affecta. Nam aut in neruos, qui per eam feruntur, aut in maſticatorios muſculos finire offenſionem, eſt neceſſe, alijs maxillę partibus affectis. Nonnunquã verò & partes ad caput pertinentes attingere, ſi propinqua illis oſſa fuerint affecta. Si igitur naſi oſſa læſa fuerint, minimam animali afferent noxam. Quò fit, vt multum à principalioribus duritie, ac craſſitie vincãtur. Ob hanc igitur ipſorum diſſimilitudinem nõ immeritò malarum oſſa propriam habent circumſcriptionẽ. Naſi autem rurſùs aliam quoq; propriam. Ad eundem autem modũ & reliqua, quæ ſunt ſupra malas, & quod in ſumma eſt maxilla, & ea, quæ ſunt in naſi in os perforatione. Quæ verò ſecundũ longitudinem in vtraq; maxilla eſt ſutura, eò parata fuit, q; corpus eſt geminũ dextris ſcilicet, ac ſiniſtris. De cuius vtilitate ſæpenumerò admonuimus.] Ecce igitur duplicem ſimul rationẽ multitudinis oſſium, ac per hoc, multarũ futurarũ: tùm ſcilicet oſſium diſcrimen, quia diuerſam ſubſtantiam eſſe partium diuerſarũ oportuit: tùm patiẽdi difficultatem, ne ſcilicet vni parti facta læſio alteri cõmunicetur. Quamobrem & antea Galenus idem dixerat .x. [Altera vtilitate detracta (quæ ſcilicet ad motus erat) ad ſolam patiendi difficultatem fuit cõparata, quam ex oſſium multitudine accidere oſtendimus.] Sed in huiuſmodi verbis nõ parùm defecit Galenus, malarũ oſſa craſſiſſima eſſe opinatus; Adeò negligens quidẽ in eorũ fractione fuit: quinimmò facillimè perſpicere illorum amplum antrum, ac per hoc ſubſtantiæ tenuitatem in emundatis caluarijs abſq; fractione poterat. Cuius antri vſum tamẽ ad auditum, tùm quoq; ad locutionem, vocemq; propriam maximũ eſſe, prẽter cõmodiſſimã leuitatem, nos anteà iam declarauimus. .y. Magis autẽ ad talem vſum attẽdit natura, quã ad patiendi difficultatem. Naſi quoq; oſſa ſine dubio tenuiſſima ſunt. Nam ſi craſſiora vtraq; eſſent, tunc vel antrũ ibi, meatuſq; intrinſecus hic minor eſſet: ſicq; antri vtilitas ibi diminueretur, hic autem in olfactu, & reſpiratione læſio contingeret, ac in ipſa etiam excrementorũ expurgatione. Vel externa magnitudine huiuſmodi defectus corrigere neceſſum erat, tuncq; turpiſſimũ fieri hominem, naſuti homines, grandiumq; malarum prẽferunt. Haudquaquã verò interim oblita eſt natura cuſtodiæ malarum, naſiq;, ac totius demum faciei tùm oculos his partibus, vt cuſtodes, tùm manus quoq; ipſas, vt defenſores apponent. Vt quicquid nocuũ aduenturũ, occurſurumq; illis ſit prẽuideant oculi, manuſq; ſtatim propellant, varijſq; modis operando refringant. Medullę autem expers illud antrum eſſe oportuiſſe, non ea tantũ ratione, quã Galenus protulit, .z. quoniã ſcilicet prorsùs non mouetur: ſed magis propter dictas tùm auditus, tùm vocis vtilitates. Sed hactenùs de oſſis maxillæ ſuperioris numero. Reliquum eſt, vt non ſecùs ac de capitis oſſibus obſeruauimus: .a. Ita & in his etiam prędicata omnia ſtatim ab initio .b. propoſita numero quidẽ octo enucleãda reputamus: vt quæ nondũ prẽoſtenſa ſint, ſupplemus. Imprimis igitur temperamentũ eorũ generatim aliud nõ eſſe inuenimus, quã quod in prœmio de omnium oſſium tẽperamento prętactũ iam eſt: .c, quoniã ſcilicet frigidum eſt, & ſiccum. Particulatim verò inter ſe abinuicẽ ſecundùm magis, & minùs in huiuſmodi frigiditate, prẽſertimq; in ſiccitate differũt, velut in capitis oſſibus eſt .d. vt quę ſcilicet duriora ſunt, denſioraq;, ac externo aeri magis expoſita, hęc frigidiora, ſiccioraq; ſint: vt prẽcęteris oſſis iugalis pars eſt, quę ad primũ maxillę ſuperioris os pertinet, indeq; naſi oſſicula, & quæ dentiũ alueolos in ſeipſis cõtinent. Sed hæc parui momenti ſunt: cõtemplatione dignior eorũ vſus eſt, varius quidem ſecundũ diuerſas partes. Tria enim vtrinq; propter oculorũ cõplendas orbitas, eorumq; defenſionem, prẽſertimq; os primũ, ad vtriuſq; zygomatis, propter prędictos .e. eorũ vſus, productionem.

ſ. Cap. 18. t. Cap. 9. verſus finẽ.

Dubium. Reſponſio.

u. 11. de v. p. cap. 19. circa prinç.

x. Ibidem cap. 18.

Cõtra Galenum.

y. Cap. 1. com. 8.

z. 11. de v. p. cap. 18. in fine. Digreſſio.

a. Cap. 1. com 8.

b. In prœmio tex. & com. 1. 3. 4. & 5. & cap. 1. per totũ, pſertimq; com. 8. verſus finẽ.

Temperamentum.

c. Tex. & com. 3.

d. Cap. 1. com 8. verſus finẽ.

Oſſiũ maxillæ ſuperioris vſus.

e. Supra cap. 2.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 133 sur 292

©BIU Santé

ductionem. Alia verò duo ad naſi, ac per hoc olfacterij meatus generationem, hucuſq;, & oculorum quoq; defenſionem: omniumq; maxima facta ſunt tùm ad dentium omniũ ſuperiorũ comprehenſionem, defenſionemq;, tùm ad malę productionem, facieiue neceſſariũ decorum: & antrorum auditum, vocemq; adiuuantiũ generationem, Nec minùs propter palati foraminũ ad os pertinentium generationem. Magnitudo ipſorũ ex pręſcriptis quodammodo euidens eſt: nunc autem magis elucidetur, dicentibus nobis, omnium maximũ eſſe quartum, quod eſt dentiũ omnium ſuperiorũ contentiuũ. Contrà verò omnium minimũ ſecundũ oſſiculũ in oculi maiore angulo ſitum eſt. Maximo autem ordine magnitudinis ſuccedit os primũ ad minorem oculi angulum exiſtens, tertioq; os tertium: quartoq; deinceps os quintũ à Galeno poſitũ: quod ſcilicet ad interna ipſorum narium foramina pertinet. A' quo naſi officula quintum magnitudinis ordinem obtinuerũt. Figura ipſorum diuerſa vſq; adeò eſt, pręſertimq; primi, & quarti: vt ea minutatim diſquirere, grauiſſimũ ſuperpondiũ, pręter omnem eſſet vtilitatem. Secundum verò, tertiumq;, & quintũ quadratã quodãmodo figuram præſeferũt cuius quinti latus ad os ſphenoides ſpectans ſemiparentheſis cuiuſdam effigiem quandam pręſefert. Sextum deniq; triangulum largè refert. Tuum verò eſt, ſi mauis quadrilaterũ nuncupare. Propria verò ſingulorũ ſubſtantia eſt, vt denſa ſint omnia, cauitatis (pręter os quartum, quod antrorsùm eſt) expertia, omniaq; medulloſa non eſſe pręter minimas cauernulas, poroſue propriũ, iuxta Galenum in minimas partes diuiſum nutrimentum, proferenda veniunt, ſolumq; oſſiculũ ſecundũ eſt, ſquamę quaſi modo, tenue, vt facillimè computreſcat, decidatue, & in cranijs è terra defoſſis rariſſimè reperiatur. Numerus iam iam ad nauſeam vſq; pręſcriptus eſt. Reliquum eſt igitur, vt ad ſeptimũ pertranſeamus: ipſorum videlicet foraminũ contemplationem, eo modo, quo in capitis quoq; oſſibus ſigillatim contemplati ſumus. Sunt igitur effatu digna maxillę ſuperioris foramina ſexdecim, ſeu mauis dicere paria octo. Quorum primũ par eſt, ſecundo quidem oſſiculo ad magnũ oculi angulum pertinenti, & quarto etiã magno oſſi cõmune, introrsùm ad narium cauitatem penetrans in procœmij ſexta figura litera ſ. notatum. Cuius vſus (Galeno etiã edocente .*f*. duplex eſt. Primus quidẽ, vt per ipſum primę neruorũ tertij paris à cerebro deſcendentiũ propaginis, per ſecundũ ſphenoidis foramen emergentis minori ſurculo viam prębeat: qui neruus ad obliniendam internã nariũ, ſpongioſiq; oſſis tunicam, pręcipueq; muſculoſam, deſcendit. Secundus verò vſus eſt, vt per illud nonnihil pituitæ, pręſertimq; aquoſę ad internam oculi ſedem illachrymantis in nariũ cauitatẽ defluens, foràs inde expurgetur. Secundum effatu dignum foramen, ſiue foraminis par eſt, inſtar oblongi cuiuſdam meatus, in quarto, magnoq; maxillę ſuperioris oſſe inſculptũ, illiq; propriũ, ab infimi oculi ſede exordiens, in anteriorem maxillę partem, ſub mala deſinens, cuius principiũ in procœmij figura etiam ſexta notatũ eſt, medium inter Q. & S. Exitus autẽ litera o. & in figura eiuſdem prima litera n. deſignatũ eſt. Per quod ſecundę neruorũ tertij paris è cerebro deſcendentiũ propaginis, per tertium ſphenoidis foramen proprium emergentis portio quędam, vnà cũ arteriola in faciei muſculos diſtribuẽda, egreditur: pręſertim verò in eos, qui ſuperius labrum, naſiq; alas mouent. In ſimijs, & cercopitecis quoad exitũ in tria, quatuorue, & interdũ quinq; foraminula deſinit. Tertium verò foraminũ par eſt ſphenoidi, primoq;, & quarto maxillę ſuperioris oſſibus cõmune, quod cũ nos anteà .*g*. inter ſphenoidis foramina decimum poſuerimus, non eſt cur fruſtrà illud hic repetamus. Quemadmodum neq; tempus in repetitione quarti cõteremus, cùm ibi etiam quarto maxillę ſuperioris oſſis, ac ſphenoidi cõmune ordine nonũ declarauerimus. Quintum par omnibus manifeſtiſſimũ eſt: magnorum videlicet foraminũ, per quæ quidẽ inſpiratio, expiratioq;, & odorum tranſitus, ac cerebri deniq; excremẽtorum effatu digna expurgatio fieri ſolet, & ad vocem percõmoda etiã ſunt. Ab anterioribus retrorsùm, exterioribuſue introrsùm, vel ſi mauis ècontrariò procedentia, ſepto abinuicẽ diſtinguuntur illo oſſeo, quod aratri uomeri, cultroq; à recentioribus quibuſdam nõ temerè aſſimilato cuidã oſſi interiùs firmatur: parte qua quidem ſphenoidi, ac ſecundũ Galeni ordinem quinto maxillę ſuperioris oſſi, prędictoq; cultriformi cõmune eſt, quemadmodũ anteriùs quarto, & ſexto, hoc eſt, maximo, & naſi officulis cõmune dicendum quoq; eſt. Sextum deinde foraminũ par in illis officulis eſt, quæ ad narium foramina pertinent, noſq; ordine quinta cũ Galeno numerauimus, cũ Veſalio autẽ ſexta. Anterius quidẽ altera mox dicendo, exteriuſq;, ac per hoc euidentius, cũ pręcipuè maius multò ſit. Quod in procœmij figura ſeptima medium inter π. & γ. annotari poteſt, tametſi propriũ prædicto oſſi ponunt. Nos tamen ſępiſſimè cum ſphenoide cõmune conſpeximus. Cuius munus eſt, vt excrementorum per tertium, & quartum nuper tacta foraminũ paria, ſuperiùs autem dicta ſphenoidis nonum, & decimum, deſcendentium in palatum, ac fauces portionis cuiuſdam expurgatio fiat. Septimum ab hoc ſequitur foramen eiſdem quintis oſſib⁹ dedicatum. In canibus, velut in homine diſtinctũ à pręcedẽti eſt. In ſimijs autem, ac cercopitecis cõmune: In eadem procœmij figura ſeptima, ſub litera γ. denotari poteſt. A ſummis enim ſphenoidis oſſis alatis proceſſibus cęlatum cõmodè in huiuſmodi figuris indigitari nõ potuit. Huius autẽ vſus eſt: vt per ipſum ſcilicet neruorum

Magnitudo.

Fitura.

Propria ſubſtãtia.

Numerus.

Foramina. Primum cõmune. Vſus duplex. f. Lib. 11. de v. p. cap. 11. & noni eiuſdẽ cap. 16.

Foramẽ ſecundũ proprium.

Vſus.

Tertiũ cõmune. g. Cap. 1. com. 8.

Quartum cõmune.

Quintum cõmune.

Vſus quatuor.

Sextum.

Vſus.

Septimũ.

Vſus.

©BIU Santé

uorum tertij paris, tertiæ omnium maximæ per quartũ ſphenoidis foramen deſcendentis propaginis (quam Galenus, cumq; eo Veſalius pro quarto neruorũ pari alia ratione numerarunt) portio quędam ad palatum diſtribuẽda deſcendat. Octauũ deniq; foraminũ par eſt: tametſi ſimplex in homine, & cõiugis expers, quòad infernam partem ad os pertinẽtem apparens: vnde Veſalius ipſum vt ſimplex in ipſo quidem homine ſemper eſſe determinauit, in canibus verò, ſimijſq;, & equis geminu. Quanuis enim in prędictis brutis animalibus duplex manifeſtiſſimè ſit, in homine autẽ negligentiùs cõſideranti ſimplex: Nihilominùs tamen exquiſitiùs indaganti in ipſo etiã verè duplex eſſe tibi videbitur: preſertim verò ſuperiùs vbi ad nariũ foramina terminatur. Idipsũ igitur iuxta poſteriorem dentium inciſoriorũ ſedem ex palato in narium amplitudinem vtrinq; iuxta ſeptum deſinit. Eſt autem id foramen in homine oſſium maxillę ſuperioris maximorũ cuilibet ſuperiùs ad nares proprium, quanuis ad palatũ ſpectans cõmune appareat ambobus, quod in eadem proœmij ſeptima figura p. p. indigitatur. Vſus huius eſt, vt per ipſum tunicæ palatum ſuccingẽtis portio quędam ſimul cum venula, & arteriola ſurſum in nariũ cauitates pertranſeat: vbi prędicta tunica cũ ea, quæ narium amplitudini obducta eſt, cõnectatur, cõſentiatq;. Hactenùs de maxillę ſuperioris effatu dignis foraminibus dictum ſit. Quæ enim nutrimẽti potiùs gratiã, ob minimas quaſdam intùs oſſa pertranſeuntes venulas foraminula exiſtunt: veluti in capitis oſſibus, ita & hic etiam negleximus. Quòd ſi duodecim hæc noua (prẽter tertiũ, & quartũ par) maxillę ſuperioris oſſium foramina: cum illis quinquaginta capitis oſſium foraminibus prędictis .*b*. adiungas, omnia erunt numero duo ſupra ſexaginta foramina, quæ hucuſq; in capitis, maxillæq; ſuperioris oſſibus determinauimus. Verùm ne quid in huiuſmodi etiam maxillæ ſuperioris oſſium dogmate deſit, quod in capitis oſſibus prædictum iam eſt, quinimmò & in alijs omnibus obſeruandum promiſimus, omiſſo ad ſequens caput ſenſu: cùm ſolis dentibus ineſſe, prędictum iam ſit: .*i*. omiſſis quoq; duobus maximorũ maxillæ ſuperioris oſſium antris, & eorum vſu antea iam ſufficienter enarratis .*k*. ad alia permigremus: Hoc duntaxat prænotato, cp cùm duo maxillę ſuperioris oſſium antra ſint, illis oſſium capitis antris quatuordecim addita erunt omnia hucuſq; ſuppoſita ſexdecim ad ſummũ antra. Sinus in maxillæ ſuperioris oſſibus effatu dignos annotare nequiuimus: Niſi foſſulas duntaxat, eaſq; ad ſummum vt in pluribus ſexdecim, nõnunquã verò duodeuiginti, in quibus dentes ipſi (vt poſtea videbimus *) ſuperiores infiguntur. Foueaſq; etiã quinq; ſcilicet in oculorũ orbita inferiore duas, quatuor oſſibus cõmunes in narium infima cauitate duas, ſingulis quartis oſſibus proprias, per medium ſeptũ diſtinctas: vnamq; deniq; in palato quartis oſſibus cõmunem. Adeò vt cum prædictis oſſium capitis foſſulis viginti tribus, ſint omnes hucuſq; declaratę foſſulę triginta nouem, ſiue quadraginta & vna, cum foueis verò prędictis ſint quadraginta quatuor, ſiue quadraginta ſex. Apophyſes autem in maxillæ ſuperioris oſſibus ſex duntaxat pernotauimus: Duas videlicet in primis eius oſſibus, quę ad temporum oſſa procedentia os zygoma nuncupatũ efformant. Quatuor item aliæ ſunt, in quartis eiuſdem oſſibus ſingulis binæ: videlicet ſub zygomate altera: Altera verò ad oculi maiorem angulũ, propè naſum. Quibus prœoſtenſis, qualia nam ſint ſingula maxillæ ſuperioris oſſa ſecundũ ſeipſa, iam declarauimus. Reliquum eſt igitur, vt quam inuicẽ ſtructurã habeant, perpendamus. Quòd enim inter ſe per ſynarthroſim, ac per hoc per articulũ cõſtruantur: per eam inquã coarticulationis ſpeciẽ, quæ nullum motum habet, ex ijs, quæ de oſſium etiam capitis cõſtructione declarauimus, .*l*. in his etiã cõpertum fieri poterit. Speciatim verò, cp per ſuturas, vel harmonias, vel ſuturas harmonicas, ſiue harmonias etiam ſuturales cõiungantur, & cp ſuturę nomen largiùs capiendum nunc ſit, prœoſtenſum quoq; in prœſenti etiam capite eſt .*m*. Prẽterea & enucleatum quoq; eſt, .*n*. maxillæ ſuperioris ſuturas duodecim, forteq; quatuordecim computari poſſe. Quo autem modo id cõpotum diuerſificetur, nunc oſtendamus. Etenim ſi aratriforme os diſtinguentẽ ſuturam, circumſcribentemq; pro vnica ſutura ſumpſerimus: tunc vndecim proprijs addita hac, duodecim fient. Quòd ſi tres eſſe (vt nobis magis arridet) maluerimus: tunc eas ſic declarabimus. Vt vna ſit inquam, quæ huiuſmodi os à ſphenoide ſuperiùs, poſteriuſq; ſegreget: Secunda verò, quæ idẽ à naſi ſepto ſuperiùs, anteriuſq; diſtinguat: Tertiaq; tandem ea, quæ idipſum quoq; ab oſſibus palati, quartis inquã, & Galeni quintis, inferiùs ſecernat: ſed tertia hæc oſſibus maxillæ ſuperioris propria eſt. Adeò vt duodecim ſint propriæ: duæ verò remaneant cum oſſibus capitis cõmunes: cumq; alijs duabus zygomatis cõmunibus etiã præſcriptis, .*o*. alijsq; maioribus cõmunibus etiã prænarratis .*p*. decem, & octo ſuturę dicendę veniant, & cũ proprijs oſſium capitis prænarratis .*q*. quoq; ſeptem ſuturis, viginti quinq; ſuturę in prima ſceleti parte oſtendi queant, ſecundũ priorẽ verò numerũ viginti tres: Quanquã nos minimè prœterit, duas quaſdam alias effingi poſſe proprias maxillæ ſuperioris ſuturas ad quartũ os ambas vtrinq; pertinentes: Alteram quidem ad ſecundũ prędictũ foramen quarti oſſis propriũ vtrinq; ſpectans, à loco ſcilicet exordiens, vnde foramen ſuum receperat principiũ, per totũ ſubiectæ oculi orbitæ interuallũ ad inferius vſq; ciliũ, propter adnatæ quidem ex pericranio oriundæ membranæ firmitatem, cõprehenſionemq;, non

propter

Octauum. Cõtra Veſalium.

Vſus.

h. Supra 9. 1. com. 8.

Senſus. i. Ibidem verſus finẽ, & in proœmio com. 5. verſus finẽ. Antra duo. k. Cap. 1. com. 8. Sinus nullus. Foſſulę 16. * Cap. 5. com. 2. in fine. Foueæ quinq;. Apophyſes ſex.

l. Cap. 1. com. 8. verſus finem. m. Supra tex. & cõ. 1. n. Com huius capitis 2. 4. & 6. Quomodo ſuturæ ſint duodecim. Quomodo 14. o. Cap. 2. p. Cap. 1. tex. & cõ. 6. q. Cap. 12. com. 4. & 5 proœmio com. 18. Suturæ viginti quinque. Prima, & ſecunda. Vſus.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 135 sur 292

©BIU Santé

Tertia, & quarta.

propter ossium aliquam diuisionem, ibi à natura fabricatam: Alteram verò in puerulis quandoq; repertam, quę potiùs linea quędā apparere solet, ad foraminis octaui iam iam dicti latera, vtrinq; etiam quasi ad caninorū dentium anterius latus attingens, chartilagine interim oppleta, quæ tamen quarto osse iam suę generationis perfectionē recipiente, prorsùs vsq; adeò aboletur: vt nullum ampliùs in natu maioribus vestigium appareat: vt non propter ossium diuisionē factam esse in hominē ipso (quemadmodū in multis brutis) appareat. Sed instar multorum quoq; aliorum ossium diuisiones, ante generationis cōplementū, habentium. Si quidem igitur has duas vtrinq; positas futuras annumerare volueris, proferre potes, præsertimq; in puerulis maxillæ superioris proprias sexdecim, cōmunesq; alias sex, vt cū capitis ossium futuris septē proprijs, sint omnes viginti nouē. In natu autē maioribus (deficiente vtrinq; secūda statim prędicta) viginti septē. Sed de his ferè ad nauseam vsq;. Morborū omniū genus, nō secùs ac de capitis ossibus præscriptū iam est, .r. maxillę superioris ossa perpati queunt. Quæ cùm satis superq; declarata ibi etiam sint, ad Galenum de dentibus loquentem cōuertamur, ipsumq; attentè audiamus sic scribentem.

Suturæ viginti nouē, aut 27.

Morbi ossiū maxillę superioris.

r. Cap. 1. com. 8. circa finem.

Περὶ ὀδόντων Κεφάλεον. δ.

De dentibus. Caput Quartum.

TEXTVS PRIMVS.

» Ἐν τοῖς ὀστοῖς ἀριθμητέον ἐστὶ καὶ τοὺς ὀδόντας, εἰ καί τισι τῶν σοφιστῶν ἐ δοκεῖ. κἀίτοιγε δίκαιοι ἦσαν, εἰ μὴ τοῦτο
» καλεῖν αὐτοὺς ἐπιτρέπουσιν ἡμῖν, ἑτέραν δ᾽ ἔναι φρασηγορίαν αὐτοῖς, ὅτι μὲ γὰρ ὅτε χόνδρους, ὅτε ἀρτηρίας, ὅτε φλέβας,
» ὅτε νεῦρα προσῆκεν ὀνομάζειν αὐτοὺς, ἀντικρὺς δῆλο. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ὅτε πιμελὰς, ἢ τρίχας, ἢ σάρκας, ἢ ἀδένας,
» οὐδ᾽ ἄλλο ἁπλῶς τῶν κατὰ τὸ σῶμα μορίων, ἔιπερ ἓν μήτ᾽ ἐν τῇ τῶν φλεβῶν ἀνατομῇ, μήτ᾽ ἐν τῇ τῶν ἀρτηρίων, μήτ᾽
» ἐν τῇ τῶν ἰευρῶν, ἢ μυῶν, ἢ τῶν πλάγχνων ἐρῶμεν ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ δὲ ἐν τῇ νῦν ἐνεστώσῃ τῇ περὶ ὀστῶν, οὐδ᾽ ὅλως
» ἐρῶμεν, οὐδέποτε περὶ αὐτῶν, τοῖς μὲ δὴ σοφισταῖς μακράν χαίρειν ῥητέον.

» In ossium numero dentes etiā habendi sunt, & si secùs sophistarū nōnullis apparet. Verùm si
» eos à nobis ossa appellari nō sinunt, æquum sanè erat alio illos nomine donare. Quòd enim neq;
» chartilagines, neq; arterias, neq; venas, neq; neruos nuncupare cōueniebat, omninò perspicuū
» est. Multò autem magis neq; adipes, vel pilos, vel carnes, siue adenas, neq; vllum aliud simpli-
» citer corporis membrum. Si quidem igitur neq; in venarū, arteriarū, neruorū, musculorumue,
» aut viscerum: sed neq; in ea, quam nunc tractamus de ossibus anatome, de ipsis dētibus agemus,
» nusquam de ijs tractabimus. Quare perpetuò valeant sophistæ.

COMMENTVM PRIMVM.

f. 2. de gene ratione ani mal. cap. 4. circa finē.

IAMETSI dentes in ossium numero collocādos esse, cuiuis, præter Aristotelis authoritatem, cōpertissimū appareat: cùm præcipuè sic Aristoteles inquit .f. [Dentes sunt eiusdē naturæ, cuius ossa, gignunturq; ex ossibus] Pauloq; posteriùs [Dentes ossibus annumerantur in ijs animalibus, quæ ossa habent, & dentes] Nihilominùs tamen sophistarum, Authoriq; libellum Galeno impiè attributum, cuius titulus [De natura, & ordine cuiuslibet corporis] scribentis .t. sententia multis rationibus fulciri, atq; ornari poterat: quibus apertissimè dentes ab alijs omnibus totius corporis ossibus differre, cōprobatur. Vt deridenda non sit, quemadmodū prima fronte apparet, Galenio; argumentum hic factum supponit. Quarum prima est penès eorum primum ortum, primamue generationem. Quanuis enim intùs in mādibulis à principio generationis etiā inclusi, ac per hoc vnà cum alijs ossibus geniti dentes per anatomicas embrionum, infantulorumq; administrationes inueniātur: Exteriùs tamen cùm non appareant, nec dentes dici solent, neq; dentium munere fungi queunt: Neq; dentati infantuli nuncupantur. Quo etiam tempore multò minùs ossis substantiā habent, vt neq; ossis nomen quoq; mereātur, ideoq; nos antea * neq; inter ossa infantium numerauimus. Ossa igitur omnia, tanquam reliquarū partium fundamenta, velut in tentorijs pali, & in domibus parietes (Galeno etiam docente .u.) statim ab initio formationis determinantur, suumq; illis statuit natura locum omnibus euidentem. Dentes autem homini (philosopho etiam cōprobante .x.) septimo mense foràs erumpunt, generanturue, seu mauis dicere, nascuntur. Maturiùs autem, quorū infantium nutrices lac calidius habeant. Id quod rationi maximè consentaneum fuit. Deus enim, & natura nihil frustrà operantur: Cętera enim animalia cum dentibus foràs egressis, cōpletisq; nascuntur. Tùm ratione finis, deficientibus illis ratione, manibusq;, & intellectu, quibus matres possint illa varijs eduliorū generibus regere, ac nutrire: quemadmodū homini cōtingit. Ideoq; ab ortu, vel statim,

t. Versus finē.

Pro sophistis ratio prima ex dentiū primo ortu.

* In procemio com. 5. u. 1. d anat. adm. cap. 2. in princ.

x. 7. de hist. animal. c. 10. versus finem.

Cur bruta nascuntur dētata homo autem non.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 136 sur 292

ſtatim, vel ſaltem homine citiùs ad maſticabilem cibū cōuertuntur, nō à matre, ſed à ſemetipſis prępărandū, maſticādumq́; : quamobrem ab ortu quāprimùm dentibus indiguerunt: prętertim quia illis quoq; vt manibus, atq; etiam vt armis vtuntur. Homo autem diutiùs lacte veicens, matriq́; arte, ac manibus adiutus, minimè dentibus ab initio ſtatim indiguit. Quòd ſi ab ortu quiſpiā dentatus homo eſſet: ſemper hic matri (Galeno erudiente .y.) moleſtus foret. Dentiū quoq; ad loquelam diſtinguendā abuſus infantulis, vt pote nondum loquentibus, ſuperfluus eſt. Tùm ratione materię (prout alias idem philoſophus innuit .z.) cùm ex excremēto cōſtituantur, velut vngues, pili, cornua, & vngulæ. Ea igitur de cauſa homo inobſepto (hoc eſt læuiſſimo) nudiſſiſſimoq́; omnium animaliu corpore eſt, & vngues minimos pro magnitudine habet. Minimum nanq; in eo eſt excrementum terrenum. Idcircò igitur & ab initio ſtatim molliſſimis, humidiſſimiſq́; infantibus generandi, eructādiue foràs dentium materia defuit. Quamobrem paulò priùs
» ita ſcripſerat [Sed cùm cętera animalia dentibus, aut dentium proportionali prędita enaſcūtur,
» niſi quid prętęr naturam acciderit (perfectiora enim quàm homo, generatione abſoluuntur) ho-
» mo dētibus carens venit in lucem : niſi quid prętęr naturā interceſſerit.] Quemadmodū M. Curionem dentatum nominari Plinius teſtis eſt: .a. quoniam cum dentibus natus eſt : perindeac & Gn. Papyrium Carbonem, Valeriamq́; mulierem quādam extitiſſe etiam refert. Quanuis igitur de ipſis dētibus dubiū propoſuerit Ariſtoteles: .b. an eiuſdem naturæ cū oſſibus ſint: Eiuſdemq́; eſſe naturę anteà declarauerit, vt ſoli inter oſſa ferri aciem reſpuant, ac per hoc in oſſium generatione collocandos, veluti etiam cornua, & vngues, vngulaſq́;, & aulum roſtra, .c. cùm ex oſſium nutrimenti excremento fiant, nutrianturq́;. Ex quo Æthiopum, atq; ſimilium nigrorū dentes, vt oſſa candent. Nihilominùs tamen non penitùs eiuſdem naturę cum oſſibus eſſe (licet in eorū
» numero connumerandi veniant) ſic ſubiunxit dicens * [Accidit autem, vt neq; eandem naturā,
» quam cętera oſſa habeant. Cętera enim in prima cōſtitutione omnia gignuntur, neq; eſt, & poſt
» oriantur. At dentes poſt enaſcuntur : tangunt enim oſſa, & non continuantur.] Hucuſq; igitur dentes oſſa nō eſſe, eandemq́; prorsùs cum oſſibus naturā nō habere, oſtendit. Deinceps tamen eandem aliquo modo naturā cum oſſibus habere, & in oſſiū numero collocandos forè ſubiunxit.
» Quatenùs ſcilicet ex eorum nutrimento hi gignuntur. Ideoq́; ſic ait [Ex eorū tamen gignuntur
» alimento, quod in oſſa adminiſtratur (hoc eſt ex eorū alimenti excremēto) Quapropter eandē,
» quam oſſa, habent naturam. Et tunc quando illa iam ſuum numerū receperunt] hoc eſt, & tunc oſſium naturā habent, quùm illa, ſcilicet oſſa, quibus adnaſcūtur iam receperunt ſuum numerū, hoc eſt, ſuam perfectionem, & ſuæ generationis cōplementū in ſiccitate, ac duritie : vnde nonnullis non modò poſt vigeſimū, ſed poſt octogeſimum, ſiue in ipſo ſaltem octogeſimo anno maxillares orti ſunt: vt teſtis idem alibi eſt .d. chartilagines enim incipiunt, ac deinceps paulātim in oſſa degenerant. Non igitur adeò floccipendenda ſophiſtarum opinio fuit: vt quæ vltra rationē, Ariſtotelis etiam habeat authoritatem. Ad quorū vlteriorem cōprobationem, alias quoq; rationes cōtemplemur. Eſt enim ſecunda, quæ ex eorundē regeneratione ſumitur. Oſſa enim omnia à generationis principio ad finem vſq; perſeuerant, maiorē in dies ſiccitatem, duritiemq́; acquirentia: Dentes verò ferè omnes, præter maxillares (quos genuinos dicimus) orti iam decidere, rurſuſq́; ſolidiores, durioreſq́; denuò renaſci ſolent, maximè autē inciſorij, caninique, ac molariū ſecundi. Atq; idipſum duplici ratione, iuxtà philoſophi decreta, .e. ipſis accidit. Primò propter melius, ratione videlicet finis : Secundò propter neceſſitatem, ſcilicet materiæ. Propter melius quidem, quoniam acuti (vt ſunt inciſorij, atq; canini) in attritione, quæ maſticando fit, citò hebetantur. Lati verò (vti ſunt molares) ſi nō hebetantur, attamen læuigantur. Adeò vt a ſuo munere deficiant, in illoq́; fruſtrentur: Itaq; alteros ſuccedere ipſis in officium oportet: propterea melius fuit, illos priùs natos decidere, nouoſq; profundiorib⁹ iactis radicibus, generari: propter materię autem neceſſitatem priores decidunt: quoniam in tenui adhùc, molliq́; maxilla illorum radices, ſuperficialiuſq́; nitebantur: vnde fit, vt infirmi, & mobiles fuerint. Quamobrē & citiùs decidunt. Molarium verò radices in latiore, durioreq́; nitūtur maxilla, validioreq́; oſſe cōtinentur: quanquā adhùc nō exquiſitè duro, aut valido, vt oporteret: propterea decidunt quidē nonnulli, ſed non ſic citò, velut tardiùs quoq; primò nati fuerant. Naſcuntur autē denuò, materiaq́; ipſis nō deeſt. Quoniā in oſſe adhùc naſcente oriuntur: Et quùm tempus adhùc eſt ad dentiū generationem idoneum (quanquā Ariſtotelis intentio fuit, molaribus omnibus renaſcentiā abnegare) velut enim hirundinaceorū pullorū oculi acu puncti reſanеſcunt, cernendiq́; vim (eodem authore .f.) recuperant, ſerpentumq́;, ac lacertorū abſciſſę caudę renaſcūtur: eò & fiunt, imperfectiq́; adhùc (Philopono docente .g.) ſunt: Ita & dentes ipſi renaſci queunt, quoniā maxillę oſſa adhùc perfecta nō ſunt. Idcircò rectè ab Ariſtotele adhùc naſcētia dicuntur. Quanuis enim maxillę oſſa exteriùs perfecta appareant, intùs tamen cōtenti dentes, velut in vtero embriones, cùm nondùm exactam oſſeam ſubſtantiam, ſed muccum potiùs, prętertim ſecundò renaſciturі prętęferant, adnaſci nō temerè dici poſſunt. Quod Galenus quidem apertiùs libro de ſemine ſecundo

y. 15. de v. p. cap. 7. in fine.

z. 2. de generatione animal. c. 4 circa finē, & 3. d part. cap. 9. verſus finem.

a. Lib. 7. c. 16. poſt princ.

b. 2. de generatione animal. c. 4 verſū finē, & 3. d hiſt. cap. 7. poſt princ.

c. 2. de part. cap. 9. verſus finem, & 3. d hiſt. cap. 9. circa med.

* 2. de generatione animal. c. 4 verſus finē.

d. 2. d hiſt. animal. c. 4.

Ratio ſecūda ex eorū regeneratione.

Cur dentes renaſcūtur.

e. 5. de generatione animal. vltimo.

Cur molares tardiùs decidunt.

f. 2. de hiſt. animal. cap. vltimo poſt med. & 6. eiuſdem 5. g. 5. de generatione animal. cō. penult.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 137 sur 292

©BIU Santé

h. Cap. 5. post med.

h. ostendit, sic perbellè cũ de virilibus mẽbris intùs primò delineatis, ac posteriùs extra abdomen emergentibus locutus, subdit. [Quomodò solere naturam huiusmodi partes fabricare, nec vllo alio, cùm multa esse tibi argumento possent, tùm illud prę cipuè, quod in recens ęditis in lucem animalibus cõspicitur. Dentes enim ijs intùs in gingiuis adhùc latent: oculi itẽ in plerisq; adhùc clausi, in nonnullis ne distincti quidem apparent. Quæ omnia in abortuum obseruatione exactè perspicies, &c.] Cuius adhùc nascentis maxillæ inditium est, ꝙ maxillares diù oriantur: prę sertimq; vltimi genuini dicti, qui vigesimo sępiùs anno exeunt: nõnulliq; etiã octogesimo, quibus scilicet in iuuẽtute nati nõ fuerint. Quinimmò teste Plinio *.i.* Zanclen Samothraceũ ciuem, cui renati essent post centũ & quatuor annos Mutianus visum à se prodidit. Sed hoc bifariàm monstrosum est: tùm ratione ętatis, tùm magis quia nõ genuini primò nati, sed qui cęciderint, renati fuerint. Contingit verò idipsum: quoniã multũ alimenti (vt Aristoteles inquit *.k.* hoc est multũ illius materię, ex qua mox deinde indurata dentes propriè dicti fiunt) in amplitudine ossis continetur. Cùm igitur dentes prolapsi carnis instar renascantur: ossa verò id minimè obtineant: iure moti sunt sophistę: vt ab ossibus differre determinauerint. Sed extra propositũ non fuerit huiusmodi naturę ordinem exquisitiùs scrutari: Quomodo scilicet sic statuit, vt bis homini dẽtes, primi scilicet incisorij, caniniq; nascerẽtur: genuini verò semel? Quemadmodum & primi quoq; maxillares vt plurimũ semel duntaxat nascũtur? Vbi scilicet quinq; molares existunt. Vbi enim noui molares subeuntes soli primos propellunt, quatuor dũtaxat erunt molares, sicq; dẽtes omnes octo & viginti. Vbi verò dimissis primis in medio ipsorum, & caninorum alij superueniunt, primorum nomen sibi vendicantes, primosq; illos post se secundos reddentes, tunc quinq; molaribus vtrinq; existentibus dentes omnes triginta duo inuenientur. Sed vnde nã huiusmodi aduenerit diuersitas, dubium propositũ iam est. Ad quod quidem respõsio verior est. Deo soli notam esse rationem, cùm nulla dari prorsùs intellectum sedans possit. Ex Aristotelis tamẽ fundamentis rursùs respondebimus, rationem potiùs renascentię quorundã, vel nõ renascentię generalem assignantes, sic scilicet dicentes, nõ finis modò, sed materię magis necessitate factum esse. Cùm enim tenuis, molliq; maxilla (prout antea diximus) extiterit, dentiũq; materia intùs cõclusa, pariter humida nimis, molliq;, difficillimè, ac nõ nisi sęuissimis symptomatibus (Hippocratis etiam testimonio *.l.*) excitatis, prę sertimq; caninorũ, egreditur, foramenq; nouũ, ac proprium efformat. Dico cum Aristotele dentiũ materiam. Quanuis enim dentes ipsi ab initio, nõ secùs ac ossa eos cõtinentia, reliquaq; omnia necessaria, proposita iam intùs mãdibulã sint (prout ex Galeni etiã dogmate ostendimus *.m.*) adeò vt noua eorum generatio non sit, sed potiùs publicatio, exquisitaq;, ac cõpleta efformatio. Quia tamẽ adhùc dum intùs recluſi ab initio sunt, neq; perfectam dentium formam, neq; substãtiam, ac per hoc neq; vsum dentiũ habent: Ideò potiùs materia dentium, quam simpliciter dens in ipsa infantia dicẽda est. Pasta enim ex qua manuum pistoris opera panis fit, quanuis eadem semper sit: priùs tamen, quam suis determinetur lineis, substantiaq; per clybanũ desiccetur, simpliciter panis nõ dicitur, sed materia potiùs panis. Quocircà absurdum quidem nõ est, Aristotelis prę narrata verba ad bonũ sensum reducere: vt scilicet ex ossium excremẽto dentes fiant: quoniã ex materia, ex qua ossa iam facta sunt, ad ossium generationem, puta maxillarum superfluente (quanuis superfluere naturæ propositũ fuerit) ex quorum etiam ossium nutrimento, quodammodo & ipsi dentes nutriri dicentur: Quatenùs scilicet intùs ipsa, tanquã eorum partes quędam existẽtia eadem materia, humoreue cum ipsis generentur, atq; nutriantur (venæ enim quæ in dentes penetrant, in maxillam ipsam nutrimentũ idem priùs eructantes, penetrasse, cõpertissimũ est.) Qua quidem deficiẽte, seu dicere velimus minimè superfluente, dentes desunt, vt edentuli quidã nati sint, vt de Pherete edentulo nonnulli per historias testati sunt. Quia dentibus omninò per naturã destitutus est. Sed nostrũ prosequamur intentum. Est igitur primus exoriens dens, velut terebellum, quod efformandi foraminis causà propositũ à natura est: sicq; alueoli patent. Ne autem rursùs claudantur, deleanturq; alueolorũ foramina, tamdiù dentes illi in foraminibus persistunt, perseuerãtq;: donec noui ab illorũ tergo sublati emerxerint, priores foràs propellẽtes. Quo etiam tempore deficcato magis maxillæ ossi, alueoli dilatantur, sicq; necessario priores, faciliterq; decidunt. Cùm igitur alueoli à primis dentibus nõ dilatati modò, sed perforati priùs fuerint, succedenteq; (vti dictũ est) siccitate nimiùm dilatati: secundorũ ortus, renascentiũ inquã dictorum, absq; sæuis illis symptomatibus, & absq; omni demum difficultate fit. Maximè autem ad priorum dentium casum cõducit: quoniã (vt ex Aristotele prędictum iam est) incisorij hebetantur, molaresq; læuigantur, ideoq; imbecilliores redditi nutrimentum ad se retrahere nõ adeò validè possunt. Alij verò interim succedentes, locumq; illorum efflagitantes, indies validiores redditi, nutrimentũ illud tanquã intùs primi existentes ad se trahere anticipant, illudq; retinentes sibi ipsis vendicant. Quamobrẽ flaccescentes illi priores decidunt, secundi autem validiores redditi, prosperęq; nutriti succedunt. Genuini verò sunt, quos Græci σωφρονιστῆρας, siue σωφρονιστῆρας q. d. prudentes (σωφρόνες enim Græcè, latinè prudens

i. Lib. 11. cap. 37. ante med.

k. 5. de generatione animal. vlt. versus finẽ.

Dubium.

Respõsio.

Ratione materiæ.

l. 3. aphor. 25.

Quomodo intùs recõditi dentes dicãtur dẽtium materia.

m. Paulo ante ex 2. de sem. c. 5.

Quomodo dẽtes ex ossium excremento.

Cur edẽtuli quidã. Ratione finis.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 138 sur 292

prudens est) & κρεαντῆρας, q. d. regnantes, imperanteſq; ἀπὸ τῦ κρᾶτειν, quod est imperare. Nonnulli autem è noſtris vna cum Arabum principe dētes intellectus appellant: quoniā ſcilicet maturiore ętate, qua prudētia intellectuſq; magis vigent, vnde homines imperare, ac regere ſolent, huiuſmodi dentes oriuntur. Cęlius κρᾶτειν, pro cōplere, & perficere intellexit, vt ſcilicet creanteres dicantur, quia ætatem perficiant, cōpleantq;, quod ſtare etiā poteſt. Cùm verò nullū præceſſerit in teneriore ætate foramen: oſq; maxillę durius, dentes quoq; ipſi duriores, validioreſq; iam ſint: Eapropter nō ſine maxima difficultate, ſęuioribuſq; ſymptomatibus enaſcūtur, foraſue emergunt. Neq; ſimul omnes quatuor: ſed lōgo interdū temporis interuallo: vnde Apponenſis ait .n. [Vidi in quodam naſci omni anno, ipſorum vnum poſt quadrageſimū primū annū] Qui cùm tempore, quo perfectum iam maxillę os eſt (quanuis naſcens adhùc illud nuncupet Ariſtoteles .o.) vel ſaltem eis natis perfectum ſtatim eſt: ipſiq; etiam prædicti dentes perfecti iam ſint: Idcircò neq; decidunt, neq; decidere opus fuit, vt renaſcantur. Niſi aliter monſtruosè, ac prętер naturam, ex aliqua occulta nobis cauſa cōtingat: perindeac prętactum iam eſt. Non adeò tamen monſtruoſum eſt, primos maxillares, tertioſq;, & quartos aliquādo renaſci, quanuis & hi quoq; genuinorū inſtar maxima ex parte ſemel duntaxat enaſcantur: In tertio autem dentitionis tempore: ſicut genuini in quarto fiunt. Pro quorum temporū cognitione, ſciēdum eſt, quatuor dentitionis deſignari poſſe tempora. Primū quidem eſt in vtero, ſed ex Galeni .p. pręſcripto dogmate in quarto formationis embrionis tēpore (quouis modo quatuor formationis tēpora deſcripſerimus) quo dentes ipſi in gingiuis adhùc latentes à natura quodammodo ſuis limitibus determinantur: vſq; adeò tamen interea exigui, pręſertimq; ſecundi, molleſq; ſunt, vt dentis exactā formam, ſubſtātiamq; nō habeant: omnium verò maximè genuini, ac primi maxillares, qui oculis diſtingui in tenera illa ætate nequeunt. Durat autem totum id tempus primū nō ſolùm, dum in vtero a tertio, quartoue menſe iam infans dictus eſt, ſed poſtquam etiam enatus eſt, ad menſem vſq; ſeptimū, pauloq; plus, vel minus. Adeò vt clariores fiant, robuſtioreſq;, ac duriores per totum id tempus dentes, quouſq; & ſubſtantiā, & formam dentis ſuſcipiant. Totum igitur id primum dentitionis tēpus nominamus. Secundū verò à ſeptimo ferè exorditur menſe, .q. ad ſeptimum circiter annum vſq; perdurans. Quo quidem tēpore primi dentes foràs emergunt, qui ſcilicet in primo tempore formati iam erant, & ad perfectionē deuenerūt: qui numero viginti quatuor erant: videlicet in qualibet maxilla duodecim: hoc eſt, quatuor inciſores nūcupati, duo canini, alter vtrinq;, ac ſex deniq; maxillares, vtrinq;, ſcilicet tres, qui numero poſt dentium complementum erunt, ſecundus, tertiuſq;, & quartus. Hi igitur viginti quatuor dentes, quanuis in primo tempore formati, nihilominùs tamen intùs reconditi, occultiq;, ac paulatim dureſcētes, & in perfectionē deuenientes, in ſecundo hoc tēpore ſucceſſiuè propalantur, vt propriū munus dentium egreſſi cōpleant, omnium primi (vt videbimus) inciſores: ſecundi verò canini, tertijq; maxillares vtrinq; tres tantùm, in qualibet maxilla: vt ſint ſimul omnes numero duodecim. A ſeptimo autem anno .r. deinceps, ad quartumdecimū vſq;, tertium ſuccedit dentitionis tempus. In quo vel prędicti omnes viginti quatuor (quanuis rariſſimè, & nō niſi bene temperatis, vegetiſq; hominibus perſpectum) vel ſaltem maxima ex parte duntaxat ex ijs, ſexdecim dentes, qui in ſecūdo tempore foràs pullulauerant (inciſorii ſcilicet, caniniq;, ac trium natorum molarium primi) decidunt, nouiq; alij eorū loca ſibi vendicant. Quiquidem noui, hoc tēpore tertio foràs reſilientes, nō nunc, ſed in primo etiam tempore geniti fuerant, intuſq; mādibulam abſconditi ſuo pariter ordine ſub primarū acie, medioq; vix oſſeo quodā ſepto diſtincti, primis quidem minores, molioreſq;, & imperfectiores manebant: donec paulatim per totū primū, & ſecundum tempus dureſcentes, exiccatiq;, ac exquiſitiùs formati, in hoc tertio tempore, prioribus (vti dictum eſt) expulſis, egrediantur, nō ampliùs caſuri, ſed cōſeneſcentes, niſi prę morbo (vt inquit Hippocrates .ſ.) perforentur. In hoc autem eodem tēpore verè primi maxillares inter caninum, & vocatam à nobis ſecūdam antea enatam, hucuſq; tamen primā molam progredientes, nondū anteà enati vtrinq; maxima ex parte enaſcūtur, numerum molariū augentes, vt quatuor vtrinq; in qualibet maxilla nunc ſint, nō ampliùs (vti priùs tres: ſicq; nō duodecim, ſed ſexdecim reſultent: vt in vtraq; parte triginta duo ſint. Interdum verè cadentibus, renouatiſq; duntaxat (quos ſecundos vocabamus) molaribus illis primis, adhùc tres vtrinq; perſeuerent: ſepius autē cadente hoc vocato ſecundo, duo renaſci ſolent, ipſe videlicet cum primo. Erant autē hi quatuor primi nunc primū enaſcentes in primo tempore, pręſertimq; in vtero, & infantia noſtris oculis minimè cōceſſi, paulatim deinceps propalati: donec ſuę egreſſionis prędictū tempus tertiū acceſſerit, à ſeptimo quidem anno ad quartumdecimū vſq; perdurans. Nō omnibus autē animantibus huiuſmodi tertiū tempus pro dentiū renouatione datum eſt. Niſi duntaxat homini, equo, mulo, & aſino (vti philoſophorū princeps teſtatur .t.) quanquā Plinius .u. leonē addit, canemq; & ruminantia, nōnulliq; piſcium genera quædam adiungunt. Sed leoni (ait Ariſtoteles .x.) caninos duntaxat mutare conceſſum eſt: ſic igitur & de canibus, .y. ruminantibuſq; intelligendū, aliaq;

n. 34. problem. 1.

o. 5. de generatione animal. cap. vlt.

Dētitionis tēpora quatuor, vel quinq;. p. 2. de ſem. c. 5. verſus finē, & primo eiuſdē cap 9. & de form. fętus cap. 3. a medio infra, quanuis diuerſimodè formationis tēpora deſignētur.

q. Lib. de carp. poſt med. & lib. 3 de ſept. partu.

r. Ex Hipp. ibidem, & Ariſt. lib.

ſ. Lib. de carnibus poſt med.

t. 2. de hiſt. animal. c. 1. in fine.

u. Lib. 11. cap. 37. ante med.

x. 8. de generatione animal. c. 8

y. de quib. 2. de hiſt. animal. c. 2

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 139 sur 292

©BIU Santé

tria prædicta etiã inciſorios renouent, quanuis prędicti piſces inciſorios, & molares etiã (vt quidam ſe vidiſſe retulerunt) cõnutent. Quartum verò demùm dentitionis tempus in homine ſuccedit, quo φοφρισῆρες nunquam anteà enati nunc primum ſuccedunt, circa tertiam ſcilicet annorum ſeptimanam, quod tempus (vt audiuiſtis) maximam habet latitudinẽ: vt quarto etiã, quintoq; ſeptenario, & ſupra decimum. Quòd ſi (vti dictum quoq; eſt) in extremis annis, vel quouis tempore cadentes genuini renaſcantur, quem caſum monſtruoſum eſſe prędiximus, tẽpus quintum deſignari poterit. Sed quæ de his dicenda ſunt, poſteà proſequemur. Nunc autem ne à propoſito nimium digrediamur, ad rationes, quæ ſophyſtis fauere poſſunt, reuertamur: tertiam adiungentes, quæ ex dentium incremẽto ſumi poteſt, ad probandum ipſorum ab oſſibus differentiam. Oſſa enim omnia certo quodam augẽdi termino (vt philoſophus inquit .z.) deſcribuntur. Ad quorum incrementum, reliquarum quoq; partium, quibus hęc ſubijciuntur, incrementum cõſequitur, ad vigeſimum quintum vſq;, ſiue trigeſimum annum. A' quo ſtatim vigor, ſtatuſue ſequitur: ac deinceps occulta priùs, & demùm omnibus conſpicua declinatio ſuccedit. Dentes verò ſoli in tota vita (vt ſubdit) accreſcunt. Quod patet in ijs dentibus, qui mutuũ tactum declinant; quoniã ſcilicet mutuam cõtritionem nõ habent, vt exerti dentes ſunt, aut quùm ſibi oppoſitus alter deeſt. Id quod in quãpluribus ſenibus experimẽto cõprobauimus. [Cauſa incrementi eſt, quòad pertinet ad id, cuius gratiã, hoc eſt, cauſa finalis, vt fungi officio ſuo poſſint. Breui enim tẽpore attritu cõſumerentur, niſi ſubinde reparentur (ob cõtinuam ſcilicet mandendo factam attritionem, mutuumq; cõgreſſum.) Quamobrẽ benè id quoq; ad rem, quæ accidit, emolita natura eſt. Quippè quæ in ſenectutem, vitæq; exitum defectũ dentium proferat: & pro vitæ ſpatio pręſcripſerit modũ. Quoniã verò plus indies in dentiũ attritione, adimitur, quã additur. Id quod vel nunc ſeneſcentibus nõnullis ædacibus dente nõ magno prędictis liquet. Cùm admodum perterantur, minuanturq;: vt ſępè à ſuo munere deficiant: pręſertim cùm ob recremẽtitias humiditates, quas in ſe tanquam imbecilliores redditi ſuſcipiant, emolliti facilè cõſumantur. Si quidem igitur longior vita hominis fuiſſet, vt ſi deciès miliès, aut deciès centiès miliès annis vita ſeruaretur: Tunc & prægrandes primos oriri oporteret, & ſæpiùs renaſci. Quanuis enim aſſiduè reciperent incrementum, tamen detriti, pluſquã accreſcerent, inutiles demùm ad cibum conficiendum euaderent. Igitur cuius nam gratia dentes capiant incremẽtum, dictũ iam eſt.] Quam quidem. Ariſtotelis, de augmento dentium cõtinuo, ſententiã Galenus quoq; cõprobauit, libro de cõpoſitione medicamẽtorũ per loca .a. Tametſi dictionẽ addat [σχεδὸν] latinè [ferè] dicens [Dentes ex nutrimento ferè per omnem animantis ætatem incremẽtum accipiunt, &c.] Vnde nõnulli rectiùs locutum eſſe Galenum aiunt, modeſtiuſq;, dicentem [ferè] Non ſemper enim, neq; omnibus augentur. Sed hi propriam, nedum Galeni, & Ariſtotelis vocẽ ignorant. Semper enim augeri rectè dixit Ariſtoteles, alioquin breui tẽpore cõſumerentur. Nõ ſemper tamen huiuſmodi incrementum apparere, cùm maior ſubinde cõſumptio per attritionem facta ſit, quam incrementum fuerit. Qui autem oppoſitũ ſibi dentem, cum quo cõterantur, nõ habent, alia ratione tanquã ocioſa flacceſcunt. Adeò vt ſi vel nõ augeantur, vel ſecundũ longitudinem tantùm fortaſſis increſcant: Mirum nõ ſit. Id quod alijs quoq; partibus omnibus quanuis in incrementi ętate exiſtentibus accidere cõſueuit. Sępenumerò autem magis, quã atterantur, augeſcunt: ſępè autem econtrà magis atteruntur, quam augeſcant: primũ in adoleſcentia: ſecundò in ſenectute cõtingit: ſepiuſculè autem (vti Galenus dicebat) quantum augeſcunt, tantum in ciborũ manſu deteruntur, vt pręſertim in iuuentute contingit. Tàm igitur Ariſtotelis, quã Galeni verba in diuerſis hominibus, diuerſiſq; caſibus vera ſunt: veluti etiam, q̃ ſępenumerò quanuis minùs augeſcant, ob gingiuarũ tamen exeſionem, defectumq; magis diſcooperti apparentes, maiores reputantur, pręſertimq; ſi relaxato neruo magis à foueolis exeruntur. Semper igitur ad incremẽtum idonei ſunt, etiam ſi nõ ſemper increſcant, vel incrementũ ſuſcipere videantur. Ecce igitur quomodo nõ temere ſophiſtę ab oſſibus differre dentes, ab incremẽto etiã moti reputarunt. Quibus addere quartam rationem poſſumus, quæ ex ipſo etiam nutrimento tàm oſſium, quam dentium ſumi poteſt: cùm omnia oſſa medullam in ſeipſis veram contineant, ſiue propriè dictã in amplo ſinu (quæ medulloſa oſſa nuncupari prędiximus .b.) ſiue largiùs ſumptam, quę in eorum cauernulis cõprehenditur, ex qua (vt Galenus ipſe voluit) ipſa nutriũtur. In dentibus autẽ huiuſmodi quouis modo dictam medullam deſideramus, ſed apertiſſimè ex ſanguine in eorum ſinus per venulas, & arteriolas ingrediente immediatè nutriuntur. Cur igitur ab oſſibus diuerſos eſſe dentes nõ dixerimus? At quintam addamus rationem, quæ ex parte finis ipſorũ oſſium, dentiumq; elicitur. Oſſium nanq; verus, pręcipuuſq; finis, vſuſq; eſt, tùm vt aliarũ partium veluti quędam fundamenta, tùm vt quorundam viſcerum propugnacula ſint: quemadmodũ in prooemij expoſitione declarauimus. .c. Quanuis enim alios ibi quoſdã oſſium vſus propoſuerimus: Tertius tamen, & quintus (ſi exquiſitè perpenderis) ad hos duos reducuntur. Dentium verò finis, vſuſq; ab ijs longè diuerſus eſt, quicunq; ex quatuor ab Ariſtotele .d. poſitis in medium afferatur. Quos

non

Pro ſophiſtis ratio tertia ex dẽtium incrementis. z. 2. de generatione animal. c. 4 verſus finẽ.

Cauſa finalis.

a. lib. 1. c. 8. in medio.

An ſemper augeantur. Cõtra quoſdam recentiores.

Quarta ratio. Ex dẽtium nutrimẽto. b. In prooemio com. & tex. 5.

Quinta ratio. Ex eorũdẽ vſu. Oſſiũ vſus pręcipuus duplex. c. Com. 4. Dentium vſus quadruplex. d. 3. de part. animal. c. 1. circa princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 140 sur 292

non ordine licet Aristotelis: exquisitiore tamen, sic recensebimus. Primus enim omnibus communis est, cibi cõficiendi gratia, incidendo priùs, dein conterendo, ac demùm molendo, vnde nomen sumpserunt: dicuntur enim Græcè ὀδόντες, quasi ἐδόντες, hoc est comedentes, ab ἔδω, quod est, edo. Ita latinè dentes q. d. edentes etiam vocantur. Secundus, auxilij causa est, vt compluribus tùm syluestri generis, tùm etiam vrbani, quin ipsi etiam homini, vt quùm ore, dentibusq; pro manibus vtuntur, .e. ad apprehendendum, retinendumq; aliquid, quod quidem si nõ necessariò, vti plura bruta: meliùs tamen homines multa apprehendunt, retinentq; cũ dentibus, quam sine illis. Auxilij quoq; causa sunt dentes ad locutionẽ: præsertimq; priores dicti incisorij. Ad literas enim exprimendas plurimum conferunt primi dentes (vt idem ait) Quocircà Plinius .f. etiam perbellè asserit, nec cibo tantùm, & alimentis necessarij dentes sunt: quippè vocis, sermonisq; regimen primores tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ, feriemq; structuræ, atq; magnitudine mutilantes, molientesue, aut hebetantes verba: & quùm defluxere, explanationem omnem adimentes.] Quartus tandem ipsorũ dentium vsus est, roboris gratia, scilicet vt armorum vice illis animalia, ipsiq; etiam interdũ homines vtantur, tùm ad inuadendũ, tùm etiam ad defendendũ: vtranq; enim ob causam dentes obtinuerunt, tùm ne ab alijs afficiantur, tùm vt alia quoq; ipsa afficiant: præsertim quę ex feris carniuora sunt. Nõ temerè igitur longè diuersos vsus in ossibus, ac dentibus aduertẽtes illi sophistæ, dentes in ossium numero locandos fore abnegarunt. Quibus quidem rationibus quinq; prædictis duas alias addere, ad maiorem confirmationem, possumus. Quarum altera ex ipsorum substantia sumitur: cùm solidiores, durioresq; alijs omnibus eiusdem corporis partibus, nedùm cunctis ossibus apparent, soliq; ferri aciem respuentes (vt Aristoteles * inquit) vnde Celsus ait .g. [Duriores esse dentes sunt] Galenusq; .b. lapideam, & duram substantiam dentes habent. Ex quo solos igne inuictos dentes esse, neq; cum reliquo corpore cremari, Plinius testis est. .i. Hoc igitur argumento motus libri illius insipidus author, qui de natura, & ordine cuiuslibet corporis inscribitur Galeno iniquè ascriptus vnà cum sophistis ait .k. [Dentes nostri ossa non sunt: Ideoq; omnia ossa confringunt.] Altera autem ratio ex dentium nuditate sumitur. Quoniam scilicet ossa omnia carnibus, ligamentisq;, aut chartilaginibus, aliaue substãtia cooperiuntur, alijsq; ossibus articulantur. Dentes verò maxima ex parte discooperti, nudiq; existunt, gomphosiq; clauorum instar ossibus connectuntur. Quamobrem alterius esse naturæ ab ossibus ipsos dentes, non immeritò concludi potest: vel saltem rationabiliter dubitabile est. Verùm quæ omnium maxima, potissimaq; ratio pro sophistis esse poterit, ex sensu tandem elicitur. Nullum enim os sentit (philosopho etiam authore) Dentes autem sentire, cuiuis sanè mentis viro, nedum cunctis Galeni sectatoribus, compertissimum est, neruorumq; ob id molliũ tertij paris participes esse (vt vberiùs infrà declarabimus .l.[Quoniam ipsos (vt inquit .m.) vnà cum lingua sentire oportebat, ac sapores discernere, non aliter, quam cęteras oris particulas. Demonstratum enim à nobis anteà fuit, .n. naturã exactiorem sensum illis tribuisse, quæ assiduè erant his occursuræ, quæ incidunt, aut frangunt, aut rodunt, aut calefaciunt vehementer, aut refrigerant, aut alio quouis modo alterant: vt animal à dolore ferendæ sibi ipsi opis admonitũ, quod sese angit, priùs amoliatur, quam pars sit labefactata] Sic ergo & dentibus neruos molles inseruit. Ecce igitur quot modis ab ossibus dentes differunt. Quas ob res (vt in vnum cuncta recolligamus) si penès ortum primum, regenerationemq;, incrementũ, nutrimenti materiam, finem, substantiam, nuditatem, ac ipsum deniq; sensum differunt: absurdum nõ est vnà cum sophistis illis dentes ab ossium numero segregasse. Tuncq; ad Galeni argũmentum respondere possemus, dicentes per sufficientem diuisionem factum nõ esse. Cùm enim dicebat, quòd vel nerui sunt, vel arteriæ, aut venæ, aut caro, aut chartilago, vel adeps, vel adenes, vel pili: Addendum venit [vel dentes, aut vngues, vel cornua.] Sic igitur deinceps in minori subiungenda propositione diceremus: quòd sunt dentes. Itaq; Galeni argumẽtum nil concludit. Verum nihilominùs est, quòd cum dentes alia ratione ossium naturam aliquo modo participent (prout ab initio statim quoq; huius sermonis assumpsimus) breuius, clariusq; fuerat de ipsis sub ossium numero pertractare: præsertim cùm toti corpori communes nõ sint: vt aliæ prædictæ omnes partes: sed ori duntaxat proprij, numeroq; pauci, ac determinati. Sed hæc obiter curiosioribus prætacta sint. De nominibus enim quæstio est, à philosophis negligenda. Nos igitur ad specialem ipsorum contemplationem cum ipso Galeno conuertamur, quùm ait.

e. Ibidẽ Plinius innuit lib. 11. c. 37. ante med.

f. Lib. 7. cap. 16. ante med.

Ratio 6. Ex dẽtium substantia.

* 3. de hist. cap. 7.

g. Lib. 8. cap. 1.

h. 5. de cõp. med. secundũ loc. c. 8.

i. Lib. 7. cap. 16.

k. versus finẽ libri.

Ratio 7. Ex corũdẽ nuditate.

Ratio 8. Ex eorũdẽ sensu.

l. Com. vlt. huius capitis.

m. 16. de v. p. c. 2. circa finem.

n. 9. de v. p. c. 14. & 15.

TEXTVS

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 141 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS SECVNDVS.

Οἱ δόντες δ' ἐν ἑκάστῃ γνάθῳ δεκαέξ εἰσιν· ἔμπροσθεν μὲν τέσσαρες, οὓς τομεῖς ὀνομάζομεν, μονόριζοι πάντες· ἐφεξῆς δὲ δυοῖν ἑκατέρωθεν εἰσὶν οἱ κυνόδοντες, μονόριζοι καὶ αὐτοί. εἶθ' οἱ γόμφιοι τούτων ἐξῆς ἑκατέρωθεν πέντε, τρίρριζοι μὲν οἱ ἐν τῇ ἄνω γένυι. δυοῖν δὲ ῥιζῶν, οἳ ἐν τῇ κάτω πλὴν σπανίως εὑρίσκονται τετράρριζοι μέν τινες τῶν ἄνω τρίρριζοι δὲ τῶν κάτω, καὶ μάλιστα οἱ πρῶτοι πάντων ἔσωθεν δύο, σπανιώτερον δὲ ὁ τρίτος, ποιοῦσι δὲ ἑ πάντε καθ' ἑκάτερον, ἀλλὰ τέσσαρες, οἷ ἐξ ἔφυσαν οἱ γόμφιοι.

Dentes autem ſexdecim in qualibet maxilla exiſtũt: Anteriùs quidem quatuor inciſores nuncupati, ſinguliis radicibus omnes innitũtur. His verò deinceps canini vtrinq; hęrent, quibus ſingulę quoq; radices inſunt. Vltra hos gomphij, clauoſiue quini ab vtroq; latere: ternis quidem radicibus, qui in ſuperiore maxilla: Binis verò qui in inferiore affixi ſunt. Nõnullis tamẽ exceptis, qui ſupra ſępè cum quaternis, infra verò cum ternis radicibus deprehendũtur: pręſertimq; duo omnium primi interiores. Tertius autem rariùs huiuſmodi eſſe inuenitur. Nonnullis verò non vtrinq; quini, ſed quaterni, ſeniue gomphij, clauoſiue orti ſunt.

COMMENTVM SECVNDVM.

QVÆ dicit hic Galenus vſq; adeò per ſe clara ſunt, vt noſtra expoſitione nõ indigeant. Triplices enim dentes, primi quidem anteriores nuncupati Gręcè τομεῖς, quod eſt, latinè inciſores: ſecundi verò canini, Græcè κυνόδοντες. Tertijq; demùm omnium intimi ſunt, Gręcè dicti γόμφιοι, q. d. ſi nõ latinè, Grammaticè tamen clauoſi, ſeu clauei, aut clauales. Nos autem latinorũ nomine vſi maxillares aliquãdo nuncupabimus. Horum nominũ ratio cõmento ſequenti cum Galeno declarabitur. Nunc verò de ipſorum numero, ac radicibus nonnihil attingamus. [Homo igitur (inquit philoſophus .o.) ad vſum cõmunem probè factos obtinet dentes, videlicet primores acutos, vt ſecent, maxillares latos, vt molant: Diſcriminant eos vtroſq; ij, qui canini appellantur, media inter eos natura conditi. Nam & medium particeps vtrinq; extremi eſt. Et canini ipſi partim acuti ſunt, partim lati: quod idem in cęteris quoq; animalibus eſt, quibus nõ omnes acuti habentur.] Dentium verò molarium numerus (Galeno eruditè .p.) definitus non eſt. Sed qui longiores quidem habent maxillas, quinq; inſunt vtrinq;; qui verò minores, quatuor. Maxima tamẽ ex parte (pręſertim viris perfectis) ſunt quinq;. Inde igitur dentium numerus diuerſificari ſolet. Si enim quatuor vtrinq; ſint molares, erunt omnes tunc ad ſummũ viginti & octo: omnibus enim hominibus inciſorij determinatè quatuor vtrinq; inſunt: duo quidem dextri, duo verò ſiniſtri in vtraq; maxilla. Adeò vt vtriuſq; partis ſimul octo ſint. Canini verò cunctis quatuor exiſtunt, alter quidẽ vtrinq; ſuperius, totidẽq; inferius. Duodecim igitur hi ſemper ſunt, qui ſexdecim molaribus (quatuor ſcilicet vtrinq, ſupra, infraq;) additi, ad numerum perueniunt viginti & octo. Sin verò molares quini ſint vtrinq;, tũc hi viginti erunt. Illis igitur alijs duodecim adiuncti numerum perficient duorum ſupra triginta: ſexdecim videlicet in qualibet maxilla. Sin deniq; molares vtrinq; ſex exiſtãt (Id quod rariſſimũ eſt) tunc omnes triginta ſex erũt. Sic igitur dentiũ numerus variari ſolet. Neq; vſquã reperias (ſubdebat Galenus .q.) quatuor quidem in ſiniſtris, quinq; autem in dextris, aut contrà, in ſiniſtris quinq;, in dextris quatuor: aut in maxilla inferiore quatuor, ſuperiore autẽ quinq;. Hęc intelligẽda ſecundum naturæ iuſtiſſimæ ordinem. Per accidens enim hæc quoq; diuerſitas cõtingere poteſt: vt ſi dens aliquis in alterutra parte ceciderit, vel nondùm ortus fuerit. Idem verò mulieribus numerus, qui in viris eſt, cõtingit (quicquid Ariſtoteles .r.) ſomniauerit, maribus plures, quam mulieribus ineſſe abſolutè dicens, plureſq;, viuacioribus, paucioreſq;, ac maius interuallũ (quod διάστημα Græci vocant) exiſtere vitam breuiorem habentibus, quanuis poſtremũ id rectiùs magna ex parte, nõ abſolutè protulerit. Cuius rationem in problematibus .ſ. aſſignare conatus eſt. Quicõ nõ rectè etiã illius libri Galeno perperã aſcripti author, cuius titulus eſt [de natura, & ordine cuiuſlibet corporis] imitatus eſt, dicens maſculis triginta duos, fœminis verò triginta dentes ineſſe. Cõmunis autem numerus cunctis duorũ & triginta ſimpliciter ab ipſo etiã Galeno, .t. introductorijq; authore, .u. nedùm Hippocrate, .x. poſitus eſt. Cur autẽ homini vnũ parte vtraq; dentem caninum natura produxit, cùm leones, lupi, & canes multò vtrinq; habeant, meritò cũ ipſo etiam Galeno .y. dubitandũ eſt. Sed promptior reſponſio ab eodẽ habetur, dicendo, ꝙ [Natura ipſa certò ſciebat, ſe dum hominem efformaret, animal manſuetũ, ac ciuile effingere, cui robur, ac vires eſſent ex ſapientia, nõ ex corporis fortitudine. Quantum igitur ad frangendũ quidpiam duriorum erat neceſſe, idipſum duo ſatis erant pręſtaturi.] Pręſertim cùm manus habeat, quibus & malleum, & lapides, & alia duriora ad frangendũ capere poſſet, illiſq; vti: Alia verò animalia, pręcipueq;

o.3.de part. animal.c.1. circa princ.

p.11. de v. p.c.9.circa princ.

Inciſorij ſẽper octo.

Canini cunctis quatuor.

Molar ũ numerus diuerſus.

q. Ibidem.

Cõtra Ariſtotelem. r.2.de hiſt. animal.c.3 ſ. Lib. 10. pblem.48.

t. vbi ſupra c.8.in prin. u. Cap.12. x.lib.de hominis ſtructura.

Dubium.

y.11.de v. p. cap.9. in pricc.

præcipueq; antedicta, & quæcunq; huiuſmodi rapacia, ferociaq; ſunt, illis vt armis quoq; vtantur. Cur autem inciſores numero duplices effecit, alia quoq; dubitatio exiſtit. Ad quam reſpondet etiã eueſtigiò Galenus. .z. Quoniam ſcilicet ipſorum vtilitas latiùs patebat, cùm nõ ad incidendum modò vtiles ſint: ſed potiſſimum (vt inquit Ariſtoteles.*a.*) locutionis gratia tales, totq; numero dentes ſortitus ſit. Ad literas enim exprimendas, plurimum cõferunt, prout antea iam vberiùs declarauimus: .*b.* ſunt autem longè plures ipſi molares, quam inciſorij, vel canini etiam ſint (ſubdebat etiam Galenus .*c.*) quoniã ipſorum vtilitas patet latiſſimè. Quod enim primi vocati inciſores inciſerunt, caniniq; quoquomodo cõtuderunt, ipſi deniq; molares vario modo, ac latiùs molunt. Sunt enim inciſorij acuti, ac lati (vt inquit .*d.*) qui morſu incidere cultri modo poſſint, vnde inciſorij, vel inciſores Græcè τομεῖς, apud aliquos τόμεοι, ἀπὸ τῦ τέμνειν, quod eſt, ſecare, vnde τέμνικοι etiam vocantur. Quamobrem dicuntur quoq; δίχασῆρες, παρὰ τὸ δίχάζειν, quod eſt etiam diuidere, & in duas partes diducere: quaſiq; ob eandem rationẽ vocari ſolent à Græcis κτίνες q. d. pectines (quanuis nõnulli interpretentur occiſores) vel à ſimilitudine, quia pectini ſimiles iuncti ſimul ſunt, vel ab effectu, quoniã cibum ipſum diuidẽdo quaſi pectunt. Alia tamen ratione γελασῖναι, q. d. ridentes, ἀπὸ τῦ γελάω, quod eſt, rideo, à Græcis ipſis nuncupantur, quoniã ſcilicet riſu nudentur, deteganturq;. Canini hos ſequuntur inferiore quidem baſi latiores, parte autem ſuperna acutiores: vnde Ariſtoteles dicebat .*e.* quòd partim acuti ſunt, partim lati. Qui ſi propter duritiem ab inciſoribus ſcindi quidpiam minùs potuerit, id frãgere ipſi queant. Dicuntur autem κυνόδοντες, latinè canini dentes, quoniã nõ exertis, ſed triangularibus canum dentibus quodammodo ſimiles exiſtunt: vnde receptum apud omnes Græcos tale nomen eſt. Maxillares demùm (quorum nomina cum prędictis mox deinde Galenus enucleabit.*f.*) à molę ſcilicet molendini ſimilitudine, molares, à clauorum autem, hoc eſt, radicum clauis ſimilium multitudine gomphij nuncupati, aſperi, ac lati ſunt, duriq;, & magni: vt qui ea, quæ ab inciſorijs inciſa fuerant, aut à caninis fracta lęuigare planè, ac terere queant. [Quorũ ſi quidem vnũ quoduis mente immutaueris (perbellè inquit Galenus .*g.*) vtilitatẽ repentè cernes labefactatam. Quãdoquidem ſi lęues omninò fuiſſent, nõ aſperi, haudquaquã munus ſuum obire cõmodè poſſent. Nam omnia ab inęqualibus, atq; aſperis cõminuũtur cõmodiùs, ob idipſum certè & molas, in quibus triticum molunt, quùm tandem cõtritæ, ac læuigatæ fuerint, rurſùs excidunt, atq; exaſperant. Neq; ſi aſperi quidem eſſent, non autem etiam duri, quicquam ex eis aſſequeremur: vt qui priùs cõterentur, quam cibos cõminuerent. Iam verò ſi aſperi, & duri quidem eſſent, lati autem non eſſent, nec ſic quidem plus aſſequeremur. Si quidẽ quæ lęuiganda ſunt, ea latis baſibus affirmata eſſe oportet. Quæ ſanè cauſa eſt, cur in caninis, atq; inciſorijs læuigari nihil queat, ꝙ ij ſint anguſti. Inde igitur Ariſtoteles ſimpliciter latos inter dentes appellat, .*h.* ac planos, .*i.* Ruffuſq; Epheſius amplas molarum ſummitates menſas nuncupat .*k.* Græcè πλατίζας. Quid ſi omnia hæc quidem haberent, eſſent autem exigui? Non ne in eo ſõlo reliqua quoq; vtilitas ſimul labefactaretur, ꝙ tempore longiſſimo ad ciborum lęuigationem nobis opus eſſet? Idem porrò & de inciſorijs, & qui poſt hos ſunt acuti eſto iuditium. In quibus mente inuenies labefactatã vtilitatem, ſi quiduis eorum, quæ ipſis inſunt, immutaris.] Sed hæc de ipſorũ dentium ſubſtantia, figuraq;, & magnitudine generatim quodammodo ex Galeno dicta iam ſint. Porrò quòd molariũ (veluti paulò poſt ſubdit) medij quidem maximi, qui verò in vtraq; parte ipſorũ ſunt (tùm ſcilicet anteriore, exterioreue, tùm poſteriore, interioreue) minores extiterint, mirabile eſt. Id, quod plures ob cauſas factum eſſe, cõpertum habemus (in homine intelligimus, ſimiarũ nanq; intimi, tertiũ magnitudine ęmulantur) Primò ratione inęqualitatis loci. [Nõ enim cõueniebat (inquit Galenus .*l.*) internã oris capacitatem, quæ certè, quomodo anterior, eſt anguſtior, magnos æquè habere dentes, ac mediam, quæ eſt ad buccas, quęq; eſt ampliſſima. Iniquum enim id quoq; fuiſſet anguſtis oris partibus dentes magnos indere, amplis verò exiguos.] Secũdò ratione linguę (ſaltem quòad intimos) [Cùm enim linguam ad radicem oporteret eſſe ampliorẽ, magnos illic dentes adiacere nõ pręſtiterat.] Pręſertim cùm ipſa ad ciborũ maſticationẽ, læuigationemq; (prout anteà iam dixerat.*m.*) non minimùm cõferat, vt quæ inſtar manus cuiuſdam cibos in ore aſſiduè transfert, ac voluit, quò pars ipſorum omnis itidem cõteratur. Quare ſequitur tertiò, vt ratione molitionis in medio maiores molares ſint, quã in extremis. In medio enim eadem molitio maior fit: cùm aptiùs lingua in eam partẽ cibos reuoluat, transferatq;. Quartò ratione maioris roboris cõſtringendi in medio exiſtentis, ac per hoc melioris ibi faciendæ etiam molitionis. Intùs enim tùm propter anguſtiam oris, tùm quia in extremis cõſtrictio ita fortis non fit, ſicut in medio: vt experimento cõprobari poteſt. In medio igitur, vbi aptior, meliorq;, & validior fit molitio, molas ipſas maiores, latioreſq; eſſe oportuit. Gradatim verò, decẽterq; versùs extrema cõminuuntur; pręſertimq; versùs caninos dentes, inciſorioſq;, Ne turpis etiam quędam inęqualitas inſit. Ordinata igitur, cõcinnaq; dentiũ poſitio facta eſt: vt primi ſint inciſorij, ſecundò canini, tertio molares: ſicuti maſticationis ꝓceſſus talis eſt, vt primò ſcilicet incidamus, & in minima fruſtula diſſecemus:

Dubium. Reſponſio. z. Ibidem. a. 3. d part. cap. 1. poſt princ. b. Com. prę cedenti. c. 11. d v. p. cap. 9. circa princ. d. Ibidem cap. 8. in princ. τομεῖς. τόμεοι. τέμνικοι. δίχασῆρες κτένες. γελασῖναι. e. 3. de par. 1. κυνόδοντες f. Tex. ſequenti.

g. 11. d v. p. cap. 8. circa princ. Molares cur aſperi. Cur duri. Cur lati.

h. 5. de generatione animal. c. 8. i. 2. de hiſt. c. 1. & 3. & 3. de part. cap. 1. Cur magni k. Lib. 1. cap. 8. Cur diuerſa molarũ magnitudo. Reſponſio prima. l. 11. d v. p. cap. 8. poſt princ.

m. Ibidem c. 4. verſus finem.

Dentium poſitio concinna.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 143 sur 292

©BIU Santé

diſſecemus: ſecundò cõteramus, groſſoue quodã modo cõtundamus, ac tertiò lęuigemus. Quòd ſi hunc ordinem mente tua peruerſum effingas, vſq; adeò mãdendi normam inuenies, vt omnia infęliciter ſuccedere, cõpertiſſimum tibi fiat. Sed eorum radices cõtemplemur. Inciſores igitur, caniniq; dentes ſinguli perpetuò ſingulis radicibus inhęrent: quanquã caninorũ radices longiores, ac per hoc profundiùs penetrantes exiſtunt. Quantò enim robuſtiores eſſe debebant inciſorijs canini, tantò maiore radice hos, quam illos firmari condecens fuit. Quam ob cauſam inter ipſos quoq; inciſorios dentes, gradus quidã exiſtit. Maiores enim duo primi ſunt, quã laterales, qui caninis proximi ſunt, ac per hoc validiores, ideoq; maioribus quoq; radicibus innituntur. Quoniã ſcilicet primus, validiorq; incidendi occurſus in media, anterioreq; parte cõſiſtit. Molarium radices diuerſo numero inueniuntur. Quædam enim binis, quædam verò trinis, ac nonnullæ demùm quaternis radicibus innituntur. Plurimùm verò id obſeruatur, ꝙ ſuperioris maxillę molares dentes vnica radice oppoſitos inferioris maxillę dentes ſuperant. Quare ſi quidem ſuperior mola duabus fortè radicibus innitatur, ſibi oppoſita inferior vnica duntaxat radice ſubſtinetur. Cuiuſmodi frequentiſſimè duabus molis canino proximis vtrinq; cõtingere obſeruatũ eſt. Duabus inquam vtrinq;, alteri primę, alteri verò ſecundę, adeò vt quatuor in ſuperiore maxilla duabus radicibus innixæ, quatuorq; aliæ in inferiore, ſimplici radice firmatæ inueniantur. Tribus verò ſuccedentibus, ſuperiores tribus, inferiores verò duabus muniri ſæpenumerò contingat. Quanuis Galeno hæc aduerſentur, nullam eſſe molam ſimplici radici innixam opinanti. Cùm tamen ſępenumerò etiam ſecunda ſuperior vnicę radici in tertio dentitionis tẽpore (ſicuti & ſecũda inferior) adhęrens reperiatur: quemadmodum prima ſuperior interdùm vnicã, quandoq; verò tres, nondùm duas habere cõperitur: quinimmò in ſecundo dentitionis tẽpore ſecundam inferiorem duas, ſuperiorem verò tres obtinuiſſe viſum eſt: perindeac alia in vltimis diuerſitas reperitur: vt quintus videlicet molaris in quarto dentitionis tempore ſuperior quatuor firmari ſepiùs, inferiore interim duabus, vel tribus innixo; interdùm verò etiã quartus dens ſuperior quatuor radicibus inniti inueniatur, quanquã nõnulli tertiũ quoq; ſuperiorem quatuor habere radices aliquando conſpexerint. Quam diuerſitatem minimè aduertit Galenus, ideoq; hic molares omnes adminus duas obtinuiſſe inferiùs, ſuperiùs verò tres radices vniuerſim ſupponit. Quemadmodum & libro de vſu partium vndecimo .*n*. fallentem regulam ponit, paruis quidem vnam, duas verò, treſue maioribus, quatuorq; maximis dentibus radices ineſſe dicens. Sic enim primis, & quintis molaribus duæ, ſecundis verò, & quartis tres, tertijs autem quatuor perpetuò radices eſſent. Quinimmò cũ ſuperiores vna radice, inferiores ſuperare debeant: primis & quintis ſuperioribus tres, ſecũdis, & quartis quatuor, tertijſq; adminus quinq; forent. Quorum maximè diuerſum inuenimus. Sed mirũ profectò nõ eſt, nõ Galenum modò, ſed recentiores quoq; quamplurimos Anatomicos diuerſa ſenſiſſe, cùm talis, tantaq; in his diuerſitas inter ipſos etiam homines, nedùm in alijs animalibus exiſtat, vt vnuſquiſq; ea ſcribat, ex particularibus vniuerſalia faciẽs, quæ ipſe obſeruarit. Dicit autem hic quoq; Galenus, ꝙ ſuperiores ſępè cum quaternis radicibus, inferioreſq; interim cũ ternis: additq; [pręſertim duo omniũ primi interiores] Quæ verba, ſi cum nonnullis expoſitoribus, primos dentes, ſcilicet caninis proximos intellexerimus, falſiſſima eſſe, ex iam iam prędictis deprehendentur. Sin verò (quod pium magis eſt, verborũq; tenori congruentius, cũ dicat duo primi inferiores) de quarto, & quinto dente intellexiſſe nobis placuerit, veriora eſſe inueniemus: cùm illis duobus maxima ex parte, pręſertimq; (vti diximus) quinto radices quatuor ſuperiori cõperiantur. Perindeac paulò ante iam declarauimus. Variant autem in magnitudine radices. Quemadmodũ verò omnium maximæ, longiſſimæq; ſunt caninorum: Ita & omnium minimæ genuinorum, tùm quia locus horũ profundiores radices nõ admittit, tùm ſecundò quia minùs molendo cõſumuntur, quam aliæ molæ (pręſertim cũ duriores tanquam natu grandioribus ortę ſint) ideoq; nec ſupra gingiuas multùm eleuantur. Cur autem ſuperiores molę inferioribus radicũ numero maxima ex parte prępolleant, triplex aſſignari quędam ratio poteſt. Prima quoniã ſuperiores pendent: vnde facilius labi, ac decidere poſſent, niſi validiùs infigerentur: Id quod pluribus innixę radicibus obtinuerunt. Secunda quoniã ſuperior maxilla maximam intùs cauernam habet. Quamobrem ſi caninorum inſtar profundiſſimã radicem haberent, intrò in eam cauitatem illa penetraret. Radicum igitur multitudine introrſum, extrorſumq; penetrantium harum ſtabilitas firmatur. Quod neceſſariũ inferioris maxillæ molis non eſt, cùm hæc (vt poſteà videbimus) ſolidior ſit. Tertia quoniã ſuperiores dentes deſtillationibus è cerebro deſcendentibus obnoxij magis ſunt: quæ per venas, neruoſq;, & arterias in eorũ radices priùs defluere, atq; in dentes penetrare ſolent. Cùm igitur plures habeant radices, ſi quidem vna earum affecta, humoreq; vitiata ſit, reliquę dentem ſuſtinebunt. Sed hæc de radicibus. Annotandum verò tandem eſt hominibus, pluribuſq; animalibus vnum duntaxat eſſe dentium ordinem ſecundùm naturam. Ex quo Ariſtoteles inquit .*o*. [Genus autem, quod duplicẽ dentiũ ordinem habeat, nullũ in noſtro orbe eſt. Verùm apud Indos (ſi CTESIÆ credendũ eſt) bellua

Inciſorũ, & caninorum dẽtium radices.

Molariũ radices.

Cõtra Galenum.

Cõtra Galenum.

n. Cap. 8. poſt princ. Cõtra Galenum.

Cur ſuperiores inferiorib⁹ plures habeãt radices ratio tertia.

Dentium ordo ſimplex. o. 2. de hiſt. animal. c. 1. in fine.

gignitur

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 144 sur 292

„ gignitur (vt ille ſcribit) cui nomen Mantichoræ, dentes triplici vtrinq; ordine.] Nos autē Panhormi piſcem quendam vidimus, magni corporis, maximiq; capitis: quem piſcem canem noſtri vulgares vocant, triplici dentium ordine armatum. Qui piſcis adeò carnis humanæ auidus eſt, vt natantis in portu adoleſcentis cuiuſdam crure abſorpto anno Domini Milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo, hominem ſecum in profundum attraxerit. Quem deinceps poſt triduum in littus à maris fluctibus eiectum, deroſo etiam cū oſſibus crure, inuenerunt. Siue autē numero, ſiue ſpecie idem fuerit: quem tynnorum piſcatores in dulcibus aquis nuncupatis irretitum interfecerunt (cuius caput hodie in proprię domus anteriore cacumine ab omnibus tanquā mirabile ſpectaculū cōſpiciendum Magiſter Hercules cognomine Genuiſius, culcitrarius, anaclinteriorumq; rariſſimus artifex apponi, fabricariq; fecit: vt & capitis piſcis ferocitatem, nedùm magnitudinem, & trinum dentiū ordinem cuncti pertranſeuntes admirentur) parùm, vel nihili quidem refert: Modò pręter Mantichoram aliud animal eſſe, inueniriq; non terreū, ſed marinū pernouerimus triplici quidem dentium ordine armatum. Realdus .p. puerum quendā ſuum natum nomine Phębum habere inquit, triplici ordine conſpicuo dentatum. Hoc autem rariſſimū, monſtruoſumq; eſt: Ideoq; vt tale hiſtorici de Timarco Cyprio cum regis Nicodei patre duplicem, & de Hercule triplicem .q. dentiū ordinem habentibus ſcripſerunt. Quemadmodū & alia quędā admiranda pernotarunt: vt de Pyrrho Epirotarū rege, atq; Euriphyo Cyrenenſi. Quibus vnum fuiſſe os cōtinuum dentium vice, lineis duntaxat in ſuperficie ſuppictū, diſtinctumq;, ac ſi plures dentes eſſent: cuiuſmodi etiam Herodotus ſcribit in perſica ſtrage inuentos vnius cadaueris dentes μονοφυνέας ideſt oſſis vnius, ſiue ad verbum vnigenitos, hoc eſt, in vnum omnes coniunctos, & vnius naturā habentes. Frequentiùs autem inuenti ſunt nō omnes, ſed tres, aut quatuor dentes, pręcipueq; molares eadem ratione cōiuncti. Sed omiſſis huiuſmodi, atq; alijs monſtroſitatibus, ad nominum rationes ipſo cum Galeno conuertamur. Quia enim gomphios q. d. clauoſos, quos nos maxillares dicimus, nominauerat habent autē Gręci aliud quoq; nomen ipſorum, ſcilicet μῶλας: Idcircò ſtatim ſubdit, dicens.

Hiſtoria.

p. Lib 1. c. 10. in fine.

q. Vide Cęliū Rodig. lib. 4. c. 1.

TEXTVS TERTIVS.

„ Καλοῦνται δὲ οὐχ ὅτω μόνον, ἀλλὰ καὶ μῦλαι θηλυκῶς, ἐκ μεταφορᾶς [δῆμαι] τοῦνομα λαβόντες, ὅτι τρίβομέν ἐν
„ αὐτοῖς, καὶ λεπαίνομεν τὰ σιτία, καθάπερ ταῖς μύλαις τὰς δημητριακὰς καρπούς, ἀλλὰ καὶ οἱ κυνόδοντες, ὁμοιότατοι
„ τοῖς τῶν κυνῶν ὑπάρχοντες, ἀπ' ἐκείνων ὠνομάσθησαν. οἱ δὲ τομεῖς ἀπὸ τοῦ τέμνειν αὐτούς, ὥσπερ σμίλη, ὅσα δύναται
„ τέμνεσθαι σιτία. δύναται δὲ δηλονότι τὰ μυλακα, πρὸς ἃ δὴ γεγόνασιν ὑπὸ τῆς φύσεως, ὥσπερ καὶ πρὸς τὰ σκληρὰ τοὺς κυνόδοντας ἐποίησεν ἐ τέμνειν, ἀλλὰ θλᾶν ἱκανούς.

„ Vocantur autem non ſic ſolùm, ſed etiam molæ fœminino genere, ex ſimilitudine (arbitror)
„ nomen id tranſumentes, quòd in his cibos, veluti molis cereales fruges atterimus, leuigamuſq;;
„ canini autem ſimillimi canum dentibus exiſtentes, ab illis nomen obtinuerunt. Inciſores autem
„ ab eo, quòd ipſi ſcalpellorum inſtar cibos quicunq; incidi poſſunt, incidunt: poſſunt inquā mol-
„ les, ad quos à natura facti ſunt, quemadmodum ad duros non incidendos, ſed ſufficienter con-
„ terendos canini conſtituti ſunt.

COMMENTVM TERTIVM.

QVÆ hic de nominū rationibus dixit Galenus, tùm per ſe nota iam ſunt, tùm magis ex ijs, quæ in pręcedenti cōmento declarauimus, liquent: pręſertimq; de ea, quā habent cum molēdim molis ſimilitudine. Dicuntur igitur latiores hi, extremiq; dentes (quos maxillares noſtri vocant) Gręci γόμφιοι, q.d. latinè clauoſi (prout anteà iam diximus*) ſeu mauis, clauei, aut clauales à clauo nomen deriuantes, γόμφος enim Gręcis idem, quod latinis clauus refert: vnde cùm dentes in ipſius maxillę alueolos clauorū modo inſerātur, infiganturq;, per gomphoſim q. d. per cōclauationem coarticulari prędictū iam in procœmio fuit, .r. rurſuſq; ſtatim repetetur. .ſ. Quod ſi obijcias fortaſſe, quoniā hac ratione cuncti dentes, nedùm ſoli molares, gomphij nominandi venirent: cùm inſtar claui quilibet infixus ſit. Reſpondemus quidem eueſtigiò dicentes, nomen id maxillaribus, molaribuſue duntaxat meritò dedicatū: quoniā pluribus clauis, vt pote quatuor, aut tribus, vel duabus, vt plurimum radicibus infiguntur. Inciſorij verò, caniniq; perpetuò ſimplicibus (veluti iam iam prędictum eſt .t.) Ridiculam verò interim eorum eſſe nominis huius etymologiam arbitramur, dicentium gomphios, hos dentes à Gręcis nuncupatos à lapidearū molarum aſpera ſuperficie, quam hi dentes aſpera quoq; ſuæ menſæ ſuperficie imitantur, vocatam (vt aiunt) gomphiaſim Gręcè, latinè verò dentitionem. Si ſic enim talis lapidearū molarū aſperitas nuncuparetur, à dentibus illa potiùs, quam dētes ab illa nomen ſumerent:

Vnde dicūtur gomphij.

* Com. prę cedenti. r. Com. 10. ſ. Com. ſequenti.

Obiectio.

Reſponſio.

t. Com. prę cedenti.

Cōtra Euſtachium.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 145 sur 292

©BIU Santé

sumerent: vel à clauis vtraq; (quod magis arridet) neutraq; ab altera gōphiasis diceretur, à gomphis enim, hoc est, clauis, gomphiasin q.d. clauationem, & nō à gomphiasi, seu clauatione gomphon, seu gomphion q.d. clauū, siue clauium deriuari dicendum venit: quoniā scilicet cōclauatæ cuiusdam tabulæ instar, & molendini molæ superficies, & dentiū maxillariū mensa aspera est. Nec minùs Meletij etymos negligenda venit, gomphios dici, διὰ τὸν κάμψιν, asserentis, à flexu scilicet, siue curuatura nomen sumētes, ꝙ positi in recuruis maxillis, siue maxillarū partibus, visuntur. Sic enim nō minùs, immò magis incisorij gomphij nuncupādi venirent. Nisi cū Etymologico authore potiùs dixerim⁹, παρὰ τὸ κάμπτω, quod est, flecto, γίνεται γόμπτω καὶ ἐξ αὐτοῦ, γόμφιος, hoc est, & ex hoc gomphios, deriuatur, διὸ ὃ γνάμπτεται καὶ κάμπτεται ὁ τροχός, quod est, à quo (scilicet dente gomphio dicto) frangitur, flectiturq; cibus à flexu igitur dici potest, non maxillæ (vt Meletius nō rectè dicebat) sed cibi, quem inter masticandū contimiò susciptunt, cōteruntq;, ac in seipsum, pistrinorū instar adiuuante lingua, flectunt, reflectuntq;. Sed hęc de nomine quęstio ad Grāmaticos remittatur. Quos igitur in prędcedenti textu gomphios nuncupauit, nunc molas Græcè μύλας etiam fęminino genere nominari ait: Nos molares dentes etiā dicere solemus. Cicero .μ. generatim cunctos maxillares, siue molares dictos dentes nomine genuinorum intellexisse videtur, à genis eos nuncupando, cùm maxillæ (quæ etiam gena, quemadmodùm Græcè quoq; γένυς, siue γένις, & γένιος appellatur) infixi, atq; inclauati sint: communiter autem nostri Plinium insequentes generico nomine maxillares omnes, speciatim verò dūtaxat omnium intimos duos vtrinq; in extremo dentitionis tempore obortos, genuinos nuncupare solent: vt cum hic ita dicebat .x. [Maxillares, qui sunt à caninis nullū annal mutat. Homini nouissimi (qui genuini vocantur) circiter vigesimam annum gignuntur, multis octogesimo, &c.] Hæc Plinius. In cuius tamen verbis error apertissimus est: dum Aristotelem * tranſcribens sententiam eius imitatus est, solos inquam anteriores dentes, vt pote incisorios, caninosq; mutari, decidereq;, ac renasci: nō autem gomphios, siue maxillares. Omnes enim hominis maxillares mutari solent: prēter genuinos: propriè dictos, nisi quid prēter naturam cōtingat: id quod sic generatim dictum perpetuū est: quanuis sępiùs primas molas, caninis proximas, tertiasq;, & quartas mutari nō cōtingat, sed primas in tertio dentitionis tempore supērius .y. declarato primitùs enasci, numerumq; augere, tertias verò, & quartas in secūdo tempore: quemadmodū quarto tēpore genuini primū amplius minimè mutādi enascuntur. Qui āb eo, quòd tardè oriuntur, à Grēcis ὀψίγονοι, q.d. tardè geniti, latinè serotini appellātur. ὀψὲ enim Grecè, latinè serò, seu tardè significat. Cur autē σωφρονιστῆρες, & κρεαστῆρες etiam dicantur, declaratū iam à nobis priùs est. .z. Nominantur autē dentes omnes molares etiā à Grēcis μωμίσκοι. Quanuis propriè nomen id nō totam molam, sed eā duntaxat partem prēsēferat, quæ gingiuæ affidet, veluti extrēmam, quæ cibum conterit, molitq;, ac lęuigat, τραπέζαν, latinè mensam dicunt. Totumq; demùm ipsorum dentium ordinem, ac seriem, φραγμόν, latinè sępem nuncupant. Sed omissis nominū disquitionibus ad ipsorū dentium omniū coarticulationes cum Galeno permigremus. Quùm videlicet ita subdit.

Cōtra Meletium.

Etymologici authoris opinio.

μύλαι. Molæ. u. Lib. 1. de nat. Deorū versus finē. Genuini. Maxillares.

x. Lib. 11. cap. 37. ante med. Cōtra Plinium, & Aristotelem. * 5. de generatione animal. c. 8

y. Com. huius primi.

ὀψίγονοι; z. Com 1. huius capitis.

μωμίσκοι. τραπέζα. φραγμός.

TEXTVS QVARTVS.

Γεγόμφωνται δ' ἅπαντες ἐν τοῖς τῶν φατνίων βοθρίοις. φάτνια μὲν γὰρ αὐτὰ πάντα ἐστὶ περιέχοντα ἀντὰς ἐδὰ βόθρια δὲ αἱ κοιλότητες, ἐν αἷς ἐμπέπηγασιν, ὀνομάζονται.

Infixi autē sunt omnes in prēsepiorū fossulis. Ossa enim ipsa dentes cōprehendētia φάτνια (hoc est prēsepia) cauitates autem, in quibus hi stabiliti sunt, βόθρια (ideſt fossulæ) nominantur.

COMMENTVM QVARTVM.

TRIVSQVE maxillæ partes illæ extremæ, in quibus, propter dentium infertiones, siue melius dixerimus, propter factam à dentibus in exeūdo perfurationem, foueolæ quędā fiunt, quæ à Galeno hic φάτνια genere neutro nominantur, latinè prēsepiola, seu dixisse mauis alueolos. Pollux fœminino genere φάτνας, & φατνίας nuncupat: Quemadmodum ipsas foueolas, siue fossulas ille ὀλμίσκους (latinè dicemus mortariola) vocat, quas hic Galenus βόθρια, hoc est, fossulas nuncupat. [Quòd igitur natura (inquit contra Asclepiadem, Epicurumq; Galenus .a.) ossiū maxillæ vtriusq; processus fecerit tenues (quos phatnia, ideſt præsepiola appellant à præsepium similitudine, quibus pecudes vtuntur) quo pacto non id quoq; opus erit fortunæ admirabile? (ad homines loquitur fortunę cuncta naturę opera, ipsiusue atomis ascribentes) singulis enim dentibus prēsepia hęc sunt circundata, quos constringunt, ac continent, adeò validè, vt non facilè concutiantur. Iam verò ꝙ & radicibus ipsorū loca effecerit conuenientia magnis quidē magna, paruis autem parua mihi quidē id quoq; mirabilis cuiusdam

11. d. v. p. cap. 8. versus med.

æquitatis

» æquitatis opus esse videtur. Nemo sanè homo artifex, neq; eorũ, qui ligna clauis inter se adaptãt,
» neq; eorum, qui tractant lapides, atq; elaborant, cauitates excipientes æquales adamussim com-
» pactorum eminentijs adeò fecerit, vt dentium radicibus felicissimus atomorum concursus com-
» parauit. Sciebat enim (vt opinor) tametsi mentem nõ habebat, cauitates quidem latiores ossium
» harmoniam laxiorem effecturas: angustiores verò non permissuras dentiũ radices ad fundu vsq;
» pertingere, &c.] Hæc Galenus, qui melius profectò dixisset angustiores exitum impedire, ne ad
summum dentes pertingant, quam ad fundum: cum ex fundo emergant, & nõ in fundum penetrent. Admiratione tamen dignum est, quomodò natura, superueniente quouis dente, ad vltimã vsq; decrepitatẽ fossulas huiusmodi proportionatas excauat, perficitq;. Quas interim, decidẽte quouis illorum, obcecat, adeoq; consolidat, vt nullum amplius foueæ, perforationisue vestigiũ appareat. Quam ob causam quibus dentes eruti sunt tenuior multò, angustiorq; fouearum locus redditur. Sed nos ad Galeni præsentem contextum reuertamur. Τεγόμφωνται inquit Galenus q. d. conclauati sunt: quoniã per gomphosim dentes cum suis maxillis (veluti prædictũ est .*b.*) coarticulantur: quanuis & per syssarcosim (gingiuarum ratione, quas ob id Græci etiam φατνώματα vocant, cùm cutis extremæ vnguium parti adhærentis instar, hæ dentes conglutinent) & per synneurosin quoq; quodammodo (ingredientiũ neruorũ, ac fossulis conglutinantiũ ipsos ligamentorum medio) coalescãt. Quamobrem euestigiò Galenus idem subdit .*c.* [Atq; etiã q̃ ligamentis ipsis fortibus præsepibus sint alligati, & potissimũ ad radices: vbi & neruis inseruntur: quo pacto non id quispiam admiretur?] Propter quos quidem in eorum radices insertos neruos sensus quoq; participes ipsi dentes extiterunt. Quocirca sic statim subdit.

b. Com præcedenti in proœmio tex. & com. 20. c. 11. d v.p. cap. 8. circa med.

TEXTVS QVINTVS.

» Μετειλήφασι δὲ τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων τῶν μαλακῶν ὀδόντες μόνοι τῶν ἄλλων ὀστῶν. ὅθενπερ καὶ σαφῶς
» αἰσθάνονται μόνοι.

» Ex ossibus dentes tantummodò mollium è cerebro neruorum participes fuerunt: ob idq; soli
» manifestè sentiunt.

COMMENTVM QVINTVM.

QVOD in dentes nerui, hiq; tertiæ coniugationis cerebri inserantur: quos Anatomici molles nuncupare, ob eorum præcipuè multitudinem, capillorumq; modo factã diuisionem, nedùm ob substantiæ mollitiem, soliti (Galeno etiã docente .*d.*) fuerunt, sæpè sæpiùs à Galeno etiam ipso declaratũ est. .*e.* Quemadmodũ solis dentibus inesse id priuilegium, nulliq; alteri ex ossibus, velut alijs quoq; multis particulis ex eorum vsu sensum superfluum fuisse, alias idem perbellè demonstrauit: .*f.* quanquã aliorũ ossium membranarũ dolores profundi, hoc est, in intimo corpore sensum excitantes, ossium ipsorũ veluti dolentiũ inducunt imaginem. Vnde à quamplurimis ὀστεόπονοι, hoc est, ossiũ labores, siue dolores nuncupantur (vti Galenus etiam inquit .*g.*) qui quidẽ magna ex parte ab exercitationibus euenire solent, quanuis interdum vel à frigore, vel à plenitudine fieri possint. * Dolentium inquam ossiũ ducunt imaginem, siue phantasiam: sed verè ossium dolores non sunt, cum ossa minimè sentiant, vt speciatim de ossibus capitis, * & nasi * aliquando expressit: sed ea circuentiũ membranarũ, quas periostios nuncupant. Soli igitur dentes inter ossa sentiunt. Verùm enimuerò nõ modò nerui propter sensum, sed venæ quoq; propter nutrimentũ, atq; etiam arterię propter caloris conseruationem in dentium radices inseruntur. Quibus deinceps tanquã ligamentis quibusdã, præter ea, quæ ipsos cum præsepiolis conglutinant, ipsa natura abutitur. Prædictũ verò est suprà, .*b.* quam ob causam dentes necessariò sensus participes extiterũt. Vnde & dolent sæpenumerò: veluti sæpiusculè etiã stuporem pati solent. Dolent inquam nõ sola gingiuarum ratione, aut quia nerui substãtia duntaxat patiatur: sed secundùm propriam substãtiam: licet nonnulli oppositũ contendant. Quam altercationẽ adeò rectè, ac dilucidè Galenus determinat, vt sat superq; fuerit eius verba referre: quæ ab Alexandro .*i.* nonnunquã transcripta fuerunt, nedùm ab Actuario .*k.* cõprobata. Quùm
» sic videlicet ille testatũ priùs reliquit. .*l.* [Ex dentiũ affectionibus aliquę sanè omnibus euidẽter
» apparent: quemadmodũ quùm perforati sunt, aut denigrati, aut detriti, aut neq; frigida ferunt,
» neq; calida: sed ex vtrisq;, aut altero solo dolor eis contingit. Quædam verò nõ manifestè appa-
» rent in ipsis affectiones: veluti quùm ipse æger se sentire dicit circa corpus dentis dolorẽ in pro-
» fundo obortum. Quidam enim cõtradicunt, afferentes cùm os sit dens, eum citra laborem affici.
» Veluti quùm aliquãdo prominentiores per limulam deterere cogimur: aut etiã ob aliam quam-
» piam causam: de quibus paulò post mentionem faciam. Nunc enim citra rationalem, & naturã-
» lem demonstrationem testimoniũ his perhibere volo, qui ipsum dentem laborare aiunt. Etenim

d. Lib. de neruorum diss. cap. 4. e. Vt 9. d v.p. cap. 15. & 11. 7. & 8. f. Vt 16. de v.p. cap. 2. & 3. g. 2. de loc. affect. c. 7. versus finẽ. * Vt lib. de multit. c. 4. circa med. * 13. meth. cap 22. * De instr. olf. cap. 3. h. Com. 1. huius capitis in fine. i. Lib. 3. cap. 13. k. 6. meth. cap. 7. l. 5. de cõp. med. secundũ loc. c. 8. in princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 147 sur 292

©BIU Santé

„ cùm ego aliquando dolerem, diligentem ſupermeipſo animaduerſionem habui. Vt pote qui iam
„ audieram de hac dubitatione, percepiq; manifeſtè nō dolentem modò, ſed pulſantē quoq; den-
„ tem: quemadmodū carnoſæ partes inflammatione vexatæ cōſueuerunt. Quare mirū mihi vide-
„ batur, ꝙ & hęc affectio, quam phlegmonen, ſiue inflammationē appellamus, in dente oriri poſ-
„ ſet, qui lapideam, & duram ſubſtātiam habet. At qui cùm etiam alio tempore dentem dolerem,
„ manifeſtè ſenſi nō ipſius dentis, ſed gingiuarū dolorem eum eſſe: Inflammatis videlicet ipſis, vt
„ etiam citra coartationem dolerent. Quin & ob vicinitatem dētium natura durorū aucto dolore
„ ob coartationem. Quapropter vtriuſq; doloris ſenſum expertus alium quidē in gingiuæ, alium
„ in ipſius dentis ſubſtātia eſſe clarè ſcio, & id aſſerentibus teſtimonium prębeo, ꝙ ipſi aliquando
„ dentes dolent.] Hæc Galenus de dolente ipſius dentis propria ſubſtātia, ſeu corpore. Quoniam
verò nōnulli ſunt, qui aiunt nō dentis corpus, ſed in eius radice contentū neruū dolere. Propte-
reà ſtatim ſubdit Galenus, id etiam aliquando euenire: vt putent aliqui eſſe dentis ſubſtantiam,
quæ doleret; ſed ita nō ſit ſecundū veritatem. Diuerſus igitur dolor eſt in ſubſtātia gingiuarum
à dolore, qui fit in ſubſtātia dentis. Diuerſus verò etiam ab vtroq; prędictorum eſt dolor, qui ex
„ nerui inflāmatione, ſiue ſolutione factus eſt. Quas ob res ſic ſtatim ſubdit, dicens. [At verò ner-
„ ui, qui ad radicem dentis enatus, & ſubſtratus eſt, dolorem aliquādo fieri, neruo imaginationem
„ confuſam, & indiſcriminatam, incertamue apud pleroſq; exhibente, tanquam ipſe dens doleat,
„ conſentaneum rationi eſt. Nam & huius rei manifeſtum periculum aliquando feci.] Ecce igitur
quomodo ex nerui inflammatione, nō dentis ſubſtantia dolor nōnunquā eſſe poteſt: cuius iudi-
„ tium à dentis ſubſtātia diſtinctiuum cueſtigiò ſubdit, dicens. [Et ſanè ꝙ remaneat adhuc parua
„ doloris portio, exempto dente, innaſcitur ob nerui inflāmationem. Cùm dolor nerui leuior tan-
„ tùm reddatur, &c.] Hæc igitur eſt differentia doloris proprię dentiū ſubſtātiæ, vel nerui. Quo-
niam ſcilicet ſi dentis ſubſtantiam inflammatio, dolorq; prehendiſſet, tunc ablato dente, quam-
primum dolor ille ceſſat. Sin verò propter nerui inflammationem contigerit: exempto quidem
ipſo dente, quanuis leuior dolor euadat; haud tamen prorsùs aboletur. Sed omiſſis aliarū partiū
doloribus: Impręſentiarum de ipſius dentis ſubſtantia, ſiue corpore, ꝙ dolet, intellexiſſe ſat eſt,
& quòd tres hi dolores propinqui ſunt, videlicet gingiuarū, ſubſtātię dentis, & nerui. Quocirca
m. Cap. 9. poſt princ, n. Cap. 8. o. 6. epidim. commētario 8. com. 24, p. 2. de loc. affect. 6. & 7. & 1. de ſympt. cau. cap. 5. circa princ.
„ Galenus paulò deinceps ita ſubdit .m. [In dolore dentium, citra gingiuarū inflammationē, ali-
„ quando in ipſo proprio dentium (velut dixi .n.) corpore, aliquando verò in neruo dolorem fieri
„ cōtingit] Guſtandi igitur, tangendiq; ſenſus dentibus ineſt, vt perbellè Galenus ait .o. Quamo-
brem & ipſi hęmodiā, hoc eſt, proprię quoq; ſubſtantię ſtuporem (eodem alibi authore, .p.) pa-
tiūtur: prout vnuſquiſq; in ſemetipſo promptiſſimè experiri poteſt, dum auſteros, acerboſue, ac
acidos cibos maſticare conabitur, dentibuſue ipſis ingerere. Pręſertim verò dentium ſenſus in ea
quadam membrana, circaq; eam viget: quæ intimā ipſorū cauitatem ſinumue ſubungit. Pręter
foramina enim, quæ in ſingulis radicibus exiſtunt: per quæ (vti prędictum eſt) nerui, & venæ,
arteriæq; ingrediuntur: Manifeſta etiam intùs cauitas quędam exiſtit, ſecundùm dentis magni-
tudinem cōſpicua: quæ quidem tenuiſſima quadā membranula ſublimitur: cuius originem ſi nō
ab omnibus tribus, ſaltem à neruo in ipſam cauitatem penetrante neceſſariò fieri pro cōpertiſſi-
mo habemus. In ea inquā membrana, & proximis ei partibus præcipuè ſenſum vigere dicimus:
Non ſicut è recentioribus nōnulli tenent, quòd ea tantùm, & nō dentis ſubſtantia ſentiat. Vnde
calidi, & frigidi tantummodò ſenſus, nō autē humidi, aut ſicci dentibus ineſſe volunt, ſed neq;
ea ſentiri adhuc, niſi ad eam membranam, tanquā proprium ſenſoriū penetrent. Sic enim dentis
ſubſtantiam, corpuſue ſentire nō eſſet, ſed membranam ipſam; totuſq; Galeni diſcurſus ad pro-
bandum dentium ſenſum, vt maſticanda, ingurgitandaue ſentiat, inutilis eſſet: quęq; per expe-
rientiam comprobat, diſtinguendo dolorem, qui à neruo, ab eo, qui à dentis corpore procedit,
neceſſariò corruerent, nulliuſq; valoris forent. Sentire igitur cū Galeno dentes dicemus, magis
tamen, aut minùs ſecundum diuerſas partes. Maximè enim intùs & in radice, minus verò extra
gingiuas: ſed omnium minimè in extremitate. Adeò enim obtuſus in fine dētium ſenſus exiſtit:
vt dum lima, vel ſerra inciditur, nō doleat: quanquā ſentire negandum nō eſt. Quemadmodū ex
ipſius etiam Galeni monumētis cerebrum ſentire alias determinauimus; quanuis diſcoopertum
ipſum tactum, vel inciſum non ſentire percipiatur: quoniā tunc temporis ob acris intemperiem
ſenſus eius maximè obtunditur. Ita igitur dentibus cōtingit, id quod nōnulli etiā de alijs omni-
bus oſſibus exiſtimarunt: cùm diſcooperta nō ſentiant: omnia tamen verè quodammodo ſentire
determinantes. Quorum ſententiam nos interim propterea improbamus, quoniā in illa neruos
inſeri nuſquam, velut in dentes, cōſpicimus. Ideoq; nō ex propria ſubſtantia, niſi membranarū
(vti prędictum eſt) cooperientiū ratione, oſſa ſentire determinamus. Nec adeò rudis fuit Actua-
rius, .q. qui de omnibus oſſibus intellexerit, cùm in oſſa inſeri neruos dixit. De oſſis enim affectī-
bus loquens, ſoliſq; dentibus, per oſſa dētes duntaxat intellexiſſe cōpertiſſimū habemus: forteq;
deprauatus codex eſt, & pro oſſibus dentes legendum: de quibus ſuum erat propoſitum. Prętet

Mębrana cauitatis.

Quorundā ſentētia de dentiū ſenſu.

Impugnatio.

q. 4. meth, c. 14. poſt princ.

ipſos

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 148 sur 292

ipſos igitur dentes, nullũ os ſentire concludimus: nõ Ariſtotelis .r. quidem ratione, quia ſcilicet terreſtris eorũ ſubſtantia ſit. Dentes enim terreſtriores, durioreſq; ſunt: nihilominùs temen vti neruorum, ita & ſenſus participes extiterunt. Id quod a veritate coactus tandem in problematibus .ſ. conceſſit: ſentire videlicet dentes, doloremq; à frigido magis, quam à calido, magiſq; quã carnes pati, ſupponens. Nec tantùm calidi, & frigidi, ſed humidi etiam, & ſicci ſenſum habent: vnde acidi ſucci tepidi etiam dentibus admoti ſtuporem illis inducunt, ſiccitatis ratione: humiditaſq; eorũ ſubſtantiã corrumpens, dolorem quoq; illis infert. Sentiunt autem dura, & mollia: preſertimq; aſpera, & leuia: rara, & denſa: aliaq; omnia (vt ſummatim dixerim) tangibilia ſentiunt, quęcunq; ab organis tactus ſenſu prędictis percipi, ſentiriq; ſolent. Verùm de his aliàs vberiùs. Impreſentiarum verò ſat ſuperq; ſit determinaſſe, q⁹ dentibus ipſis tactus: quinimmò & guſtus quoq; ſenſatio inſit: vnde & dolorem, & ſtuporem, ipſamue hęmodiã pati ſępenumerò conſueuerunt. Dicta verò hæc ſint pro Galeni verborũ expoſitione. Futile autẽ minimè fuerit, pro dentium exquiſitiore cognitione, nõnulla inſuper adiungere: primumq; ex dentibus ſumptum futurę longitudinis vitę prognoſticũ. Inquit enim Ariſtoteles .t. [Maribus dentes plures, quam fœminis, vt in genere hominũ, ouium, ſuum, caprarumq; patent.] Inde igitur concludere videtur, mares diutiùs viuere, vt quibus dentes plures inſint. Generatim nanq; ſtatim ſubdit, dicens [Quibus plures, hæc viuaciora magna ex parte ſunt. Quibus pauciores, & rariores, hæc magna ex parte vitę ſunt breuioris] Nec ſolùm ex dentiũ pluralitate, ac denſitate, ſed ex ſu[illegible]rarũ quoq; maiori numero, mares fœminis longioris eſſe vitæ, alibi determinauit: .u. vbi inter maſculos etiã ipſos ob eaſdẽ cauſas in longitudine, & breuitate vitæ diuerſitatẽ ſuppoſuit: vt ſcilicet quicunq; plures dẽtes, plureſq; futuras habent, diutiùs viuant. Id quod tametſi verũ eſſe magna ex parte, tàm inter homines, quã inter alia eiuſdẽ ſpeciei animalia inueniri fortaſſis queat: Minimè tamen inter maſculos homines, fœminaſq; comprobamus: vt ſcilicet maſculi plures dentes, plureſq; futuras habeant: cùm idem amborũ numerus vtriſq; naturaliter inſit: niſi per accidens aliter monſtruosè potiùs cõtigerit. Sed de futuris, earumq; vſibus prędictũ iam ſatis ſuperq; à nobis eſt. .x. Nunc igitur ad id, quod ex dentibus ſumitur, prognoſticũ, non fœminas maſculis, ſed quoslibet inter ſe comparando, mares inquam maribus, mulieresq; mulieribus rationem veſtigemus: cur ſcilicet pluribus, denſioribuſq; dentibus armati, ijs qui pauciores, rarioreſq; illos habuerint, viuaciores, longioriſq; vitæ, ſi nõ ſemper, magna tamen ex parte ſint. Vnicam nanq; Ariſtoteles cauſam deſignauit: Noſq; duas alias adiungemus. Eſt igitur philoſophi ratio hęc .y. [Quoniam dentium raritas inditium eſt denſum os eſſe capitis (quamobrem difficulter exeunt, compreſſiq; in anguſtũ, tenueq; reſtringũtur, vnde & rari euadunt) Ergo cerebrũ inualidum eſt, quia minùs fit reſpirationibus oportunum. Itaq; celeriter putret, vt quod ſua natura humidum ſit. Nam & cętera, cum nõ mouentur, neq; exhalant, facilè corrumpuntur.] Corrupto igitur ob capitis denſitatem ipſo cerebro, membro quidem principaliſſimo, hominem perire neceſſum eſt. Hæc eſt philoſophi ratio. Nos autem ſecundã huic adiungemus, quæ ſi nõ iiſdem hominibus contingat: cùm prędictę quòad cerebrum quodammodo cõtraria ſit: in diuerſis tamen hominibus contingere poteſt. Prior enim excedẽtem cerebri excrementitiã humiditatem ſupponit cerebri deniq; corruptiuam: hæc autem naturalem eius ſiccitatem, totiuſq; ſimul ariditatẽ, ac radicalis humidi minutionem preſefert. Talis enim raritas à cranei dẽſitate, ac per hoc ſiccitate prouenit: ex quo parui, arctatiq;, ac exiles dentes oriũtur: vnde cùm alter alteri minimè cohęreat ob paruitatem, rari dentes remanent. Siquidem igitur ab initio ſtatim craneum, ac per hoc contentũ in eo cerebrum alioqui ſuapte natura humidiſſimũ, in hoc tamen homine vincentem habeat ſiccitatẽ, dubio procul omni dominãte eadem in vniuerſi corporis habitu ſiccitate, ob radicalis humidi paucitatem, breuem vitam, quantum ad hoc attinet, prenuntiat: velut contraria ratione longiorem dentium pluralitas, denſitaſq;. Quibus adhùc tertiã haud profectò negligendã rationem addere poſſumus: propter imperfectam videlicet maſticationem. Qui enim dentes raros habent, exquiſitè cibos atterere, molereq; non valent: Quemadmodũ nec perfectè incidere queunt. Quamobrem difficiliùs illi, tanquam nõ benè contriti, maſticatiue concoquuntur. Nutriens enim (vti princeps .z. rectè ex Galeno .a. etiam ait) maſticatione aliquam habet concoctionem: Aceruatis igitur paulatim cruditatibus, raros dentes habentes citiùs diem ſuum obeunt habẽtibus denſos: quãtùm ad ipſos attinet: modò reliqua paria ſint, veluti prętactum iam eſt. At aliud ex dentibus prognoſticum perpẽdamus. Quùm enim dentes aridi apparent omni humiditate prorsùs deſtituti ęgrotantem morti proximũ eſſe pronuntiant. Quemadmodũ ſi quis ſtrideat dẽtibus (inquit Hippocrates .b.) non cõſuetus à pueritia ita efficere, inſania ſignificatur, ac mors. Si verò mente cõmotus, inſanienſue ita efficiat, admodum exitioſum iam eſt. Morti enim proximũ prenuntiat ęgrotantem. Aiunt verò demùm Phyſiognomonici caninos dentes vbi longiores fuerint, ac firmi, maximeq; ad exteriora tendentes, guloſum hominem, malumq;, & iraſcibilem porcis relatum, & canibus preſeferre. Priuſquam verò ad alia pertrãſeamus, minimè prętereundũ duximus optimè

r. 1. de anima tex. 79. & 3. 66.

ſ. Lib. 34. problem. 2 & 3.

Prognoſticum ex dẽtib⁹ primũ. t. 2 de hiſt. animal. c. 3.

u. 10. problem. 48.

x. Cap. 1. com. 1. & 2. Quibus dẽſiores dentes cur longioris vitę. Ratio prima.

y. 10. problem. 48.

z Prima 1. doct. 4. c. 2. in princ.

a. De por. naturalib⁹ lib. 3. c. 7. Prognoſticũ ſecũdũ.

b 1. prognoſt. 21.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 149 sur 292

©BIU Santé

optimè à primo omniū opifice ſapientiſſimo diſtributos vnicuiq; animali dentes extitiſſe: vt fortibus inquam animalibus, rapacibuſq; dentatis acuti multi dentes, ac fortes ſint comparati (Galeno etiā docēte .c.) vt leonibus, pardalibuſq;, canibus item, ac lupis, & cęteris id genus. Quibus autem, capris, bobus, ac ſimilibus pauciores, hoiq; imbecilliores quoq; inuenimus fuiſſe diſtributos. Quibus etiā animalibus, & oris magnitudo dentibus, quinimmò & vnguibus proportionalis eſt. [Quo enim pacto (vt inquit .d.) homo paruū os haberet: leones autē, ac lupi, atq; omnia (vt in ſumma dicam) quæ καρχαρόδοντα, ideſt, ſerratos dentes habentia appellant, longiſſimè haberēt fiſſum, niſi hic quoq; vtilitatis partiū noſtri opifex memor fuiſſet? Ad portionem enim vnguium, & dentium robur conſentaneum fuit oris quoq; eſſe magnitudinem. Quænam enim illorum cōmoditas cum paruo ore fuiſſet? Aut quid homo aſſequeretur, ſi multos quidē haberet molares, adapertum autem os eſſet plurimùm? Quæ enim de maſticatorijs muſculis paulò ante fuerunt dicta, .e. abundè docere poſſunt, quantùm pars ea, quæ eſt ad oris ſciſſurā, ad exactā cibi cōminutionem conferat. Id enim ſi amplius in hominibus, quemadmodū in lupis, eſſet adapertum, neq; cibum exactè cōtereret, neq; ex magnitudine quicquam ad vires eis accederet: vt qui dentes acutos multos nō habeant, ſin verò rurſùm animalibus illis in arctiſſimum os eſſet redactum, quomodò, & hominibus: periret vtiq; eis acutorū actio. In vniuerſum igitur ſi omnia animalia expenderis, cōperies quæ in mordendo viribus pollent, ijs nō modò os eſſe maximū, verū etiam dentibus eiuſmodi refert. Quibus autem potiſſimum in cibis maſticandis, & iiſdem planè lęuigandis dentium conſtat vtilitas, eis os eſſe exiguum, & in eo multos quidem molares, acutos autem aut prorſus nullos, aut ſingulis maxillę partibus ſingulos. Porrò quemadmodū partes hæ ad portionem inter ſe fuerūt cōparatæ: ad eundem planè modum, & vngues in animalibus quidem māſuetis, ac timidis lati, molles, atq; obtuſi. Agreſtibus autem, aut fortibus acuti, ac validi ceu gladij quidā innati, magniq;, ac rotundi, ad incidendū, ac retinendū accōmodi.] Dentium igitur, vnguiumq;, ac oris magnitudinis ſequela quędam proportionalis eſt. ¶ Quibus omnibus iam declaratis, tempeſtiuū eſt, quemadmodū ab initio ſtatim cum Galeno propoſuimus, .f. & in prędcētibus quoq; tùm capitis .g. tùm maxillę ſuperioris .h. oſſibus obſeruauimus, in ipſis quoq; dentibus enarrare. Sunt autē imprimis octo illa prędicata, vt ſingula ſeorsùm, & ſecundū ſeipſa, qualia nam ſint pernouerimus, perlibranda. Quanuis multa eorum tanquā alibi prętacta in memoriam potiùs reuocanda veniant. Temperamentū enim idem cum alijs oſſibus prędictum iam eſt, .i. ſecundū magis duntaxat ab alijs differens: cùm terreſtriores, durioreſq; dentes ſint, ac per hoc ſicciores, frigidioreſq;, quòad innatū temperamētum: tametſi arteriarū ingredientiū ratione, propter ſenſum prędictum plus ſpirituum participātes calidiores, ſiue minus frigidi cæteris oſſibus dici queunt. Dentium vſus quoq; plures, tàm in procemio, .k. quàm in preſenti capite .l. prænarrauimus, vt ipſos repetere ſuperpondiū ſit. Ad ipſorum igitur magnitudinem accedētes, dicemus inęqualem fuiſſe ipſorum magnitudinem: cum omnium minimi ſint inciſores: maximi verò molares: medij verò inter ipſos canini ſint. Rurſuſq; inter molares ipſos gradus exiſtat, vt medij omniū maximi ſint, prędertimq; mola tertia, minores verò ſecunda, & quarta, minimę verò inter molas inquā ſint prima, & prędertim quinta: prout ex ſupraſcriptis .m. Galeni .n. verbis colligi poteſt. Quòd ſi ex plurium radicum numero magnitudinē perquiſiuerimus, prout nonnulli malunt, tunc ex prędicto radicū numero .o. diuerſo, diuerſam quoq; magnitudinē determinabimus. Dicta verò etiam eorum propria ſubſtantia eſt: .p. quoniā ſcilicet denſiſſima eſt, & quæ pars extra gingiuas prominet, omnis cauitatis expers, quæ autem intus ſoueolas maxillarū reconditur, infixaq; eſt, foramen, & ſinum quendā habet: illud quidem, per quod venulæ, arteriolęq;, ac neruuli ingrediūtur: hunc verò, in quo mēbrana ſentiendi dentes prędicta pars intus ſubungens reconditur. Quamobrem perbellè inquit Ariſtoteles .q. [Maxillis, dentiū genus inhęret, os partim cauū, partim ſolidum, & adeò firmum: vt ſolum inter oſſa ferri aciem reſpuat.] Hæc Ariſtoteles, quanuis Galenus de huiuſmodi cauitate, ſinuue nil expreſsè determinarit. Eſt autem ea in primis quidem annis ad ſeptennium vſq;, pauloue plus, effatu digna cauitas, nō medulla (prout anteà iam diximus .r.) repleta, ſed humore quodam albo, mucoſo, craſſo, lentoq; in oſſis deinde ſubſtantiā paulatim conuertendo. Adeò vt tandem cauitas plurimū cōminuatur, nihilq; in ea prędter membranulam remaneat. Dentium verò forma, quòad colorem quidem, in iuuenibus, niſi morboſa humiditas aduerſetur, exquiſitè candens: in ſenibus autē ob recrementitiam humiditatem caloris, ac virium imbecillitatē liueſcens, ac ſubobſcura, non ſecùs ac de canibus dicebat Ariſtoteles. .ſ. Quanuis in equis contrarium (eodem authore .t.) ſuccedat, atq; in cęteris animalibus. Cùm enim cęteris ſeneſcūte dentes nigreſcant, equo candidiores redduntur. Quòad figuram verò in homine triplicem inuenimus: Primam quidem inciſorum, qui (Galeno docente .u.) acuti ſunt, & lati, vt morſu poſſint incidere: Acuti inquā, tenueſq;, ac lati, ab anguſtiore baſi extra gingiuas, anteq;, & retrò, craſſiore, exordientes, inq; oblongam deniq; aciem, ac rectam, ſcalpellorum inſtar, deſinentes: ſuperficie interim foris aliquantulùm gibba, intùs verò

modicè

c. 11. d. v. p. c. 8. verſus finē, & c. 9.

d. Cap. 9. poſt princ.

e. Eodē lib. cap. 2. vſq; ad 6.

Digreſſio.

f. In procemio tex. & com. 1.

g. Cap. 1. com. 8.

h. Cap. 3. com. 9.

Temperamentum.

i. In procē. tex. & com. 2. & cap. 3. com. 9.

Vſus.

k. Com. 4.

l. Com. 1. ratione propoſophiſtis 5.

Magnitudo.

m. Com. 2. huius.

n. 11. d v. p. cap. 8.

o. Supra com. 2.

Propria ſubſtātia.

p. In procē. cō. 5. & hic cō. 1. 2. & 5.

q. 3. de hiſt. animal c. 7

r. In procē. com 5.

Forma. Color.

ſ. 2. de hiſt. cap. 2.


t. Ibidem cap. 3.

Figura.

u. 11. de v. p. cap 8. in princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 150 sur 292

modicè ſima. Secũdam verò figuram cõprehendimus caninorũ, qui parte quidem inferiore (de eis extra gingiuas etiam loquimur) latiuſculi, craſſioreſq; ſunt, ſuperna verò, extremaq; acuti (Ariſtotele .x. etiam ante Galenum .y. authore) vt cõmodè poſſint, quicquid propter duritiem ab inciſoribus ſcindi nequiuerit, frangere, cõtundereq;. Ad inciſorũ profectò figuram canini proximè accedunt, niſi q̃ mole ſunt craſſiora, fineq; anguſtiore, ac magis obtuſo. Tertiã deniq; figuram ipſorũ molarium agnoſcimus: latos enim magnoſq;, & aſperos Galenus idem poſuit .z. quodammodo in quadratũ ſuperior eorum pars, quam menſam dicunt, vergit, tota cum ea parte, quæ gingiuas excedit: maximeq; intimarũ duarum, quartæ ſcilicet, quintæq; molarum. Sed hæc de ipſorũ figura quambreuiſſimè potuimus. Numerus autẽ prædictus iam eſt. .a. Vt circa ipſum nõ amplius immorandum veniat. Foramina verò, ſinuſq; tot quidem conſtituendi ſunt, quot eorũ radices. Adeò vt inciſorij, caninq; ſinguli ſingula foramina in radicis apice, ac intùs ſingulos quoq; ſinus habeant. Molares verò nõnullæ ſingula, nõnullæ verò bina, vel trina, aut etiam quaterna cum ſuis internis ſinibus foramina obtinuerint. Quemadmodũ de radicum numero prædictũ iam eſt. .b. Senſus deniq; ipſorũ declaratus iam iam eſt. .c. Vt octo illa prædicata ſtatim ab initio propoſita, .d. vt qualia nam ſint per ſe ſingula oſſa, denteſq; etiã ipſi cũcti dignoſcantur, expleuerimus. Præter quæ, quã inuicem ſtructurã cũ ſuis alueolis habeant, & quomodo per gomphoſim coarticulantur, præoſtenſum quoq; eſt. .e. Reliquũ eſt igitur, vt breuiter eorum morbos percurramus. Omne enim morbi genus, nõ ſecùs ac de capitis oſſibus prædictum eſt, .f. pati dentes queunt, tàm per ſe, quã vt cũ vtraq; maxilla coarticulati. Speciatim verò ὀδοντολγίαν, hoc eſt, dentiũ dolorẽ, ἀμαθίαν, quod eſt, dentiũ ſtuporẽ (vt anteà iã diximus .g.) pati cõſueuerunt. Præterea q̃ liueſcere, denigrariq;, ac redundantiã, & inopiã pati, tumoreſq; tandẽ, ac propriè dicta etiã apoſtemata pati, & omnibus defluxionibus ſubijci, in noſtro de tumoribus præter naturã libro, .h. ex Galeni .i. præſertim dogmate demonſtrauimus: adeò vt erodi etiã, lapideſcereq;, ac exoſſationes in eo fieri, viſum ſæpenumerò ſit. Quæ quidẽ omnia nos alibi fuſiùs pertractabimus. Nunc igitur cùm tyronibus ſermonem Galeni decreto dedicarimus, ad alia oſſa pertranſeamus, pro dictorum intelligentia dentium figuras hic tres tandem apponentes.



In prima quidem figura ſiniſtræ partis octo ſuperiores, octoq; inferiores dentes oſtenduntur. Superiores quidem, literis A A. terminatur. Inferiores autẽ literis B B. Numeriq; primus, & ſecundus inciſorios præſeferunt: quorum radices inæquales ſunt: longiores enim latioreſq; primi, quam ſecundi habent. Tertius numerus caninos oſtendit. Quorum profectò radices omniũ longiſſimæ ſunt. Reliqui verò quinq; ad octauũ vſq;, molares ſunt. Notatæ autem molariũ radices ſunt eo modo, quo maxima ex parte inueniũtur. Præſertim duę caninis proximę, ſuperiores quidem binis, inferiores verò ſimplicibus radicibus innixæ. Quanuis aliter interdũ cõtingat (prout anteà iam declarauimus .k.) Vltimi verò tres molares, inferni quidem binis: ſuperni verò trinis tantũ radicibus in hac figura depicti ſunt. Promptiſſimũ verò, facilliműq; vnicuiq; eſt, aliã imaginari, ſiue in tertio, ſiue in quarto, aut quinto, radicem: vt ſuperni quaternis, inferni verò trinis innitantur. Sunt autẽ in eadẽ figura tres dentes ſeorsùm depicti. Quorũ C. molaris dentis menſam denotat. D. autem, inciſorij aciem præſefert. Sed E. mediã molaris dentis per mediũ diuiſi partem connotat. In qua ſinus delineantur, totidẽ quidẽ, quot radices exiſtunt. In ſecunda autẽ figura inferior maxilla vnà cũ ſuis dentibus anteriori facie exprimitur. In tertia verò eadẽ poſteriori ſede propalatur. Superior enim maxilla, vnà cũ ſuperioris dẽtibus, præoſtenſa quidẽ in præcedentibus figuris eſt: præſertim verò in ſeptima proœmij figura. Vtraq; autem maxilla propriis cũ dentibus delineata, anteriùs quidem in prima eiuſdem proœmij figura depicta eſt: ſecundùm latus verò, in ſecunda, tertiaq;, & ſexta eiuſdẽ proœmij. Itemq; in quatuor omnibus tertij commenti primi capitis figuris delineata eſt. Verùm enimuerò cùm ipſis maxillis dentes omnes infigantur: prædictum verò ſatis, ſuperq; de ſuperiore ſit. .l. Reliquum eſt, vt de inferiore Galenum enarraturi loquamur: ſic dicentes.

Περὶ

x 2 de hiſt. c. 3. & 3. de part. cap. 1. circa prin.
y. Vbi ſup.
z. Vbi ſup.
a. Supra com. 2.
b. Supra com. etiã 2.
c. Com præcedenti.
d. In proœm. com 1.
e. Com. 4. huius, & in proœmio, 2 com. 20.
f. Cap. 1. com vlt.
g. com. etiã præcedenti.
h. Sec. 4.
i. 5. de cõp. med. ſecundũ locos. c. 8. & 9.
k. Com. 2. huius capitis.
l. Supra cap. 3.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 151 sur 292

©BIU Santé

Περὶ τῶν τῆς κάτω γένυος ὀστῶν, Κεφάλεον. ε.

De Maxillæ inferioris ossibus. Caput Quintum.

» ἐδὲ τὸ τῆς κάτω γένυος ὀστοῦν ἐστιν ἁπλοῦν, ὡς ἄν τις δόξειεν, ἐφόμενον γὰρ, καὶ τοῦτο διαχύεται κατ' ἄκρον τὸ
» γένειον, ὡς φάνεσθαι σαφῶς ὅτι συνεπεφύκει.

TEXTVS PRIMVS.

» Neq; maxillę inferioris os ſimplex eſt, prout alicui fortaſſis videatur. Coctũ nanq; id, in ſum-
» ma menti extremitate diſſoluitur, vt ipſum coaluiſſe, manifeſtè appareat.

COMMENTVM PRIMVM.

m. Lib. 8. cap. 1. & 7.

HANC ſolam Celſus *m.* maxillę nomine donauit: ſupernam interea potiùs malam appellans, Galenus verò vtranq;, γένυν, hoc eſt, maxillam vocat, inferioriſq; mediũ extremum, γένειον, quod nos latinè mentum nuncupamus. Ex aliorum verò plurũ animalium inſpectione deceptus eſt Galenus, duplicem infernã maxillã eſſe exiſtimans. Cùm boum, equorum, aſinorum, canum, caprarũ, ac reliquorũ id genus multorũ maxilla hæc inferior per elixationẽ facilè in duo oſſa diſtinguatur. At hominis, ſimiarumq;, ac cercopitecorum inferioris maxillę os tale nõ eſt, ſed perpetuò ſimplex. Adeò vt neq; per elixationẽ (quanuis hanc ad oſſis tabefactionẽ vſq; fecerimus) Neq; per cariem in antiquiſſimis cœmeterijs, vel terra defoſſis talem ſeparationem in hominis perfecti mento vidiſſe nobis licuerit. Quòd ſi Galenũ è recentioribus nõnulli ſaluare conentur, dicentes, eum de tenerrima maxilla locutũ fuiſſe. Cùm in pueris ante annum prȩcipuè ſui ortus cõpletum, pauloue plus interdùm, diuiſum eſſe mentũ conſpiciamus: piè magis, quam verè ipſum ab errore liberare nixi ſunt. Etenim de perfectis oſſibus hic loquebatur. Aliter & frontis, & occipitis oſſa plura etiam dixiſſe congruebat, ſimiliterq; vertebras, ac multa quoq; alia (de quibus nos anteà meminimus *n.*) oſſa nno ſimplicia, ſed duplicia, vel triplicia, aut etiam multiplicia determinaſſe. Haud verò interim valet quod de appendicibus hi ſubdunt, quoniam ſcilicet in imperfectis tantùm oſſibus, nõ autem in adultis illę reperiãtur. Appendices enim viginti, de quibus Galenus ipſe meminit, * ſcilicet oſſium duodecim magnorum, vt humeri ſuperius, cubitiq; inferius: Itemq; radij, femoris, tibiæq;, ac fibulæ ſuprà, infraq;, vel in ipſis ſenum, nedum perfectorum prȩſcriptis oſſibus, tùm multa elixatione, tùm diutina carie per terrã acquiſita dehiſcunt, propalanturq;. Vnde velut de appendicibus eas tãtùm enumerauit, quæ in adultis etiam apparent: Ita de huiuſmodi oſſium diuiſionibus obſeruaſſe debuerat Galenus, eas duntaxat annumerans, quæ in adultis etiam perſeuerant. Cuiuſmodi maxilla quidem inferior nõ eſt: cùm neq; ob elixationem, neq; ob quanuis cariem adultorũ hominum mẽtum in duo ſegregatum eſſe, viſum vnquã à nobis ſit, quemadmodũ neq; ſimiarum. Duplicitatis igitur ratio, quam alibi Galenus aſſignat *o.* (quia ſcilicet geminũ eſt corpus) in homine ipſo ceſſat: in quo rotundã, & indiuiſam extitiſſe melius fuit, quemadmodũ & duram, cauitateq; perexigua prȩditam, ob nuditatem. Niſi enim (eodem quoq; authore *.p.*) ex propria ſui ſubſtantia patiendi difficultatem eſſet adeptum, facilè vtiq; prominens adeò, ac nudum expoſitum, contunderetur, ac cõprimeretur. Quam etiam ob rem neq; cõcauum adeò apertè, medulloſumq; in homine ipſo, quemadmodũ in brutis, quadrupedibuſue multis, præſertimq; in poſterioribus eius partibus eiuſmodi os eſt, quanuis ad latera, mentumq; verſùs, quȩdam cauitates, leuitatis cuiuſdam (ob muſculorũ mouẽtium cõmoditatem) gratiã ipſi inſint, medulla interim infarctæ: vt in medulloſorũ oſſiũ numero iam in prooemio locarimus. *q.* Interim verò nec adeò denſum, ac durum veluti leonibus eſt. Cùm enim duos ſcopos natura ſibi propoſuerit: Alterum quidem diſpathiam: Alterum verò facilem, promptumq; motum, Ad vtrunq; ſimul in homine ipſa attendit, mediocri quadam duritie, ac denſitate, quibuſdam paruulis interpoſitis ad leuitatem cauernis. Cùm tamen leoni denſiſſimũ inferioris mandibulæ os ſit, vt cui fortiores muſculi donati fuerunt. Leonis enim in mordendo vires potiſſimũ conſiſtunt: ideoq; fortem habeat maxillam neceſſe eſt. Nõ enim in ea dentes validos natura fixiſſet, vel meliùs dixerimus, in eius internis partibus adeò validos dentes natura genuiſſet, neq; gignere potuiſſet, foraſq; extraxiſſet. Niſi talem quoq; ipſam maxillam effeciſſet. At homo, qui polyticum eſt animal, ac mãſuetum, maxillam adeò fortem nõ requirebat. Sat igitur fuit diſpathiam ei cõparaſſe, tùm mediocri duritie, ac denſitate, tali quidem, tãtaq;, ne muſculis nimium pondus inferat, tùm vnitate. Nullam enim diuiſionem habere ex eiuſdem Galeni *.r.* monumentis probari meliùs poteſt. Quia natura

n. In proœ. com. 5. cõcluſ. 4.

Quorundã expoſitio.

Impugnatio.

* Ibidem tex. 6.

Cõtra Galenum. o. 11. d v p. c. 20. circa med. & 19. poſt princ.

p. Ibidem cap. 18. circa finem.

q. Tex. & com. 7.

r. 11. d v. p. cap. 20. circa med.

(ni fal-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 152 sur 292

(ni fallor) metuerit maxillam inferiorem in multa ossa diuidere, ne in vehemētissimis motibus dissoluatur facilè, ac cōteratur. Magni autem, ac fortes erant futuri maxillę huius in mordendo, corporaq; dura cōminuendo, cōterendoq; motus. Non rectè igitur Celsus molle os esse maxillā ait: .ſ. quanquā rectiùs, quā Galenus eam vnā esse, hoc est, vnū os, cuius eadem, & media, & etiā ima pars mentum est. Sed huius extremas partes consideremus.

Cōtra Celsum. f. Lib. 8. c. 1. ante med.

TEXTVS SECVNDVS.

» Τὸ δὲ ἀνατεινόμενον ὡς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς μέρος, εἰς δύο τελευτᾷ πέρατα, καὶ τὸ μὲν ἕτερον περάτων, ἀπὸ μὲν ὀξεῖ
» τόνῳ ἐκ τῆς κροταφίτε μυὸς καθήκοντα δέχεται τένοντα: πρὸς δ' ἑτέρῳ διαρθροῦται πρὸς τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν ὑποτύπ
» ὠσιν τὴν μασσητηρίδα, κονδυλώδει τινὶ περιφερείᾳ, χαὶ τῆς ἐντάυθα γληνοειδοῦς κοιλότητος ἐπιβεβηκός.

» Pars autem eius quasi ad caput sursùm vergens in duos terminatur fines. Atq; horum finium,
» Acuto quidem tendonem ex temporali musculo descendentem suscipit: Altero autem, condy-
» losa quadam rotunditate ad capitis os, sub mamillari processu dearticulatur: in glenoidem, ocu-
» laremue cauitatem ibi sese inferens.

COMMENTVM SECVNDVM.

DVO sunt fines, siue extrema vtrinq; maxillę superioris: veluti suprà iam declarauit, per hæc verba .t. [Sed ex eius extremis partibus, quæ infrà est, .α. per symphysim vnitur: Quæ autem suprà duos processus habet, coronen .β. videlicet, ac veruicem .κ. tantùm] Dicit autē tàm hic, quàm ibi Græcè [πέρατα] hoc est, fines, siue extrema, aut si mauis dicere, extremitates. Balamius autem vel legit, vel legendum putauit [κέρατα] quod est [cornua] Celsum imitari volens scribentem .u. [Verùm ipsius maxillę partes extremę quasi bicornes sunt.] Idcircò ait [duobus quasi cornibus terminatur] Qui minùs etiā rectè verba illa [ἀνατεινόμενον ὡς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν] Latinè interpretatus est [quæ quasi capitulata est] Ex duobus enim finibus, alter tātùm capitulatus est, ceruicemq; habet: Alter verò acutus est, quem coronen appellauit. Nō igitur superior illa pars capitulata magis, quā sine capite esse, vel si mauis, coronata dici potest. Rectiùs igitur nos vertimus [quasi ad caput sursùm vergens] Ad capitis enim os vergit. Ex duobus autē finibus, processibusue alter acutus est (κορώνην Græci vocant) quo quidem inferior ipsa maxilla tendonem à temporali musculo .δ. descendentē suscipit, obq; hanc insertionem factus huiusmodi processus est. Alter verò in ceruicē, demūq; in caput quoddam terminatur. Quod caput, siue capitulū κονδυλώδην περιφερίαν, hoc est (vt nos vertimus) condylosam, siue cōdylorum instar rotunditatem nominat (latino enim nomine caremus, nisi circumscribere velimus) Quamobrē pro huius nominis [condyli] intelligentia aduertendū quoq; hic sedulò est, ꝙ variam habet apud ipsum etiam Galenū, nedùm Græcos alios, significationem. Adeò vt nōnulli (Galeno metipso referente .x.) artuum capita omnia generatim tùm cōdylos, tùm epiphyses nuncuparint. Sed alijs omissis, quæ in nostro de tumoribus prēter naturam commentario .y. (vt antea quoq; innuimus .z.) prēostensa iam sunt, ea duntaxat, quæ ad nostrū propositum faciunt, duo significata, primū videlicet, ac secundū ibi enucleata nunc perpendamus. Quorū primū est, vt pro digitorū extremitatibus capiatur: cùm scilicet illi flectuntur, eo modo, quo Hippocrates libro de articulis primo .a. accepit, quùm ait [Iniectis enim condylis alterius manus sub alam articulū sursùm propellunt.] Galenusq; statim in cōmento subdit [Primus repositionis modus hic est, quùm vel ipse æger, vel medicus aliquis cōdylos manus sub caput brachij subijcit, &c.] Vbi ad maiorem declarationem interpres addit [nodos digitorū] E' qua condylorum significatione, condylomatū in sede, atq; vteri ceruice existentiū quorundam tumorū nomen deuenire ostēdimus: quoniā scilicet instar nodorum digitorū manus plicatorū tumores quidam fiunt. Ad hunc igitur sensum, primumue significatū, inferioris maxillæ tubercula, seu capitula cōdylis nunc assimilat. Quoniā si exquisitiùs perpendas, mirum immodum illorū prędictos nodos, oblonga sua quadā rotunditate, finis alter vtrinq; repręsentat. Alterū verò eiusdē nominis cōdyli significatū à Galeno declaratum retulimus libro de motu musculorū primo, .b. dum sic ait. [Vocatur autem cauitas (quæ scilicet manet, sedetq;, ac recipit) & glene, & cotyle: conuexitas verò (quæ scilicet mouetur, & à cauitate recipitur) caput, & condylus. Tantò autem cotyle, quam glene est profundior, quātò caput condylo est longius. Vtrunq; enim vtriq; velut cardini locū aptum natura cōparauit.] Ecce igitur quomodo differentiā ponit inter caput (quod Græcè κεφαλὴ, seu κεφάλεον dicitur, q.d. capitulum) & cōdylon: quoniā illud est magnū, hic verò paruus, illiq; respondet κοτύλη, latinè acetabulū: Huic verò γλήνη, superficialis quędā, obscuraq;

t. In proœ. tex. 7.
α. 1. præcedēti c. fig. 1. & 2. η.
β. 1. & 2. fig. C.
κ. Ibidem A. B.
Cōtra Balamium. u. Lib. 8. cap. 1.
δ. 1. musc. tab. B. & A. 4 & 5 A. & 9. tab. A.
Condyli dupliciter. x. 11. ā v. p. cap. 18. post princ.
y. Sec. 148. 158.
z. In proœ. cō. 15. versus finē.
a. Tex. 7.
b. Cap. 9. post princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 153 sur 292

©BIU Santé

cauitas. Vnde ſicuti caput cum cotyle per enarthroſim, ita condylus cum glene per arthrodiam
c. In proœ. tex. & com. 13. & 14. articulari, iam antea declarauimus .c. Cùm igitur cõdyloſa quadã rotunditate in glenem, ſuperficiariamue cauitatem ſeſe inſeri dixerit hic Galenus, apertiſſimè per arthrodiã dearticulari inſinuat. Id quod (ſalua interim pace tanti viri) falſum eſt. Quoniam & excipiens cauũ profundum eſt, & caput ingrediens oblongum, ex euidentiſſima ceruice protuberans. Nõ ſicut in arthrodia
Cõtra Galenum. ancipitis ſunt diſtinctionis, ſed manifeſtiſſimę, quod nam ingrediens, quodue ſuſcipiens ſit, determinationis. Nec minùs ab euidentiſſima veritate deuium eſt, quod Galenus hic ſubdit, huiuſmodi ſcilicet dearticulationem ſub mamillari vocato proceſſu fieri. Cùm ab eo plurimũ in homine diſtet, auditoriuſq; anulus interſit, poſteriorq;, nõ ſuperior mamillaris dictus proceſſus ei ſit.
Cõtra Galenum. Rectius igitur fuerat, ad iugalis oſſis inferiorem, poſterioremq; ſimul radicem huiuſmodi dearticulationem deſignare, loco ſcilicet oſſis temporum, inter iugale, ac auditorij meatum, medio.
Galeni excuſatio. In homine inquam, In ſimijs enim, quas frequentiùs, preſertimq; dùm hæc ſcribebat, Galenus, quam homines cõtemplabatur, ad veritatem magis eius ſermo accedit. Cùm huiuſmodi mamillarem proceſſum zygomati adiunctũ ille habeant, medium quidem interſtantem zygomatis, & auditorij meatus. Sub ipſo igitur mamillari proceſſu in ſimijs, preſertim quãdo caput in terram
d. In proœ. com. 7. declinans, vt quadrupedes habent, dearticulationem fieri, dicere poſſumus. Factus igitur ſecundus hic inferioris maxillæ proceſſus eſt, propter eiuſdem cũ capite dearticulationem in motibus
e. 11. & v. p. cap. 10. circa med. ſuis neceſſariam. Cur autem maxilla hæc appẽdicibus careat, cùm antea declaratũ à nobis ſit, .d. non eſt, cur hic fruſtrà repetendum veniat. Quoniã verò [magni, ac fortes erant futuri maxillæ huius in mordendo, ac corpora dura cõminuendo motus (inquit Galenus .e.) ob id natura articulis eius accuratè proſpexit. Alteri quidẽ (ſcilicet proceſſui, largè enim hic eum articuli nomine donauit) qui corone nuncupatur, os iugale circumponens, maximumq; muſculi temporalis tendonem infigens: Alteri verò (ſcilicet proceſſui, atq; etiã articulo veriùs dicto) quos μασσητῆρας, hoſt eſt mamillares capitis proceſſus appellant, tutum circũponens preſidium, ne quãdo in violentis motibus à ſubiecta cauitate prolabatur.] Hęc Galenus. Quiquidem mamillarem duntaxat
Cõtra Galenum. proceſſum tutum eſſe circumpoſitũ preſidium maxillę articulo voluit. Minimè aduertens parte duntaxat poſteriore preſidium id eſſe, nec adeò cõmodum in homine ob diſtãtiam (licet aliter, vti diximus, in ſimijs) Cõuenientius igitur preſidium eius articuli eſt ſuperna quidẽ, anterioreq; in parte circumpoſita ipſius zygomatis iugalitue oſſis radix: quæ totum articulũ anteriùs, ſuperiuſq; cooperit, defenditq;: poſteriùs autem auditorius meatus mamillari prędicto proceſſui innixus. [Meritò autem (vt rectiùs ſubdit idem Galenus .f.) hunc articulum ex poſterioribus partibus habuit corone (q. d. meritò coronen anteriùs, articulum verò poſteriùs natura poſuit, locauitq;) ipſa autem corone ſurſùm tendit. Nam quòd os claudatur, ſoli huic coronæ, ac muſcu-
f. Ibidem. lo temporali .β. ferendũ eſt acceptum: qui totam maxillã ſurſùm trahit. Maximè his claudendi
β. 1. muſc. tab. B. 2. 4. 5. & 9. vim ineſſe intellige, ni Galenũ condennare velimus, non parum nanq; conferunt maſticatorius
A. muſculus vocatus, .α. ac ordine etiã tertius, .δ. quem intùs lateſcentẽ dicimus. Aperiunt autem
α. tab. 2. C. 5. & 4. ipſum, tùm poſterior articulus, qui eſt ad mamillares proceſſus, tùm muſculi articulum mouentes, quos muſculis temporalibus oppoſitos eſſe diximus .g.] (Vt ſunt quarti ordinis muſculi biΔ. δ. tab. 6. D. uentres .ε. os ipſum, inferiorem maxillam deorſùm contrahendo, aperientes) ſed ne his quidem
g. Eiuſdem lib. cap. 1. munimentis tantùm contenta eſt pro hoc articulo natura: Alia enim adhùc conſideranda remanent. [Habet enim (vt ueſtigiò Galenus idem ſubdit, .h.) dearticulatio hęc circum ſeipſam fortia quędam ligamenta, ac prętereà chartilaginem multã in orbem circũfuſam.] De ea intellexit
ε. tab. 5. Υ. & 4. chartilagine Galenus omnibus articulis cõmuni, quæ tàm recipienti cauitati, quàm ingredienti
tab. Q. capitulo cruſtæ modo obducitur. Ne os oſſi, vt durum duro, abſq; intermedia ſubſtantia, appoſitum in motibus conteratur vtrunq;, ac inflammetur. Pręter hanc autem cõmunem chartilaginem, alia quędã inter ſinum, & capitulũ mirabilis viſu, peculiaris huic articulo chartilago interh. Eodem cap. 10. circa finem. poſita eſt (cuius figurã hic in margine depictã habes) rotunda, leuis, tenuis, ac mollis, ligamenti potiùs, quam chartilaginis, ſiue chartilaginei ligamenti naturã repręſentans, ligamentis duntaxat articulũ vndiq; cõprehendentibus, non oſſibus adnaſcens. Cuius vſus eſt, tùm vt facilior, lubricuſue magis huiuſmodi articuli motus, tàm mandendo, quàm mordendo, ac pręcipuè in homine loquendo fiat: tùm vt validis, aſſiduiſq; his in motibus oſſa defendantur, ne ex cõtinua attritione inflammentur, cõteranturue, aut fortaſsè frangantur. Maiori enim circa hunc articulũ diligentia naturæ opus fuit, ob cerebri vicinitatem, cui quãcitiſſimè articuli nocumentũ cõmunicaretur; Idcircò pręter omnibus articulis cõmunem chartilaginem, in hoc prędictam ſapientiſſima natura excogitauit. Sed neſcio quomodo à noſtro propoſito digreſſi quadãtenùs ad chartilagines ſumus. Ad os igitur maxillæ inferioris reuertamur, octo illa ſtatim ab initio propoſita
Digreſſio, Temperamentum, Vſus. prędicata in eo perpendentes. Quòad temperamentũ igitur nil noui dicendũ occurrit, niſi quod aliorum inſtar frigidũ, ſiccumq; eſt, terreſtreq;, ac durum. Vſus ex prędictis pernoti iam ſunt, nõ ſolum ad faciei cõplementũ, ſed inferiorũ quoq; dentiũ cõprehenſionem, ac per hoc ad eorũ

vſuum

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 154 sur 292

©BIU Santé

vſuum executionem. Quid enim facere poſſent ſuperiores dētes, niſi oppoſitos ſibi haberent inferiores? ſicuti de molendini quoq; molis dicere poſſumus. Cùm igitur inferior hæc maxilla in omnibus præter Crocodylum, animantibus moueatur, prædicti .i. omnes dentium vſus maximè ad eam referendi veniunt. Quorum ratione tùm motū, tùm validos ei datos eſſe muſculos, prætactum quoq; iam iam eſt .k. Crocodylus verò * nō hanc, ſed ſupernam: velut Pſyttacus vtranq; mouent. Magnitudo eius in homine, pro totius corporis mole, cæterorumq; animaliū reſpectu (Galeno etiam docente *) breuiſſima eſt: cùm facies eius rotunda ſit, non autem vt reliquis animantibus cibum inclinādo aſſumpturis oblonga. Duram verò ſubſtantiā eius mediocriter eſſe, atq; vnitam, cùm paruis interim ob leuitatem cauernis, ac per hoc medulloſam, prædictum iam eſt .l. (cuius tubercula quędam, aſperitateſq; nonnullas, atq; eorum ſimul vſus annotabimus *) Bicornemq; vtrinq;, ac in medio rotundam eius figuram fuiſſe, prætactum quoq; eſt, vnicamq; in homine, non duplicem eſſe, vt numerum partium diſquirere, ſuperuacaneum ſit. Quocirca tempeſtiuum eſt ad eius foramina pertranſire, quæ quidem paria duo ſunt: Alterum quidem, ac primum interius ſub prędictis proceſſibus in medio, amplius quidem, aſperūq; & inęquale. Per quod quidem foramen tertij neruorū paris ea per quartum ſphenoidis foramen emergētis tertię omnium maximę propaginis portio in maxillā penetrat, pertranſitq; ſuis dentibus diſtribuēda. Cum qua quidem, vena etiam, & arteria ſimiliter diſtribuendę ingrediuntur. Alterum verò par eſt, quod exteriùs ad vtranq; menti partē attinet, interiore quidē longè minus. Per quod eiuſdē portionis neruorū aliquod reſiduū in humilius, inferiuſue labium, eiuſq; muſculoſam ſubſtantiā diſtribuendum egreditur. Quanuis autem diſtincta foramina hæc à primis ſint, minoraq;, ac diuerſi eorū vſus: vnicus tamen meatus eſt, per quem ingrediens priùs, poſteà tādem egrediatur. Quam quidem vnionem non modò maxillæ oſſe effracto confirmabimus, ſed porcina ſeta priùs interno foramini indita, foràs per ſecundū exeunte. Cōiuncta igitur quatuor hæc foramina prędictis capitis foraminibus quinquaginta, ſuperioriſq; maxillæ duodecim: erunt omnia in prima ſceleti parte foramina ſexaginta ſex. Quibus expeditis, ſenſum quoq; contemplantes, eo carere maxillam hanc (prętерquam in dentibus) aliorū omnium oſſium inſtar, cōpertiſſimū habemus. Eapropter (vt in alijs quoq; prędictis obſeruauimus) alia quoq; diſquiramus. Antriſq; tanquam nullis hic exiſtētibus omiſſis, duos ſinus inferiore hac in maxilla ſub primo prędſcripto foraminū coniugio intùs exiſtentes perlibrare poſſumus. Quorum vſus eſt, vt intùs lateſcentiū muſculorū inſertionem cōmodiùs ea maxilla ſuſcipiat. Qui capitis prędſcriptis ſeptem ſinibus adiuncti, nouem in prima ſceleti parte reſultabunt, prętер dentium inquā ſuperioris, nedùm huius inferioris multos radicum multitudini reſpondentes ſinus. Quibus etiam foſſulas addere debemus (prout anteà .m. diximus) quibus dentes infiguntur ad ſummū ſexdecim magna ex parte, rariſſimè autē duodeuiginti: ſi dentes duntaxat cōſideremus. Quanquam ſi exquiſitiùs perpenderimus, longè plures pro radicum cuiuſlibet dentis numero foſſulæ ſint. Cùm radix quælibet ſuam habeat, in quam inſeratur, foſſulam. Vnde cùm in radicibus ſuis dentes differant, ita & in foſſularum numero. Quòad appendices, epiphyſeſue, prędictum iam eſt, .n. nullam maxillæ inferiori ineſſe. Apophyſes verò, proceſſuſue quatuor, duos videlicet vtrinq;, iam iam poſuimus .o. Hæc igitur omnia quòad ipſum maxillæ inferioris os per ſe, ac ſecundū ſeipſum, quale nam ſit, dicta intantùm ſint. Reliquum eſt, vt eius cum capitis oſſibus ſtructuram quam habeat, perpendamus, eo modo, quo tàm in proœmio generatim: priùs .p. ad diarthroſim, dein verò ſpeciatim ad enarthroſim .q. quinimmò ex Celſo tandem ad ginglymon .r. reduximus: quàm capite rursùs primo ſuppoſuimus: .ſ. vbi morbos quoq;, quibus vexari ſolet, enucleauimus. Vt ea nunc repetere, ſuperpondium ſit. Cùm reuolutis quibuſdā chartis facillimè percurrere vnuſquiſq; poſſit. In prędſenti autem capite nouas repetere tabulas, figuraſue, ſuperfluum fuiſſe nobis viſum eſt: cùm illas prędcedenti capite ſatis ſuperq; ad noſtrum propoſitum idoneas, ſecundam ſcilicet, tertiamq; habeamus. In quibus quidem perlibrandum eſt, quòd litera A. capitulatum illum proceſſum prędſefert, quem capitis oſſi dicto temporum dearticulari prędiximus B. verò eiuſdem proceſſus cerυicem oſtendit. Sed C. alterū proceſſum indigitat, quem coronen appellauimus. In vtraq; autē figura idem ſignificant, in ſecunda inquam, tertiaq; figura: in ſecunda quidem exteriùs, in tertia verò interiùs F. autem tertiæ figuræ primum foramen intùs: veluti G. ſecundæ ſecundum foramen, ſiue ſecundum par exteriùs connotant. Prętер quæ, in ſecunda figura litera E. aſperitatem quandam præſefert exteriùs in inferiore maxillæ ſede factam, vt in eam maſt icatorius muſculus ,n. inſeratur D. autem tertiæ figurę ſinum interiùs ſub foramine exiſtentem à nobis anteà declaratum annotat, in quem inſeri muſculū intùs lateſcentem .θ. prędiximus. Demùm litera H. tertiæ figuræ tubercula quędā parte interna inferiùs prędſefert, in quæ maxillam detrahentes quarti quidem ordinis muſculi .ι. cōplantantur. Indeq; Veſalij ordine nonus muſculus .K. linguę motui deſeruiens exoritur: quem Falloppius, & Valuerda nō vt vnicum, ſed vt duplicem annumerant, quanuis ille primum par, hic verò nonum, & decimum muſculum ſtatuat. Exteriùs autem

i. In proœ. com. 4. & c. prædcedenti com. 1.
k. In prſenti cap. com. 1. & hoc 2.
* 4. đ anat. adm. cap. 2. circa princ.
Magnitudo.
Subſtātia.
* 4. đ anat. adm. cap. 3. poſt princ.
Figura.
l. Com. prędcedenti, & in proœm. tex. 7.
* In fine commenti huius.
Numerus.
Foramina.
Vſus.
Senſus.

Antra.
Sinus.

Vſus.

Foſſulæ.
m. Cap. 3. com. vlt. verſus finē.

Epiphyſes.
n. In proœ. tex. 7.
Apophyſes.
o. Ibidē, & tex. prſenti.
Structura.
p. Com. 12.
q. Com. 13.
r. Com. 16.
ſ. Com. 8. circa finē.

n tab. 2. C. 5. D. & 4. Δ. θ tab. 6. D 1. tab. 5. n. I. & tab. 4. Q. K tab. 15. fig. 24. & 25. n.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 155 sur 292

©BIU Santé

Tubercula. λ tab.4.n. t. In proœ. com. 6. 12. 13.14. & 16.

eiusdem loci litera I. secundæ figuræ tuberculum alterum ostendit: vnde labrũ inferius mouens musculus .λ. vtrinq; enascatur. Hęc autem in prima sceleti parte dicta hucusq; sint, prout anteà non semel distinximus. .t. Ad secundam igitur partem pertranseamus, ab ipsâ spina, tanquam totius carina cum Galeno exordium sumentes.

Περὶ ῥάχεως. Κεφάλεον. ς.

De Spina. Caput Sextum.

TEXTVS PRIMVS.

» Τῆς ὅλης ῥάχεως οἱ σπόνδυλοι τέσσαρες ἐπὶ τοῖς εἴκοσιν ὑπάρχουσι. παρὰ φύσιν γὰρ ἤδη τὸ πλέον, καὶ τέλαιον,
» ὥσπερ καὶ αἱ φοξαὶ κεφαλαί.

» Totius spinæ vertebræ quatuor supra viginti sunt. Prẽter naturam enim quod plus, minusue
» est, quemadmodum acuminata capita sunt.

COMMENTVM PRIMVM.

μ.12.đ v.p. c. 10. ante med. & c.11. versus finẽ. 2. etiã lib. art. med. tex.37. x. Cap.1.2. & 3. y. 3.de v.p. c. 2. versus finem.

[SPINAM natura animalibus (Galeno docente .μ.) veluti carinam quandã corporis ad vitam necessariam molita (Eius enim beneficio nos quidem recti ambulare possumus: Aliorum verò animalium quodq; gradiuntur ea figura, qua ambulare ipsa prestiterat, quemadmodum in tertio libro docuimus .x.) nõ eum solum eius vsum esse voluit: sed (quod illa studiosè facere solet) vna constructione partis ad multas alias simul vtilitates vti.] Recti quidem igitur nos ambulamus, aut etiam stamus, quotiès secundũ rectitudinem crurũ est spina. Id quod cùm soli homini contingat: .y. ideò solus homo rectus stare dicitur. Quibus enim, & quadrupedibus angulũ rectum spina cum cruribus efficiunt. Solis autẽ hominibus vna recta linea extenduntur. Talem igitur figuram crura ad spinã habent in quadrupedibus, & volatilibus animalibus, dum ambulant, qualem in hominibus sedẽtibus. Ob eamq; causam nullum eorum stare vnquã rectum potest, Sedere etiam solus homo potest, .z. quoniam oportet crura ischijs copulata, in femoris ad tibiã dearticulatione, retrorsùm flecti. Spina igitur cum femore, dum sedemus, angulũ rectum efficit: Femur verò rursùs nisi ad tibiam aliũ talem efficiat angulũ, nequaquã recta ad terram tibia foret. Ob idq; securitas sessionis corrumperetur. Si igitur quãdo flectuntur in genu cola ischijs cõiuncta, tunc sedere animal accidit: Manifestum est, nulli quadrupedũ posse contingere. Omnia enim antrorsùm posteriorũ crurũ habent flexiones, quanuis crura cum spina rectũ angulũ cõstituant. Quanuis hæc Galeni dogmata Vesalio .a. mininè satisfaciant longiùs brutorũ pedẽ perpendẽti: ab ea scilicet articulatione, quę antrorsùm in posterioribus cruribus flectitur: quam partem vulgò nostri garronem appellant. Verùm non in solis ossibus, eorumq; constructionibus, at in musculorũ quoq; positionibus, insertionibusq; diuersitatis ratio, propter diuersos intereà fines consistit, perindeac aliàs vberiùs ostendemus. Ad spinæ verò vsus cõuerti nos tempestiuùm est. Primus igitur spinæ vsus est, .b. vt veluti reliquorum omnium in naui fabrefactorũ carina: Ita & hęc in animalis corpore velut sedes quędam sit, & fundamentũ instrumentorũ omniũ ad vitam necessariorũ. Prẽter hunc autem, alij quoq; spinæ vsus exi∫tunt. Secundus igitur est, .c. vt via quędam spinalis medullæ sit. Principiũ enim neruorũ omniũ, ac per hoc sensus, & motus cerebru est, in ipsumq;, velut in aruum quoddam, anima ratiocinatrix (in homine) vel saltem sensitiua (vt in omnibus brutis) semen mittit. Germen verò inde, velut truncus quidã in arborem exurgens spinalis est medulla. A' quo trunco per totam spinam extenso nerui quamplurimi deducti, instar ramorũ quorundã, in sexcentas propagines distribuuntur. Corpus autem vniuersum per eos sumit primũ quidem, & maximè, motũ, post eum autem sensum. Ne igitur totius corporis partes vniuersæ, prẽsertimq; remotę vel neruis, ac per hoc sensu, motuq; expertes remanserint; vel si ab ipso cerebro singulæ proprios reciperent neruos, tùm hos gracillimos, ac per hoc imbecillimos, facileq; frãgibiles, & minimè tutos reciperent, tùm & ipsum cerebrũ, continensq; craneum innumeris in locis, ac ferè per totũ, perforari necessum fuisset: Quæ omnia dubio procul omni absurdissima forent: proinde satiùs erat, spinalem medullam, veluti fluuium quendã ex cerebro tanquã fontem manãtem locis omnibus, quæ prẽterit, neruũ semper immittere, tanquã sensus, ac motus riuulum. Secũdus igitur spinæ vsus est, vt viam huic spinali medullæ prębeat. Tertius verò est, vt tutũ prẽsidiũ eiusdem sit, eandemq; ab extrinsecùs occurrentibus defendat. Quartus est, vt instrumentũ motus sit, quẽ dorso, ac spina animalia ipsa obeunt. Quibus & ex abundanti quintus accidit: viscerum inquam

a. Lib. 1. cap. 23. in princ. Brutorum pes apud Vesaliũ.

Spinæ vsus primus.

b.12.đ v.p. c.11. versus finem.

Secundus.

c. Ibidem statim.

Cerebrũ vt aruum.

Spinalis medulla vt truncus.

Nerui velut rami.

Alia cerebri, spinalisq; medullæ comparatio.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

intrin-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 156 sur 292

OBIU Santé

intrinſecùs ſpinæ incumbentiũ munimentũ. Verùm id quidem erat neceſſariò ſecuturũ. Scopi verò, in quos natura intuita omnem eius conſtructionem eſt molita, quatuor ſunt prędicti: atq; etiam ſigillatim propriũ quiddam ipſi fuit tributũ. Nam quòd velut carina eſt, & totius animalis ſtabilimentũ, ob eam cauſam ex oſſibus cõflata eſt, & his duris. Quòd verò ſpinalis medullæ eſt via, ob id intùs eſt caua. Quòd autẽ ipſi, ac viſceribus etiam inſtar muri eſt: ob id multis propugnaculis in orbem eſt munita: quæ paulò poſt explicabo. Quòd verò motus eſt inſtrumentũ: ob id ex pluribus oſſibus per articulos cõmiſſis inter ſe cõſtitit. Verũ enimuerò ſingulos huiuſmodi ſcopos, vſuſq; repetendo elucidemus. Imprimis igitur ſpinã totius corporis ſtabilimentũ eſſe, ac per hoc oſſeam, & duram neceſſariò factam eſſe oſtẽdimus. Niſi enim talis fuiſſet, quomodo reliqua omnia totius corporis membra ſuſtinere potuiſſet? Pręſertimq; in homine, qui rectus incedere, ac ſtare debuerat? Quinimmò reliqua omnia oſſa ita ſpinę adhęrent, innitũturq;, veluti omnia nauis ligna carinę. Adeò vt Ariſtoteles .d. omniũ oſſium principiũ ſpinã, veluti cor venarum, eſſe poſuerit: videlicet in omnibus ijs, quæ oſſa habent. Hinc enim cętera oſſa oriri, & continuari voluit. Quæ enim longitudinem, ac reſtitudinem continet animaliũ, ſpina eſt, ſimilem quoq; naturam eſſe oſſibus, & venis inquit: cũ vtraq; ex vno orſa continua ſit. Quod tamen Ariſtotelis decretũ, niſi largè continuũ pro contiguo ſumpſerimus, apertiſſimã haberet falſitatem.

» Quocirca ſtatim & ipſe ſubdit, dicens [Neq; os vllum ſeorſum per ſe habetur, ſed aut pars continui eſt, aut tangit, atq; annectitur.] Ecce igitur, quomodo impropriè continuum ſumpſerat. Quòd ſi excuſari promptè id potuit: Non minùs quoq; defendi valebit, omnia oſſa ſpinæ quodammodo annecti, quanuis ab ea diſtare videantur. Quemadmodũ v. g. os hyoides nõ ſimplex, ſed multiplex exiſtens, quanuis ſtyloidi proceſſui, ſiue potiùs appẽdici, mentoq;, & pectoris oſſi primo, atq; etiam ſcapulæ cõnectatur: vt à ſpina ſemotum eſſe appareat: ad ipſam tamen ſecundariò reducitur, cùm ea, quibus annectitur, ſpinæ coniuncta, colligataq; ſint. Solùm de cordis oſſe difficultas, cõtra prędictã Ariſtotelis determinationẽ eſt. De quo tamen oſſe tanquã ſibi incognito, minimeq; vnquã viſo, ſed ab alijs potiùs ſibi relato nonnunquã meminit: .e. Verùm id, quanquã oſſi proportionale quoddã in homine, alijſq; paris, aut etiãm maioris, nedùm minoris magnitudinis animalibus exiſtit, nec niſi in elephantis, antiquiſue, moleq; grandioribus bobus (vti nos vidimus) veterrimiſq; ceruis, atq; equis verũ os inuentũ: In illis tamen vel chartilago, vel ea adhùc minùs dura, cõcretaq; ſubſtantia eſt. Cuius ſubſtantiæ, quæcunq; ſit, vſum in calce huius libri declarandũ reſeruauimus. Vbi rationem Ariſtotelis .f. nequaquã valere oſtendemus ſcilicet quòd nec officio fungi valeret, cuius gratiã natura oſſium habetur, & quòd lędere poſſet, perinde quaſi vel ſpina, vel ſpiculum carni affixum. Cùm tamen de hoc oſſe poſteriùs loquens,* cordi magno datum eſſe cofiteatur, vt eius quaſi adminiculũ ſubditũ ſit: Quomodo totum etiam corpus oſſibus ſubſtentatur, & continetur, quaſiq; fidicula intenta robuſtius totum, nedùm cor ipſum euadit. Ecce igitur os aliquod ſpinę minimè continuũ, vel contiguũ, ſed cordis carni affixum: quod tamen interea oſſium officio ſcilicet ſubſtentãdi fungitur, neq; perinde vt ſpina, ſeu ſpiculũ lædit. Sed hæc de primo ſpinæ vſu. Secundus autem erat, vt via quædã ſpinali medullæ ſit. Quamobrem intùs cauam eſſe oportuit. Verùm circa huiuſmodi cauitatem, nonnulla cũ Galeno .g. conſideranda occurrunt. Etenim cùm ſpinalis medullæ groſſities ſenſim ad caudã vſq; minuatur, attenueturq; quatenùs in neruorũ propagines paulatim quoq; cõſumitur, ſic quidem iuſtè, appoſiteq;, vt ne quid nimis, vel diminutũ ſit: Idcircò maiorem in ſuperioribus vertebris cauitatem, inferioribus verò minorẽ eſſe condecens (vt rursùs poſteà videbimus .h.) fuit. Locus enim locato proportionari debet. Niſi interdùm alicuius neceſſarij vſus gratiã huiuſmodi ordo perturbetur (Id quod nõ aduertit Galenus, recentiorumq; anatomes procerũ nõnulli) Quemadmodum apertiſſimè apparet in quinta, ſexta, & ſeptima ceruicis, ac prima, & ſecunda thoracis vertebris. Vnde cùm nerui effatu digni: qui per brachia ad extremã vſq; manum diſtribuẽdi feruntur, originem inde habeant: partes illæ ſpinalis medullæ groſſiores euaſerunt, ne in tali neruorum propagatione nimiùm fortaſsè cõſumantur. Itidem verò & in ipſis etiã tertia, quartaq;, & quinta lumborũ vertebris. Prętereà in prima, ſecũda, & tertia ſacri oſſis partibus. Vnde nerui per crus diſtribuẽdi oriuntur. In prædictis enim veluti craſſior ſpinalis medulla fit; Ita & vertebrarum foramina maiora eſſe oportuit. In cęteris verò ſemper attenuãdo ſpinalis medulla, foraminaq; ſemper arctando procedunt. Prętereà quoniã quod geſtatur minus eſſe oportet eo, quod geſtat (prout perbellè Galenus .i. teſtatur) Inde ſuccedit, vt natura omniũ ſpinæ oſſium infimũ fecerit maximũ, ipſum velut fundamentũ quoddã ſpondylis omnibus ſubijciens, quod ſacrum, ſiue latum os Anatomici nuncupant, oſſibus Ilium tanquã ſuperiorũ baſis inhęrens. Secundum verò magnitudinis locum habet ſpondylus illi cõiectus, quartus quidem, & vigeſimus poſt primum, lumbi autem ſpondylorũ ordine quintus. Hi autẽ ipſi, cùm alijs rursùs ſint ſubiecti, meritò ſunt maximi, & potiſſimũ eorum quintus (vt nuper diximus) Reliqui autem quantũ ſitu ab infimo diſcedunt, tantũ & magnitudine cædunt. Quò fit, vt quinq; lumbi ſpondylorũ primus ſit mi-

Pro primo vſu.
Pro ſecũdo & quinto.
Pro tertio.
Pro quarto
Spinæ vſus primus.

d. 2. de part. animal. c. 9. & 3. de hiſt. cap. 7. circa princ.

De oſſe hyoidis.

De oſſe cordis.

e. 2. de hiſt. cap. 15. poſt princ. & 3. de part. c. 4. poſt med. & 5. de generatione animal. c. 7 poſt med.

Cõtra Ariſtotelem. f. 2. de part. cap. 9. circa princ.

Ariſtotelis contradictio

*3. de part. cap. 4 poſt med. & 5. de generatione 7.

Vſus ſpinæ ſecundus.

g. 1. 2. d. v. p. cap. 15. in princ.

In ſuperiorum cauitates maiores.

h. Cap. ſequẽti tex. 3.

Cõtra Galenum.

Cur ſuperiores vertebræ minores.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 157 sur 292

©BIU Santé

sit minimus,& eo rursùs minor sit dorsi postremus, qui cum eo est cõmissus: atq; hoc rursùs qui ipsum antecedit. Idq; ipsum fit semper vsq; ad ipsum caput. Nisi fortè aliquis paulò maior adiacentibus sit interiectus: idq; cum magna vtilitate: quemadmodum in prima vertebra contingit. Crassities enim maxima illis partibus, vnde nerui oriuntur, à natura fuit comparata, non ociosè neq; temerè: sed primũ vt ibi tutò (Galeni dogmate .k.) perforaretur (quanquam de huiusmodi perforatione,quòad hominis vertebrã hanc pertinet,rursùs infrà sermo futurus est.l. Deinde,ac veriùs,vt parte inferna secundi spondyli cõuexitates,superna verò capitis eminentias exciperet. Qua enim spondyli ipsius partes maximè erant elaboraturæ, has præter cæteras,satius fuit fortes efficere. Sic igitur primã vertebrã secunda latiorem esse, propter cõmodas cum capite dearticulationes, gratiaq; cõmodę quinti, .μ. & sexti .ν. caput mouentiũ musculorũ insertionis, atq; etiã tertij .ξ. scapulã attollentis musculi exortus. Pariterq; deinceps secũdam ceruicis vertebrã validiorem, grandioremq; tertia factam esse cõmodæ articulationis cum primo spondylo,colligantiæq; etiam cum capite perdẽtem gratiã inuenimus. In his igitur duabus magnitudinis vertebrarum ordo interrumpitur,maximæ (vti dictũ est) vtilitatis causã. Ex his igitur præostensis, tùm quòd superiorũ cauitates maiores esse debeant,sensim diminuendo procedẽtes: tùm quòd superiorum vertebrarũ magnitudinẽ minorem esse conueniat, paulatimq; augẽdo, & in grossiorem substantiã vergendo procedere, necessariò cõsequitur,superiores vertebras .m. tenuioris corporis, quam inferiores esse. Qui enim audierit naturę in spina excauãda crassitiem spinalis medullę pro scopo fuisse propositã: Is cuiusq; spondyli differentiã nõ difficillimè inueniet. Nam cùm (vt monuimus anteà .n.) ob nullã aliam causam natura spondylos sic exculpserit, nisi vt viam quandam hanc tutam spinali medullæ cõpararet, oportuit sanè capacitatem ipsorũ interniam spinalis medullæ crassitiei esse æqualem: Quæ cùm in spondylis omnibus non sit æqualis, sitq; in primis maxima: consentaneũ est, vt horum etiam spondylorũ latitudo aliorũ sit maxima. Iam verò si latos quidem hos,ob spinalis medullæ,quæ illic est,crassitiem: leues autem,quòd omnibus superiaceant, effici par erat: perspicuũ est, quòd statim tenues quoq; esse, erat necesse. Nam qui fieri posset,vt leues essent, si lati simul, ac crassi fuissent facti. Primi igitur spondyli ob hanc vtilitatẽ lati quidem internis suis cauitatibus, tenues autem corporis mole extiterunt. Sed tertium spinæ vsum repetamus: qui erat, .o. vt tutum spinalis medullę præsidiũ sit,eamq; ab extrinsecùs occurrentibus defendat. Adeò vt instar muri sit: ob idq; multis propugnaculis in orbẽ est munita. Ob eam igitur causam (Galenus idem ait .p.) natura tùm alia multa, atq; admirabilia in spõdylis est machinata, tùm autẽ & quam ἄκανθαν, ideſt spinam, seu spinę apicem vocant ex medijs partibus postremis produxit: quæ esset veluti vallum quoddam ante spinam totum oppositũ: quod priùs ipsum cõtunderetur, ac cõminueretur, modiq; omnibus afficeretur, quam ad vllum spondylũ noxa perueniret,vsq; ad posteriores sanè fines spina ipsa est os: ibi verò chartilago quamplurima ei circumiacet. Demonstratũ enim id nobis anteà .q. fuit etiã, chartilaginis substãtiam ad subiecta instrumẽta tegenda, ac defendenda, maximè esse idoneã: vt quæ neq; cõminui,neq; rumpi, quemadmodũ dura, atq; friabilia,neq; incidi,neq; contundi, quemadmodũ mollia, ac carnosa, queat. Quartus deniq; spinę vsus propositus est .r. vt instrumentũ motus sit,quem dorso, ac spina animalia obeũt: ob idq; ex pluribus ossibus per articulos cõmissis inter se cõstitit. Haud enim ex vno osse simplici (Galeno etiam docente .s.) atq; incomposito totam spinam effecit: quanquã ad sedẽ tutã id esset vtilius: cùm neq; luxari, neq; distorqueri, neq; eius generis affectũ quemuis incurrere, sine varia (vt nunc) dearticulatione posset. Et quidẽ si tantũ & difficulter pateretur, rationem habuisset, neq; scopũ aliũ in partibus construendis haberet antiquiorem, haud quaquã aliter,quã simplicẽ ipsam effecisset,aut omninò incompositam. Neq; enim si lapideũ vel ligneũ animal effingere velis,aliter ipsum feceris. Satius enim est stabilimentũ vnũ esse per totã spinam porrectũ, quamplurima esse exigua,& ea articulatim diuisa. Atq; etiã artus eiusmodi in animalibus lapideis, aut ligneis existimo esse longè anteponendos. Reliquũ corpus totũ eiusmodi simulachrorũ, si vno lapide sit conflatũ, multò aduersùs iniurias est tutius, quã si ex multis sit cõpositum. Animali verò,quod membris suis esset vsurũ, pedibusq; suis ambulaturũ, ac manibus apprehensurum, dorsumq; inclinaturũ, ac erecturum, nõ erat melius in pedibus, aut in manibus, totaq; spina os vnicũ habere. Sed cùm multis, ac varijs motibus esset vsurũ: satius fuit ipsum ita cõparare, quã ad motũ ineptũ illud efficere. Quacunq; enim ipsius parte animal motu destituitur: Ea nihil omninò videtur à lapideo discrepare,eoq; modo animal ampliùs non est. Quapropter cùm motus animali secundũ ipsius substãtiã maximè insit: .t. is autẽ fieri sine articulis nequeat. Ob id satius fuit, ipsum ex multis partibus esse conflatũ. Sed neq; ex ijs indefinito numero, sed certa quadã multitudine, determinatoq; ossium cumulo. Nõ enim si crus multis indiget partibus, protinùs etiã & mille indiget (vt subdit Galenus .u.) sed alterũ natura habet scopum: quo partis cuiusq; numerus proprius indicatur. Est autem scopus is, totius instrumenti patiendi difficultas. Duo igitur scopi à natura simul perpetuò considerantur. Primus scilicet actionis

k. 13. de v. p. cap. 4. in fine.
l. Cap. sequẽti cõ. 3. post princ.
μ. tab. 14. n. 1.
ν. Ibidem
K. L.
ξ. tab. 13. Q. 10. 14. 11. tab. C.
Cur superiores vertebrę tenuiores.
m. Lib. 12. cap. 14.
n. Exc. 11. in fine.
Tertius spinæ vsus.
o. Exc. 11. eiusdem in fine.
p. Cap. 15. post princ.
Spinales processus.
Chartilago illorum.
q. Lib. 11 cap. 17. in princ. 6. 3. circa princ. 7. 21. post princ. & c. 3. & 4. 2. 15. circa med. 12. 3. in prin. & 13. 7. in fine. & 8. circa princ.
Quartus vsus.
r. 12. de v. p. cap. 11. versus finem.
Cur spina nõ ex vno osse, sed pluribus.
s. Ibidem cap. 10. circa med.
t. Ibidẽ lib. 11. de v. p. cap. 18. circa med. & 12. 11. versus med.
Cur spina nõ ex indeterminatis pluribus.
u. Vbi supra scilicet 12. cap. 10. versus finẽ.

promptí-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 158 sur 292

©BIU Santé

promptitudo: Secundus verò, diſpathia, patiendiue difficultas. At tu quidē fortè ſcopū vtrunq; non ſimul: ſed alterutrū viciſſim conſiderans, cùm motus partium omniū neceſſarios, ac varios mente intueberis, naturā accuſabis, quæ tam magnum os cruris, ac brachij ſit fabricata. Facilius enim paruū, quā magnū membrū muſculi mouebunt. Cùm autem contrà, ſecuritatē ſolam ſpectaueris, ſpinæ os eſſe vnicū oportere, iudicabis: nō quot nunc ſunt, plura quā viginti. At natura non viciſſim, ſed vtrunq; ſimul perpetuò conſiderat: priorem quidē dignitate actionem. Poſt illam autem, ſecuritatem. Ad ſanitatis verò diuturnitatem, ſecuritatem quidē eſſe priorem, poſteriorem autem actionem. Quòd ſi tu quoq; expēdere ita volueris, ſpero me nunc quoq; in ſpinæ ſpondylis cōprobaturū (quomodò in manibus, ac cruribus priùs oſtendi) ne excogitari quidem poſſe exactiorem, ac iuſtiorem actionis ſimul, ac diſpathiæ miſtionem. Nam ſi os vnicū totius ſpinæ fuiſſet, .x. ꝙ ijs partibus animal immobile fuiſſet, velut veru quodā cōfixum, aut palo affixum, nihil verbis eſt opus. Id enim ne nos quidē (ni fallor) ſi Promothei loco fuiſſemus, latuiſſet. Verùm quod neq; ego, neq; tu, neq; alius quiuis homo ampliùs animaduertiſſet, non tamen Promotheū ipſum prēterijſſet, id protinùs dicam. Cur nō duo ſcilicet, vel tres, aut quatuor, aut omninò pauci facti ſunt ſpinę ſpondyli: ſed ita multi ſimul, ac multis modis quomodò nunc inter ſe cōmiſti? Oſtendam enim omne ipſorū numerū optimā habere menſurā, proceſſus, atq; articulorū cōpoſitiones, & connexiones. Cauſam igitur, cur nō ex duobus, aut tribus oſſibus .y. longis, æquè ac in manibus quidē eſt brachiū, & cubitus: in cruribus autem tibia, & femur, ſed ex quatuor quidē & viginti in hominibus, prēter os latū, quod extremè ipſi ſubiacet: in reliquis autē animalibus ex pluribus, ego docebo, oſtendamq; hic quoq; artem naturæ tribus capitibus diſputationē totam cōplexus. Primo quidē, quo mihi maximè ad prēſens inſtitutum eſt opus: ꝙ ſcilicet ſpondylos multos ſpinę omninò eſſe, ac paruulos oporteat. Secūdo autem, ꝙ quatuor quidē, ac maximę eius ſint partes: collum, metaphrenū, ideſt dorſum: lumbus, & os, quod à quibuſdā ἱερὸν, ideſt ſacrū: ab alijs verò πλατὺ, hoc eſt, latum nuncupatur. Tertio verò, ꝙ in collo ſeptem ſpondylos eſſe oportebat, in dorſo duodecim, in lūbo quinq;. Quod verò ad os magnum attinet, oſtendam & ipſum fuiſſe melius ex quatuor conflari. Primum igitur caput, quo maximè ad prēſentia indigeo, ꝙ ex multis, ac valdè paruis oſſibus ſpinā conſtare erat melius, euidenter demonſtratum fuerit: quùm ſpinalis medullę naturā repetemus, & affectus, in quos animal incidit, quùm ſpondyli ſede ſua dimouētur. Nā ipſius natura cerebro eſt aſſimilis, & ſymptomata, quib⁹ animal apprehenditur, eis ſymptomatibus ſunt ſimilia, quæ affecto cerebro nobis accidunt. Motus enim & ſenſus omniū partiū, quæ ſub affecto ſpondylo ſunt, lęduntur. Verùm nemo hæc quidem ignorat. Quod verò ait
» Hippocrates .z. [Si multi quidem ſpondyli ordine ſeſe cōſequentes
» emoti fuerint: malum id eſt: ſin verò vnus quiuis ex cęterorū harmo-
» nia, ac cōpage exilierit, exitioſum.] Non omnes itidem intelligunt. Eſtq; idipſum, quo nunc maximè ad præſentia egemus, ſcribit itaq; Hippocrates, ſymptomatis cauſam nos edocens, quòd ſi multi ſimul emoti fuerint, ſinguli paululū diſſiti, tunc circularis, non autē angularis ſpinalis medullæ fit contorſio. Quòd ſi vnus aliquis ſpondylus exciderit, ſpinalis medulla ex loco exiguo deflectens dolebit, ſpondyluſq; qui exilijt, ipſam comprimet: niſi ſanè etiā perruperit. Quòd ſi hæc ita ſe habent, ſpinaliſq; medulla magnā, eamq; ſimultaneam flexionem ſuſtinere non poteſt; ſpina verò ipſa per magnos, ac laxos articulos, multumq; diſſitos moueri ſine moleſtia non poterat, melius fuit ex multis paruis ſingulis paulùm cōferentibus totam ipſam conflari. Sic enim flexio fiet, non angularis, ſed ſecundū circuli circumferentiam, ac rotunditatem, noxamq; ex ſpinali medulla compreſſa, aut cōtuſa, aut rupta effugit. Itaq; ꝙ ex multis oſſibus motus exiguos habētibus ſpinā fieri prēſtiterit, nō eſt duobus, aut tribus, quatuorue, perſpicuè iam oſtēdimus. Hæc ex Galeni decretis ad prēſentis textus elucidationem tranſcripta iam ſint. Vt autē exquiſitiùs quod hic intenditur iunioribus enucleatū ſit, in margine hanc totius ſpinæ figuram contēplare. In qua vertebras viginti quatuor habes, vt in prēſenti textu propoſitę ſunt, à litera ſcilicet A. numeroq; primo, vſq; ad F. nume-


x.12.d v.p. cap. 11. in princ.

Cur nō ex duob⁹, aut tribus, ſi ex plurib⁹ determinatis. y. Ibidem cap. 12. in princ.

Tria capita declaranda.

Caput primū cur ex multis, & paruis.

z.3. de articul. tex. 46.



©BIU Santé

numerumq; vigesimũ quartũ, post quas, os sacrum est: à litera G. vsq; ad H. videlicet à numero vigesimo quinto, vsq; ad trigesimũ. A quo deinceps coccygis os sequitur, ab I. vsq; ad K. videlicet à numero trigesimo primo, vsq; ad trigesimũ quartũ. Distinguitur autem vertebrarũ spina in tres partes: videlicet collum, ab A. vsq; B. hoc est à numero primo, vsq; ad septimum: Dorsumq;, à C. vsq; ad D. numeroue octauo, ad vndeuigesimũ vsq;: Tertiamq;, ipsos lumbos, à litera videlicet E. vsq; ad F. numeroue vigesimo, ad quartum, & vigesimũ vsq;. Quibus quidem quarta succedit pars: ipsum videlicet os sacrũ, à litera G. vsq; ad H. à numero scilicet vigesimo quinto, ad trigesimũ vsq;. Hęc igitur ad pręsens propositũ (aliis omissis, de quibus postea sermo fiet) annotata sint. De pręternaturalibus autem acuminatis capitibus, suprà, in primo huius capite sermocinati sumus, .a. ad quem locum recurrere potestis. Nũc igitur ad specialem quatuor dictarum spinæ partium enucleationẽ pertranseamus: quùm sic Galenus euestigiò subdit.

a. Tex. & com. 3.

TEXTVS SECVNDVS.

Διαιρεῖται δὲ ἡ σύμπασα σύνταξις ἀυτῶν εἰς τράχηλόν τε, καὶ νῶτον, καὶ ὀσφῦν, καὶ ἱερὸν ὀστοῦν: ὁ μὲ ἓν τράχηλος ἔζευκται τῇ κεφαλῇ ὁδε νῶτος ἑρεξῆς τέτῳ τέτακται, τηλικοῦτος ὑπάρχων τὸ μῆκος, ἡλίκος περ ἂν ᾖ καὶ ὁ θώραξ. ὅσον δὲ ὑπολοιπον κάτω, τέτ' ὀσφὺς ὀνομάζεται. χῦ δὲ τὸ πέρας ἀυτῦ τὸ καλούμενον ἱερὸν ὀστοῦν ἔχων. ἔνιοι δὲ πλατὺ προσαγορέυουσιν ἀυτό.

Harum verò contextus in ceruicem, dorsum, lumbos, & sacrũ os diuiditur. Ceruix igitur capiti annectitur: Huic deinceps dorsum ordine succedit longitudine tantũ existens, quantus ipse thorax fuerit. Quod verò subest reliquum, lumbi nominantur. In sui quidem extremo vocatum sacrum os habentes: quod nonnulli latum appellant.

COMMENTVM SECVNDVM.

b. Cap. 12. circa princ.

SECVNDVM caput, quod à Galeno iam iam libro de vsu partiũ duodecimo: .b. propositum fuerat, hoc erat. Quare scilicet ex quatuor, ac maximis partibus spina constat: collo scilicet, metaphreno, dorsoue, lumbisq;, ac osse sacro, seu lato? Cùm enim thorax medius sit, eumq; vtrinq; circumstent, .c. suprà quidem collum, infrà verò lumbi: cõmuniter autem quæ singulatim diximus omnia os latũ suffulciat, quatuor maximè partes spinę totius necessariò conficiuntur. Sed vt hęc exquisitiùs liqueant: sciendũ quatuor fuisse naturę scopos .d. (vt capite proprio vberius infrà declarabimus .e.) dum thoracem fabricaretur: vocem videlicet, respirationẽ, cordis, ac pulmonis magnitudinẽ. Est enim thorax propter pulmonem, vt ipsum cõtineat, ac moueat: hic autem propter respirationem, ac vocem: respiratio autem propter cor. Inde igitur ad pulmonis, cordisq; magnitudinem, thoracis etiam magnitudo variatur. Necessarius ergo thorax fuit. Ceruix autem supra thoracem, mediaq; inter hunc, & caput necessariò posita est, ob duplicem in homine vsum: Alterum quidem priorem propter laryngem, huiusq; cõstitutionem, ac locum: Alterum verò veluti auctarium quoddam propter brachij, septiq; neruorũ generationem. Oportebat enim partes eas, quæ ad humerũ, ac brachiũ, tùm autem cubitum, & manum extremã pertinent, postremò etiã diaphragma à spinali medulla colli neruos recipere (vt aliàs ostẽdemus). Quocirca & propter horũ neruorũ generationem necessarium fuit in spatio inter caput, & thoracem medio alios collocari spõdylos, ex quibus collũ est cõpactum. Pręsertim verò his animalibus, in quibus tertius colli vsus existit: vt scilicet loco manuum illis deseruiat. Veluti longius esse consueuit vngulas habentibus solidas, .f. aut bifidas: Longissimũ verò habentibus crura longiora: vt gruibus, ac ciconijs. Lumborum verò necessitas fuit, vt naturalibus membris fulcimen pręberent, & neruorũ inde orirentur productiones, quæ ad hypogastrij musculos, cruraq; etiã distribuendę sint. Demumq; os sacrũ necessariò sequitur, cuius vsus quatruplex (Galeno etiã docente .g.) existit. Primus, vt sit quoddã veluti fundamentũ spinæ: Secundus, vt ossa ischiorũ, ac ilium incumbẽtia sibi exciperet, sine quibus neq; pubis ossa constare poterant, quæ vsus necessarios animali erant pręstatura, cruriumq; ad ischion dearticulatio omninò nõ fuisset. Tertius est, vt vteri, vesicæ, ac intestini recti sustentaculũ sit. Quartusq; demùm est, vt neruorũ coniugationes aliquæ ad crura distribuendę originem inde à spinali medulla suscipiant. Ecce igitur secundi capitis probationem, quòd scilicet, & quare ex quatuor partibus maximis necessariò spina cõstituitur, ceruice inquã, dorso, lumbisq;, ac osse sacro. In qua tamen probatione sub lato coccygem intellexit Galenus, vtriusq: interim numerũ nõ benè connumerans. De quibus tamen ambobus posteà locis proprijs sermo fiet .h. Nunc sat superq; fuerit ex Galeno spinã in quatuor partes maximas distinxisse, talisq; distinctionis rationẽ assignasse. Quibus si quintã tanquã veriùs à quarta distinctã addiderimus, huiusq; necessitatẽ, & vsum: in quinq;

c. 12. ď v.p. cap. 16. circa princ. Thoracis necessitas.

d. 13. ď v.p. cap. 6. versus finem.

e. infrà cap. 12. huius com. vlt. Ceruicis necessitas.

f. 11. ď v.p. cap. 8. versus finem. Lumborũ necessitas. Ossis sacri necessitas.

g. 13. ď v.p. cap. 7.

h. Cap. huius 10. & 11.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 160 sur 292

quinq; partes diſtingui ſpinã tunc determinabimus. Fuit enim homini neceſſariũ coccyx os primò, vt muſculi .o. nates facientes, qui ſunt omniũ primi, quòad partẽ inferiorẽ, huic oſſi vtrinq; alligentur: indeq; principiũ duxerint: qui quidẽ muſculi coxæ, femurue mouentes dicuntur, & à quibuſdã natium muſculi nuncupantur. Secundò vt ani muſculus, .π. totaq; ſedes, inteſtiniue recti extremũ illi alligetur. Quia enim ob natiũ neceſſariã ad ſedendũ amplitudinẽ, inteſtinũ rectum producendũ vltrò fuerat: quò cõmodior fæcum egeſtio fieret: propterea huiuſmodi oſſe, tanquam fulcro quodam, cui inniteretur, defenſorioq; indiguit. Tertiuſq; ſit hic coccygis vſus. Quartuſq; ſtatim ei ſuccedens, vt eandem inteſtini partem ab extrinſecùs occurrẽtibus tueatur: præſertimq; in pueris, ſæpenumerò in ſedem cadentibus: quibus etiam vt chartilagineũ exiſtens coccyx cõmodius ad huiuſmodi vſum fuit. Quintus verò demùm coccygis vſus eſt, ad tutelã extremitatis medullæ ſpinalis. Haud enim cõdecens fuerat ſpinalis medullæ terminũ ſic diſcoopertum, & indefenſum remanſiſſe: vt à quouis extrinſecùs adueniente pati facillimè potuerit: præſertim cùm alterũ cerebrũ, vel cerebri vicaria ſit (perindeac anteà iam diximus) vix enim ſuper lapidẽ ſedere poſſet homo, quin eueſtigiò vel frigefieret, vel calefieret, nedùm varijs modis contunderetur. Ideoq; natura non ſolũ quatuor oſſiculis, tribuſue vt minùs id os cõpleuit: ſed chartilagine quoq; multa ipſum obliniuit: de quo tamen poſteà ſpecialiùs capite proprio loquemur. *In quinq; igitur partes (vt in propoſita figura patet) ſpina veriùs, quã in quatuor diſtinguenda fuerat. Quoniã coccyx omninò ab oſſe ſacro diſtinguitur, nec eius pars eſt. Quanquã pro Galeni ſaluatione, dicere nõ ineptè poſſumus: cùm proceſſibus illis ſpinam repræſentantibus coccyx careat, medullamq; minimè contineat: ſpinæ proprię dictę partem eſſe eam minimè computandam: niſi largiùs ſpinæ nomen ſumpſerimus, pro tota ſcilicet carina, quæ à puppi ad proræ extremum vſq; deducitur. Quod verò dignius admiratione eſt, adiungemus: nam cùm ſpinam ex quatuor, & viginti vertebris præcedenti textu conſtare prædixerit: in præſenti nihilominùs vertebrarum earundem contextũ nõ ſolùm in ceruicem, thoracemq;, & lumbos diuidi voluit, quæ prædictũ numerũ cõplent: ſed os ſacrũ inſuper adiunxit, cuius oſſa cùm ſex, vel adminus quinq; ſint, non amplius viginti quatuor, ſed nouem, & viginti, vel etiã triginta erunt oſſa, quæ huiuſmodi cõſtructionem ingrediuntur. Sed huiuſmodi profectò difficultatẽ diſſoluere, Galeni verba perpendentibus promptiſſimũ eſt.* Quia enim vertebræ neceſſariò cũ oſſe ſacro tanquã omnium baſi, ac fundamento (veluti prædictũ iam eſt) præſertimq; lumborũ infima contexuntur, velut prima ceruicis cũ capite: idcircò cũ de vertebrarũ cõtexu locuturus eſſet, neceſſariò de extremis ſcilicet capite, oſſeq; ſacro, ſermocinãdum fuerat. Vnde cùm de duabus primis partibus
» ſermonem habuiſſet, ſtatim ſubdit dicens [Quod verò ſubeſt reliquũ lumbi nominantur, in ſui
» quidem extremo vocatũ ſacrũ os habentes.] Non igitur de oſſe ſacro tãquam parte ſpinæ quarta meminit (lumbus enim ὑπόκυρτον ſcilicet reſiduũ totum vertebrarũ erat) ſed tanquã ipſius veræ ſpinæ ex vertebris cõtextæ quodã adiuncto, atq; appoſito, quemadmodũ antea de capite tanquã primę ceruicis vertebrę articulato iã meminerat. Idcircoq; in textu (prout videbimus) ſequenti tres illas duntaxat partes, & earũ oſſiculorũ numerũ, quę ad quatuor & viginti dũtaxat aſcẽdunt ſcilicet ceruicẽ, dorſum, & lumbos, & nõ os ſacrũ, ſiue latũ enucleauit. Quanuis enim ſpinę pars os ſacrum ſit, nõ tamen ex vertebris, ſed oſſibus vertebras quodãmodo referentibus, ſimilibuſq; cõſtat.* Quas vt exquiſitiùs pernoueris ab ipſomet Galeno intelligas, quùm eueſtigiò ſubdit.

Coccygis neceſſitas. o. tab. 9. Π. 10. K. π. tab 15. fig. 29. E.

*Infrà cap. 11.

Obiectio.

Soluctio.

*Vide itẽrũ pro his infrà c. 10. com. 3. & com 1. in fine.

*Vide cap. 10. com. 1.

TEXTVS TERTIVS.

» Σπόνδυλοι δὲ χ͂ι μέν τὸν τράχηλον ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχουσι, χ͂ι δὲ τὸν νῶτον δώδεκα: χ͂ι δὲ τὴν ὀσφῦν, πέντε.

» Vertebræ autem in ceruice quidem numero ſeptem exiſtunt. In dorſo verò duodecim, ſed in
» lumbis quinque.

COMMENTVM TERTIVM.

TERTIVM à Galeno .i. propoſitũ examinandũ caput erat, cur in homine collum ex ſeptem: thorax verò ex duodecim: lumbiq; demùm ex quinq; vertebris, nõ pluribus, neq; paucioribus conſtent? Quibus addere hic etiã poſſumus: cur os ſacrum ex quatuor, vel rectiùs dixerimus ex quinq;, aut ſex? Coccyxq; demùm cur ex tribꝰ, aut quatuor oſſibus: non pluribus, neq; paucioribus conſtruantur? Ad quæ ſigillatim ſic vnà cũ Galeno .k. reſpondebimus, dicentes primò de ceruice. Homini videlicet ex ſeptẽ ſpondylis iure compactam eſſe. Cùm eius magnitudo laryngi conueniat, parteſq; omnes (quas à ſpinali ceruicis eiuſdem medulla neruos recipere præſtiterat) quod ſatis eſt recipiant. Duos enim in homine vſus ex ipſo collo monſtrauimus: .l. priorem quidem, propter laryngis cõſtitutionem: alterum

i. 12. de v. p. c. 12. poſt princ.

k. 13. de v. p. c. 6. & 7. Colli vſus triplex.

l. 8. eiuſdem 1.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 161 sur 292

©BIU Santé

verò propter neruorũ, qui ad manus, ſeptumq; tranſuerſum diſtribuendi erant, generationem: omiſſo eo, qui alijs multis animalibus cõgruit: vt ſcilicet manuũ loco pro cibi aſſumptione colli longitudo ſibi deſeruiat. Deus autẽ,& natura neq; in ſuperfluis abundat, neq; deficit in neceſſarijs. Oſtenſum verò in cõmentarijs de voce conſcriptis eſt, larynga (qui primũ eſt vocis inſtrumentum, neceſſariamq; in collo habet poſitionem, quo quidem tẽpore extenditur) longiorem, quam ante, videri. Quùm verò ſummè flectitur, æquatur exactè ſic, vt nullus relinquatur locus vacuus, neq; vllis vtrinq; oſſibus impingat: ſupernè quidem maxillæ, infernè verò claui. Non erat igitur cur paucioribus, aut pluribus humana ceruix vertebris cõſtitueretur: quanuis nouẽ illas ſimiæ, licet in multis alijs homini ſimillimæ, ceruix habeat. Eadem autem ratione Galenus thoracis, lumborumq;, & oſſis ſacri, ac ipſius quoq; demùm coccygis ſufficientem, & omninò congruam magnitudinem, ac ſpondylorũ numerũ probare Galenus enititur. Harum omnium partium vſus conſiderans, pro quibus vnaquæq; pars adeò concinna eſt, vt ſi quid addas, vel minuas, auferaſue, ſtatim vſus lædi cognituros ſis. Speciatim verò de thoracc ſic ſubdit .m. [Cùm igitur partes omnes corporis reſpondentẽ proportione iã habeant inter ſe magnitudinẽ: oportet vtiq; & thoracem habere magnitudinem alijs etiã, non ſibi ſoli, cõuenientem, ſi modò demonſtratum rectè fuit neq; reſpirationem, neq; vocem poſſe ſine eo fieri. Quin & cor ipſum primũ, ac cum ipſo pulmones illius etiã preſidio indigere oſtendimus. Quas ob cauſas neceſſe fuit naturam, dum thoracem fabricaretur, hos quatuor ſcopos ſibi propoſuiſſe: vocem ſcilicet reſpirationem, cordis, ac pulmonis magnitudinem. Licet autem tibi primũ conſiderare pulmonis magnitudinẽ: qui neq; maior, neq; minor aſperæ arteriæ ſectione fieri poterat. Quouſq; enim ipſa diuiſa progrediatur, eatenùs pulmonis carnem ei circumtexi oportet, atq; illa latitudinẽ habuit, ac longitudinem, quanta ad reſpirationem, ac vocem ſat erat. Quemadmodum res ipſa indicat. Sequebatur autem arteriam pulmonis generatio, ac huius magnitudinem thoracis magnitudo. Siquidem omnem eius capacitatem à pulmone repleri erat melius: quemadmodũ in cõmentarijs de reſpiratione probauimus. Quin & cor poſitionem, ac magnitudinem in thorace ſibi ipſi habuit conuenientem: ſi tenes memoria ea, quæ antea de ipſo præcepimus. Quòd igitur thorax conuenientem habeat magnitudinem, ex dictis patere iam arbitror.] Si quidem igitur ſpondylũ vnum addas: ſuperfluet. Quòd ſi demas, anguſtius erit cõtentarũ partiũ locus, vel alicuius eorũ proportionalem corpori magnitudinẽ vitiari neceſſum fuerit. Duodecim igitur vertebris conſtrui oportuit: quibus duodecim quoq; vtrinq; coſtæ coarticulentur. Qui verò deinceps has ſequuntur partes, .n. quinq; lumborũ ſpondyli eadem ratione iuſtum habuerũt in homine numerum: Cùm & viſcerũ alligatio, defenſioq;, & neruorũ exortus ſufficienter ab illis fiat: vt nec plures, neq; pauciores eſſe debeant. Nec aliter de ſacro oſſe dicendũ, perpenſis eius vſibus: quoniã ſcilicet decenter illi explentur quinq; oſſibus: in longioribus verò nonnunquã ſex. Quemadmodum coccyx deniq; ex tribus, vel ad ſummũ quatuor. Præſertim cùm obſeruatũ ferè ſemper ſit, vt vbi ſex ſacri oſſis partes ſunt, coccygis tres conſequantur: vbi verò illius quinq; fuerint, coccygis quatuor conſequantur. Adeò vt magna ex parte nouem omnia inueniantur. Conuenientiſſimus igitur cuiuſlibet partis numerus eſt. Cùm ſuos vſus (de quibus ſpecialiter deinde ſermo fiet) exactè compleant. Quòd ſi tamen aliquod ex prædictis oſſiculis, ſiue ſpondylis immutaueris, augendo, vel minuendo, ſtatim & aliquis earum vſus vitiabitur. Sed hæc de ſpinæ ipſius vſibus, ac diuiſione, partiumq; etiam ipſius eiuſdem vſibus generatim cum Galeno prælibata iam ſint. Speciatim nanq; ſingula proprijs in capitibus declarabuntur. Idcirco ad ſpecialem ſingulorum ſermonem ſe accingens Galenus, quamprimum ſubdit, dicens.

m.13.de v. par. cap. 6. poſt med.

Cur lumbi ex quinq. n. ibidem cap. 7. poſt princ.

Cur ſacrũ os ex q.nq;, aut ſex.

Coccyx cur ex tribus, quatuorue.

TEXTVS QVARTVS.

Περὶ δὲ πρώτων ἓν εἰρήσεται τῶ κ τὸν αὐχένα. διαφέρει γαρ ὐδὲν, ἢ πρᾶχηλον, ἢ αὐχένα προσαγορεύειν αὐτὸν.

De primis itaq; dicetur his, quę in collo exiſtunt. Nihil enim differt: ſiue πρᾶχηλον, hoc eſt ceruicem: ſiue αὐχένα, hoc eſt, collum ipſum appellemus.

COMMENTVM QVARTVM.

QVM de primis vertebris ſe priùs locuturũ propoſuerit (quod in ſequenti capite ſtatim executurus eſt) quæ ſcilicet in collo ſunt: apud Græcos autem duo hæc nomina ſynonyma ſint, videlicet αὐχὴν, & πρᾶχηλος: non ſecùs atq; apud latinos hęc alia duo, videlicet collum, & ceruix: Aliqui verò αὐχένα proferant, Alij verò πρᾶχηλον. Quemadmodum ſi latinè diceremus collũ, ſiue ceruicem: Eapropter nil referre ait, quouis horũ duorũ nomine vtaris, perindeac de inſalubri, & morboſo, Artis medicę libro primo dixit, o. Græcè

9. Text.7.

dictis

©BIU Santé

dictis etiã ſynonymis ὑποσφῦν, & ὑποτρῶ. Sed enimuerò prętermiſſis impręſentiarũ ab initio ſtatim propoſitis in quolibet capite contemplandis prędicatis (prout in pręcedentibus obſeruauimus) cùm aptiùs ſigillatim in ſingulis partibus perpendenda veniant, paucis his generalibus cõtenti, ad partium declarationem deſcendamus, à colli ceruicisue ſpondylis ſeptem exordientes.

Περὶ τῶν κατὰ τὸν τράχηλον σπονδύλων. Κεφάλεον. ξ.

De Vertebris Ceruicis. Caput Septimum.

TEXTVS PRIMVS.

Τῶν κατὰ τὸ αὐχένα σπονδύλων οἱ πρῶτοι μὲ δύο διίβρηνται πάντη. τῶν δ' ἄλλων τῶν πέντε, τὸ πρόσω μέρος ἰσχυρὸς συμφύει δεσμός. ὃ γὰρ δὴ διὰ χόνδρου γε συμφύονται, καθάπερ ὀίονταί τινες. ἀλλ' ὁ τὰς τε νωτίας δύο μήνυγγας ἔζωθεν περιλαμβάνων χιτών, εἰς τὴν μεταξὺ χώραν αὐτῶν παρεμπίπτων, κοινὸς ἀμφοτέρων γίνεται δεσμός. οὕτω δὲ καὶ πάντας ἔχει τοὺς σπονδύλους, πλὴν τῶν πρώτων δυοῖν, ὡς εἰρήσεται.

Ex colli vertebris, primę quidem duę vndiq; dearticulantur. Reliquorum verò quinq; anteriorem partem forte ligamentum coaleſcere facit. Haud enim per chartilaginem coaleſcunt (vt nonnulli putant) ſed ea membrana, quæ geminas dorſalis medullæ tunicas extrinſecùs ambit, ſeſe in mediam ipſarum ſedem inſinuans, cõmune vtriſq; ligamentum fit. Similiter autem & ſecundùm omnes vertebras ſe habet, duabus primis exceptis (vt dicemus.)

COMMENTVM PRIMVM.

QVOD in fine præcedentis capitis prædixerat: Nil ſcilicet differre, ſiue τράχηλον, ideſt, ceruicem: ſiue αὐχένα, hoc eſt, collum pronuntiarimus, ſtatim confirmat: Dum in titulo τράχηλον, hoc eſt ceruicem in principio autem capitis ſtatim αὐχένα, ideſt collũ nominauerit: quaſi modò vno, modò altero nomine indifferenter vteris. Sed hæc de nominibus contẽplatio quãminimi momenti eſt. Ad ea igitur pertranſeamus, quæ neceſſaria ſunt. Primæ quidẽ duæ vertebræ vndiq; (Grękè πάντη q. d. ex omni parte) dearticulantur. Quod verum quidẽ eſt de dextra, & ſiniſtra, atq; etiam interdùm anteriore, non autem poſteriore parte, tàm inter ſe, quàm cum capite. Prima enim duplici (vt videbimus) ſcilicet dextro, ac ſiniſtro articulo cum capitis, occipitiſue tuberculis dearticulatur. Secũda etiam cum prima tribus in locis ſcilicet dextro, & ſiniſtro, atq; etiã anteriore per dentem: non autem poſteriore. Dextro inquã, & ſiniſtro, cùm nõ ſecùs ac occipitis: ita & ſecũdę vertebrę tuberculos prima ſuſcipiat, quanquã illos per enarthroſim: hos verò per arthrodiã. Quomodo igitur Galenus ait ex omni parte dearticulari? Ad hoc reſpondemus piè magis Galeni monumenta pro viribus defendentes, quã iuſtè condennantes: videlicet intentionem eius eſſe non de veris modò articulis, articulationibuſue loqui: Sed vt contra ſymphyſim talis oſſium coſtructio diſtinguitur, fitq; propter motum, & nõ propter quietem. Vult igitur, quòd primæ duæ vertebræ nulli coaleſcunt propter quietem: ſed vndiq; tàm inter ſe, quàm cũ capite ita cõiunguntur, dearticulanturq; : vt manifeſto motu moueantur: quanuis proprio articulo prima cũ capite vtrinq; ſcilicet in dextra, & ſiniſtra parte: ſecundaq; cum prima prętер dextram, & ſiniſtram, in anteriore etiam parte per dentiformẽ proceſſum conſtruantur. Verum eſt tamen interea, quòd laterales earum quatuor dearticulationes prędictę ampliores, euidentioreſq; exiſtunt. Alię verò omnes vertebrę inter ſe: quinimmò & ſecunda etiam cum tertia, & vigeſima quarta cum oſſe ſacro: multoq; magis huius ſacri oſſis partes inter ſe, & cum coccyge, tandemq; ipſius etiam coccygis particulę inter ſe ad ſymphyſim anteriore in parte deueniunt: nõ immediatam quidem, nec per ſe, at per ſynchondroſim, ſeu mauis dicere per ſynneuroſim, hoc eſt, per mediã quandã chartilaginem, ſeu (rectiùs dixerimus) chartilagineum ligamentum: Non (vti Galenus *p.* minùs quidem rectè ait) per tertiã eam membranam, quæ geminas ſpinalis medullæ tunicas extrinſecùs ambit. Ea enim membrana ad ſpinalis medullę ob varios huius motus diſſipandę tutelam facta eſt: ideoq; neruoſa (Galeno etiã rectiùs id edocente *.q.*) craſſaq;, & fortis: intùs tamen vertebrarũ, oſſiſq; ſacri cauitatẽ oblinens: vt meritò perioſtios appellari queat: Nõ quòd ſeſe inter vertebrarũ ſedes, in chartilaginem, quæ illas inungit, Galeni modo, ad earum colligationem, inſerat. Cur autẽ vertebræ omnes, prętер duas primas, oſſaq; prædicta, parte anteriore prætacto modo coaleſcant, firmenturq; , ne retrorsùm flecti multũ poſſint, à Galeno diſcamus: quùm ſic teſtatũ reliquit *.r.* [Cùm enim ſpõdylos oporteret ſimul quidem ſpinam efficere, velut vnum corpus ſtabile, ac firmum: ſimul autem ad motũ expeditum: naturam ob id par eſt admirari, quam artificioſiſſimè ad vtrunq; vſum, tametſi contrarium

Obiectio.

Reſponſio.

Cõtra Galenum. *p.* Tàm in prеſenti textu, quã 13. de v.p. cap. 8. in princ. *q.* 13. de v. par. c. 8. verſus finem.

r. 12. đ v.p. c. 16. poſt med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 163 sur 292

©BIU Santé

Cur ſpõdyli anterius tãũ ligati.

trarium ſpinam rectè cõpararit. Nam ſpondyli omnes, præter duos primos, partibus quidem anterioribus tutò inter ſe colligati, poſteriore verò dearticulati firmitatem quidẽ in poſterioribus figuris propter anteriorem harmoniam, ac cõpagem ſunt adepti. Ad motum autem nõ ſunt impediti, ꝙ nõ coaluerint (ſcilicet per ſe, ſed per intermediũ illud chartilagineũ ligamentũ, quod extendi, contrahiq; poteſt) & parte poſteriore articulis non mediocribus ſunt diſtincti. Ob eam ſanè cauſam antorsùm quidem plurimum flecti poſſumus: retrorsùm verò nõ item. Perrumpes enim ſi vim feceris, vinculum anterius. Quod ita exactè ipſos inter ſeſe ita coniungit, vt credas ipſos coaluiſſe (veluti nonnulli crediderunt, vt poſtea dicemus) laxamentumq; indulget exiguũ in ſpinę poſteriora reclinantibus. Fieri enim nõ poterat: vt ſimul quidẽ forte eſſet, ſimul autem multum extenderetur. Quanquam id quoq;, quòad licuit, mirabiliter à natura fuit cõparatum.

Exterius ligamentum muſculorũ. ſ. Lib. 3. de art. cex. 30. t. 12. d v.p. cap. 15. poſt med. u. 13. eiuſdem cap. 8. in princ. x. 12. eiuſdẽ cap. 16. verſus finẽ. y. 13. eiuſdem cap. 1. in princ.

Muccoſum enim ligamentum hoc (ſic enim Hippocrates appellauit .ſ.) effecit: mediocrisq;, ac ſymmetræ duritiei ad vnguem exiſtit, prout antea dictum iam eſt. .t. Adeò tamen validum eſt, .u. exacteq; adeò anteriores omniũ partes ipſorũ colligat, vt medicorũ pleriſq; ne colligari quidẽ ea parte, ſed coaleſcere ſpondyli inter ſe videantur. Spinam verò .x. cùm ne ſimiliter quidem in partes vtraſq; flecti eſſet melius (infirma enim ſic, laxaq; penitùs eſſet) oportuit naturã eligere id, quod erat vtilius. Potes hic quoq; vſum cõſiderare, ꝙ ad omnes vitę hominis actiones melius erat ſpinam antorsùm flecti, ꝙ etiam vaſis parte anteriore ſpinę incumbentibus, magnæ ſcilicet arteriæ, ac venæ cauæ longè minùs erat moleſtum. Rupta enim fuiſſent, ſi extenſa plurimũ, ac refracta, dum ſpinã totam retrorsùm flecteremus, fuiſſent. Iure igitur cùm eam parte anteriore ſpondylis conſtrictam exactè eſſe oporteret: dearticulationes parte poſteriore extiterunt.] Cùm igitur ſpondylorũ locus (vt poſt pauca ſubdit Galenus .y.) poſterior in tres partes diuidatur: primam ſcilicet quæ exactè poſterior eſt, quo loco eſt acantha, ſeu ſpina: duas verò, quæ vtraq; eius parte ſunt, quas productionũ tranſuerſarum radices terminant. Quod ea parte, quæ omninò eſt media, non modò non præſtirerat, ſed ne licebat quidem ipſarum dearticulationes efficere, cùm ea ab acantha iam eſſet occupata, arbitror id omnibus eſſe perſpicuũ. Ex duobus verò locis, qui relinquuntur: ſi in altero ipſorũ ſpondyli inter ſeſe fuiſſent dearticulati, in alio autẽ tutò cõnexi, Primum quidem natura ſuę æquitatis fuiſſet oblita, quæ locis ſimilibus inæqualia tribuiſſet, tùm autem & ſpinam ipſam totam in partem alteram propenſa affeciſſet: Poſtremò motuum, qui ipſi inſunt, partem alterã neceſſariò impediſſet, ac vitiaſſet. Neq; enim in vtranq; partem circumagere ipſam itidem poſſemus, cùm parte altera claudicaret. Nutantibus autẽ ſpondylis pars ſpinæ, quæ non dearticulatur, ſequi dearticulatã non poſſet, illiuſq; motũ offenderet. Quò fieret, vt non dimidia modò pars, ſed paulò minùs actio tota periret. Hos quidẽ vſus ex ſpondylis omnibus vtroq; poſteriore loco inter ſe dearticulatis percipimus.] Sic igitur ſecũdùm omnes ſpondylos articulatio conficitur. Oſſis verò ſacri partes (vt videbimus) coaleſcunt ætatis progreſſu ſibimunicem, vt ſeparari vel per longam elixationẽ nequeant. Neq; ſi diutiùs carie ſub terra corrumpantur. Duarum autem vertebrarũ primarum ligamẽta, & dearticulationes, qualiter fiant, poſtea cum ipſo etiam Galeno declarabimus. z. [Porrò ſpondyli omnes (vt alias idem ait .a.) ab ea connexione, quam parte anteriore habent retrò progreſſi, paulatim à ſeſe diducuntur, locum omnem mediũ refertũ habentes humiditate alba, craſſa, & viſcoſa ſimili ei, quæ per alios propemodum omnes articulos eſt diſperſa: Idcircò ſucci eiuſmodi vtilitas partibus omnibus expeditè mouendis eſt cõmunis (vt priùs etiã oſtendimus .b.)] Quæ quidẽ humiditas, velut oleum quoddam tertię quoq; ſpinalis medullę tunicę circumfuſa eſt: quemadmodũ & articulis omnibus (vt ſubdit poſtea Galenus .c.) & linguæ, & laryngi, & meatui vrinario, & oculis pinguedo, & (vt ſummatim dicam) omnibus ijs, quæ moueri aſſiduè oportebat. Metuendum enim erat, ne exiccata quidem ipſa dolerent, ac tandem actiones ipſorum labefactarentur. Quod homines imitati curruũ axes, atq; plauſtrorũ inungunt priùs ſucco humido, ac viſcoſo, quò nihil illi patiantur, & moueãtur celeriùs.] Sic etiã & habenas, & lora inungunt (vt alias inquit .d.) qui eis ad vehicula, & ſubiugia vtuntur. Eandem ob cauſam huiuſmodi muccoſum humorẽ in omnibus articulis videre licet. At nos diſtinctè primas duas vertebras, earũq; dearticulationes, ac motus, tùm ex Galeni priùs dogmate, tùm rectiùs deinde iuxta veram naturę hiſtoriam, cõtemplemur. Ex Galeni inquam priùs dogmate. Subdit enim Galenus ſtatim, ſic dicens.

z. Com. ſequenti. a. 13. d v.p. cap. 8. circa princ. b. Lib. 1. c. 15. ante med. c. Lib. 13. c. 8. verſus finem. d. 3. de art. com. 30.

TEXTVS SECVNDVS.

Διττῶν δὲ ὄντων κινήσεων τῆς κεφαλῆς, τῆς μὲ ἐπινευόντων τε, καὶ ἀνανευόντων· τῆς δὲ ἐν τῷ περιάγειν ἐφ' ἑκάτερα· τὴν μὲ προτέραν ἡ τὰ δεύτερα σπονδύλε πυρηνοειδὴς ἀπόφυσις ἐργάζεται μάλιστα· τὴν δ' ἑτέραν ἡ τὰ πρῶτα πρὸς τὰ κροταφὰ τῆς κεφαλῆς διαρθρώσεις. ἀλλ' αὐται μὲ διὰ τ πλαγίων γίγνονται μερῶν τῶτε πρώτε σπονδύλε, καὶ αὐτῆς τῆς κεφαλῆς. ἡδὲ πυρηνοειδὴς ἀπόφυσις ἀνάντης μὲ ἐστὶν, ἀπὸ δὲ τ προσθίων ἀρχομένη μερῶν τὰ δευτέρε σπονδύλε, συνδέεται τῇ κεφαλῇ διά τινος ἐυρώστε ἅμα, καὶ τραχήλε συνδέσμε. καὶ δὴ καὶ χάραν ἐπιτήδειον ὁ πρῶτος


Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 164 sur 292

πρῶτος σπόνδυλος αὐτῇ παρέχει, καθ' ἣν ἀσφαλῶς περίζεται, καὶ τις ἕτερος ἐγκάρσιος δεσμὸς ἐν αὐτῷ τῷ πρώτῳ σπονδύλῳ γενόμενος ἔσωθεν ἐπιβέβληται κατ' αὐτῆς ἔνιοι μὲν τοῦτον ὀδοντοειδῆ καλοῦσιν ἀπόφυσιν. ἱπποκράτης δὲ καὶ ὅλον τὸν δεύτερον σπόνδυλον, ὀδόντα προσηγόρευσεν ἀπ' αὐτῆς. ἔχει δὲ καὶ ἄλλας ὁ πρῶτος σπόνδυλος δύο δοχὰς ἐπιπολαίας, γλενοειδεῖς, ἐν τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτοῦ παραπλησίας ταῖς ἄνωθεν. εἰσὶ δ' εἰκότως αἱ μὲν ἄνωθεν μείζους, ὡς ἂν τῇ κεφαλῇ διαρθρούμεναι, μικρότεραι δὲ αἱ κάτωθεν, αἷς περιβέβληκε τὸν δεύτερον σπόνδυλον.

Cùm autē capitis motus duplex ſit: Alter quidē tùm annuendo, tùm abnuendò factus: Alter verò in vtrunq; latus circumagendo, priorem quidem ſecundæ vertebræ pyrenoides proceſſus potiſſimum præſtat: Alterum verò primæ vertebræ ad capitis coronas dearticulationes. Sed hæ quidem à tranſuerſis tùm primæ vertebræ, tùm ipſius capitis partibus fit. Pyrenoides autē proceſſus ſurſùm ſpectans eſt. Ab anterioribus autem ſecundæ vertebræ partibus incipiens, valido quodam, rotundoq; ligamento capiti colligatur, eiq; prima vertebra locum idoneum præbet, in quo tutò firmetur: In eademq; prima vertebra quoddam alterum tranſuerſum ligamentū obortum intùs illi quoq; aduoluitur. Nonnulli quidem hunc proceſſum dentiformē vocant. Hippocrates autem ab hoc totam etiam ſecundam vertebram dentem appellauit. Habet autem prima vertebra in inferioribus ſui partibus duas alias cauitates ſuperficiarias oculares ſuperioribus ſimiles. Sunt autem iure quidem ſuperiores maiores tanquā capiti dearticulatæ: Minores autem inferiores, quibus ſecundam vertebram complectitur.

COMMENTVM SECVNDVM.

VT quæ dicenda hic de ceruice, eiuſq; partibus, ac præſertim prima, & ſecunda vertebra, exquiſitiùs intelligantur: quatuor ſequentes figuras propoſuimus. Quarum prima anteriorem: Secunda lateralem: Tertiaq; poſteriorem ceruicis vertebrarum omnium partem præſefert. Quartaq; demū primæ, & ſecundæ vertebræ duntaxat poſteri ex parte connexum indigitat.



Pro his autem, quæ in præſenti contextu declarantur, duo in his figuris annotanda præ cęteris ſunt: Alterum quidem eſt ſecūdę vertebrę dentiformis dictus proceſſus, ſeu dens quoq; nuncupatus in prima, ſecūda, & tertia figura litera D. in quarta autem litera H. ſignatus: Alterum verò eſt, prænarratum quoq; primę vertebrę ligamentū tranſuerſum, quod præfatum dentem complectitur, litera a. in ſecunda, & tertia figura, in quarta verò litera K. connotatum. Sed ad capitis articulum explicandum Galeni dogmate .e. accedentes, naturæ in eo fabricam expendamus. Cōuenit enim ipsū (vt arbitror) quomodo & alios omnes, pro dignitate fuiſſe exornatū. Quandoquidem articulus iſte animalibus magni adeò eſt momenti, vt omniū ſolus, non dico luxationem magnam, ſed ne deflexionem quidem, vel temporis momento ferre queat. Repente enim reſpiratione, ac voce, motuq; omni, ac ſenſu totum animal priuatur: ipſa nimirùm neruorū radice affecta. Principium enim horum omnium eſt cerebrum, velut aruū quoddam, ſiue in aruo radices: Germen verò velut truncus in arborem exurgens ſpinalis medulla: Ramiq; tandē nerui ſunt: per quos vnicuiq; parti motus, ac ſenſus diſtribuuntur. Capitis igitur articulus tutiſſimam

e.1.2.d v.p. c.4 in prin. & lib. 13. cap.4.

omnium

©BIU Santé

omnium meritò habet cõstructionem: vt quod in seipso neruorũ omnium partes inferiores moTriplex articuli capitis securitas. uentium radicem contineat. Accedit autem ei & securitas à ligamentorũ crassitie, musculorum multitudine, & ossiũ exacta cõpositione. Fortissima enim tria ligamenta ossa inter se cõnectunt: quorum vnum maximum, ac latum totam dearticulationẽ in orbem cõplectitur (sub hoc aliud secundę cum prima dearticulationem cõplectens intellexisse Galenũ verisimile est.) Alia autem sunt duo instar neruorũ mediocriter tertia. Quorũ alterũ quidem in quarta figura litera I. cõnotatum ligamentũ finem productionis prælongę (scilicet dentis) vertebrę secundę cũ capitis osse connectit: Alterum verò trãsuersum velut angulum rectum efficiens à partibus primi spondyli dextris ad lęuam pertingit. (Hæc vltimo duo ligamenta sunt, de quibus in præsenti cõtextu meA musculis minit) Octo autẽ musculi, ex ipsis duntaxat partibus posterioribus dearticulationi incumbunt, ipsum tegentes simul, ac mouentes, vt sunt iuxta Vesalij ordinẽ paria, quatuor scilicet tertiũ, .p. quartum, .s. quintum, .t. & sextum. .v. Ossium autem ipsorum figura, ac exacta cõpositio, etiam Ab ossium structura. si quis eam solùm intueatur, admirabilis videtur. Sin verò non modò intuearis, sed etiam particularum, quæ ipsis insunt, omnium vtilitatem animo reputaris, nõ artem solùm miraberis: verùm etiam opificis nostri prouidẽtiam hymnis celebrabis. Cùm enim capitis totius motus duos generatione esse oporteret, necesse fuit, aut duplicem facere dearticulationẽ, aut ex duobus obliquis motibus simplicibus rectum vnum cõpositum efficere: quemadmodũ in manibus, carpis, & pleriſq; alijs partibus parum distantes habẽtibus rectos motus ab obliquis, cõprobauimus. Quinimmò (vt paulò post Galenus idem ait .f.) cùm motus obliquos à rectis distare plurimùm præstaret, duorum alterum accidat, necesse est, aut scilicet duplices esse dearticulationes (quemadmodum in cubito, & radio duplicem in gibbo cubiti dearticulationẽ conspicimus, propter motum genere duplicem, rectum scilicet & obliquũ, ac rectũ ab obliquo plurimùm distare necessarium) aut locum vnũ vndiq; admodùm rotundum. Vt enim quoquouersùm articulus facilè circumferretur, similem vndiq; esse oportet ipsius formam. Velut in humeri, ischijq; articulo conspicimus simul quidem rotundissimo, ac laxissimo. Quò fit, vt omniũ maximè articulorũ luxationi assiduè humeri articulus sit obnoxius. Quod naturã non latuit: sed (vt antea dictũ milliès est) quando cõstructionis securitas cum motuũ varietate pugnat, quod in quoq; articulo est vtilius, id ipsa eligit. In manu verò constructio, quæ motuum agilitatem præstaret, fuit optabilior. Capitis autem articulus luxationem non tolerat, qp is principalis admodùm sit: animalq; ipsum protinùs labefactet, alioquì profectò ne huic quidẽ motus varietatẽ inuidisset. Nihil enim certè oberat in vtranq; partem caput eouſq; circumagere, vt non modò quæ sunt ad latera, sed etiam posteriora videre posset. Verùm fieri nõ poterat, vt sine laxa dearticulatione motũ facilem adeò efficeret. Malunt igitur natura paucissimos capiti motus, eosq; tutos: quam varios, eosq; nõ tutos tribuere. Quare non simplicem, neq; laxum eius fecit articulum, sed duplicem simul, ac robustum. Ob eam igitur causam, ne in capite quidem satiùs fuit ex obliquis motibus rectos cõparare: sed vtrisq; priuatim præstitit musculos, atq; dearticulationes efficere. Atq; adeò dearticulationes ipsæ duplices, musculorũq; eas mouentiũ genera duplicia extiterũt, ac generationis vtriusq; differentiæ duæ. Dico autem genera quidem duplicia: rectorũ scilicet & obliquorũ. Hęc Galenus vsq; adeò vera, & sancta, vt ne minimũ quidẽ reprehendi, corrigiue possint: nisi ad vtriusq; generationis differentias descendens obliquos capitis motus declarasset: Eos scilicet esse, qui ad dextram, lęuamq; fiunt. Hi enim motus, tametsi obliqui sint: nõ tamen proprij capitis, sed ceruicis per se, nisi secundariò, quatenus inquã ad ceruicis propriũ motum, caput quoq; tanquã illi præfixũ necessariò mouetur. E' duobus igitur proprijs capitis motibus rectos quidẽ optimè Galenus descripsit: Eos videlicet esse dicens, qui annuendo, ac renuendo fiunt: Obliquos verò nõ rectè interpretatus est. Etenim ad dextram, ac lęuam in gyrum voluendo faciem hi fiunt, capite interim ipso semper ab humeris ęquè distante: Non in dextrã ac lęuam inclinante. Quamobrem g. Cap. 6. frustrà deinceps multa (licet perbellè aduersùs naturæ calumniatores interim digrediatur .g.) circa huiusmodi motuũ articulis factam distributionem, coaceruando laborat: Rectos videlicet secundę vertebrę cũ prima dearticulationi attribuens, obliquos autem, qui scilicet in latera primę vertebrę cum capitis coronis dearticulationi ascribens. Veritas enim longè ab his diuersa est. Etenim (vt benè primus hęc, ne quempiã propria defraudemus laude, Vesalius aduertit) aliter duo sunt capitis euidentes proprij motus. Qui quidem quiescente ceruice solius capitis existunt: Alter quidem rectus ad annuendum, renuendumq;: Alter verò in gyrum. Primus autem rectus in anteriora ad annuendum, posterioraq; ad renuendũ, per primę vertebrę cum capite, nõ cum secunda vertebra dearticulationem, fit. Secundus autem in gyrum obliquus per secũdę vertebrę cum prima dearticulationem, expletur. Quam veritatem tùm ossium constructiones, dearticulationesq; ambę prędictæ, tùm musculorũ situs summoperè cõprobant. Constructiones inquam, dearticulationesq; prędeferunt. Etenim primæ vertebræ cum capite dearticulatio vel cęcis ipsis ostendit, tanquã super duos sese inuicem adiuuãtibus, cõcomitantibusue lateralibus cardinibus

Ex ossium cõstructione. Responsio prima.

antorsùm,

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 166 sur 292


antorsùm, ac retrorsùm, ſiue annuendo,& abnuendo capitis motum fieri nullo vnquã interpoſito vacuo ſpacio: quod tamen (ſi adeò euidẽter in latera moueri caput deberet) neceſſariò contingeret: prout carne, ligamentiſq; prorsùs denudatis in oſſibus conſpici facillimè poteſt. Haud enim verum eſt Galeni argumentũ, quùm ait .*b*. [Quòd ſi natura cauitates primę vertebrę, atq; eminentias occipitis rectorũ (vti nos dicimus) gratia feciſſet: omninò aliam quidem cauitatem, & eminẽtiam in partibus anterioribus, aliam verò in poſterioribus poſuiſſet. Oppoſitum nanq; lippis, atq; tonſoribꝰ apparet. Quòd ſcilicet ſi anteriùs, ac poſteriùs illas locaſſet, omninò rectus antorsùm, ac retrorsùm motus impediretur: Statim verò promptiſſimus lateralis eſſet. Verùm ſi prædicta dearticulatio Galenũ docuiſſe nequiuit: eum tamen excitare mirum immodũ ipſius dentiformis proceſſus cũ prima vertebra dearticulatio debuerat. Hic enim (ſi rectus motus euidens ſuper ſecunda vertebra fieret) neceſſariò in annuendo, caputue antorsùm flectendo, ſpinalem medullam cõprimeret. Abnuendo autem, caputue retrorsùm inclinando, primæ vertebræ partem anteriorem frãgeret, vel ſaltem illi multã vim induceret. Qui tamen dens ad primę vertebrę ſimul cum capite ſuper ſecunda vertebra gyrum firmandum, tuendumq; velut axis quidã ſummoperè valet. At quis, niſi ſponte refractarius, circa hęc ambigeret, primę vertebrę oblongas ab anterioribus retrorsùm, & nõ laterales, cauitates, haſq; interea profundas, capitiſq; rursùs correſpondentes eminentias illis per enarthroſim dearticulatas perpendens? tanquam ſcilicet ad rectum motum maximè idoneas? Interim verò ſimul eiuſdẽ primę vertebrę infernas, ſuperficiarias, lataſq; cauitates, ſibiq; reſpondentes obſcuras ſecundæ vertebræ tuberoſitates illis per arthrodiam dearticulatas, tanquam ad circularem potiùs, ſiue in gyrum faciendũ motum ſummoperè aptas contemplatus? Quem tamen motũ, ſi caput ſuper prima vertebra faceret, neceſſariò egredientibus à propria cauitate ambobus tuberoſis lateralibꝰ ſuis proceſſibus, animal obiret: quod abſurdiſſimũ fuiſſet. Super ſecundam verò vertebram gyrum fieri, leporum, agnorumq;, vel ædorum, aut cuniculorũ conſtructio primę vertebrę cum ſecunda cõpertiſſimũ facit. Quòd ſi neq; his perſuaderi, conuinciq; vel Galenus, vel quiuis alius poterat: Muſculorũ ſaltem ſitus, atq; actiones cõfundere illos neceſſariò debuerant. Vt relicta veteri, nouam ſententiam amplectantur. Etenim quartũ muſculorũ par in quinta ſtatim ſubiungẽda huius cõmenti figura literis F. G. notatũ: quod à poſteriore primę vertebrę ſede exordiens, occipitio inſeritur, fruſtrà factũ à natura fuiſſet, occiput tamen ipſum, ac per hoc totũ caput retrahens, ac retrorsùm rectè inclinans. Niſi prima dearticulatio capitis cũ prima vertebra, ad huiuſmodi tectũ totum deſeruiret.

Galeni argumentũ. h. 12. d v.p. cap. 5. circa princ. Impugnatio.

Reſponſio ſecunda. Ex dẽtiformi proceſſu.

Reſponſio tertia. Ex primæ vertebrę cauitatibus.

Reſponſio quarta. Ex muſculorum ſitu.



Similiter & ſeptimũ par muſculorũ primis etiam tribus, nedùm quarto oppoſitũ (quod in ſexta quidẽ hic poſita figura litera o. eiuſq; extrema literis X. Y. Z. ſignata ſunt) fruſtra in mamillarem temporis oſſis proceſſum à pectoris oſſe, clauiculiſq; exortum, carnoſo, craſſoq; admodum fine inſereretur: ſed in primã potiùs vertebrã terminaretur: ſiquidem illius cum ſecunda dearticulationem moturũ erat. Sed quod omnem in hoc ambiguitatem remouere debet, eſt quinti, & ſexti muſculorũ paris perpenſio (Quinti inquã literis H. I. in ſeptima figura notati: Sexti verò paris à ſecundę vertebrę ſpina in tranſuerſum primę proceſſum inſerti literis K. L. ibidẽ deſignati) cùm ambo hæc obliquos ſitus habeant, propter motum capitis, vna cum prima vertebra in gyrum ſuper ſecunda vertebra (vt cuuis oculos habenti cõpertiſſimũ eſt) Haud enim eſt, vti Galenus imaginabatur, *i.* q. ſcilicet quinti paris quod à tranſuerſò primæ ceruicis vertebræ proceſſu exordiens, obliquè in occiput inferitur, obliquè ſingulus per ſe ad latera caput detrahat, neq;

Cõtra Galenum, i. 4. d anat. adm. c. 8.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 167 sur 292

©BIU Santé

neq; quod ad posteriora flectat, nisi cum suo pari adiunctus ęquè simul vterq; moueat. Sic enim ad abnuendum, posterioremq; reflexionem, cooperari, pręsertim cū primo,& secūdo,tertioq;, & quarto pari, valebit. Obliquè autem sensibiliter caput mouere, primę vertebrę cū capite articulatio minimè suffert. Obliquè inquam ad latera. In gyrum enim (vti prędictū iam est) singuli prędictorū parium coadiuuabunt. Est autem primū par (vt singula exquisitè dignoscātur) quod literis A. r. B. C. in octaua figura signatum est, à quintæ, sæpeq; etiā sextæ thoracis. aliarumq; deinceps superiorū vertebrarū, ad ceruicis tertiam vsq;, originem interea sumens, inde obliquè ascendens in occiput inplantatum. Secundum verò par quadruplici principio (secundū Vesalij nanq; descriptionem hæc impresentiarū clarioris doctrinæ gratia numerare placuit) à quibusdam thoracis, ac ceruicis vertebrarum latęralibus, spinosis; processibus exordiens, in occiput quoq; diuersis quatuor insertionibus implantatū nona figura literis A. B. C. D. G. F. E. G. prę-sefert. Quemadmodū par tertium septima literis A. B. indicat. Sed neq; (vt ad propositū nostrū cōuertamur) solū sextū par in gyrum caput mouere sine quinto sufficeret (quanquā Falloppius id asserit) Nisi à quinto prę cęteris adiuuetur. Non quòd simul qui in dextris sunt, sibi inuicem famulētur (quemadmodū Vesalius innuit) pariterq; in oppositum simul qui sunt in sinistris. At motum talem in gyrum faciunt paralelli musculi sibi ipsis æquidistanter oppositi: quorum alter quinti, alter verò sexti paris existunt. Dum enim sexti paris musculus dexter, qui à secundę vertebrę spina primum sumens, in transuersum dextrū primę vertebrę processum inseritur, secundam ipsam vertebram obliquè, ac in gyrum, retrorsùm,sinistrorsumq; simul retrahit, hęcq; reuoluitur: Necessariò eiusdē primę vertebrę oppositus transuersus processus, puta sinister in gyrum antorsùm conuertitur. Qua de causa obliquè magis ab occipitio distaret,nisi quinti paris sinister musculus vnà cōtractus secum occiput retraheret,dextro sexti paris musculo suppetias ferens. Eodem modo se habent prędictis oppositi: videlicet sinister sexti paris musculus cū dextro quinti paris. Sic igitur paralelli musculi (v.g. qui in septima figura signātur literis H.& L. alijq; ibidem signati literis I. & K.) sibi ipsis inuicem in huiusmodi capitis in gyrum cōtorsione auxiliantur. Quòd si quinti munus à ligamento quopiā musculi vice posito fieri potuisse cōtenderis: scias interim perfectiùs ab huiusmodi quinto musculo sexti motū iuuari, & absq; illius nimio labore gyrum cōpleri, quam à ligamēto nil per se mouente, nisi duntaxat quatenùs id à sexti paris musculo moueretur. Sed ne his quidem solis duobus musculis paruis, scilicet quinto,& sexto talem motum in gyrum natura cōmisit. Maximè enim cōferunt primū par, ac secundi tertia portio (seu mauis cum Falloppio tertium musculum appellare) quæ in mamillaris processus posteriorem radicē à transuersis processibus quibusdā thoracis,pluribus verò ceruicis obliquè sursùm ascendens inseritur. Gyrationem inquā hi quoq; adiuuant,dum non totum par,sed alterius partis singuli operantur. Sinistri enim in dextrum, dextriq; in sinistrū circumuoluunt. Duo tamen hic sub silentio prętereunda non sunt. Primum quidem: quoniā si exquisitiùs cuncta perpendere voluerimus, motus in gyrum capiti proprius non est: quemadmodum alter, quo annuimus, abnuimusq;. Cum in gyratione prima etiam vertebra necessariò super secunda tanquā super axi reuoluatur; In altero autem solum caput super prima vertebra antorsùm, retrorsumq; reflectatur. Cùm tamen ceruicem moueri dicere nequeamus: (vnica enim vertebra ceruix non est) Idcirco capiti tanquā proprium dedicauimus. Secundò aduertendū quoq; eadem ratione est,tres tātùm capiti proprios esse musculos, qui scilicet solum caput, nulla alia parte mota,cōtrahunt,duos inquam flectentes, videlicet quartum ad posteriora, septimumq; antorsùm & ipsum iam iam prędictum musculum quintum. Alij verò ceruicis etiam nonullas vertebras tāgentes, quidam verò & thoracis quoq; nonnullas, non adeò capiti proprij (exquisitiùs contemplando) dici possunt. Quoniam verò solum caput mouere suis partibus superioribus,immota interim existente cerui-ce, queunt: Eapropter inter capitis proprios motores ab anatomicis enumerati sunt: prętер eos, qui ceruicem aliquo modo mouentes, secūdariò caput eodem motu agitant. Hi nanq; nō solum annuendo, renuendoq; (vt ceruicis motorū primū .φ. quartumq; .Ψ. par existunt) sed ad latera, dextrum inquam, & sinistrum (vt eorundem musculorū secunda, .χ. tertiaq; .ω. coniugatio est) & in gyrum quoq; caput ipsum secūdariò cōmouent, prędictisq; capitis motoribus auxiliantur. Alia tamen ratione,quam cum sexto quintus musculus, alij prędicti siue capitis proprij,siue ceruicis musculi caput in gyrum reuoluunt, siue reuolutionē adiuuant. Duo enim illi propriè tanquam superfixo aliquo immobili axe,secunda inquam vertebra,circumgyrationem profitentur. Cęteri verò impropriè, tāquam succedentes sibi inuicem in motu consequentes: quemadmodū in brachiali, humeroq;, ac femore, alijsq; multis articulatis partibus in gyrum circumuolui solitis contingit. Quanuis autem principalis, manifestissimusq;, motus capitis super prima vertebra sit annuendo, renuēdoq;, & ad alios motus sensibiliter patrādos (vt antea diximus) articulatio minimè sufferat: occultè tamen (cùm vera, exquisitaq; primę speciei superiùs declaratę .k. ginglymos nō sit, sed apertissima enarthrosis) in latera fieri motum quendam obliquuū,velut etiam in

Cōtra Falloppium. Cōtra Vesalium, & Valuerdā.

Notādum primum.

Notādum secundum.

φ. tab. 7. C. D. 8. A. B. Ψ fig. 7. o. χ. Ibidem N. tab. 7. G. & 8. tab. C. ω. fig 9 n.

k. in proœ. cō. 16. post princ.

secundę

ſecundę cum prima dearticulatione per arthrodiā facta, impoſſibile non eſt, cum & oſſium dearticulationes, & muſculorū quorundam ſitus, & inſertiones cōſentiant. Velut in alijs quoq; vertebris contingere, cōpertiſſimū eſt. Non adeò tamen primę vertebrę articulatio lateralem motū admittit, vt alterum capitis tuberculum, dum altero cōpreſſo eleuatur, à ſinu recedat, vt cōprehendenti cauitati nō vndiq; inhęreat. Nunquā enim id Galenus (quicquid Veſalius ei attribuat) excogitauit. Altero enim deſcendente, alterū quadantenùs attolli, prēter ſpinalis medullę compreſſionem, ita vt vtrunq; ſuo ſemper ſinui inhęreat, facillimum eſt. Eodem igitur occulto modo, reſiſtente potiùs validiſſima, ſtrictiſſimaq; coiligatione, primę cū ſecunda articulatio antorsùm, retrorſumq;, ac in latera moueri poteſt. Sed hi quidem tanquam occulti motus negligendi veniunt. Cùm euidentes capitis motus proprios, prēſertim quieſcēte ceruice, nūc diſquiramus. Vndę primas duas dearticulationes inter diarthroſes, .l. velut alias omnes inter ſynarthroſes, ſigillatim cunctas perpendendo, priùs enumerauimus .m. Perbellè autē libro de muſculorū diſſectione .n. dicebat Galenus, motiones capitis, quæ quieſcente ceruice fiunt, breuiſſimas eſſe, quæ verò vnà cū totius ceruicis motu fiunt, longiores. Quòd ſi breuiores quidē hæ ſunt, quæ aptam dearticulationem obtinuerunt: cur nō breuiſſimas, obſcuriſſimaſq; eas eſſe dicemus, pro quibus coarticulationē potiùs eſſe, ac ſummoperè hanc impeditam, pronūtiabimus? Sed de his obiter, & pluſquam noſtrum propoſitum expoſceret, intantùm locuti ſumus, vt diuerſarū capitis cum prima vertebra, huiuſq; cum ſecunda dearticulationū, ac per hoc vſuū diuerſorū ratio liqueret. Aliàs enim ex propoſito magis prolixiorem, clarioremq; ſermonem habebimus, prēſertimq; ad ridiculi cuiuſdam noui phātaſmatis impiè in Gymnaſio Romano paucis ab hinc annis publicati deſtructionem. Tempeſtiuum verò iam eſt, reliqua ad oſſa, eorumq; cōſtructionem pertinentia proſequi: pro his ſcilicet, quæ in prēſenti contextu à Galeno dicta ſunt, emedullatione. Primam enim dearticulutionem eſſe ait primæ vertebræ ad capitis coronas, occipitis videlicet infernas tuberoſitates, quas coronas fæminino genere, ſiue corona neutro nuncupat: velut anteà iam diximus. .o. Id quod, ſi definitionem coronarū, ſiue κορωνῶν in huius proœmio datam .p. perpenderimus, dubio procul omni abſurdū eſt. Vt ſcilicet tuberoſitates illæ, ſiue proceſſus nominentur coronæ: Maximeq; in homine, in quo quidē haud in acutos proceſſus, ſed in rotunda tametſi oblonga ſuis cū appendicibus capitula deſinunt. Sed neq; in canibus coronę dici poſſunt: quānquam ſic nōnulli Galenū quaſi excuſare videantur: q̄ ſcilicet à canum fortaſsè caluaria deceptus fuerit. In his enim ceruici cuidam occipitis oſſis euidēti oblonga prędicta capitula adnaſcuntur: vt non coronæ, ſed capita etiā, ſiue capitula nominanda veniant. Sed huiuſmodi quęſtio de nominibus negligenda eſt. Ad id igitur, quod maioris eſt momenti, conuertamur: Secundę inquā vertebrę proceſſum, ſeu malumus appēdicem dicere pyrenoidem vocatum, latinè à quibuſdam turbinatum, ab alijs cuſpidatum, ſiue nuclei pinei inſtar oblongū nuncupatū. Eſt enim (vt alias inquit .q.) accliuis, prēlonguſq; proceſſus. Dictio enim Græca [ἀνάντης] latinè accliuis, ſiue (vt hic interpretati ſumus) [ſurſùm ſpectans] ſignificat. Qui igitur ſecunda dearticulatio, quæ nō rectorum, ſed circularium motuum dux eſt, nō minùs prima dearticulatione tutam habitura eſt conſtructionem, niſi quomodò nunc habet, vertebra ſecunda fortem, ac longam productionem habente: ſurſùm quidem ad caput tendentem, ligamento autem forti, ac terete cōnexam priùs, quam caput attingat? Appellant autem (vt ibidem Galenus ſubdit) medici iuniores productionem hanc πυρηνοειδῆ, q. d. nucleiformem. Nonnulli verò πύρηνον, hoc eſt, nucleum: Alij quidam κωνοειδῆ, ab eiuſdem nuclei pinei (qui κῶνος etiā Grēcè dicitur) ſimilitudine appellarunt. Ab ſurdumq; non eſſet, ipſum quoq; χελωνοειδῆ nominare: quoniam ſcilicet χελώνη, hoc eſt, teſtudini, ſiue teſtudinis capiti aſſimilatur. Veteres autem, atq; adeò Hippocrates ipſe .r. dentem nuncupauit: immò (vt in prēſenti textu dictū eſt) totam vertebrā hoc nomine ſcilicet dentis donauit: quoniam denti, prēſertimq; canino (vt idem aliàs ait .ſ.) ſimilis eſt. Inuehitur autē ora ipſius ſuperior partibus primę vertebrę anterioribus, atq; internis. Vnde cùm in eo ſpinalem medullam eſſet contactura, ipſamq; cōpreſſura, ac contuſura, potiſſimū dum moueretur: Natura quò nihil afficeretur, remediū duplex eſt fabricata. Nam primę vertebrę partem eam excauauit, dentemq; ipſum ibi indidit (quod primum remedium eſt) ligamentū forte tranſuerſum ei extrinſecùs circundans (quod ſecundū exiſtit remediū) quod ſimul ipſum à ſpinali medulla diſpeſceret; ſimul autem ad primę vertebrę cauitatem alligaret. Quòd ſi perijſſe ipſum animo finxeris; nullā aliā meliorem cuſtodiam ſpinali medullę excogitare poteris. Neq; enim primę vertebrę cauitas ſola dentem in ſeipſa continere in omnibus motibus, niſi ligamentum ſit circundatū, poterit. Quod & ipſum ſi per hypotheſim fuerit conceſſum, aliud tamen manebit incōmodum. Comprimitur enim eo caſu ſpinalis medulla, ac cōtundetur. Nunc autem cùm ligamentum intercedat, ſimul violentiam proceſſus pyrenoides exoluit: ſimulq; ſpinali medullę ſit propugnaculū. Tunc enim nihil impediebat, quominùs ipſam omninò cōtunderetur, oſſi nudo, atq; errabundo aſſiduè incidens. Quòd autē ex partibus anterioribrs ſecundę vertebrę dens ſit productus: partibus autem

Cōtra Veſalium.

l. Ibidem com. 12.13. & 14.
m. Ibidem com. 12.14. & 16.
n. Cap. 9. in princ.

Cōtra Euſtachium.

o. In proœ. com. 15.
p. Ibidem.

q. 12. de v. p. cap. 7. circa princ.

r. 2. epidim. ſec. 2. poſt med. quem locum 4. de loc. affec. citat Galenus cap. 3. ſ. 2. prorrhetic. com. 55. poſt med.

Ne ſpinalis à dente lædatur remediū duplex, Quid ſi abeſſet trāſuerſū ligamentum.

Cur dēs anteriùs, & interius.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 169 sur 292

©BIU Santé

internis prima inuehatur, quì non id etiã iure laudabitur? Tutior enim locus hic erat posteriore, ipsaq; spinalis medulla minùs habitura erat negotij. Constat igitur ex his, ꝙ non solum primam vertebram oportet cum capitis osse dearticulari: verùm etiã secũdam cum prima. Quòd si simul hæ cõmisse fuissent, altera alterius motus impediset: cùm quæ quiesceret, agentem diam retraheret, ac coherceret. Nunc autem vtraq; vicissim motũ suum sola potest obire, quiescẽte altera. Si igitur primas vertebras inter se dearticulari erat melius: formã dearticulationis cõuenientissimam natura omninò eis dedit. Quænam est conuenientissima? Mihi sanè ne insaniens quidem quispiam aliam, prẽter eam, quæ nũc est videtur esse dicturus. Nam primę vertebrę cauitatibus supernis, quæ capitis eminentias excipit, alię quędã cauitates parte inferna cõsimiles subiacent: quæ secundę vertebrę cõuexitates cõplectuntur. Quarum beneficio neq; vertebrę secundę cum capite cõnexio (cuius actio erat, caput in gyrũ voluere) à prima quicquã habet negotij, quanuis ea sit interiecta: Neq; motus reliquus tollẽdi, ac deprimẽdi, siue annuendi, & renuendi, propter dearticulationem cum prima, impeditur quicquam à secunda. Habet igitur prima vertebra (vt subdit in textu prẽsenti Galenus) duas alias cauitates in inferioribus sui partibus. Id quod ei peculiare est: vtrinq; scilicet suscipere, ac nullibi receptam esse: Quemadmodũ thoracis (vt videbimus, *t.*) duodecima vtrinq; suscipitur, tuberculaq; habet: Reliquę verò omnes, vel superiore quidem in parte recipiũtur, infra verò recipiunt: quia supra tuberositates habent, infra verò cauitates: vt reliquę ceruicis, ac thoracis vertebrę. Vel econtrà, suprà quidem caua sunt, infra verò extuberantes, vt lumborum vertebræ. Sed prima quidem ceruicis vertebra suprà, infraq; excauata est. Quatuor igitur habet cauitates: quarum superiores nõ modò maiores inferioribus sunt, sed etiam magis à seinuicem distantes, ob eandem rationem: quia scilicet hę capitis protuberantes processus recipiunt: Qui non maiores modò, sed distantes magis à sese, quam secundę vertebrę processus sunt, quos infernę primę vertebrę cauitates recipiũt. Etenim recipiens, & receptũ sibi inuicem proportionari debent. Ne si minor cauitas recipiendo tubere sit, foris illud minimè comprehensum remaneat: vel si maior ea existat, laxa nimiùm, ac fallax dearticulatio fiat. Cùm igitur cauitates eminentijs ad vnguem ęquabiles esse debeant: sunt autẽ occipitis eminentię maiores, distantioresq; (vt dictum iam est) Ideò & primę vertebrę cauitates superiores necessariò inferioribus & maiores, & à seinuicem distantiores extiterunt, tantùm enim interualli esse inter recipientes cauitates debet, quantũ inter ipsas recipiendas conuexitates, siue eminentias existit. Quanuis autem glenoides, superficiaria sue, siue oculares infernas primę vertebrę cauitates nuncupans superioribus assimilet. Nõ tamen propterea superficiarias, glenoidesq; superiores intellexit, dicens illis has esse similes. Cùm illę superiores maiores sint, ideoq; cotylę potiùs dicendę: ex quo per arthrodiã secundę vertebrę, per enarthrosim verò capiti primã vertebrã dearticulari proferendũ venit. Similitudo igitur quòad cauitatem stat: quoniã scilicet vtrinq; cõcaua est, recipiensq;: non quòad magnitudinem, profunditatemq;. Quòad autem labia cauitatum externa sint altiora simul, & ad internam capacitatem cõuersa, interna verò humilia, ac veluti effluxum quendã ab externa capacitate ad internam habẽtia rationabiliter à natura (Galeno etiã erudiente .*u.*) factũ est. Perspicuũ enim ꝙ natura in partibus cõformandis prouida propterea labia eiusmodi cauitatibus est machinata: vt si quãdo ingredientes ipsas cõuexitates in motibus vehementioribus exiguũ quiddam aberrare contigerit, foras tamen nõ excidant. Sed quò toti dearticulationi est tutissimum. Sed hæc de duabus capitis cum prima, & secunda vertebra dearticulationibus, propter proprios eiusdem motus, dicta intantùm vnà cũ ipso etiam Galeno sint. Ad reliqua igitur, pro vertebrarum conformatione, ac substantia, permigremus, quùm subdit.

t. Infrà c. 8. text. 6.

Cauitatum quatuor primæ vertebræ labia qualia int' & extra. u. 12. d' v.p. cap. 7. versus finem.

TEXTVS TERTIVS.

Ἔστι δὲ ὁ μὲ πρῶτος, εὐρύτατός τε ἅμα, καὶ ἰσχυότατος, ὁ δ' ἐφεξῆς αὐτῦ τε νεώτερος μὲ, ἀλλ' ὅμως εὐρυχώτερος. οὕτω δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ μετ' αὐτὸν. ἐφ' ὅσον γὰρ ὁ νωτιαῖος ἐις τὰς τῦ νέυρων ἀποφύσεις κατκναλισκόμενος, ἰσχυότερος ἑαυτῦ γίγνεται, ἐπὶτοσῦτον καὶ αἱ τῦ κατωτέρω σπονδύλων εὐρύτητες ἐλαττῦνται. ἑκάστη γὰρ ἴση τῇ πάρχει τῦ περιεχομένυ καθ' ἑαυτὴν ὑπάρχει νωτιαίυ. τυτὶ μὲ ἂν κοινὸν ἅπασι τοῖς σπονδύλοις ἐσὶν. ὥσπερ γε καὶ αἱ ἐις τὸ πλάγιον ἀποφύσεις, ἔτε πρὸς τάυτας ἀνάντεισται, καὶ κατάντεις, καθ' ἃς πρὸς ἀλλήλυς διαρθρῦνται. τὰ δὲ ἄλλα τὰ μὲ πλεῖστα κοινὰ, διαφέροντα δὲ ὀλίγα, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐρῶ. τὴν ὀπίσθιον ἀπόφυσιν, ἣν ἄκανθα ὀνομάζυσιν, ἅπαντες ἔχυσι, πλὴν τῦ πρώτυ σπονδύλυ. τυτῳ δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐσὶν ἀπόφυσις μικρὰ μόνῳ.

Est autem prima latissima, tenuissimaq;, sed quæ hanc sequitur, angustior quidẽ, at vnà validior. Sic autem & reliquę omnes huic succedentes. Quò enim dorsalis medulla in neruorũ productionibus cõsumpta seipsa gracilior fit: eò inferiorũ vertebrarũ spatia magis minuũtur. Vnũquodq; enim dorsali, quã cõplectitur, crassitudini ęquale est. Id igitur vertebris omnibus cõmune est: quemadmodũ & transuersi processus, & prẽter hos illi, qui sursùm deorsumq; spectant:

per

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 170 sur 292

©BIU Santé

» per quos adinuicem dearticulantur. Ex alijs autem plurima quidem cõmunia, pauca verò differentia ſunt: de quibus poſteà dicam. Poſteriorem proceſſum, quã ſpinam vocãt, omnes habent vertebrę, prima excepta. Huic autem ſoli anteriore in parte paruus ineſt proceſſus.

COMMENTVM TERTIVM.

LATISSIMAM intellige primã vertebram, nõ quòad ſubſtantiam eius: ſed quòad cauitatem, capacitatemue. Latiſſima igitur, ampliſſimaue eſt omniũ vertebrarum: quia ſpinalem medullam propè originem ſuam groſſiorem exiſtentem amplecti debuerat. Reliquis tamen interim vertebris omnibus ſolidior, denſiorq́; : quanuis ſecundum anteriores partes tenuiſſima vtrinq; circa proceſſum anteriorem (de quo poſteà loquemur) ſit. Quòad poſteriores enim, groſſior alijs in ipſo homine eſt: præſertim verò quinq; præter ſecundam infernis colli, dorſiq́; vertebris (quanquã tenuiſſima in ſimijs hæc prima eſt) Ad latera quoq;: vbi cauitates prędictæ, ſinuſue quatuor exiſtunt, omniũ craſſiſſima, validiſſimaq́; prima hæc vertebra facta eſt. Licet non Galeni .x. ratione prima: vt ſcilicet ibi tutò ad primi paris neruorum è ſpinali medulla prodeuntium tranſitum, exitumq́; perforaretur. Cùm nõ foramen in homine, canum inſtar (à quibus fortaſsè deluſus fuit Galenus) ſed quidã ſinus, ac in parte potiùs ipſius vertebrę tenuiore, poſterioreq́; inſculptus ob prędictũ vſum ſit: Ex quo quidem ſinu, cum alio occipitis oſſis ſinu, quanuis minore hoc illo verò maiore, cõmune quoddã foramen in homine ipſo reſultat. Verùm ſecunda veriùs Galeni ratione: vt ſcilicet parte quidem inferna ſecundi ſpondyli conuexitates, ſuperna verò capitis eminentias exciperet: hoc eſt, vt quatuor prędictæ cauitates aptè, ac tutò, & præter vllam fallaciã ſiue periculum inſculpi queant. Quà enim ſpondyli ipſius partes maximè erant elaboraturę, has præter cęteras ſatius fuit fortes efficere. An verò ęqualiter vertebrarũ foramina, ſiue interna ſpatia cõminuendo procedant. An alicubi ordo hic interrumpatur, anteà iam declaratũ à nobis eſt. .y. Subdit autem Galenus [quemadmodum & tranſuerſi proceſſus, &c.] Bifariàm verba hæc intelligi poſſunt. Primò videlicet ſic, q̃ tranſuerſi proceſſus id cõmune per totam ſpinam cum ipſis quoq; vertebrarũ iam iam dictis corporibus habeant, vt inferiores tanquam geſtãtes ſuperioribus tanquã geſtatis, ac per hoc neceſſariò, rationabiliterq́; leuiorbius maiores ſint (quemadmodũ vberiùs anteà .z. præoſtenſum quoq; de ipſis vertebris ex Galeno .a. eſt) Haudq́; ſecùs & illi, qui ſurſùm deorſumq́; ſpectant proceſſus (per quos vertebrę adinuicem dearticulantur, & per quãdam ginglymi ſpeciem ordine tertiam, impropriamq́; ſuperiùs à nobis declaratam cõiunguntur) eandem ſeruent proportionẽ: vt ſcilicet ordine quodam ſucceſſiuo inferiores geſtãtes ſuperioribus geſtatis maiores ſint. Adeò vt in hoc omnes vertebrę (prima groſſiores hos habente excepta) eandem ſeruent in huiuſmodi lateralibus proceſſibus proportionem. Hęc inquãm prima eſſe poſſet expoſitio: quam innuere videtur Balamij interpretatio addens verba illa [communis eſt ratio] ſic prędicta verba transferens » [quemadmodũ tranſuerſorũ quoq; proceſſuũ, qui deorsùm, ſurſumq́; verſùm ſpectant, quibus » inter ſe connectuntur, cõmunis eſt ratio.] Sed quoniam veritati hæc minimè reſpondent. Cùm nulla in his proceſſibus eiuſmodi ſeruetur proportio, tàm in homine, quàm in ſimijs etiã (quędã enim inferiores ſuperioribus maiores, quędam verò minores inueniũtur) Idcircò ad aliam perueniamus expoſitionem, quæ rei naturæ, ac veritati, Galenicq́; menti reſpondet. Quòd ſcilicet voluerit dicere Galenus, nõ ſolùm cõmune omnibus vertebris eſſe, intùs foramen habere ſpinalis medullę cõtentiuũ: Idq́; in ſuperioribus mauis, in inferioribus verò minus ſucceſſiuè ſemper anguſtando: ſed aliud etiã cõmunem habent: vt ſcilicet proceſſus tranſuerſi, atq; illi etiã, quibus inuicem dearticulantur, omnibus cõmuni ratione inſint. Aliqua enim ſunt, in quibus nõ omnes vertebrę cõmunicant (vt ſigillatim in vertebris dorſi, & lumborũ dicet) præſertim de poſterioribus proceſſibus, quos omnes habent excepta prima. Quemadmodum quòad laterales quoq;, tranſuerſoſue proceſſus longitudine ab alijs ceruicis vertebrarũ tranſuerſis etiã proceſſibus, primę vertebrę laterales proceſſus differt. Cùm proceriores, craſſioreſq́;, ac exerti magis hi ſint (duplici quidem ratione tales, tantiq́; primò, vt quinti .α. & ſexti .β. muſculorũ caput gyrantiũ parium, illius principium huius verò inſertionem recipiant, ſecundò vt tertij ſcapulam mouentiũ paris .γ. principiũ habeant) Illi verò antorsùm potiùs vergant, quam rectè ad latera dirigantur, nedùm breuiores tenuioreſq́; ſint. Secùs igitur de ijſdem poſterioribus earundẽ vertebrarũ proceſſibus, quòad eorum craſſitiem eſt. Secũdæ enim poſterior proceſſus tametſi reliquis ſeſe inferioribus, quæ inquã ſub quarta exiſtunt, breuior ſit: His tamen omnibus, qui in ceruice, ac ipſo etiã dorſo ſunt, craſſior eſt. Verùm enimuerò nõ craſſior modò, ſed longior quoq; ſecundę vertebrę poſterior hic proceſſus eſt, quã tertię, & quartę poſteriores proceſſus exiſtunt. Quos quidẽ ſiue tenues, ſiue craſſos vertebræ omnes habent, prima excepta, quemadmodum rectè Galenus ſubdit. Huic enim ſoli inter omnes vertebras nõ poſteriore, ſed anteriore in parte paruus quidã

Cõtra Galenum. x 13. de v. p. cap. 4. in fine.

y. Cap. prędcedẽti cõ. 1. poſt prin. Expoſitio duplex.

z. Ibidem a. 12. d v. p. cap. 13.

Impugnatio.

Primę vertebrę tranſuerſi proceſſus cur longiores.

α. fig. 7. cõ. prędcedẽti H. I.

β. Ibidem K. L.

γ. tab. 7. H. fig. 9. cõ. prędcedentis Q.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 171 sur 292

©BIU Santé

Primę vertebrę anterioris processus vsus triplex. b.4.đ anat. admin.c.8. in medio. δ. tab. 2. I. 4. Θ. Cõtra Galenum.

ineſt proceſſus. Cuius vſum Galenus duplicẽm poſuit: .b. Alterum quidem expreſſit. Nec caput ipſum, antorsùm, deorſumq; non retrahentibus modò muſculis, .đ. ied propria etiã, naturaliq; grauitate procumbens, in prima facilè vltrà prolabatur. Ob talẽ igitur periculũ natura quoddã auxilium prouidit per anteriorem primę vertebrę prędictũ proceſſum. Nam caput ipſum ibidẽ firmat, & ſuſtinet, qua primũ tranſgreditur, ſeu tranſgredi poſſet. Hic eſt primus à Galeno poſitus vſus, me hercle deridendus potiùs, quam ab aliquo anatomes profeſſore admittendus. Cùm vſq; adeò caput tàm laxè inclinari vnquã poſſe, vt talem proceſſum contingat, ab eoq; impediatur, ne vltrò decidat, ne per ſomnium quidem imaginatione dignũ ſit. Id quod aliquatenùs olfaciens Galenus, quamprimum ſubdit, exiguam hinc ſecuritatem habuiſſe: rectiùs verò dixiſſet, nullam idem ſecuritatem in capitis inclinatione qualibet ſuccedere potuiſſe. Alterũ verò vſum, tametſi nõ expreſſit Galenus, colligere ex eius dogmate poſſumus, cùm pyrenoidis ſecundę vertebrę proceſſus excipiendi gratiã internã primę vertebrę partem excauare neceſſum fuerit, ſicq; non parùm attenuari, atq; imbecilliorem reddi. Eapropter huiuſmodi anteriorem proceſſum a natura excogitatũ fuiſſe, vt craſſeſcat, robuſtiorq; pars illa fiat, cõpertiſſimum eſt. Quibus & tertius quoq; ſuccedit vſus: vt ſcilicet primi ceruicem, ſuperioremq; dorſi partem inclinantis muſculi .e. inſertionem ſuſciperet. Poſteriore autem proceſſu (velut dictũ eſt) ſola prima vertebra deſtituitur: vt tertio caput retrahentiũ muſculorũ pari .ζ. à ſecundę vertebrę ſpina prodeunti, ac in occiput inſerendo liberum iter omitteret, nec eius locum occupans, aculei modo potiùs (Galeno etiam docente .c.) vulneraret (quos muſculos figura etiã prędictis cõmenti ſeptima literis A. B. prędetulit) prędertim cùm nullius alterius muſculi causa longiùs protẽdi debuerit. Annotatione tamen intereà dignũ eſt, poſteriore in parte, qua reliquis vertebris ſpina innaſcitur, hanc primam aſperam eſſe, lineaq; velut acuta in medio protuberantem: vt quartũ caput mouentium muſculorũ coniugium .n. in occiput terminãdum cõmodius, firmiuſq; inde principiũ ſumeret. Quod prędictis etiam cõmenti figura quinta literis F.G. indicabat. Sed antequam ad Galeni cõtextum reuertamur, circa ſex reliquarũ ceruicis vertebrarũ ſpinam, aduertendum eſt: quoniã id ſibi peculiare à thoracis, lumborumq; vertebris diuerſum vendicarunt: quoniam ſcilicet ſuo mucrone bipartitæ ſunt omnes, prędertimq; quatuor ſuperiores: maximeq; omniũ ſecunda, reliquis adhùc amplior, craſſiorq;: vt tertij .θ. quidem prędicti caput retrahentis, ac ſexti .ι. caput idem in gyrum reuoluentis parium muſculorũ principijs locum amplum ſine impedimẽto pręberet. Sextæ autem vertebrę, multoq; magis ſeptimę mucrones ſpinales obſcuram talem bipartitionem obtinuerunt. Quibus tamen duabus aliud acceſſit: quoniam ſcilicet ſuperioribus ſpinis proceriùs hæ, prędertimq; ſeptima producuntur. Verùm enimuerò prędibatis his, ad tranſuerſos vertebrarum ceruicis proceſſus cum Galeno conuertamur, quùm ſic ſubdit.

Cur prima vertebra careat ſpina. ζ. tab. 8. A. B. & 7. tab. C. D. c.13.đ v.p. c.3.in prin. Primę vertebræ poſterior pars cur aſpera. n. fig. 5. com. 1. F. G. θ Ibid. fig. 7. A. B. ι. Ibidem K. L.

TEXTVS QVARTVS.

„ Τῶν δὲ ἄλλων ἀπάντων τὰς πλαγίας ἀποφύσεις ἀεὶ διαπεπερημένας ἔχουσιν οἱ κῆ τὸν τράχηλον μόνας, πλὴν τῆ
„ ἑβδόμης, ὅσπερ δὴ καὶ ἔσχατος αὐτῶν ὑπάρχει. σπανίως δ' ἂν ποθ' εὕροις καὶ τόπῳ διατετρημένας· τὰς δὲ ἄνω ἀπο-
„ φύσεις ἀτρέμα πῶς διοχετεύεις οἱ κῆ τὸν τράχηλον ἔχουσι μόνοι, πλὴν τῆ πρώτου δυοῖν· ἁπλαῖ γὰρ τούτοις εἰσί. τὴ
„ δ' ἔκτῳ διπλαῖτις σαφῶς ἐστὶ καὶ μέγιστα τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ἐστὶ μέγιστος, καὶ ἡ ἑτέρα δὲ αὐτῶν ἡ
„ ἔνδον ἱκανῶς πλατεῖα. τρόμικες δὲ ἑκάσου τὸ πρόσθιον μέρος, ᾧ καὶ συμφύονται πρὸς ἀλλήλους, τοῖς ἐν τῷ τραχήλῳ
„ μάλιστα ἐσί, πλὴν τῆ πρώτης.

„ Ex reliquis autem omnibus, tranſuerſos proceſſus perforatos ſemper habent, quæ in ceruice
„ ſunt, vertebræ: pręter ſeptimam, quæ harum vltima exiſtit: Interdùm verò ſed rarò huic perfo-
„ ratos inuenies. Hos autem ipſos proceſſus ſolę ceruicis vertebrę leniter quoquomodo bipartitos
„ gerunt, duabus primis exceptis. Simplices enim his inſunt. Sextæ autem manifeſtè duplices ap-
„ parent, & reliquorum omnium maximi: quemadmodum & ipſa maxima eſt. Horum verò alter,
„ qui internus, latus admodùm eſt. Sed pars cuiuslibet vertebrę anterior, qua inter ſe inuicẽ coale-
„ ſcunt, earum potiſſimùm, quæ in collo ſunt, pręter primam, oblonga eſt.

COMMENTVM QVARTVM.

Tria Galeni decreta examinantur. Cõtra Galenum.

TRIA dicit in pręſenti textu Galenus. Primum quidem, ſecundumq; de tranſuerſis proceſſibus: Tertium verò de ipſarum vertebrarũ corpore. Primum inquã de tranſuerſorum proceſſuũ foraminibus: ſecundum verò de eorundem partitione, ſeu duplicitate, aut ſimplicitate. Sed tertium de corporũ vertebrarũ figura. Quòad primũ igitur à ſimiarũ, canumq; ceruicibus deluſus Galenus ſeptimæ, vltimæq; ceruicis vertebrę proceſſus huiuſmodi foramine maxima ex parte deſtitutos eſſe determinat, quemadmodum fortè in

ſimijs,

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 172 sur 292

©BIU Santé

ſimijs, canibuſq; obſeruauit. Id, quod tamen, quòad hanc ſeptimam, in homine falſiſſimum eſt. Cùm ea nõ ſecùs ac aliæ ſex ſuos proceſſus perpetuò foratos etiam habeat. Per quæ quidem foramina tùm vena, tùm arteria quædã vtrinq; ſurſùm in cerebrũ petentes aſcendunt, ſpinalis priùs medullæ origini, ac deinceps ipſi etiã cerebro nutrimentũ, ac ſpiritus allaturæ. Secundum verò dictum Galeni, quod eſt de eorundem tranſuerſorũ proceſſuũ bipartitione, præter duas primas vertebras, inſtantiã quoq; de ſeptima habet. Etenim vel nullam, vel obſcuriſſimã ſeptimę tranſuerſi proceſſus bipartitionem habent. Idcircò Galeni verba ad bonum ſenſum redducere facillimum eſt, dicendo [Hos autem ipſos] ſcilicet pręter ſeptimã dictos [proceſſus ſolę ceruicis vertebræ bipartitos gerunt.] Pręter ſeptimam, nanq; de ipſis antea locutus fuerat, q̃ perforati videlicet eſſent. Quæquidem bifurcatio cõmunis etiã omnibus poſterioribus, ſpinalibuſq; proceſſibus eſt, prout in fine pręcedentis cõmenti prętactũ iam eſt. Eſt autem (vt Galenus hic ait) tranſuerſorum proceſſuũ bifurcatorũ alter', qui ſcilicet interior eſt, in omnibus latior, & elatiùs interim poſteriore effertur. Tertium verò dictum per ſe clarũ eſt, hoc duntaxat annotando: quoniã in ſimijs non modo ceruicis, ſed thoracis etiam, lumborumq; vertebrarũ longitudo præ cæteris manifeſtior eſt, ceruicis autem vertebris proprium eſt deorſum prominere, ac in ſubiectæ cauitatem quandam manifeſtè recipi pręter primam, vt in prima, & ſecunda figura cõmenti ſecundi liquet. Cur autem tranſuerſorũ, poſteriorumq; proceſſuũ bifurcatio facta ſit rationem aſſignare operæpretium eſt. Quare nõ eſſe aliam inuenimus, niſi vt muſculi ad eas partes attinentes, pręſertimq; ceruicis, atq; capitis motores, commodam ſiue originem inde, ſiue inſertionem in illos lucrari poſſent. Maximè autẽ quòad tranſuerſos pertinet, vt ſecundus, .λ. tertiuſq; .μ. ceruicem ad latera mouentes muſculi in ipſos inſerantur, ſecundus quidẽ in interiores, tertius verò in exteriores, poſterioreſue. Sed de lateralibus vertebrarum ob neruorum diſtributionem factis foraminibus cum Galeno ſermocinemur: Quùm videlicet ſic ſubdit.

λ. tab. 7. G. 8. C. & fig. 7. cõ. 2. N. μ. fig 7. N.

TEXTVS QVINTVS.

» Τοῖς δὲ ἐκφυομένοις τῶ νωτιαίω νεύροις, καὶ χ̃ τὰς συμβολὰς ἕ σπονδύλων διεκπίπτουσιν ἑκάτερος ἕ τῶ τρα-
» χήλω σπονδύλων ἴσοπως συντελεῖ πρ̃ πόρῳ. ἕ δὲ ἄλλων ἁπάντων ὁ ὑπερκείμενος ἤτοι τὸ πλεῖον, ἢ τὸ ὅλον.

» Neruis autem ex ſpinæ medulla orientibus, ac iuxta vertebrarũ cõpages prodeuntibus vtraq;
» ceruicis vertebra æqualem ferè foramini operam confert. In cæteris autem omnibus, quę ſuper-
» iacens eſt, aut plurimum, aut totum id pręſtat.

COMMENTVM QVINTVM.

NERVORVM paria ſeptem per ipſa vertebrarum ceruicis foramina ex ſpinali medulla, tanquam ex magno flumine riuuli egrediuntur varias (vt videbimus) partes irrigaturi. Eademq; ratione ſex inferiora foramina facta ſunt: quoniã ſcilicet ſemicirculis quibuſdam vtriuſq; vertebrę tametſi inæqualibus circulare foramen in vertebrarum medio ſingulum reſultat. Primę autem neruorum coniugationi peculiare aliud eſt, vt ſcilicet (in homine inquam) ſinu potiùs, non foramine in prima poſt cauorum ſuperiorum proceſſuum cum capite dearticulatorũ radicem inſculpto progrediatur: quanquam Galeno id minimè cognitũ fuit à canum vertebra prima ſecundùm proportionem, quam in homine, grandiori foramen declaranti. .d. Dicit autẽ & hic idem Galenus ceruicis vertebras ἰσοπως, hoc eſt, æqualem ferè, ſiue quodammodo, ſiue (vt Balamius traducit) quaſi æqualem foramini operam conferre. Quanuis enim æqualis prima fronte appareat: exquiſitiùs tamen perſpicienti vertebra inferior magis, quam ſuperior: quemadmodũ in lumbis econtrà ſcilicet ſuperior magis, quã inferior ad circuli foraminis cõplementũ pręſtat. In thoracis autẽ vertebris medio contingit modo: quoniam ſcilicet in ſuperioribus eius partibus, ceruicẽ versùs inferior magis: deſcẽdendo autem paulatim eadem inferior minuitur, ſuperiorq; augetur. Adeò vt tãdem quæ iuxta lumborũ vertebras cõſiſtunt, illis aſſimilentur: vt ſcilicet inferior magis ad foraminis circulũ conferat. Vnde non parùm deinde hic de Galeno admirãdum eſt, cur ſcilicet τὸ σύμπαν, hoc eſt totum aliquando circulum in alijs à ceruice ſuperiorem vertebram pręſtare. * Cùm nullibi quidem ſic reperiatur. Quanquam in lumbis (vti iam iam prędictũ eſt) maxima ex parte, ſiue plurimùm conferre ſuperiorem, verum ſit. Quamobrem & à vero quoq; prorsùs alienũ eſt, in cæteris ſuperiorem plurimum facere. Cùm (perindeac prędictum quoq; eſt) in ſuperioribus thoracis vertebris, inferiorem adhùc magis: in medio verò eiuſdem, æqualiter vtraq; cõferre ad foramen, liqueat. Ne autẽ quæ perbellè à Galeno prędicta ſunt inuidè reticeamus, nõnulla eius dicta in mediũ afferamus:
» quùm ſcilicet ita ſcripſit .e. [In alijs ſiquidẽ omnibus (excepto primo) ſpondylis, qua ſibi inter ſe con-

Cõtra Galenum. d. 13. d v.p. cap. 3. & 4.

*Cõtra Galenum. * Ibidẽ innuit 13. de v. p. cap. 3. poſt med.*

e. 13. d v.p. cap. 3. poſt med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 173 sur 292

©BIU Santé

Spõdilorũ foramina pro neruis exſemicirculis.

Primi ſpondyli foramen huiuſmodi nullum.

Foraminũ locus aptiſſimus vbi eſt.

Non ad poſteriora.

Non ad anteriora.

Non in corpore ſpondyli.

f. Lib. 12. cap. 15. g. Cap. 4. & 8.

Colli ſex ſpõdylorũ proceſſus bifidi.

Eiuſdẽ neruorũ cauationes ferè æquales.

In lumbis ſuperiores magis cauæ.

Galeni excuſatio quòd lũborũ foramina.

In collo velut ſemicirculus.

ſe coniunguntur, ad latera foramen ineſt ſemicirculo ſimile, oblongum intrò, vſq; ad ſpinalem medullam penetrans: vt ex ambobus locus vnus fiat tàm latus, quàm craſſius eſt is neruus, qui per ipſum eſt prẽteriturus. Primus verò ſpondylus neq; in ſuis partibus, quibus cum ſecũdo dearticulatur, ac multò minùs in ſuperioribus, quibus cum capite etiam dearticulatur, foramen vllum habuit eiuſmodi: Sapienter hic quoq; arte ea, quæ animalia conformat, prouidente ſimul, ac in neruis omnibus, qui à ſpinali medulla proficiſcũtur, noxam declinante, quæ tùm neruos ipſos, tùm ſpondylos etiã, ſi aliunde emergerent, manebant. Licet igitur hic quaq;, vbi foramina fueris conſpicatus, reputare, quo pacto ſpondylis ex vſu magis fuit hic ſolum eſſe perforatis, neruis autem idipſum fuit tutiſſimum. Nam foramina hęc, ac nerui, qui per ipſa emergunt, ſub productionum accliuium, ac decliuium radicibus ſita vndiq; muniuntur, vt collocari alibi meliùs non potuerint. Ad poſteriores nanq; productiones ipſos relegari nõ erat tutum, tùm ꝙ nullum illic haberent munimentum, tùm etiam ꝙ priùs, quàm ad partes anteriores peruenirent, longum eis iter eſſet emetiendum. Quòd ſi antorsùm magis, quam nunc ſunt, eſſent tranſpoſiti, & ſpondylos ipſos læderent, foraminibus tunc profundis excauatos, & ipſorũ ligamẽtum imbecillius efficerent, atq; inſtrumentis, quæ illic ſpinæ incumbunt, incõmodarent: quorũ nullum erat aſpernandum, neq; dignum ꝙ à ſapiente opifice negligeretur. Nam ſi quis neruus partibus anterioribus, ob viæ periculũ eſſet offenſus, id animali fraudi eſſet. Si quidem ipſum ſenſus ac motus particeps erat futurũ. Quòd ſi ſpondyli qua parte ipſi ſunt craſſiſſimi, ac ſibi ipſis mutuò incũbunt, ea eſſent pertuſi, ſecuritas cõpoſitionis ipſorum neceſſariò læſa nonnihil fuiſſet: nõ aliter, quam ſi parietem crebris, ac latis foraminibus perforaris. Ligamentum verò, quod eos cõnectit, quod (vt ante diximus .f. & poſtea dicemus .g.) fortius eſſe oportebat: inualidius omninò redderetur, neq; ampliùs totum ſibi ipſi cõtinuaretur: ſed multis locis plerunq; velut diuideretur, ac roderetur: Quemadmodũ ſiquid eiuſmodi ipſi nunc quoq; accidat. Porrò quæ parte anteriore ſpondylis incumbunt, in dorſo quidem, venę quędam ſunt, quæ thoracẽ nutriunt, ac maxima omniũ arteria, & ſtomachus: In lumbis verò ſpondylis incũbant tùm memoratæ arteriæ pars inferior, tùm venę cauę loci illius portio, ac muſculi maximi, quos Ψόας nominant: In colli autẽ ſpondylis ſunt muſculi caput inclinantes, ac ſtomachi pars ſuperior. Quæ partes omnes (à quibus partem ſpinæ anteriorem diximus eſſe occupatam) haud quaquam conſtitui alibi meliùs poterant. Rectè igitur natura medium prẽteriens: vbi primũ ipſorum ſpondylorũ latera deſinunt, illinc à ſpinali medulla neruos produxit, tùm ne quid ipſa afficeretur, tùm ne ſpinæ compoſitio redderetur imbecillior, tùm etiam ne ligamentorũ continuatio interciderẽtur, aut ne, ſi per longum, ac periculosũ iter nerui ferrentur, pati aliquid periclitarentur. Quo loco verò ipſi nunc ſunt ſiti, is vndiq; planè eſt tutus. Reliqui enim colli ſpondyli neruorũ productiones habent à tranſuerſis productionibus (quas bifidas eſſe diximus) tectas ac benè ſtipatas. Nam omnibus ijs, prẽter primum ſpondylum, in vtroq; laterali ipſorũ fine neruorũ productiones extiterunt: In collo quidẽ vtriq; ſpondyli, qui inter ſe ſunt cõiuncti, atq; ęquales vt docuimus antèa (intellige velut dictũ eſt [πως] ſcilicet quodammodo, vel ferè, ſeu quaſi: cum verè ęquales nõ ſint) ad foraminis, quod neruũ deducit, generationem, quòad maximè licet, conferunt. In lumbi verò totius ſpondylis neruus inuehitur fermè oræ vltimæ ſuperioris ſpondyli, quòd illinc quidẽ productio ipſum muniens immergat (vbi aduerbium [σχεδόν τι] latinè, fermè, ſeu quodãmodo notandũ: vt gloſſa hinc pateat eius, quod hic dicitur [τὸ σύμπαν] latinè [totum] ꝙ ſcilicet non verè totũ in lumbis ſuperiorem vertebram cõplere intellexerit. Niſi quatenùs eius proceſſuũ neruos munientiũ, amplectentiumq; excauationes, circulationeſq, ferè totæ ſint: inferior enim ſolam quandã baſim non munimentũ eorum neruorũ prẽſtant. Cur autem in lumborũ vertebris ita cõtingat, vt quaſi ſola ſuperior neruũ amplecti valeat, inferioris auxilio non indigens, rationem ſtatim ſubdit, earũ magnitudini attribuens, quùm ſic ſubdit) [Prẽterea cùm ſpondyli ipſius ſint magni, alter ipſorum ſolus neruo loci ſatis prębere poteſt. At in collo ſpondylorũ paruitas ſola neruo viã prębere non poterat. Ob id certè ipſum ad finem cuiuſq; natura velut ſemicirculũ quendam exculpſit: Cùm nollet ſpondylos ipſos perforare: propterea ꝙ ſi id feciſſet, oſtendiſſet, quam ſint tenues, coſq; imbecilliſſimos effeciſſet. Ob eam certè cauſam, ipſorũ corpora alia alijs mutuò inſidentia, prẽlonga quidem infrà, caua verò partibus ſupernis effecit, quò ſubiectorũ ſpondylorũ accliues productiones, quæ & cauitatem ipſorũ generant, & finem ſuperioris prẽlongũ compleẽtuntur: non nihil etiã ad cõmunis foraminis generationem conferant. Parte enim horũ externa eſt ipſe velut ſemicirculus, & poſt ipſum ſunt ſpondylorũ articuli: medius autem inter vtrunq; neruus emergit, ſimul quidem ab omnibus circumfuſis eminentijs munitus. Simul autem ex vtroq; ſpõdylo exiguũ quidpiam exculpens. Quæ ſculptura haud quaquam tibi appareat, ſi ſpondylos a ſeſe omninò deduxeris, ac ſepararis: ſed dixeris ipſam ſecutam neceſſariò vtriuſq; productiones. Tantã natura diſpathiæ habuit rationem cùm aliorum omniũ ſpondylorũ, tùm verò eorum, qui collo inſunt, quòd ipſi eſſent minimi. Et omnia effecit, ne ipſorũ corpora perforaret, neue imbecilles

ipſos

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 174 sur 292

BIU Santé

» ipſos efficeret, aut (vt in ſumma dicam) ſpinæ cõpoſitionem, quòd ipſa eſſet velut animalis to-
» tius cõpaginis carina quædam, ac veluti fundamentum. Quod verò ad lumbi ſpondylos attinet, In lumbis.
» admonuimus ante, videre nos apertè poſſe neruũ lateribus partium infernarum inuehi. In dorſi In dorſo.
» verò ſpondylis inuehitur quidẽ hic quoq; fini ſuperni ſpondyli euidenter, non tamen ſimiliter,
» ſed vt etiam ſpondylum infernum attingere videatur. In colli autem ſpondylis, ꝙ ipſi omnium In collo.
» eſſent minimi vterq; ſpondylus ęqualem portionẽ ad viam nerui cõtulit. Cùm natura cauitatem
» quandam inter vtriuſq; productiones effecerit obſcurè adeò, vt nulla ipſorum pars exculpta eſſe
» videatur, ſed neceſſariò id ſecuta. Num igitur ſolas prędictorũ foraminum generationes natura
» ſpectans, prędonga quidẽ infernè, caua verò ſupernè corpora colli duntaxat ſpondylorũ effecit?
An & aliud quidpiam vtilius prouidit? Ac cur tandem omnes alios ſpondylos in planũ, ęquem, Dubitatio.
atq; vndiq; ęqualem, omninoq; ſolidum circulũ terminauit, eaq; parte ipſos inter ſe connexuit, Cur in colli vertebris non adeò fortis ſintaxis vt in alijs.
ſolorum autem colli ſpondylorũ non eandem fecit ſyntaxin? Quia cùm ſpondyli ſinguli primũ
conſtructionis ſcopum haberent duplicem: ſedem ſcilicet tutam ſpinę totius, ꝙ ea eſſet velut ca-
rina quędam, ac fundamentũ: ac motum, cùm animalis eſſent partes: aliorum quidem omnium, Reſponſio.
qui ſunt ſub collo ſpondylorũ vſus in ſecuritate eſt maior, ſuperiorum verò in motione. Nam ſi Colli mot⁹ alijs ſpinæ partib⁹ maior.
animo reputaris, quod ad plures actiones neceſſe eſt collum variè, celeriter, ac multùm nunc in-
clinemus, nunc attollamus, atq; ad latera circũagamus, quam totam ſpinam moueamus: Natu-
ram (vt ego arbitror) laudabis, quæ vtriq; ſpinę parti quod ex vſu erat elegerit: collo quidẽ mo-
tionem, reliquæ verò ſpinæ ſedem. At neq; inferni ſpondyli alij incumbere alijs tutò poterant,
ſine lata baſi, ac forti vinculo: neq; ſuperni moueri facilè poterant ſine longo proceſſu, aut laxo
ligamento. Quandoquidẽ (vt ante oſtendimus *) articuli omnes, qui variè mouentur, in capita * lib.12. cap.5.
rotunda deſinunt. Et quidẽ ſi natura nullam prorsùs ſedis ſecuræ ſpondylorũ colli habuiſſet ra-
tionem: ſed ipſos duntaxat ad motus velocitatem, vt brachium & femur, cõparaſſet, in capita ro-
tunda: vt hos artus terminaſſet. At verò ſecundæ ipſorum vtilitatis non fuit oblita: ſeb ob id eos
fecit longos eouſq; quantum ipſi poſtulabant, non modò ad motum facilem, verùm etiã tutum.
Sumit autem ad ſecuritatem & alia non contennenda: quorũ alia quidẽ ſpondylis omnibus ſunt
cõmunia, alia autem eximia, ſoliſq; colli ſpõdylis peculiaria. Verùm enimuerò cùm de forami-
nibus facta mentio ſit, per quæ nerui in vertebrarũ medio, quòad reliquas, quòad primam verò
ſuper eã nerui à ſpinali medulla tanquã à flumine riuuli (vt diximus) progrediuntur. Eapropter
inutile non fuerit obiter hic de illis aliquantiſper meminiſſe, Galenum vbi poterimus conſectati
» niſi à veritate nõnunquam ille diuerterit. [Sic igitur (vt ipſe inquit .h.) natura cùm alia omnia, h.13.de v.p.
» quæ ad ſpondylos totius ſpinæ pertinent tutò exornauit, tùm autẽ neruorũ productiones, quo- cap.4.
» modo maximè conueniebat, effecit. In primo autẽ ſpondylo (qui ſi ipſius dearticulationũ, quas i. lib.12.c.
» libro ſuperiore expoſuimus. i. meminimus, multùm ab alijs diſcrepat) neq; ex partibus ſupernis, 4.vſq; ad 7.
» quibus cum capite eſt dearticulatus, neq; ex infernis, quibus ſecundo ſpondylo inuehitur, neq;
» ex lateralibus, quomodo in alijs, tutũ erat neruũ producere.] Motus enim ipſius capitis in ipſam
primam vertebram, primęq; vertebrę in ſecundã vehemens eſt, dum vertebra ipſa prima quidẽ
ad vnguem amplectitur, aut capitis eminentias, aut ſecundę vertebrę cõuexitates. Quamobrem
cum loca illa, ſuperius inquã, inferiuſq; ab amplis illis cauitatibus neceſſariò pręoccupetur, non
erat, vt ibi aliarum vertebrarũ inſtar per ſemicirculos cælari poſſit. Nec in lateribus quoq;, cum
tranſuerſi proceſſus alias propter dictos vſus neceſſarij ex illis locis oriri neceſſum fuerit. His igi- k. lib. 13.
tur (& non à Galeno dictis) rationibus, in radicem groſſioris illius partis propter cauitates factę de v.p. c.5.
retrorsùm magis, non foramen cõpletum, ſed quaſi duas circuli partes (tertiã enim in occipitis in princ.
oſſe) celauit. Adeò vt aliorum omnium foraminum inſtar neruis dedicatorũ, id quoq; cõmune Primi nerui ceruicis exitus, diſtributioq;
ex inferiore, ſuperioreq; oſſe factũ ſit, reliquis interim foraminibus inferioribus minùs, arctiuſq; v. fig. 5.
veluti & neruum quoq; per illud egredientem natura graciliorem produxit, ne ob nimiam illius F. G.
» loci excauationem imbecillima prior dicta vertebra redderetur. [Num igitur hæc quidẽ omnia ξ. fig. 7.
» (vti Galenus etiam ſubdit .k.) à natura facta fuerunt: vtrunq; verò neruorũ excidẽtium, in quas H. I.
» non oportuit, partes diſtribuit? An in eo etiã admirari eam conuenit, quæ vtrunq; in muſculos l. Supra cõ.
» primo ſpondylo incũbentes, atq; adiacẽtes diſtribuit? Cùm enim moueris ipſos oporteret, con- huius c.2.
» ſentaneum fuit ex propinquis ſpinalis medullæ partibus neruũ recipere.] In duas diuiditur par- o. fig. 9. Q.
tes neruus hic poſteriorem ſcilicet anterioremq;. Poſterior ergo pars eſt, quã in muſculos primo & tab. 7.
ſpondylo incumbentes Galenus hic refert, quartũ videlicet, .ν. ac quintum .ξ. eorum, qui caput N.
mouent. Quartum inquã retroflectentem, extendentemue caput ipſum, ac renuere facientem: π. tab. 7.
quintum verò in gyrum (vt anteà diximus .l.) circumuoluẽtem. Pręter quos etiam in ſcapulam C. D. 8.
mouentium tertium, .o. qui eam ſurſum attollit, inſeritur. Anterior autem eiuſdem nerui portio A. B.
in muſculum ceruicem flectentiũ primum, .π. quem ſtomacho ſubſtratũ dicimus, implantatur. m.13.de v.
» [Quid reliquos omnes muſculos (ſubdit Galenus .m.) qui collo ſunt circumfuſi, caputq; mo- p. cap.5.
» uent? Nõ ne ipſos quoq; ſatius fuit illinc alicundę ex ſpinali medulla colli, neruorum principia
ſumere?

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 175 sur 292

©BIU Santé

Secũdi nerui distrib. ρ. fig. 7. A. B. ς. Ibidem K. L. Secũdi nerui egressus. τ. 7. tab. C, D. 8. A. B. n. Ibidem. Tertij nerui egressus, & insertio. υ tab. 1. Γ. φ. tab. 10. 11. B. χ. tab. 14. O. Ψ. tab. 8. A. B. 7. C. D. ω. fig. 7. N. 8. tab. C. α. fig. 9. Q. 7. tab. N. β. tab. 10. Γ. γ. fig. 9. com. 2. A B. C. D, δ. fig. 8. com. 2. Γ. ε. tab. 1. Γ. ζ. tab. 8. A, B. 7. C. D. η fig. 7. N 8. tab. C. θ fig. 9. H. ι. fig. 9. Q. tab. 7. H. κ. De quibus paulò ante. λ. tab. 1. Γ μ. tab. 8. A. B. ν. tab. 4. Z 5. Y. ξ. fig. 9. Q. 7. tab. H. ο. tab. 12. H. 13. X. π. tab. 4. V. V. Φ ta. ς. R. S.

sumere? Cùm enim prima cõiugatio sit tenuis, ob idq; ex ipsa portio capiti distribui nequeat, ex secunda cõiugatione id efficit, ac per supernos musculos neruus vterq; perlabitur, obliquus quidem primùm in partem posteriorem, ac superiorem, obliquus autem rursùs post hæc prorsùm, ac sursùm progressus (& à tertij neruorũ dicendi paris ramulo quodãmodo auctus) in caput totum demùm dispergitur, tùm ad partes ad aures attinẽtes, tùm ad posteriores, vsq; ad verticem, ac bregmatis initium. Quod neruorũ secundæ cõiugationis infrà superat, in propinquos omnes musculos est distributum, à quibus primorũ spondylorũ motus tùm inter sese, tùm cum capite fiunt.] In duas igitur partes hic quoq; neruus diuiditur, posteriorem scilicet, anteriorémq;. Posteriorq; partim ascendens in capitis vniuersam cutem distribuitur, partim verò in tertiũ .ρ. sextumq; .ς. capitis motores musculos inseritur: Anterior autem in musculorũ ceruicem quoq; flectentium primum .τ. cõplantatur. [Emergunt autem hi (vt addit idem Galenus .n.) nerui non ex lateralibus foraminibus, vt in tertia, ac quarta cõiungatione, neq; ex ipso perforato spondylo secundo, quomodo est primus (dic tu sinuato, ac excauato in homine, vt primum esse diximus) Nam ex lateralibus non poterat, propter causam, quã in primo attulimus (dic tu nostrã causam: cùm scilicet ampla quidem dearticulatio fieri eo in loco debuerit secundæ vertebræ cum prima, vt super hac secunda, tanquã super stabili quodam, prima vna cũ capite in gyrum circumuoluatur, diuersa igitur à sequentibus necessariò dearticulatio neruorũ transitum per eum locum, sequentium instar, prępediuit: cũ verò in necessarijs natura non deficiat.) Vbi igitur solum licuit, ibi natura locum quendam cõparauit, in vtraq; scilicet acanthę parte inter primũ, ac secundum spondylum, per quem secunda neruorũ cõiugatio egreditur: quæ nihil ab ipsorũ motu lęditur.] In acanthę parte, intellige non posteriore, sed laterali, post tuberculorũ scilicet cum primę vertebrę cauitatibus dearticulatorũ radices: vbi tametsi obscurus, quidã tamen sinus designari potest à natura quodammodo propter hos neruos celatus. [Tertia verò neruorũ coniugatio, qui a spinali medulla oriuntur, ex communi foramine secundi & tertij spondyli emergit, musculisq; buccas mouentibus (primo .υ. videlicet pari) & illis, qui collum totũ cum capite toto retrò erigunt (capitis scilicet secundo, .φ. ac ceruicis quarto .χ.) distribuitur (hæcq; posterior pars est) pars verò ipsius, quæ prorsùm fertur, vtriq; coniugationi, secundæ scilicet, cuius iam meminimus, & quartæ, de qua verba mox faciemus, permiscetur, neruosq; cõmunibus colli, & capitis musculis (ceruicis scilicet primo .Ψ. & secundo .ω. pari) suppeditata (quibus adde scapulam tollentium tertium .α.) quemadmodũ certè & partibus omnibus, quæ sunt post aures.] Vt præter prędictos musculos, vniuersa insimul ceruicis ipsius cutis est, Specialiùs autem quartam cõiugationem describentes, dicamus eam ex cõmuni foramine tertiæ, & quartæ vertebrę emergentem posteriùs quidem in musculorũ ceruicis quartũ par, .β. atq; etiam capitis motores secundum, .γ. ac primum, .δ. in buccam deniq; mouẽtium .ε. inseritur: Anteriùs autem vnà cum tertij neruorum prędicti paris portione quadam cõmistus, coactusq; in ceruicem antorsùm flectẽtes primi paris .ζ. musculus, necnon & in secundum, .η. tertiumq; .θ. par, quæ in latera ceruicem promouent, ac simul in scapulam sursum attollentium tertium .ι. digeritur. Cuius demùm quartę neruorum coniugationis propago quędam deorsùm cum quintæ, ac sextæ dicendarũ coniugationũ quibusdam propaginibus admista in septum deniq; transuersum, pręcipuũ respirationis musculum inserenda descendit. [Quinta verò coniugatio, quę prędictas quatuor sequitur, productionem habet, qua quartus spondylus cũ quinto coniungitur: distribuitur autẽ simul, atq; emersit, quomodo prędictæ. Pars enim ipsius quędam retrò per profundũ fertur, in cõmunes colli & capitis musculos.] Eosdem scilicet, .κ. in quos posterior quartæ coniugationis propago distribuebatur. [Alia verò pars antorsùm in musculos buccas mouentes (scilicet primũ par .λ.) & caput inclinantes] Ceruicis scilicet motorem primum, .μ. qui caput etiam secũdaria ratione deorsum cõmouet annuere faciens. [Alia verò, ac tertia in medio prędictarũ ipsius partiũ sursùm versùs scapulæ summitatẽ fertur. Verùm hæc quidem musculis eius loci, ac cuti circumfusæ distribuitur: quemadmodũ à prędictis omnibus ad cutim aliquid peruenit] In eomodem igitur musculum, .ν. eiusq; cutem superiacentem, simulq; & eum, quem scapulam attollere, numeroq; inter scapulę motores tertium .ξ. prędiximus, distribuitur, quibus adde brachij motorũ par .ο. quintũ deinceps autem vnà cum insequentium sextæ, ac septimæ dicendarum portionibus quibusdam adaucta in brachium totum ad extremã vsq; manum musculis omnibus, tùm cubiti, tùm radij, carpiq;, ac metacarpij, omniumq; tandem digitorum motoribus sensum, & motum, insimulq; omnibus superpositæ brachij totius ad extremam vsq; manum cuti, ac vnguibus deniq; sensum exhibet, per prędictas scilicet cũctas huiusmodi partes distributa. Ante quas nihilominus in musculum ossi modes referẽti proprium ordine scilicet quartum .π. portiuncula quędam sensum & motum distributura cõplantantur. [Ad radicem autem neruorum (huius scilicet quintę coniugationis) pars quędam vtriq; vicinarum coniugationũ, sextæ scilicet & quartæ miscetur, & qui neruus à quarta ad ipsam descendit tenuis, is manifestè cernitur parti eius permisceri, qua maxi-

mam

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 176 sur 292

„ mam portionē ex eius loci ſpondylis neruus diaphragmatis collectā habet, vtrinq; vnus: qui ſub
„ membranas thoracem ſepientes, fertur. Sextę verò poſt hanc cōiugationis ſub quinto ſpondylo
„ (cōmuni videlicet foramine quintę, & ſextę vertebrę) excidēti miſtio fit magna (intellige quò-
„ ad partē eius anteriorē) cū propinquis vtriſq;. Sed plurima eius pars ad ſima ſcapularū extendi-
„ tur] Portionē ſcilicet quandā in ſcapulę muſculū ſecūdum, .ρ. tertiūq;, & .ſ. & quartū .τ. diſtri-
buens, & cū ſeptima, octauaq;, nedùm quinta prędicta neruorū cōiugatione adaucta in brachiū
„ totū diſtribuitur. [Auget autē quodāmodo partibus anteriorib⁹ & diaphragmatis neruū: quem-
„ admodū & alijs omnibus eius loci ſpōdylis propagines quaſdam exiguas immittit, quomodo &
„ reliquę cōiugationes neruorū, qui ſunt in collo.] Sed hęc de anterioribus ſextę cōiugationis pro-
paginibus à Galeno dicta ſunt. Poſterius enim ad ceruicis poſteriores muſculos (quartū .υ. ſcili-
cet par, eorū) lateraleſq; (hoc eſt ſecundū, .ρ. tertiūq; .χ. par) necnō caput retrahentiū, abnue-
req; facientiū par quoq; primū, .ψ. & ſecūdum, .ω. ac thoracē deniq; mouētium tertiū .α. huius
„ ſextę neruorū ceruicis cōiugationis propagines alię inſeruntur. [Septimæq; tandē cōiugationis
„ (quę poſt ſextū ſpondylū, ex cōmuni ipſius, & ſeptimi ſpondyli foramine oritur) magna fit cum
„ vtraq; propinqua cōmiſtio, partēq; ſui maximā extendit in brachiū] Cū vtraq; propinqua intel-
lige, videlicet cū prędcedente nō ſolùm ſexta, ſed etiā quinta: ſic etiā cū cōſequente nō ſolū octa-
ua, ſed etiā nona: prędipuè tamen cū ſexta, & octaua tanquā ſibi propinquioribus immediatè cō-
miſcetur: Nōnunquā verò & huius ſeptimę cōiugationis ſurculus prędictis ex quarta, quintaq;,
& ſexta deſcendentibus cōiunctus in ſeptum tranuerſum deſcēdit. Perpetuò tamen parte poſte-
riore in capitis motores muſculos primū, .β. & ſecundū, .γ. colliq; tertiū, .δ. & quartū, .ε. prędi-
pueq; in buccas mouentiū primū .ζ. inſeritur. Sed hæc obiter de his neruis dicta iam hic ſint: vt
foraminū ceruicis vſum explanarimus. Sunt autē & neruorū ceruicis paria ſeptem: ſicuti & fora-
minū paria ſeptē ſunt: primę vertebrę ſinus pro foraminibus numerando. Quibus omnibus ex-
quiſitè perpenſis, proceſſuum ceruicis numerū ex Galeni dogmate .ο. perpendamus. Vndecim
„ nanq; proceſſus in qualibet ceruicis vertebra poſuit ipſe. [Prętet mediā illā anteriorē, magnam,
„ ac decliuē: hęc enim corpus ipſum ſpondylorū eſt. Verū inſignes ipſorū productiones ſunt, tùm
„ illa, quæ acanthā efficit (diceturq; hęc prima) tùm tranſuerſarū vtraq;, quæ vt docuimus etiam
„ eſt bifida (ſicq; cū prima aliæ quatuor erunt, vt ſint omnes hucuſq; dictæ iam quinq;) tùm qua-
„ tuor, quæ articulis ſunt dicatę (duę inquā aſcendentes, quæ incumbentem ſubeunt vertebram,
„ duęq; deſcendentes, quæ in ſubditę vertebrę aſcendētes proceſſus recipiuntur. Sicq; ſunt nouē)
„ Ex abundanti verò duę alię accedunt ſuperioribus ipſorū finibus vtraq; parte ſubiectę, quę caui-
„ tatē ſpondylorū decliuiū corpus excipientē adaugent.] Quæ ſupradictis adiunctę ad vndenariū
numerum peruenient. In quibus autē laterales proceſſus, trāſuerſiue bifidi nō fuerint: quemad-
modū prima, ſecundaq;, & ſeptima exiſtunt: in his nouē duntaxat proceſſus extiterint. Omniū
igitur ceruicis vertebrarū proceſſus hac ratione ſimul erunt numero ſeptuaginta & vnus. Quòd
ſi ſpinales proceſſus (vt ſex inferioribus inſunt) duplices numerarimus, tunc harū ſex vertebrarū
proceſſus duodecim numerari nō temerè poterunt. Sicq; omnes erunt ſeptuaginta & ſeptē cer-
uicis vertebrarū proceſſus. Verū quid obſtare poterit: quin oblongū vertebrarū omniū, excepta
prima, corpus, quod in ſubiectæ vertebræ cauitatē ſubit, proceſſum nominarimus? Sicq; trede-
cim harū vertebrarū proceſſus ſint? Simulq; tunc omniū proceſſus dicātur octoginta tres? Qui-
bus ſi anteriorē primę vertebrę proceſſum addiderimus, octoginta quatuor erunt. Siq; tandē nō
vt appēdicem (vti nos fecimus) ſed vt proceſſum ipſum dentē numerauimus tunc erunt omnes
ceruicis proceſſus numero octoginta quinq;. Sed hęc de ceruicis vertebrarū proceſſibus, de alijs
enim poſteà loquemur. Quanuis autem foramina quatuordecim cōmunia pro neruorū tranſitu
poſuerimus: Alia tamen quatuordecim addenda ſunt tranſuerſorū proueſſuū, pro venarū, arte-
riarumq; tranſitu, iam prędicta. Quibus ex ſeptem principaliſſima, omniumq; maxima, propter
ſpinalis medullæ tranſitum, atq; tutelam foramina connumeranda omninò ſunt. Quinq; igitur
& triginta effatu digna foramina in ceruicis vertebris connumeranda veniunt: prætermiſſis his
paruulis ferè innuerimus, quæ pro eorum nutritione, ac ſpirituū cōſeruatione deſeruiunt: vt in
quæ tùm venæ, tùm arteriolæ penetrent. Quanuis autem vertebrarum figura verè multiformis
dicenda ſit: largiùs tamen, craſſioreq; minerua cōſiderantes, eas ad triangulares reducemus, ne
tàm exquiſitè ſingula perpendendo, maiorem induxerimus tyronibus confuſionem. Cùm igitur
ex præoſtenſis, octo ſtatim abinitio præpoſita .ρ. prędicata iam liqueant: eorumq; conſtructio:
primæ inquam cum occipite, & cum ſecunda vertebra per diarthroſim (licet cum illo per enar-
throſim, cum hoc verò per arthrodiam) aliarū verò inter ſe per ſynarthroſim (vt in procœmio .q.
declaratum ſatis, ſuperq; eſt) morbiq; ſimiles alijs prædictis oſſibus cōmunes ſint. Reliquū eſt,
vt thoracis, ſeu dorſi vertebras, cum ipſo etiam Galeno, perpendamus. Quùm ſic ſubdit.

Sexti nerui egreſſus, & inſertio. ρ. tab. 9. Γ ſ. tab. 7. H 13. Q. τ. tab. 10. Γ. υ. fig. 7. O φ. fig. 7. H 8. tab. C. χ. fig. 9. H ψ. 12. tab. A. ω. fig. 9. A. B. C. D. G. α. tab. 11. F.

Septimi nerui egreſſus, & inſertio. β. tab. 12. Γ. γ. tab. 9. A. B. C. D. G. δ. fig. 9 H ε. fig. 7. O. ζ. tab. 1. Γ

Proceſſus. ο. 13. de v. p. c. 2. poſt princ.

Foramina.

Figura.

p. In procœ. com. 1.

q. Com. 12. 13. & 14.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 177 sur 292

©BIU Santé

Περὶ τῶν κατὰ τὸν νῶτον σπονδύλων, Κεφάλεον. ή.

De vertebris dorsi. Caput Octauum.

TEXTVS PRIMVS.

Ὅτι μὲν δώδεκα τὸν ἀριθμὸν εἰσὶ τὰ θωρακικὰ σπόνδυλοι, πρόσθεν εἴρηται: πλὴν ἐν σπανίων τινὲς λείπειν εἰώθασιν, ἢ περισσεύειν εὑρεθήσεται, καὶ τέτων δὲ αὐτῶν τὸ περισσεύειν τοῦ λείπειν σπανιώτερον.

Quòd thoracis quidem vertebræ duodecim numero sint, dictum priùs. .r. Præterquam quòd aliquãdo tametsi raro deficiens vna, vel supereſſe inuenietur. Horum autem ipſorum supereſſe, quàm deeſſe rarius.

f. Cap. 6. huius, text. 3.

COMMENTVM PRIMVM.

CAVR ex duodecim vertebris, nõ pluribus, neq; paucioribus thorax cõstitutus in homine sit, præostensum quidem à nobis, .f. ex Galeni .r. quoq; monumentis, est. Nõ pluribus inquã, neq; paucioribus, maxima ex parte. Interdum nanq;, vel supereſſe (vt tredecim sint) vel deeſſe (vt vndecim) inueniri solet. Rarius verò supereſſe, hic inquit. Cuius tamen oppositum libro de anatomicis administrationibus octauo .u. Galenus idem apertiſſimè testatus est, deeſſe videlicet rarius inueniri, per hæc verba: [Rariſſimè siquidẽ decimatertia costa visitur: atq; hac adhuc rarius vndecima. Atq; hæc ita rara sunt, vt inter mille vix vnum tali costarũ numero inuenias. In totum verò omnibus animalibus, de quibus in hoc opere verba facimus, duodecim insunt costæ.] Verba autem in eo libro facit de hominibus, præsertim verò propter homines ipsos, de simijs, ac cercopithecis. Idem autem est siue de vertebrarũ, siue de costarum numero loquaris: Cùm sibi inuicem necessario cuiuis inquã vertebræ vtrinq; altera costa respondeant. Libro de anatomicis administrationibus quotidiana in anatomicis exercitijs experientia cõsentit. Quam Vesalius quoq; innumeris suis dissectionibus cõprobauit, .x. ac Falloppius quoq; duo interim in his in quibus decimatertia visitur hic perbellè obseruans: Alterũ quidem, quoniã costæ, quæ decimætertiæ vertebræ vtrinq; dearticulabantur, vsq; adeò paruæ erant: vt costarum potiùs rudimenta dicenda essent, quam veræ costæ. Alterum verò (quod notabilius, & magis ad propositum de vertebris faciens erat) quoniã vertebrarũ thoracis vna cum lumbis numerus minimè pertũrbatus est: quæ enim in thorace supersluebat, in lumbis ipsis deficiebat: vt quatuor duntaxat lumborum vertebræ in illis extiterint. Quasi tertiadecima illa vertebra non thoracis tertiadecima, sed lumborum prima fuerit: cui costarum illa primordia monstruosè potiùs tanquam supersluentes quędam, numeroq; peccantes particulæ alligatæ fuerint, hisq; septum deinde transuersum, sicut alijs etiam costis adhærens. Sed nostrũ prolequamur intentum. Pro contradictionis igitur sedatione dicendum, quòd vel illi potiùs loco de anatomicis administrationibus tanquã posteriùs scripto credendũ, vel hic locus (prout nobis magis arridet) corrigendus est. Vt legatur [καὶ τέτων δὲ αὐτῶν τὸ περισσεύειν τοῦ λείπειν σπανιώτερον] quod est latinè verbum verbo reddentibus [Horum autem ipsorum deeſſe, quã supereſſe rarius] q. d. ipso exceſſu, siue supersluitate defectus rarior est. Sed de vertebrarum numero dictum satis superq; sit. Ad earum igitur processus cum Galeno conuertamur, sic statim subdente.

Contradictionis solutio prima.

TEXTVS SECVNDVS.

Ἅπασι δ' αὐτοῖς αἱ τῆς ἀκάνθας ἀποφύσεις μέγισται τυγχάνουσιν ὄσαι, μέχρι τῆς δεκάτης. Μεγάλαι δὲ ἐν πλατεῖ εἰσι καὶ αἱ κατὰ τὰ πλάγια, ἃς διαρθροῦται πρὸς τὰς πλευράς.

Omnibus autem his spinæ processus maximi existunt ad decimam vsq;. Non minimùm verò magni sunt etiam transuersi, quibus ad costas dearticulantur.

COMMENTVM SECVNDVM.

y. 2. aphor. vltimo.

MAXIMOS intellige processus (iuxta aphorismi Hippocratis .y. à Galeno factam expositionem, quùm ille dicebat [Magnitudo corporis iuuente quidem, &c.] Longissimos, ac si dixisset μακρότατος. Quanuis enim decimę, vndecimęq;, ac duodecimę vertebrarum processus spinales superioribus longi minùs sint: Magnitudine tamen per latum, & profundum perpensa, longitudinemq; supplente prædictis superioribus minimè cędunt.

CIU Santé

cedunt. Quin potiùs, ſi exquiſitè perlibraris, maiores dicere tres vltimas, maximè verò omnium duodecimam, poteris. Intelligit enim vſq; ad decimam, excluſiuè. Quæ quidem longitudo nõ temerè in illis, eaq; inęqualis facta eſt: vt id quoq; natura admirabili quadam prouidentia fabricante factum (Galenõ enarrante .z.) ſit. [Neq; enim vt idem perbellè ſubdit) quibus locis pars quędam princeps ſitum eundem cum medulla habebat, in ijs cõſentaneum erat nullam ipſarum magnitudinis habere rationem: Neq; in quibus medulla erat ſola, in ijs prælongas efficere erat æquum. (Eſt autem hæc ratio momenti ſubiectarũ, defenſarumq; partium) ſed ne à paruis quidem ſpondylis acantham producere longam, neq; à magnis breuem (ſecundaq; hęc à vertebrarum magnitudine ſumpta ratio eſt) Meritò igitur cùm in thorace cor eſſet locatũ, magnaq; arteria ſpinę incumberet, natura longiſſimas ibi fecit productiones: quæ acantham conſtituunt, in alijs verò partibus omnibus breuiſſimas. Porrò aliæ ſpinæ partes ſunt, lumbus, os ſacrũ, & collũ: quarum lumbus quidem, & collum ex vtraq; parte thoracis ſpondylorum ſunt. Sacrum verò os eſt, quod tùm maximum eſt, tùm infernum: quod etiam velut fundamentum quoddam ſpondylorum cõpagini naturam ſubiecisse, memorabamus. In lumbis verò ſpondylorum moles eſt memorabilis, ac parte interna vena caua, ac magna arteria eis incumbant. (Duplici igitur prędicta ratione, tùm videlicet ratione ſubiectarum, defendẽdarumq; partium, tùm ratione magnitudinis vertebrarũ proceſſus eorum nõ longi tantùm, ſed altitudine quoq;, ac latitudine magni fuerunt.) Porrò ad os magnum moles corporis eſt memorabilior: verùm inſtrumentũ nullum princeps ei ſubiacet (Deficiẽte igitur priore, ac potiſſima ratione in huiuſmodi oſſe magni proceſſus minimè fuerunt. Eoq; magis, quoniam pars illa extrinſecùs occurrentibus adeò obnoxia nõ eſt, ſint alię ſuperiores. Adde ꝙ cùm ſolus homo ſedeat eius oſſis proceſſuũ magnitudo ad ſeſſionem impedimento fuiſſet. Sed poſtrema hæc ratio in ſolis hominibus, & aliquatenùs etiam in ſimijs valet.) Meritò igitur ſecundùm thoracis ſpondylos (ſubdit Galenus) quæ in lumbis retrò ſunt, productiones maximę factę fuerunt. (Nos autem in homine nõ poſt thoracis ſpondylos lumborum proceſſus locamus, niſi in ſimijs, at in homine tàm logitudine, quàm latitudine etiã, ac profunditate maiores obſeruauimus) Qui verò in collo ſunt, ſpõdyli, cùm omniũ eſſent tenuiſſimi, longas ſimul, ac tutas productiones habere nõ potuerunt. Rumperentur enim facilè hę propter tenuitatem. Rectè igitur dictũ paulò ante à nobis fuit, naturam in molem ſpondylorũ intuitam, atq; inſtrumentorũ ſpinę incumbentiũ diſcrimen, inęquales ipſorum in ſpina feciſſe productiones. .a. Non igitur ampliùs opinor dubitamus, quid ſit, cur duodecim omnibus dorſi ſpondylis productiones omnes non ſint æquales. Nam etiam ſi omnes potiſſimũ ſint in thorace, nõ tamen ij ſunt propè cor, qui ſunt infrà ad diaphragma, ſed iam longiùs abſunt: quemadmodũ qui ſunt in lumbis.] Hæc Galenus qui ſimiarum lumbos contemplatus, eorum vertebrarũ ſpinales proceſſus breuiores eſſe determinauit. Cùm tamẽ in homine veritas ſecùs ſe habeat, veluti prędictũ iam eſt. Ad decimam igitur vſq; excluſiuè, thoracis vertebræ, quæ nouem ſunt ſuperiores, longos, acutioreſq;, ac triangulares quodammodo proceſſus habent. Senſim verò deinceps in quadratos potiùs, latoſq;, ac obtuſiores, minuſq; interim exporrectos. Sed hęc quòad ſpinalium proceſſuũ magnitudinem, & paruitatem, longitudinemue, aut breuitatem, dicta ſint. Hoc addito, ꝙ bifidi, inſtar eorum, qui in ceruice ſunt, minimè inueniuntur, ſed ſimplices. [Quemadmodũ verò productio cuiuſq; ſpondyli parte poſteriore, quæ acanthã efficit, propugnaculi vſum prę-ſtare oſtendebamus: Ita & alię productiones tranſuerſę ſpondilis ſunt duæ. Quæ ſimul quidem lateralibus ipſorum partibus ſimile prębent pręſidium: ſimul autem velut ſedes quędã ſunt muſculis ſpinę internis, atq; externis ſubditę. His enim omnibus incumbũt vnà cũ arterijs, veniſq;, ac neruis: quæ partim ad ipſos, partim per ipſos ferũtur. Eſt porrò & alia quoq; tertia earũ ſpondylis thoracis vtilitas, ad coſtarum videlicet dearticulationẽ; quæ maximè ad reſpirationis actionem eſt neceſſaria. Cur autem craſſæ ſunt laterales ſpondylorum thoracis productiones, tenues autem in ſpondylis lumborum, & oſſis magni, in colli verò ſpondylis craſſæ, & bifidæ? An ꝙ in thorace cùm coſtę nõ ſolùm eis ſint inarticulatę: verùm etiã per totum incumberent: ob id conſentaneum fuit firmas, ac ſtabiles in eo facere productiones: lumborum verò, & oſſis magni productionibus, cùm vaſa ſolùm, ac muſculi incumberent, nihil robore erat opus. Quę verò ſunt in collo meritiſſimò extiterunt bifidæ: ac finium alter quidem, iſq; maior ad aliorũ portionẽ deorſùm, alter verò, ac minor ſurſùm ſpectat. Cęterùm id ſolis ipſis ex abundanti acceſſit, ꝙ productionem poſteriorem omnium minimam habuerunt, quanquam ſpinalis medulla ea parte plurimum polleat: demonſtrauimus enim partes ipſius primas alijs eſſe principaliores. Ob eã cauſam craſſas ſimul tranſuerſas productiones ipſis fecit, ac bifidas: vt quod ſecuritatis, propter acanthę breuitatem illius loci ſpondylis deerat, id ex tranſuerſis cõpenſetur.] Quanuis alias principalior cauſa ſit eorum trãſuerſorum groſſitiei: videlicet quia perforari propter arteriarum, venarumq; tranſitum: & ſinuari, ſeu bifidas fieri propter muſculorũ cõdecentem adhęrentiam ſcilicet interiorum, exteriorumq;: ſecunda verò ratio ea, quã Galenus poſuit ſecuritatis gratia ſuccedit. Sed

z.12.d v.p. c.15.verſus finem.

Cõtra Galenum.

a. Ibidem cap.16.in princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 179 sur 292

©BIU Santé

his omissis, quæ in ceruice sunt, vertebris, ad dorsi vertebras reuertamur, quas impræsentiarum intendimus. Earum igitur transuersi processus, quibus ipsæ ad costas dearticulantur, nō parùm magni sunt: præsertim q; in nouem superioribus, in quibus parua magnitudinis differentia est. Manifestè autem minores sunt in decima, magiq; in vndecima, maximeq; in duodecima, velut tres prædictę costæ superioribus minores sunt, ac inter se inuicem diminuēdo procedunt: adeò vt in simijs vndecimā, duodecimamq; vertebrā his transuersis processibus prorsùs carere obseruauimus. Sunt autem in superioribus nouem spondylorum transuersis processibus chartilagine quidam incrustati sinus: quibus posteriora costarū capitula connectuntur, articulanturq;, quos nōnunquam decimi quoq; spondyli transuersi processus habent. In suis quidem apicibus, parte in omnibus anteriore, sed in prima thoracis vertebrā deorsùm spectantes: in nona verò sursùm; in cęteris autem intermedijs, medio modo. Quanquā Galenus .*b*. sinus hos omnes deorsùm spectare perperam credidit. De quibus iterùm infrà .*c*. sermocinaturi sumus. Negligendū verò interim omninò est, Cur duabus vltimis thoracis vertebris transuersi processus desunt rationem cum Galeno .*d*. vestigare. Cùm in simijs duntaxat hi desint, solisq; in illis decliues, alijs quidam proximis lumbi spōdylis assimiles (vt posteà videbimus .*e*.) à natura facti horum vice processus fuerint. Sed omissis vertebrarū thoracis processibus, ad earum corpora contemplanda cum Galeno conuertamur, sic scribente.

b. Infrà c. 12. & 8. de anat. adm. cap. 1. Cōtra Galenum.

c. Cap. 12. d. 13. de v. p. cap. 2. in fine. Cōtra Galenum.

e. Cap. sequenti.

TEXTVS TERTIVS.

Αυτὸ δὲ αὐτῶν τὸ σῶμα κατὰ μὲν τὸν πρῶτον διάστημα πάσι ὑπάρχει πρόμηκες εἰς τὰ κάτω, πάντται δὲ ἐν τοῖς ἐφεξῆς κατὰ βραχύ.

Corpus autem ipsarum in prima quidē leuiter quodāmodo est oblongū ad inferiora. Sensim verò cessat in ijs, quæ deinceps.

COMMENTVM TERTIVM.

QVANVIS primę quidem thoracis vertebrę corpus parte superiore, quā septimę ceruicis vertebrę oblongum, deorsumq; prominens corpus in se recipit, modicè vtrinq; ad latus protuberet, ceruicis sex vertebrarū sibi cōiunctarū corpora quòad superiorem sedem quoquomodo imitans (prout de illis antea tetigimus .*f*.) Haudquaquam tamen in alijs thoracis vertebris verum est, quod Galenus hic asserit, neq; in ipsis etiā simijs: sed in reliquis quidem omnibus superijs, inferiusq;, in prima verò si non superiùs, inferiùs tamen plana superficie corpus vertebræ cōstat, neq; prominens alterum, vt recipiens alterum cauum existat. Galenus tamen minùs exquisitè perpendens thoracis vertebras, eas ceruicis vertebris assimilari credidit, sensimq; interim inferiori prominētia, superioreq; cauitate deficere. Cùm abinitio postiùs statim deficere vtranq;, præter primæ cauitatem, determinasse debuerit. Quoniam verò de thoracis vertebrarū corporibus quasi obiter tetigit Galenus: Eapropter ab re quidem non fuerit, nonnulla hic de ijsdem adiungere. Priùs igitur dicamus earum corporum magnitudinem (velut generatim de vertebris omnibus anteà tetigimus .*g*.) paulatim deficēdendo augeri: cū gestantes inferiores gestatis superioribus maiores esse meritò debeāt. Præterea figura abinuicem cuariant, quoniam primę duę non adeò orbiculatim prominent, vt semicirculum expleant, nisi quandam veluti parenthesim: sensim verò deinceps eorum prominentia introrsùm excedit, vt nō semicirculum modò præseferāt, sed illum deniq; excedant. Rursùs verò prima, vndecimaq;, & duodecima vertebrę sinum quendam sibi peculiarem ab alijs differētem singulę habent, quibus prima vertebra primę costę, vndecimaq; vndecimę, ac duodecima tandem duodecimę costę dearticulantur. Sunt igitur hi proprij sinus trium prædictarū vertebrarū numero sex in suprema earū corporum sede insculpti. Præter quos vtrinq; cōmunes alij nouem sinus sunt. Cōmunes inquā, cùm in medijs interstitijs primę cum secunda, huiusq; cum tertia, necnon & aliarum deinceps ad nonam vsq; cum decima. Sunt enim inter decem costas intermedia spatia nouem. Nō secùs igitur ac neruorū foramina superiori, inferioriq; vertebræ cōmunia: sic & hic quoq; sinus vtrinq; nouem sunt, simul autem vndeuiginti cōmunes superioribus, & inferioribus (quanuis magis inferioribus) vertebrarū corporibus existunt. Quibus nouem costę dearticulantur vtrinq;. Adeò vt si totum vniuscuiusq; dearticulationis sinum cōtemplemur, superiori inquam, inferioriq; communem, vt diximus nouem vtrinq; sinus dicētur. Sicq; omnes insimul vndeuiginti; & cum sex prædictis proprijs erunt omnes quatuor & viginti. Sin verò distinctè sinus hos in qualibet vertebra proprios duntaxat inspicere, perpendereq; velimus: tunc sex & triginta dicendi potiùs venient, & cū prædictis sex omninò, ac sequentium totum proprijs, quadraginta duo cōputabuntur. Quibus quidē omnibus si duos alios primę, duoq; alios duodecimæ vertebrę proprios nō dear-

f. Cap. præcedenti cō. 4. versus finem. Cōtra Galenum.

Magnitudo.

g. Cap. 6. huius cō. 1.

Figura.

Sinus.

Proprij.

Cōmunes.

Quatuor proprij ligamētorū sinus.

ticula-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 180 sur 292

©BIU Santé

ticulationis, ſed colligationis ſinus, prędictis quidem proprijs earũ dearticulationis ſinibus proximè ſubiectos addere voluerimus, è quibus quidem extremarũ coſtarũ validiſſima quędam ligamenta cũ vertebris ſcilicet eaſdem firmiter annectentia enaſcuntur: tunc ſinus dicere poſſumus in thoracis vertebris eſſe numero ſex & quadraginta. Sed aliud deniq; circa vertebrarũ corpora, eorumq; ſubſtãtiam ſedulò pernotandũ eſt. Quoniam ſcilicet quantò vertebrarũ corpora grandiora ſunt, eo pluribus, maioribuſq;, & euidẽtioribus foraminibus perforata ſunt: per quæ tùm venæ, tùm arteriæ intùs oſſium ſubſtãtiam ingrediuntur, nutrimentũ illis neceſſariũ, ſpirituſq; deferentes. Maximè igitur talia foramina in extremis thoracis vertebris, vndecima ſcilicet, ac duodecima apparent, indeterminato interim numero, ac magnitudine, ſed in diuerſis hominibus, nedùm animalibus numero, magnitudineq; diuerſis: prę cęteris autẽ in poſteriore corporis vertebrarũ regione: quæ ſpinalem reſpicit medullã: Quanuis foramina hęc anteriora in lumbis tantùm effatu dignę magnitudinis eſſe, manifeſteq; cõſpicua Galenus infrà .*b*. declaraturus eſt. Sed de vertebrarum thoracis corporibus quaſi (vt diximus) obiter dicta hæc ſint: Ad proceſſus igitur reuertamur, primoq; ſpinales vna cum Galeno ſic ſubdentes.

Foramina.

Cõtra Galenum. *b*. Cap. ſequenti.

TEXTVS QVARTVS.

„ Καὶ μὲν δὴ καὶ τὴν ἄκανθαν, ἄχρι γε τοῦ δεκάτου σπονδύλου τοῖς κατὰ τὸν στέρνον ὁμοίως ἄγουσιν ἄνωθεν κατα-
„ φερομένην, ἔμπαλιν δὲ ἀπὸ τοῦ δεκάτου, κάτωθεν ἄνω φέρεται ῥέπουσα, καὶ μὰ τοὺς δύο τοὺς ἐφεξῆς ἑαυτῷ, ἀμυδρῶς·
„ καὶ δὲ τοὺς ἄλλους, σαφῶς.

„ Sed & ipſam quoq; ſpinam, ad decimam vſq; vertebram, ſpinæ ceruicis perſimilem habent,
„ à ſummo ſcilicet deorsùm tendentem. Vice autem verſa poſt decimam, ab imo ſurſùm vergens
„ fertur. In duabus quidem hanc ſubſequentibus obſcuræ: In cæteris verò manifeſtè.

COMMENTVM QVARTVM.

IN canibus, & ſimijs, leporibuſq;, ac alijs ferè omnibus quadrupedibus hæc Galeni hiſtoria perbellè quadrat: q ſcilicet primę dorſi vertebrę nouem, ad decimam vſq; excluſiue, deorsùm ab imo tendentem ſpinam habent: decima verò neq; deorsùm, neq; ſurſùm vergentem, ſed rectam in oppoſitorũ medio poſitã poſſidet: vndecima verò, & duodecima obſcurè ſurſùm protendentem: Quæ verò deinceps cõſequuntur lumborũ vertebrę omnes manifeſtius ab imo ſurſùm porrectam obtinuerunt. Quam quidem Galenus hiſtoriam, prout in prędictis brutis obſeruarat, clariùs libro de vſu partiũ duodecimo per hęc verba ſic declarat .*i*. [Porrò ſpina prętera, quæ data ſibi ad ſecuritatem memorauimus (chartilaginem ſcilicet, validaq; ligamenta) figuram quoq; productionũ omnium conſentientem admodum eſt adepta: quarum quæ ſupra iſtum habent, deorsùm, quæ infrà, ſurſùm ſpectant: vt ipſius forma ędificijs illis ſit ſimillima, quæ Καμάραις, ideſt fornices, ac teſtudines nuncupant. Quorum formam ſæpenumerò iam diximus figurarum omniũ ad patiendũ eſſe difficillimam. Non igitur ampliùs eſt mirũ, ſi ſoli ſpondylo, qui in medio eſt, ſpinę productio poſterior, quæ ſpinã efficit, in neutram partem inclinat, ideſt neq; in collum, neq; in lumbos: ſed omninò eſt recta, atq; in nullam partem propenſa, retrò exporrecta. Nam id quoq; ab eadem manat prouidẽtia: Aut quo pacto ſimilem ipſam totam fornici effeciſſet, niſi primùm quidẽ productiones omnes parte inferna enatas ſurſùm adduxiſſet, quemadmodũ certè & ſupernas deorsùm: ſecundò autem in terminum quendam cõmunem rectum, ac nuſquã inclinantem coniunxiſſet, qui velut fornicis ſummitas quędam eſſet futurus?] Rectè inquam hæc à Galeno in brutis quadrupedibus dicta ſunt: vt in quibus ſpina nõ recta ſurſùm, ſed tanquam potiùs quoddã animalis cooperimentum, ac viſcerum omnium tutamen futura erat. Homini autem recto ſtanti, atq; incedenti decentius, atq; vtilius, neçnõ & ſecurius fuit deorsùm omnes ſpinoſos proceſſus tendere, non ceruicis modò, ipſiuſq; dorſi, ſed ipſorũ quoq; lumborum, perindeac de ceruicis ſpina pręcedenti capite, in ſecunda, & quinta figura iam liquet. De thorace autem in pręſenti figurà, de lumbis autẽ in ea, quæ ſequenti capite depingetur. Quòad hominem igitur, deceptum fuiſſe Galenum dubio procul omni decernẽdum eſt. Quanquam minùs inclinantem eſſe decimam ſuperioribus, proferendũ venit: ſed hac minùs interim vndecimam, rectiorq; demùm, hoc eſt, minùs deorsùm vergens duodecima eſt. Id quod ſucceſſiuè de lumborũ hominis vertebris determinãdum quoq; eadem ratione eſt. Omnium enim ſpinoſi proceſſus deorsùm

i. Cap. 11. verſus finẽ,



Cõtra Galenum.

©BIU Santé

Cõtra Galenum.

deorsùm protenduntur. Quad antenùs autem,& à vera hominis hiſtoria declinat Galenus circa tranſuerſos dorſi vertebrarum proceſſus; quanquam in prędictis quoque brutis quadrupedibus verum apertius ſcribit: ſic ſubdens.

TEXTVS QVINTVS.

„ Τὰυτὸν δὲ τὰτο πεπόνθασι καὶ αἱ χ͂ι τὸ πλάγιον ἀναφύσεις κάτω μᾶλλον, ἢ ὑπὲρ τὸν δέκατον· ἄνω δὲ, ἢ μὲν ἀυτὸν
„ ῥέπουσαι. μόναι γὰρ αἱ χ͂ι τὸν δέκατον ἀρθρεῖς εἰσι.

„ Idipſum verò idem tranuerſi quoq; proceſſus patiuntur: deorsùm quidem earum, quæ ſupra
„ decimam: ſursùm verò, earum, quæ infra hanc ſunt, vergere. Solius enim decimę vertebrę pro-
„ ceſſus in neutram partem inclinant.

COMMENTVM QVINTVM.

IN homine (vt diximus) diuerſa hiſtoria eſt. Cùm laterales omnium vertebrarũ proceſſus ſurſùm magis vergere, ſiue occultè, ſiue manifeſtè, diligentiùs perpendẽti appareant. Si enim laterales vertebrarũ ceruicis productiones cõtemplati fuerimus, in ſimijs quidem apertiſſima eorũ ad inferiora inclinatio, vel ipſis quidem cæcis eſt: In homine autem ambigua talis inclinatio eſt. Exquiſitiùs enim ſingula perlibrantibus: cùm bifidi quinq; eorum ſint: quanuis tertiæ, quartæq; , ac quintæ vertebrarũ proceſſus poſteriori eorum latere, eoq; minore, deorsùm aperte reſpiciant: Anteriore tamen hocq; iam latiore, maioreq; ſurſùm magis tendere videtur. Sextę autẽ laterales ijdem proceſſus vtraq; parte ſurſùm vergũt. Clariuſq; id conſpicimus in ſeptima: tametſi primæ, ac ſecundæ ſimplices exiſtentes deorsùm apertiùs tendant. Medię tamen anteriorũ, poſteriorumq; partiũ in bifidis proceſſibus deorsùm quoq; perpetim vergunt. Quòd ſi thoracis vertebras cõtemplati fuerimus, nouem ſuperiorum tranſuerſos quoq; proceſſus, quanquam quòad extremum eorum terminũ declinare potiùs conſpicimus: eorum tamen principiũ apertiſſimè ſurſùm vergit, retrorsùm vna procedendo: adeò vt gibba eorũ media pars ſuperiùs appareat, inferiùs autem cõcaua, quadantenuſq; ſinuata. Manifeſtiùs autem accliues: ſurſumq; vergentes ſunt decima, & vndecima, cęteriſq; clariùs duodecima (quanuis Galenus .k. tranſuerſis proceſſibus vndecimã, duodecimamq; vertebras deſtitui à ſimiarum ſceleto deceptus nõ rectè protulerit) veluti & lumborũ quinta. Reliquæ enim lumborum vertebrę quatuor ſuos laterales, trãſuerſoſue proceſſus ſurſùm vergentes obſcuriùs obtinuerunt. Cùm tamen clariſſimũ id in ſimijs, canibuſq; leporibus, ac alijs propemodũ omnibus quadrupedibus in quibus quidem Galeni poſita hic deſcriptio, appoſitiſſimè quadrat, ob diuerſam ab homine muſculorũ dorſum pręcipuè mouentium formationem. Cùm alio modo prona, quaſiq; cubantia moueri, quam hominem ipſum rectum ſtantem, ſedentemq; neceſſum fuerit. De quibus tamen aliàs vberior ſermo conſtituendus eſt. Eſt autem huiuſmodi tranſuerſorũ proceſſuum vſus (Galeno etiã Didaſcalo *l.*) triplex. Primus quidem, vt lateralibus ipſorũ partibus ſimile ipſi ſpinę pręſtent pręſidiũ (vt ſcilicet propugnaculi cuiuſdã vicem ſuppleant) Secundus verò eſt, vt veluti ſedes quędam ſint muſculis ſpinę internis, atq; externis ſubditi. His enim omnibus incumbunt vna cũ arterijs, venis, ac neruis, quæ partim ad ipſos, partim per ipſos ferũtur. Eſt porrò & alia quoq; tertia eorum ſpondylis thoracis vtilitas, ad coſtarum videlicet dearticulationem, quæ maximè ad reſpirationis actionem eſt neceſſaria. Eſt autem in homine (vt diximus) horum proceſſuum in thorace ſurſùm potiùs vergentia, maximeq; in decima, vndecimaq; , & duodecima: quanuis in prædictis quadrupedibus decimam vertebram contemplatus Galenus, hanc neq; ſurſùm, neq; deorſum, quòad tranſuerſos eorum proceſſus vergere determinarit. Quam etiam ob cauſam de ipſa decima ſubiungere voluit Galenus, eiuſdẽ, quibus articulatur, tubercula perpendens, ſicq; ęueſtigiò ſubdens.

Cõtra Galenum. k. 13. de v. p. c. 2. circa med. & in fine.

l. 12. de v. p. cap. 16. poſt princ. Lateraliũ proceſſuũ vſus triplex.

TEXTVS SEXTVS.

„ Καὶ γὰρ μόνος ἔτος ὁ σπόνδυλος ὁ τὰς ἀνάντεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς κατάντεις ἀποφύσεις εἰς κονδυλώδη πέ-
„ ρατα τελευτάσας ἔχει, καθάπερ ὁ πρῶτος ἢ χ͂ι τὸν σφάγιτον ἑκατέρας γληνοειδεῖς. ἢ δὲ, ἄλλων, τοῖς μὲ ὑπερκει-
„ μένοις τὸ δέκατον, κονδυλώδεις μὲ εἰσὶν αἱ ἀνάντεις, γληνοειδεῖς δὲ αἱ χ͂ντες, τοῖς δὲ ὑποτεταγμένοις, ἀνάπαλιν.

„ Hæc enim ſola vertebra non accliues modò, ſed decliues quoq; proceſſus in cõdyloſas extre-
„ mitates finientes habet: quemadmodum prima ceruicis vtraſq; oculares. Aliarum verò, his qui-
„ dem, quæ decimæ ſuperpoſitæ ſunt, accliues quidem condyloſæ inſunt, decliues autẽ oculares;
„ His verò, quæ ſuppoſitæ ſunt, econtrà.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 182 sur 292

COMMENTVM SEXTVM.

ACCLIVES quidem, Græcè ἀναβάτεις, intellige proceſſus illos, qui ſurſùm vergunt, in ſuperioris vertebræ proceſſus tendentes, cũ quibus articulandi veniunt: decliues autem, Græcè κατὰ βάτεις, contrarios, qui ſcilicet deorſùm ad inferioris vertebræ proceſſus, vt cum illis articulentur, vergunt. Cùm igitur (excepta prima, quæ vtrinq; cauos proceſſus tàm ſcilicet aſcendentes ſiue accliues, quàm deſcẽdentes ſiue decliues habet, vt vtrinq; recipiat, ſuprà quidem, ipſius occipitis oſſis tubercula, infrà verò, ſecundæ vertebræ proceſſus.) plurimæ vertebræ aſcendentes proceſſus protuberantes habeant, inferiores, deſcendentes ue leni ſuperficie concauos, vt ſuprà quidem à ſuperioribus recipiantur, infrà verò inferiores potiùs recipiant. Id quod maxima ex parte in homine ſupra duodecimã thoracis vertebram: rariuſq; ſupra vndecimam contingit. Galenus tamen ſupra decimam voluit: perindeac in ſimijs, & canibus, alijſq; quadrupedibus reperitur. Adeò vt decimã vtrinq; ſcilicet ſupra, infràq; protuberare, ac vtrinq; recipi determinarit. Cùm tamen in homine duodecimã ſæpiſſimè, rariſſimeq; vndecimã talem eſſe verum ſit. Quæ igitur de ipſa decima Galenus alibi etiã docuit, non hic modò nos, ſed ibi etiã de duodecima legamus: ſic videlicet dicentes. *m.* [Duodecimus autem ſpondylus, qui hos ſequitur, cętera quidem eſt ſimilis: nõ tamen poſteriorem productionem habet alijs cõſimilem longam, decliuem, & tenuem, neq; etiã ipſas quatuor, per quas cum alijs vtrinq; ſpondylis dearticulatur, habet ſimiles: ſed ſupernè quidẽ duę prælocatorũ vndecim ſpondylorum productionibus accliuibus: Reliquę verò duę decliues reliquis decliuibus ſunt ſimiles. Hunc enim ſoli ſpondylorũ omnium id eſt eximium, quòd vtraq; dearticulatione propinquo ſibi ſpondylo vtriq; inuehitur. Reliquis verò omnibus, qui ſub hoc duodecimo ſunt locati, id ineſt: vt accliues quidem productiones ſint cauæ: decliues verò ſint cõuexæ. Ob id conuexis quidem ſubiectis ſpondylis inuehuntur, accliuibus autẽ ſuperioribus excipiunt. Qui verò ſupra hunc in dorſo ſunt vniuerſo, ac collo, hi omnes recipiunt ſimul, ac decliuibus productionibus ambiunt accliues, quæ ſenſim fiunt conuexę. At qui in dorſo eſt duodecimus ſolus omniũ ſpondylorum (vt diximus) vtriuſq; productionis fines mediocriter cõuexos adeptus inuehitur adiacentibus in cauitates quaſdã ſuperciliоſas deſinẽtibus.] Hęc ex Galeno tametſi de decimo ſpondylo ſermocinãte nos ad duodecimum (vt in homine verius eſt) applicuimus. Annotatione tamen dignum hic aliud eſt. Quoniam cùm colli, thoraciſq; tàm accliues, quàm decliues articulationum productiones prędictè minorem, ſuperficialemq;, ſiue ocularem cauitatẽ, ſibiq; reſpondentem eminentiam quamminimã habeant, vt ad arthrodias antea tales articulationes reduxerimus: *n.* lumborum verò ſimiles productiones, proceſſuſue euidentiorem cauitatem, magiſq; protuberãtia capitula retineant, vnde ad enarthroſes potiùs horũ articulos retulerimus: *o.* Duodecimæ tamen interea vertebræ tanquã mediæ proceſſus ſimiles vtriuſq; naturæ participes ſunt. Accliues enim eius proceſſus ſuperiorũ accliuibus ſimiles ſunt, decliues autem inferioribus decliuibus. Adeò vt duodecima hęc vertebra cum vndecima ſuperiorũ inſtar per arthrodiam, cum prima verò lumborum per enarthroſim coarticuletur. De hac igitur duodecimã cum Galeno *p.* (tametſi de decima loquente) dicere iterùm poſſumus, ꝙ cùm fruſtrà natura nihil faciat, mediũ totius ſpinę ſpondylũ, qui in acantham rotundam, quaſi fornicem ſolus deſinit, oſtendimus rectam, ac nuſquam ferè inclinantem meritò habere poſteriorem productionem. Verùm mediũs hic omninò eſt ille dorſi duodecimus. Natura enim hic quoq; totã ſpinã in partes omninò æquales diuiſit, mole ſpondylorũ æſtimata, non numero. Multò enim plures ſunt ſuperiores: verùm inferiores (vna cum oſſe ſacro, & coccyge) corporis mole tantò illis ſunt maiores, quantum numero ab ijſdem vincuntur. Mirariq; ipſam conuenit, vt æquiſſimam: vt quæ nõ quòd prima ſtatim facie apparet, æquabile: ſed quod reuera eſt eiuſmodi elegerit. Meritò igitur ſpondylus iſte quemadmodũ ſitum, prętęr cęteros habuit eximium, & cum eo productionem poſteriorem: Ita & dearticulationes: vt enim tota ſpina æqualiter flecteretur, hunc certè ſpondylũ mediũ immotũ eſſe oportuit: reliquos verò omnes mutuò à ſe digredi, & à medio, idq; ſenſim ſuperiores quidem ſurſùm, deorſùm autem inferiores. Ad quem ſanè motum iam inde abinitio natura dearticulationes adaptans, ſuperioribus quidẽ ipſo medio productiones effecit, conuexas quidẽ accliues, alias verò ſenſim decliues. Inferioribus autem contrà, cauas quidem fecit accliues, cõuexas autem decliues. Cùm enim (vt antea oſtendimus *.q.*) ex parùm obliquis motibus ſpina rectos ſit adepta. Qui verò motus ſunt ita parũ obliqui hoc habeant, vt perfici poſſint. Cũ cauitates vtroq; circum ſtabiles conuexitates circumferuntur, iure optimo medium quidẽ ſpondylũ vtraq; dearticulatione fecit immobilem: reliquos verò omnes, infernos quidẽ infernis dearticulationibus, ſupernos autẽ ſupernis. Oportebat enim vtiq; cùm ſpinã curuaremus, inferiоs quidẽ ad partes infernas cedere, ſuperiores verò ſurſùm tendere. Quin & cũ ſurſùm ſpectamus, atq; erigimur,

Cõtra Galenum.

m. 13. de v. p. c. 2. ante med.

n. In procę. com. 14.

o. Ibidem com. 13.

p. 13. d. v. p. cap. 2. ante med.

Duodecima vertebra immobilis.

q. Lib. 12. cap. 4. & 5.

Cur ſuperiоr ib. 12. vertebris inferiores circa articulationẽ ſuerit cõuexæ.

ſpon-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 183 sur 292

©BIU Santé

ſpondylos motũ prędicto contrariũ habere oportebat, ſupernos ſcilicet deorsùm, infernos autẽ ſursùm (quanquã recentiorũ nonnulli oppoſitũ ſuſtineant.) Porrò figurę vtriuſq; terminus eſt, vt cùm flectimur, ſpondyli quamposſunt, longiſſimè mutuò à ſe digrediantur: perindeac ſi longior tunc ſpina eſſe deberet. Cùm verò erigimur, contrà: vt cuncti coeant ad mediũ ſpondylum accedentes, ac ſi ſpinam totam tunc breuiorem eſſe oporteret. Quod verò cauitates quæ circum oſſium inter ſe dearticulatorũ conuexitates vtroq; vertuntur, ad motus obliquos ſint aptiſſimæ, ſi memoria tenes radij motum, atq; dearticulationem, quam habet cum brachio, aut carpi cum tenui cubiti proceſſu (quem nonnulli à columnę figura σπλοειδῆ nominant) tertio ad vim intelligendi non ampliùs opinor tibi opus erit exemplo. Quòd ſi opus fuerit, redi in memoriã articulationis nauiformis cum aſtragalo, & aſtragali cũ tarſo, quomodo in ijs omnibus motus obliqui fiunt. Cùm cauitates vtroq; circũ conuexitates manentes immotas feruntur. Cùm enim cauitas vna circũ vnam eminẽtiam vertitur ſolos motus obliquos ad latera efficit. Quòd autẽ ex duobus obliquis, ſi poſiti ſimul fuerint, parùm à motu medio partem vtroq; circumagẽtes eſt cõpoſitũ, ſępè iam demonſtrauimus rectũ vnum neceſſariò effici, ſi vtriq; agantur. Quin & ꝙ ſpina ſatius erat ex obliquis rectos efficere, id quoq; demonſtratum ante fuit. .r. Quorum omniũ ſi recordaris, arbitror te naturę artem, ac cõpoſitionem optimã magnoperè admirari, quæ ſpondylis inuenit motum aptiſſimũ, ac productionũ multitudinem, ac magnitudinẽ, & (vt ſummatim dicam) omnia tùm inter ſe, tùm ſpinę vſibus omnibus conſentientia.] Hæc Galenus, ſed nos ad preſentem cõuertamur textum: condyloſas extremitates, Grecè κονδυλώδη πέρατα, intelligimus eminentes tuberoſitates, iuxta primam à nobis anteà .ſ. declaratã condylorũ ſignificationem. Verùm ſi differẽtiam à Galeno libro de motu muſculorũ .t. obſeruatam cuſtodire nos quoq; impreſentiarum voluerimus: ſuperiorem duodecimę thoracis vertebrę proceſſuum extremitatem duntaxat condyloſam nuncupabimus, inferiorem verò capitatam dicemus, ſiue primam condylũ, ſecundam verò caput, aut capitulum appellabimus: cum ſuperior obſcurior ſit, inferior autem manifeſtiùs oblonga, rotundaq;, & capitulata. Sic & lumborum proceſſuum cauitates rectiùs κοτύλας latinè acetabulares, ſiue κοτυλώδη, hoc eſt, acetabulares nuncupare deberemus, pariterq; ceruicis ſuperiorem. Reliquarũq; tàm ceruicis, quàm thoracis vertebrarũ accliues proceſſus cõdyloſos, lumborum verò decliues capitatos appellare congruentius eſſet. Galenus tamen hic generatim ſubintrantes omnes proceſſus condyloſos, recipientes autem glenoides (latinè dicunt oculares, ſiue pupillares) nuncupat: ſed vt cuncta exquiſitiùs dignoſcantur, proceſſuum quoq; numerum ſpeciatim ipſo cum Galeno perpendamus: eo modo, quo de ceruicis vertebrarũ proceſſibus prędcedenti capite obſeruauimus: deindeq; ad ipſa etiam neruorum foramina deſcendemus [Dorſi igitur ſpondylis ſingulis (inquit Galenus .u.) productiones ſeptem extiterunt: tametſi non omnes formam habent ſimilem] Sunt autem hi ſeptem proceſſus: duo videlicet accliues, duoq; decliues, quibus cum alijs articulantur, duoq; prędterea laterales, quibus cũ coſtis dearticulari conſpiciuntur. Addita igitur his ſpinali productione: ſeptem omninò erunt. Cùm verò duodecim thoracis vertebrę ſint, reliquum eſt, vt earum omniũ ſimul ſint proceſſus octoginta, & quatuor. Foramina verò, per quæ dorſalis medullæ nerui pertranſeunt, totidem vtrinq;, quot vertebræ, exiſtunt. Cùm igitur duodecim vertebrę thoracis ſint: Reliquum eſt, vt quatuor & viginti foramina eſſe dicantur. Prædter quæ ipſorum quoq; corporum vertebrarũ foramina duodecim ſunt: per quæ ſpinalis ipſa medulla deſcẽdens à cerebro pertranſit. Itaq; ſex ſupra triginta vertebrarũ dorſi foramina dicẽda ſunt. Omiſſis interim ijs tanquam vix effatu dignis, certumq; numerum, aut ordinem minimè ſeruantibus: per quæ tùm venæ, tùm arteriæ, nutrimenti, ac ſpirituũ gratià in oſſium intima ingredientes, penetranteſq; deferuntur. Quòd ſi cuiuslibet vertebræ ſinus proprios laterales cõſiderauerimus, prout ſcilicet maiorem, vel minorem, aut æqualem fortaſsè foraminis partem cõplent, tunc non vigintiquatuor hi, ſed quadraginta, & octo dicendi potius ſunt, cuiuslibet inquam vertebræ quatuor. Sed tanquam cõmunia foramina determinantes, ac bina in ſingulis vertebrarũ interſticijs perlibrantes, eorum vſus quoq; declaremus, prout in ceruicis foraminibus obſeruauimus. Eſt igitur primũ foramen (quod ordine octauũ totius ſpinę dici poteſt) primæ dorſi vertebræ, ac ceruicis ſeptimæ cõmune, per quod neruus vtrinq; octauus egreditur, in duas ſtatim partes diuiſus, anteriorem ſcilicet, ac poſteriorem. Eſt autem anterior longè inſignior quidem portio, quæ ſeptimæ, ac ſępè etiã nonę coniugationis nõ minimis portionibus adaucta, maxima ſui parte vniuerſum in brachium diſtribuitur: Minore autem ſui ſurculo in muſculorũ thoracis primũ, .n. capitiſq; ſeptimũ, .θ. yoidiſq; primũ, .ι. ac laryngis deniq; cõmunium par ſecundũ .κ. Poſterior autem anteriore iam dicta portione longè minor in capitis motorum muſculorũ par primũ, .λ. ſecundumq;, .μ. ac dorſi quoq; ſecundã, .ν. tertiamq;, .ξ. & quartam .ο. cõiugationem, necnon ſcapulę ſecundã, .π. tertiamq;, .ρ. ac thoracis deniq; tertiã .ſ. diſſeminatur. Secundũ verò foramen primę, ac ſecũdę thoracis vertebrarũ cõmune eſt, per quod nonus quidem ſpinalis medullæ neruus egreditur, in duas hic quoq; ſtatim abinitio diſciſſus,

Cuius

Cõtra Veſaliũ lib. 1. cap. 16. in fine. Quomodo vertebręad obliquos motus aptę ſint.

Excremẽtũ primum.

f. Ibidẽ ſcilicet 12. 4. & 5.

f. Supra eõ. 1. cap. 5.

t. Lib. 1. c. 9. poſt princ.

Proceſſus.

μ. 13. & v. p. cap. 2. ante med.

Foramina. Sinus. Foraminũ vſus.

n. tab. 4. d. 5. 2.

θ. tab. 4. Θ

ι. tab. 4. S. T.

κ. tab. 5. P. 2. G.

λ. tab. 12. T.

μ. tab. 13. A. B.

ν. tab. 14. N. 7. G.

ξ. tab. 14. H.

ο. tab. 14. O.

π tab. 9. I

ρ. tab. 7. H. 13. Q.

ſ tab. 11. F.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 184 sur 292

© BIU Santé

Cuius anterior pars in muſculos intercoſtales primos .τ. antorsũ producitur ad pectus vſq; , muſculis etiam ſexti paris .υ. ipſius thoracis motum , ac ſenſum prębens. Poſterior autẽ pars partim cum octauo neruo miſtus in brachium defertur , partim in eoſdem muſculos ſcilicet capitis primam, .φ. & ſecundam .Ψ. coniugationem, ſcapulęq; ſecundã, .ω. & tertiã, .α. thoracis tertiã, .β. ac dorſi deniq; ſecundam, .γ. tertiamq;, .δ. & quartã .ε. diſtribuitur. Tertium foramen ſecundę, ac tertię thoracis vertebris cõmune, deincepſq; foramen quartũ, quintũ, ſextũ, aliaq; ad duodecimum vſq;, conſequentia, quod vltimum cõmune vndecimę, ac duodecimę thoracis vertebris exiſtit eadem pariter omnia neruos foràs eructant, quaſi eadẽ ſerie ſingulos diſtribuendos : biſariam ſcilicet diuiſos in anteriorem , poſterioremq; videlicet portionem. Quorũ poſterior cuiuſlibet pars gracilior, minorq; retrorsùm ad vertebrarũ ſpinas contorta in multos poſteriores muſculos, vt capitis primum, .ζ. ſecundumq; .ν. par, dorſiq; tertium, .θ. quartum, .ι. ſextum, .κ. & octauũ, .λ. ac thoracis etiã quartũ: .μ. vltraq; progrediens in ſcapulę ſecũdum, .ν. quartumq; .ξ. par, & thoracis quintũ , .ο. brachijq; etiam quartum, .π. ac totius deniq; dorſi poſteriorẽ cutem diſtribuitur ; vnaqueq; inquã portio in partem ſibi è regione reſpondẽtem. Anterior autem ſingulorum pars, vbi ſurculum tertię neruorũ ſexti paris propagini per omnia tandem naturalia viſcera diſtribuendę cõmunicarit, vltrà progrediens, perq; coſtæ interuallum ſingula procurrens venę, arterięq; cõiuncta, ſimulq; in inferioris coſtę ſede ſinum ſibi lucrata antorsùm, in ſeptem quidem veris, legitimiſq; coſtis ad pectoris os vſq;, ſextumq; thoracis muſculum .ρ. pertingens, ſenſum, & motũ illi, ac intercoſtalibus omnibus diſtribuens, thoraciſq; intereà ſecundo .ſ. pari, brachijq; primo, .τ. & quarto, .υ. necnõ ſcapulę ſecundo, .φ. & abdominis primo. .Ψ. In cęteris verò quinq; ſpurijs coſtis, nõ intercoſtalibus modò muſculis, ſed abdominis etiã primo .χ. pari, atq; ipſi demùm thoracis vniuerſę anteriori cuti. In quibus duo tantùm nõnullis peculiaria pernotanda ſunt. Alterum quidem, quòd à neruo quartum coſtarum interuallum perreptante (qui dorſi quintus eſt, ſpinalis autem totius medullę duodecimus) in papillas exactum illis ſenſum diſtributura propago quędam per brachij muſculorũ par ſecũdum .ω. pertranſiens procedit. Alterum verò, quòd à ſpinalis medullę duodeuigeſimo, ac vndeuigeſimo neruis (qui decimũ, & vndecimum percurrunt coſtarũ interuallum: ideoq; thoracis vndecimus, & duodecimus exiſtunt) principio ſexti femur mouentiũ muſculi .α. vtrinq; ſurculi quidã offeruntur. De quibus iterum capite ſequenti habẽdus ſermo eſt. Obiter enim prętactum de his impręſentiarum ſit. E' quibus pręoſtenſis patet in thorace ſinus numero ſeptuaginta duos deſignari poſſe, in coſtarum ſcilicet infernis ſedibus, pro venis, arterijſq;, ac neruis ibi locandis numero viginti quatuor, alijſq; vertebrarum lateribus quadraginta & octo, ex quibus (vti diximus) viginti quatuor communia foramina fiunt. Octo autem in procœmio ſtatim abinitio propoſita capita iam ex præſcriptis adeò pernota eſſe opinamur: vt vtilius fore opinemur, ad lumborum vertebras cum Galeno pertranſire, ſic ſubdente.

Περὶ τῶν κατ' ὀσφῦν σπονδύλων, Κεφάλεον. θ.

De lumborum vertebris. Caput Nonum.

TEXTVS PRIMVS.

» Περὶ τῶν χ' μὴν ὀσφῦν σπονδύλων, τὰ μὲ ἄλλα σχεδὸν ἤδη προείρηται. καὶ γὰρ ὅτι πέντε, καὶ ὅτι μέγιστοι μὲ
» ὄντοι τ' ἄλλων εἰσὶ, καὶ παχύτατοι. τὸ δὲ ἔνδον ἑκάστε τρῆμα στενόν, ὥσπερ καὶ ὁ κατ' αὐτοὺς νωτιαῖος ἰσχυόν. ἀλλὰ
» καὶ ὅτι τὰς ἀποφύσεις ἄνω νευούσας ἔχουσι, καὶ ὅτι διὰ μόνε τῦ προτεταγμένε τὸ νεῦρον διεκπίπτει, καὶ ὅτι τ' ἀνάν-
» τωντε, καὶ χ' τῶν ἀποφύσεων. ἐν αἷς πρὸς ἀλλήλοις διαρθρῶνται, κοινὸν λόφον μὲ ἐσὶ τὰ τ' ὑπερκειμένων πέρατα,
» γλυφοειδῆ δὲ τὰ τ' ὑποκειμένων, ἔιρηται πρόσθεν, εἰδέναι πρόσεσιν αὐτοῖς ἴδιον ἐξαίρετον, ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, ἐν τῷ-
» δε λεχθήσεται.

» De lumborũ vertebris reliqua quidẽ ferè iam dicta ſunt. Nam & quinq;, quodq; maximæ, &
» craſſiſſimę omniũ ſunt, intuſq; cuiuslibet foramẽ anguſtũ, quemadmodũ & in ipſis ſpinalis medulla tenuis. Item & ſurſùm vergentes productiones habent? Et & per ſolam propoſitã vertebrã
» neruus exiliat. Quodq; accliuium, decliuiumq; proceſſuũ, quibus interſeinuicẽ dearticulantur,
» ſuperpoſitorum quidem extrema condyloſa, ſuppoſitorũ verò pupillaria ſunt, dictum priùs eſt.
» Si quid autem adhùc prętер cætera ſupereſt his proprium, inſigneq;, in hoc explicabitur.

COMMENTVM PRIMVM.

Nouẽ Galeni dicta.

RO clariore huius textus elucidatione, ad nouẽ Galeni dicta ipſum reducemus. Primum quidem, & de lumborũ vertebris reliqua (ſcilicet omnia, prętер ea, quæ paulò poſt dicentur) ferè iam dicta ſunt. Modum loquendi perpẽdas : dicit enim [σχεδὸν] latinè ferè, propè, propemodùm, quaſi, parum deeſt : & huiuſmodi ſimilia. Quod aduerbiũ bifariam referri poteſt: vno quidem modo ad τὰ ἄλλα, hoc eſt, ad [reliqua] ſiue vt Ba-

τ tab. 8. D
υ. tab. 8. B
φ. tab. 12. Γ.
Ψ tab. 13. A. B.
ω. tab. 9. Γ
α. tab. 7. H. 13. Q.
β tab. 11. F.
γ. tab. 14. N.
δ. tab. 13. H.
ε. tab. 14. O.
ζ. tab. 12. Γ.
ν. tab. 13. A. B. vſq; ad G.
θ. tab. 13. H.
ι. tab. 14. O.
κ. tab. 12. N. 12. Γ.
λ. tab. 14. Υ.
μ tab. 12. Δ.
ν tab. 9. Γ. ξ. tab. 14. Γ,
ο. tab. 11 Δ
π tab. 2. Γ 10. Θ.
ρ tab 8. B.
ſ. tab. 7. L 3. 0. 0. 0.
τ. tab 1. 2. 4. Δ. 3. L.
υ. tab. 2. Γ 10. Θ.
φ. tab. 9. Γ
Ψ tab 1. Θ
χ. Ibidẽ.
ω. tab. π. 2. M. 3. K
α tab. 8. Θ

©BIU Santé

lamius non ineptè traduxit) [omnia] q. d. non ſimpliciter omnia dicta ſunt: ſed ferè, ſiue quaſi omnia: quoniam ſcilicet plura dicta ſunt: nonnulla enim hic dicenda remanſerunt, quæ in fine proponentur explicanda, quæ ſcilicet inſignia, propriaq; lumbis ſunt. Aliter autē referri aduerbium id poteſt, ad ſequens verbū ſcilicet [προείρηται] latinè [dicta ſunt] q. d. non abundanter, & cōpletè, ſed quaſi prędicta iam ſunt, ac ſi diceret prętactū nōnihil de reliquis, quaſiq; obiter, eſſe. Id quod pro tyronibus, ad quos hic ſcribit, ſat ſuperq; fuit. Secundū verò, quod ſtatim ſubdit, eſt, quoniam lumborum vertebras quinq; (nō ſicut in ſimijs ſeptem) eſſe, prędictū iam eſt,
x. Tex. 3. capite videlicet ſecundū hanc noſtram cōputationem ſexto; .x. quo in loco nos quoq; ex eiuſdē dogmate, rationem aſſignauimus, cur ex quinq; tantùm, non pluribus, neq; paucioribus hominum lumbi facti ſunt. Tertium autem, quod prędixiſſe iam innuit, eſt, ꝙ omnium vertebrarum maximæ, craſſiſſimęq; lumborum vertebręexiſtunt. Id quod ſi non expreſsè vt primum, capite
y. Tex. 3. „ nihilominùs ſeptimo .y. colligi promptiſſimè poteſt, quùm ſic videlicet inquit [Sed quæ hanc
„ (ſcilicet primam) ſequitur, anguſtior quidem, at vna validior: ſic autem & reliquę omnes huic
„ ſuccedentes.] Validiores enim quæ cōſequuntur eſſe nō poſſent, niſi maiores mole, craſſioreſq;
z. Com. 1. ante med. a. 12. de v. p. cap. 13. ſint. Clariùs autem id à nobis prędoſtenſum iam eſt ſuprà, capite quidē ſexto, .z. ex ipſiuſmet Galeni dogmate .a. tanquam ſuperiorum enim baſes illis geſtatis has geſtantes maiores, craſſioreſq; eſſe oportuit. Quartum deinde ſequitur, quòd ſcilicet intrinſecum huiuſmodi vertebrarū lumborum foramen ſuperioribus anguſtius eſt: Cuius rationem, vt quintum eius decretū aſſumpſimus: quoniam ſcilicet in ipſis contenta ſpinalis medulla tenuior eſt. Dicta verò ambo hæc ſunt
b. Tex. 3. „ anteà capite ſeptimo, .b. quùm ſic Galenus ipſe ſcripſerat [Quò enim dorſalis medulla in neruo-
„ rum productionibus conſumpta ſeipſa gracilior fit: eò inferiorum vertebrarum ſpatia magis mi-
„ nuuntur: vnumquodq; enim dorſali, quam cōplectitur, æquale eſt. Id igitur vertebris omnibus
„ cōmune eſt.] Sed quam habeat huiuſmodi ſermo inſtantiā, pręſertimq; in vertebris tertia, quartaq;, & quinta, inq; his contenta medulla, prędictum iam à nobis eſt: .c. ob neruos enim in crus
c. Cap. 6. com. 1. d. Com. huius cap. 3. diſtribuendos (vt poſteà videbimus .d.) groſſior aliquātulò in his vertebris medulla facta eſt, ac per hoc & eorum foramen proportione latiuſculum. Sextum verò Galeni dictum eſt, quoniam lumborū vertebras ſuas habere productiones, ſiue proceſſus ſurſùm vergentes, pręſcriptū quoq;
e. Tex. 4. & 5. fuerit. Id quod pręcedenti quidem capite prętactum quoq; eſt, .e. dum ſcilicet eas, quæ infrà decimam thoracis vertebram ſunt, ſurſùm vergere determinauit: Non modò enim reliquas duas tantùm ipſius thoracis, ſed quæ lumborum quoq; ſunt omnes intellexit. Adeò vt ſimiles etiam
f. Cap. ſequenti. g. Cap. prędenti com. 4. & 5. ſacri oſſis ſpinales proceſſus (vt poſteà videbimus .f.) voluerit, ſurſùm ſcilicet vergētes. Id quod cùm in canibus, & ſimijs, non autem in homine verum eſſe, declaratum à nobis ſit, .g. non eſt, vt ampliùs eadem fruſtrà repetamus. Septimū verò ſequitur Galeni decretum, quod eſt: quoniā ſcilicet per ſolam propoſitam, ſuperioremue lumborū vertebram neruus exiliat. Id quod capite
h. Tex. 5. „ quidem ſeptimo tunc innuere viſus eſt: quùm ſic ait .h. [In cęteris autem omnibus (prętер cer-
„ uicem) aut plurimū, aut totum id præſtat quæ ſuperiacens eſt] Intellexit enim plurimū quòad thoracis vertebras: totū verò quòad lumbos: vt nunc confirmare videtur. Atq; idipſum qualem
i. Com. 5. circa princ. habeat veritatem, à nobis quoq; ibidem declaratum iam eſt. .i. Octauū ſuccedit, quod determinaſſe iam anteà Galenus inquit: videlicet, ꝙ accliuium, decliuiumq; proceſſuū, quibus adinuicem dearticulantur: eorum quidem, qui ſuperimpoſiti ſunt (ſcilicet decliuium, nō ſolum lumborum, ſed etiam eorum, quæ infra decimā thoracis vertebram, ſecundū ipſum, prout in ſimijs eſt, in homine autem lumborū tantùm, qui ſunt infrà duodecimam) extrema condyloſa, hoc eſt
k. Cap. prędenti com. vlt. & c. 5. com. 2. l. ibidem. m. Tex. vlt. (vt anteà quoq; declarauimus .k.) protuberantia. Eorum verò, qui ſupponūtur ſcilicet accliuū proceſſuum (qui in articulatione ſubſunt) extrema pupillaria, ſiue ocularia ſunt, hoc eſt lenem quendam, ſuperficialemq; ſinum (prout priùs etiam enucleatū à nobis eſt .l.) habētia. Dictum verò idipſum anteà à Galeno eſt capite prędedēti. .m. Cùm declarato iam, quòd earū, quæ ſupra decimam ſunt proceſſus accliues extuberantes ſunt, decliues autem ſinuati, ſtatim de his ſubdit, dicens, ꝙ his, quæ ſuppoſitę ipſi decimę ſunt, econtrà: quoniam ſcilicet accliues ſinuati leuiter ſunt, decliues autem extuberātes. Sub his ergo, quæ poſt decimam ſunt, lumborū vertebras intellexit, ad quas nunc ſe remittit. Nonum deniq; de conſequentibus propoſitum ſequitur, quod eſt de his, quæ in præſenti capite declaranda remanent: vt ſcilicet quæ lumbis propria, ſpecialiaq;, & minimè adhùc prętacta, hic explicanda veniant. Cùm igitur ſeptem prędicta in præcedentibus ſatis ſuperq; à nobis elucidata iam ſint: Non eſt, cur hic elaborare debeamus. Niſi vt ad hæc lumbis peculiaria enucleanda tranſmigremus, cum Galeno etiam ipſo cuncta perpenſuri; pro quorum exquiſitiore contemplatione, plurimum conferre opinati ſumus, lumborum vertebrarū figuram hic annectere. In qua quidem, ſpinales lumborum proceſſus in homine ſurſùm minimè,



ſed

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 186 sur 292

sed deorsùm potiùs vergere (quanuis Galeno simię, canesq; patrocinentur) cõpertissimũ simplici inspectione quamprimùm fiet. Sed Galenum audiamus ita statim subdentem.

TEXTVS SECVNDVS.

» Τρήματα τόινυν ἄπακτα χῇ τὸ ἔνδον μέρος ἐν ἑκάσῳ τῶ χῇ τὴν ὀσφῦν σπονδύλων ἐισὶν, εἰς ἃ καταφύονται φλέ
» βες, ἅπερ ἐν μὲ τοῖς ἄλλοις ἢ ὐδ' ὅλως, ἢ παντάπασιν ἀν ἴδοις μικρὰ. χῇ δὲ τοτοις, καὶ σαφῆ, καὶ πολλὰ φένεται.
»
» Foramina igitur præter ordinem disposita interiore in parte cuiuslibet lumborum vertebræ
» insunt: In quæ inseruntur venæ: quæq; in cęteris quidem vel nulla prorsùs, vel omninò perexi-
» gua spectabis: In his autem manifesta, multaq; apparent.

COMMENTVM SECVNDVM.

FORAMINA hæc effatu dignæ, euidentisq; magnitudinis, veluti & alia in parte corporis vertebrarũ regione, quę spinalem respicit medullam posita sunt propria, insigniaq;, ac peculiaria lumborũ vertebris non esse, at nonnullis etiã thoracis, præsertimq; duabus extremis, vndecimæ scilicet, ac duodecimę communia prędictũ iam a nobis est, cùm de thoracis vertebris sermocinaremur. .n. Id quod cùm in simijs etiam obseruauerimus, nullam Galeni verba hęc excusationem admittere possunt: Nisi dixerimus plura, maioraq; in his esse, ob maiorem corporũ huiusmodi vertebrarum crassitiem. Proprium verò lumborum vertebris, insigneq;, ac peculiare potiùs dicetur: quòd transuersi eorum processus longè tenuiores, procerioresq; transuersis vertebrarum thoracis processibus existunt: costarumq; instar extremi breuiores: Medij autem longiores: ac tandem latiores eorundem spinales processus apparent. Nonnullam tamen excusationem admittent Galeni verba de lateralibus quibusdam processibus vertebris lumborũ simiarum proprijs: de quibus sic statim subdit.

Cõtra Galenum.

n. Cap. precedenti, com. 3. in fine.

TEXTVS TERVIVS.

» Καὶ μὲ δὴ καὶ ἄλλη τίς ἐστ χῇντις ἀπόφυσις ἐν αὐτοῖς, ἐκ πτερυγῶ, παρὰ τὴν ἔκφυσιν τῶ νεύρω τεταγμένη, καὶ
» αὕτη ποτὲ μὲ ἐν ἅπασιν ἐστὶ, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ὑσάτοις, ἢ σμικρὰ παντάπασιν, ἢ ὁυδ'ὅλως ἐστὶν. οἱ δὲ ὑπερκείμενοι
» διαπαντὸς ἔχσιν αὐτὴν, ὥσπερ καὶ οἱ ἔσχατοι τῶ νώτω δύο.
»
» Est autem & alius decliuis processus in his ex abundanti, iuxta nerui exortum extensus. Atq;
» is nõnunquã in omnibus est: nõnunquã verò in vltimis vel quãminimus, vel omninò nullus est:
» suprapositę autem vertebrę perpetim hunc habent, quemadmodũ & duo dorsi postremi.

COMMENTVM TERTIVM.

NOS etiam decliues alios lumborum, ac duarum vltimarum thoracis vertebrarũ processus, suis cum vsibus libro de vsu partium tertiodecimo posuit Galenus. .o. Quos cùm in homine semper, & vbiq; deesse conspexerimus, nonnullam tamen recipere Galeni verba excusationem prędiximus: quoniam scilicet in simijs, canibusq; reperiuntur: propter quorundam in eis inuentorũ ab homine diuersorum internorum musculorum, tàm longiores eorum lumbos, quàm thoracis infimam partem flectentiũ tuitionem, firmamentumq;, atq; ligamẽtorum quorundam exortum, & articulorũ deniq; earundem partium defensionem. A simijs igitur, canibusq;, ac cęteris id genus animalibus (in quorum lumbis perquambellè scripta hęc quadrant) deceptus Galenus hos processus descripsit. Cùm igitur his homo careat: Non est, cur in eorum elucidatione longiùs elaborare debeamus, in nostrum tędium, atq; legentium tyronũ confusionem. Verùm ad ea potiùs digrediamur, quæ in præcedentibus quoq; tàm ceruicis, quàm thoracis vertebris obseruauimus: vt præsertim processuũ numerum, & foraminum quoq; lateralium vsum explanemus. Verè igitur in homine lumborum vertebrę, instar eorum, quæ in thorace sunt, septem duntaxat processus habent, duos inquam accliues cõcauos, sinuatosq;, ac duos prętereà decliues capitatos, protuberãteq;, pręter quos, & alios quoq; duos transuersos: vnumq; tandem spinalem: qui septem sunt: Quanquam Galenus nouem posuit, .p. duos prędictos iam simiarum, canumq; decliues processus addens. E quibus lumborũ vertebris triginta quinq; processus inesse, cõpertissimũ est. Qui tamen iuxta Galeni cõputationẽ esse deberent quadragintaquinq;: sed in simijs septem lumborum vertebras habentibus sexaginta tres

Cõtra Galenum. o. Cap. 2. circa princ. & med. & in fine.

Digressio.

Processus.

p. Vbi sup.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 187 sur 292

numerandi venirent: vel ſaltem ſexaginta & vnus (deficiẽtibus inquam vltimæ lumborũ vertebræ duobus) vel adminus quinquaginta nouem, ſi penultimæ etiam duo prędicti decliues proceſſus deficiant: duas enim per vltimas intelleXiſſe in preſenti textu videtur Galenus. Foramina verò vertebrarũ lumbi propria in homine quinq; ſunt, per quæ ſpinalis medulla pertranſit. Cõmunia autẽ, per quæ nerui proſiliunt, decem exiſtunt; quinq; ſcilicet vtrinq;. Simul igitur omnia (preter ea cæca potiùs nuncupanda, per quæ, & in quæ tùm venę, tùm arterię, nutrimenti, ſpirituumq; gratiâ, penetrant) lumborum foramina quindecim numero dicẽda ſunt. Quorum profectò vſus eſt, vt per ea nerui ſpinalis, ſeu dixiſſe malis, lumbaris medullę vtrinq; quinq; exiliant, qui ordine ab initio numerando erunt vigeſimus, vigeſimus primus, vigeſimus ſecundus, vigeſimuſq; tertius, & vigeſimus quartus, in duas quoq; partes ſunt priores ſinguli ſubdiſtincti: anteriores ſcilicet, poſterioreſq;. Anteriores autẽ antorsùm procedẽtes, in abdominis muſculos omnes, preſertimq; primum, .β. ſecundũq;, .γ. ac quartũ .δ. par eorum diſtribuuntur, brachijq; quartum, .ε. ac dorſi quintum, .ζ. & femoris deniq; ſextum .η. par. Peculiareq; interim ſecundo lumborum pari eſt: vt deficiente eo (qui à ſexto cerebri neruorũ pari per viſcera diſtribuendo in teſtes aduenire ſolet) ſurculo, exiguus quidam ad eoſdem teſtes ex hoc ſecundo pari lumborum ſurculus deducatur: vna ſcilicet cum ſeminaria ſui lateris arteria, quam prępparatoriam nuncupamus. Sed aliud etiam tribus primis lumbi neruorũ paribus proprium, egregiumq; pernotãdum eſt (proprium inquã inter lumbi neruos, quanuis cum duodecim omnibus thoracis neruis commune id ſit) videlicet vt ſextę neruorum cerebri cõiugationi per naturalia viſcera diſtribuendæ ſurculos hi quoq; tres diſtribuant, illam pariter augentes. Sed tribus deniq; lumborũ poſtremis neruis ſcilicet vigeſimo ſecundo, vigeſimo tertio, & vigeſimo quarto peculiare quodã aliud eſt: vt videlicet ex ipſis, vnà cum alijs quibuſdam ab oſſis ſacri medulla excidentibus, in cuiuſdã retis formam contextis, atq; galerorum cardinalium chordulas repręſentantibus neruis in crus diſtribuendis tùm ſenſus, tùm motus illius partib⁹ diſtribuatur. Sed hęc quòad partes anteriores. Poſteriores autem in muſculos lumborum vertebris adnatos, videlicet thoracis motorũ quartum. θ. par, dorſiq; ſextum, .κ. & ſeptimũ .λ. inſerti illis motũ, ac ſenſum prębentes, inde in latera procurrentes antorsùm in brachij quartũ .μ. ipſamq; lumborũ poſteriorem vniuerſam cutem diſſeminantur. Sed de neruis obiter intantùm dicta hæc ſint, pro foraminũ vertebrarũ, quæ in lumbis ſunt, vſuum elucidatione. Cùm verò quæ ſtatim ab initio propoſita ſunt tanquam in ſingulis examinanda prędicata, ex prędictis notiſſima iam ſint: vt ſingula per ſe qualia nã ſint dignoſcantur. Veluti & quam inuicem ſtructuram habeant non hæ modò lumborũ vertebræ, ſed thoracis quoq;, ac ceruicis, ſatis ſuperq; ad nauſeam vſq; prænarratum iam ſit. .q. E quibus etiam omne genus morborum pati poſſe vertebras omnes, quæ in capite iam primò enarrauimus, .r. perſpicuum iam eſt. Reliquũ eſt igitur, vt vnà cum Galeno ad ſacrum, amplumue os pertranſeamus; quùm ſic videlicet eueſtigio ſubdit.

Foramina.

Eorũ vſus.

Anteriores β tab. 1. Θ λ tab. 4. π δ tab. 6. Δ ε tab. 2. Γ. 10. Θ. ζ 7. tab. u. 8. Ξ. η tab. 8. Θ

Poſteriores θ tab. 12. Δ. κ tab. 12. N. 13. Γ. λ tab. 14. T. μ tab. 2. Γ 10. Θ.

Vertebrarũ omniũ ſtructura. q. Ibidem com. 12. 13. & 14. & cap. pręcedenti cõ. 6.

Morbi. r. Com vlt.

Περὶ τοῦ ἱεροῦ ὀστέου, Κεφάλαιον. ί.

De ſacro oſſe. Caput Decimum.

TEXTVS PRIMVS.

„ Καὶ τοῦτο ποῖς σπονδύλοις ἀλλάττον ἔχει κατάγε τὴν πρὸς τὸν ὑπερκείμενον διάρθρωσιν, (ξυνδέχεται γὰρ αὐτὴ
„ τὰς κλίνεις ἀπαρύσεις, ὡς ἐκεῖνον τὰς ἄρις αὐτῇ (καὶ μένγε καὶ τὴν ἀκαμπίαν ὁμοίαν ἔχει τοῖς ἄλλοις.

„ Atq; idipſum vertebris proportionaliter ſe habet: tùm quòad eam ſcilicet, quæ cum ſuperiacente fit, dearticulationem (decliues enim eius proceſſus hoc ſuſcipit: quemadmodũ & illa eos, „ qui ante ipſam ſunt) tùm ſpinam quoq; ipſam ſimilem alijs habet.

COMMENTVM PRIMVM.

Os ſacrum vnde dicitur. ſ. Vide Cęlium Rhodig. lib. 12. lect. antiq. cap. 12. circa prin.

PRIVSQVAM ad Galeni contextũ peruenerimus: ab re non fuerit, pro huius capitis titulo, ſacri oſſis nomina, & eoru rationes veſtigare. Dicitur enim id os ſacrũ, Græcè ἱερόν. Cuius nominis multę aſſignari poſſunt rationes, prout variè iam à nõnullis deſcribuntur. Prącipua tamen, & quam veriorẽ exiſtimamus, eſt: vt ſuæ magnitudinis ratione (ad ſuperpoſitas inquã vertebras cõparatum) tale dicatur. Cùm apud veteres etiam Romanos, nedùm Græcos, ſacrum, ſiue ἱερὸν, magnum ſignificare nonnunquã ſolcat. ſ. Qua etiam ratione πλατὺ, hoc eſt latum, ſiue amplum nũcupatur. Cùm reliquas omnes ſuperiacentes vertebras latitudine ſua, amplitudineq; excedat: ad quas quidẽ ſuperiacentes etiam compararı

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 188 sur 292

„ parari oportet. [Quod ſimul quidem (vt ad eius quoq; vſum Galeni dogmate .t. conuertamur) velut fundamentũ quoddam ſpinę eſſet futurũ; ſimul autem oſſa iſchiorum, ac ilium incumbentia ſibi exciperet, ſine quibus neq; pubis oſſa conſtare poterant: quæ vſus neceſſarios erant animali preſtatura: cruriumq; ad iſchion dearticulatio omninò nõ fuiſſet. Horum enim primorum gratia, tùm autem vteri, veſicæ, ac inteſtini recti os natura eſt molita, quod πλατὺ, ideſt, latum, alij ἱερὸν, ideſt, ſacrum nominãt. Porrò quemadmodũ neruus ortus ex primo ſpatio intercoſtali totus propemodùm ad manus accedit: ad eundem modum hic quoq; neruus is, qui per primum foramen ex oſſe lato excidit, ijs, qui ad crus feruntur, commiſcetur.] Hi ſunt quatuor oſſis ſacri vſus anteà quoq; à nobis enarrati. .u. Latum verò, amplumue, ſeu magnum os id diximus: non tamen vbiq; æquale: ſed ſuperiùs quidem, velut ampla quadam ſuperiacentiũ vertebrarum baſi, deorsùm procedẽdo in mucronem ducitur: vt ſingulorum oſſium in eo contentorũ magnitudo eò minor reddatur, quò deorsùm magis deſcenſus fit. Duplicem verò huius oſſis, ſimul ſcilicet totius aſſumpti ad ſuperiacẽtes vertebras proportionem Galenus hic ſubdit: Alteram videlicet, ac primam, quòad articulationem: Alteram verò, ac ſecundã, quòad ſpinales proceſſus. Dictum autem propter primam priùs eſt, .x. quomodo eorum, quæ infrà decimã thoracis vertebrã (in ſimijs, in homine autem, infrà duodecimam) accliues proceſſus, quibus cum ſuperioribus articulantur, concauos eſſe: decliues autem, quibus cum inferioribus quoq; cõnectuntur, protuberantes, cõdyloſoſq; exiſtere: vt ſuperioribus quidem lumborũ vertebrę ſuſcipiant, inferioribus verò ſuſcipiantur: contra quam in thoracis vertebris, ſupra duodecimam quidem in homine, ac ceruicis omnibus excepta prima ſe habet. In oſſe igitur ſacro ſimilem eſſe alijs lumborum vertebris dearticulationẽ cum lumborũ infima, rectè Galenus inquit. Suprema igitur huius oſſis ſacri pars, ſeu mauis dicere ſupremũ eius os, quòad corpus ſuum, accliueſq; proceſſus, ſuprapoſitarũ vertebrarũ, ſcilicet lumborum, effigiem repręſentat. Quòad ſpinam verò (in qua ſecunda proportio, ſiue ſimilitudo conſiſtebat) huius oſſis, pernotandum eſt, q̃ duo infima ſcilicet ſextum, & quintum hac deſtituta ſunt: quin potiùs poſteriore in parte, in qua ſpina adnaſci debuerat, in homine dehiſcant, apertaq; oſſa ſint, infima quidẽ omninò, penultima verò pro maiori ſui parte, quanuis plus minùſue diuerſo inquam, in diuerſis hominibus, oſſibuſue eorum ſacris, modo. In reliquis verò ſuperioribus eiuſdem oſſis partibus, ſpina maior quidẽ in primo eſt, minor verò inferioribus tantò, quãtò eorum oſſiculorum corpora minora deſcendendo fiunt. Quæ quidem ſimilis ipſorũ lumborũ ſpinę eſt, non vt canibus, ac ſimijs (perinde vt Galenus ipſe exiſtimabat) ſurſùm vergens, at in hominibus deorsùm, velut in lumborum quoq; ſpina prędictum eſt, id quod preſens figura, cum precedentis capitis commenti primi alia figura manifeſtiſſimè preſeferunt. Quanquam in ſimijs quoq; ipſis vſq; adeò obſcura, ambiguaq; eius ſurſùm vergentia ſępenumerò eſt, vt mea quidem ſententia in plurimis etiam deorſum potiùs vergere, clariſſimè appareat. Quãdoq; autem primum eius os ſurſùm tendere apertiſſimè conſpeximus. Sed hęc de oſſis ſacri accliuibus, poſterioribuſq;, ſiue ſpinalibus proceſſibus: quorũ ratione vertebris aſſimilatur, quanuis verę in eo vertebrę non ſint.*

Sacri oſſis vſus quadruplex. t. 12. d v.p. cap. 7. ante med.

Sacri oſſis figura. u. Cap. 6. huius cõ. 2. poſt princ. Oſſis ſacri ad vertebras cõparatio duplex. x. Cap. 8. tex. vltimo & cap. pcedẽti tex. 1.



Cõtra Galenum.

* Vide cap. 6. com. 2. circa finẽ.

TEXTVS SECVNDVS.

„ Αἱ δ' εἰς τὸ πλάγιον ἀποῤῥύσεις αὐτῶν μεγάλαι τε εἰσὶ, καὶ πλατεῖαι, κατ' ἐκτὸς μέρος ἔχουσι τινὰ κοιλότητα γληνοειδῆ, καθ' ἣν ἐπιβέβηκε τὰ τοῦ λαγόνος ὀστᾶ.

„ Ipſius autem tranſuerſi proceſſus grandes, ampliq; ſunt; exterioribuſq; ex partibus pupillarẽ „ quandam cauitatem habent, cui ilium oſſa inſident.

COMMENTVM SECVNDVM.

GRANDES, amploſq; eſſe tranſuerſos ipſius oſſis ſacri proceſſus veriſſimè nũc, velut in homine ſunt, Galenus determinauit: Quanuis libro de vſu partium duodecimo .y. tenues eſſe (ſimiarũ fortaſſis intereà ſacrũ os præ manibus habens) minùs rectè quòad hominem ſpectat, determinarit, huiuſq; tenuitatis à thoracis vertebrarum lateralibus proceſſibus diuerſę rationem aſſignare conatus fruſtrà fuerit. In homine igitur (de quo nunc loquimur) tranſuerſorũ amborũ proceſſuũ magnitudo, latitudoq;, magnitudini, latitudiniq; corporis cuiuslibet partis oſſis ſacri ferè æqualis eſt: quinimmò duo proceſſus cuiuslibet ſimul iuncti, preſertimq; ſecũdi oſſis magnitudine, amplitudineq; ſuũ os, cuius ſunt proceſſus, excedunt.

y. Cap. 16. poſt princ. Cõtra Galenum.

Pręter

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 189 sur 292

©BIU Santé

Præter quam quidem proceſſuum amplitudinem, tria eorum in fine partis exterioris, pauloq; interim poſterioris, cauitatem non ſimplicem quidem, ſed in diuerſis locis, maximeq; ſuperiùs, inferiuſq;, variam nec adeò ſuperficialem, ocularemq;, quin alicubi effatu dignã conſpiciamus, in quam vario quoq; modo extuberantia ilium oſſa inſeruntur, nõ per articulũ, ſed per ſynchondroſim, chartilagineaue ligamẽta quędam, appendicũ cum ſuis oſſibus inſtar, per ſynneuroſim dicere poſſemus. Cùm verò nonnullę lateralium proceſſuũ partes in ſinuũ medio protuberantes ſint, correſpondenteſq; habeant in ilium oſſibus cauitates: Eapropter ginglymo ſimilis quędam coniunctio facta eſt. Similis inquam ginglymo: vera enim ginglymos non eſt. Cùm non ad articulum, ſed ad ſymphyſim, tametſi non immediatam, reducenda huiuſmodi oſſium coniunctio veniat. Forteq; ſimilior ſuturis fuerit. Tria ſunt inquã ſuperiora ſacri oſſa huiuſmodi tranſuerſos proceſſus habentia latos admodũ, amploſq;, cum quibus ilium oſſa cõnectuntur. Reliqua enim deinceps duo, vel tria, tametſi quoquomodo latos habeant laterales proceſſus, hos tamen tenues obtinuerunt: à quibus femur mouentiũ muſculorũ par quartũ .v. exoritur. Coaleſcunt autẽ proceſſus hi laterales, veluti & eorundẽ oſſiũ corpora interſeinuicẽ vſq; adeò tẽporis proceſſu, vt in vnum reducantur, intermedia ſcilicet quauis chartilaginea ſubſtãtia in os degenerante, quanuis in ętate adhùc tenera per ſynchondroſim vnita eſſe, proferri poſſit: pręſertimq; primũ cũ ſecundo: in quibus manifeſtior eorũ ſeparatio pernotari poteſt: vſq; adeò quidem, vt nõnunquam in ętate etiam prouectis primũ à cęteris ſegregatũ, corrupta intermedia chartilagine, inuentum in cimiterijs ſit. Sed vt hæc exquiſitiùs perpenderimus, ad eorum partes, connexumq;, vna cum ipſo etiam Galeno, conuertamur, ſic ſubdente.

v. tab. 11. p. 12. N.

TEXTVS TERTIVS.

» Σύγκειται δὲ ἐκ τριῶν μορίων, ὥσπερ τινῶν ἰδίων σπονδύλων, ὅις τέταρτόν ἐπίκειται κῶλον τὸ πέρας ὀστοῦ ἕτερον,
» ὃ καλέσι κόκκυγα. διαλυθέντων δ' ὑφ' ἑλκήσεως ἁπάντων ἡ σύνταξις ὁμοία φαίνεται ταῖς κατὰ τὰς σπονδύλους.

» Ex tribus autem particulis, tanquam ex proprijs vertebris conſtructũ eſt. Quibus aliud quartum in oſſis extremo appoſitũ eſt, quod coccygem vocant. Diſſolutorum verò per elixationem
» cunctorum conſtructio ſimilis eis, quæ in vertebris fiunt, apparet.

COMMENTVM TERTIVM.

AMPLVM, ſacrum ue os (vt antèa iam diximus .z.) in homine ſex, vel adminus quinq; ex oſſibus cõſtat. Galenus tamen ſimiarum, canumue ſceletos diſſecans, interdùm quatuor ex oſſibus cõponi inquit: .a. ſub oſſe inquam ſacro largiùs ſumpto coccygem quoq; cõprehẽdens (quem coccygem pro vno oſſe, vt in pręſenti textu facit, tanquam quartum adiungens aſſumpſit: à ſacro interim diſtinguens.) Sępius autem tribus duntaxat ex oſſibus propriè ſumptum os ſacrum a coccyge diſtinctum expreſſit, vti nunc etiam facit: vnde tribus ex partibus cõſtructum eſſe ait, tanquã ex proprijs vertebris: quaſi de ipſo tanquam propriè dicto locutũ ſe eſſe innuens. Nulla igitur in Galeni dictis contradictio eſt (prout nonnulli minùs rectè exiſtimarunt) ſiquidem ſcilicet ſacrum os modò ex quatuor, .b. modò ex tribus .c. conſtare oſſibus, dixerit: vbi enim ex quatuor cõponi teſtatus eſt, totum os ex propriè dicto ſacro, & coccyge aggregantur in ſimijs intellexit. Quamobrem nõ ex quinq;, ſed quatuor ex partibus conſtare totam ſpinam determinauit: .d. quoniã ſcilicet ſub ſacro coccygem intellexerat: Maximeq; in homine, in quo quidem, coccyx ſpinales proceſſus nõ habens, ſpinæ veriùs dictę pars dici non debet: in quo etiam, coccygis vſus à ſpinę partium vſibus, ipſiuſq; etiã oſſis ſacri, diuerſi ſunt. Nõ enim corporis, vertebrarumq; fundamentũ coccyx, velut os ſacrum eſt, neq; in ſe ſpinalem cõtinet medullã, ſicuti quatuor ſpinę partes. Interim verò dubio procul omni tenendum eſt, cp dum libros de partium vſu cõponebat Galenus, coccygis exquiſitam cognitionem minimè, in ipſis etiã ſibi familiaribus ſimijs, canibuſue, nedùm in homine, habebat. Quatuor enim ibi .e. neruorũ paria ſacri oſſis quatuor partibus, nullam de coccyge mentionem faciens, attribuebat. Cùm tamen (vt ſequenti capite faciet .f.) alios neruos oſſium coccygis foraminibus nõ temerè (prout in ſimijs, & canibus obſeruamus) aſcribat. Sed neq; hic .g. verũ hominis coccygem adhùc pernouit. Cùm nullus (vt videbimus .h.) ab eo neruus in homine egrediatur, neq; in eo ſpinalis medulla cõtineatur: Neq; ſacrũ eiuſdẽ (quod ſex, vel adminus quinq; oſſa, non autem quatuor, multoq; minùs tria poſſidet) pernouiſſe Galenus apparet. Sed omiſſo coccyge, ad Galeni verba de oſſe ſacro conuertamur. Qui quidem cùm prędixiſſet iam id ſuis ex particulis (quotcunq; ſint) tanquam ex proprijs vertebris conſtructum eſſe: talem conſtructionem cõprobare volens, ſubdit quidem dicens, cp ſi per elixationem oſſis ſacri partes diſſoluãtur, cuncta-

g. In procœ. cõ. 5. & c. 6. com. 2. Cõtra Galenum.
a. Vt lib. de v. p. 12. c. 12. circa princ. Apparẽtis contradictionis ſolutio.
b. Vt ibidẽ & lib. 13. cap. 7.
c. Vt in prę ſenti textu.
d. 12. de v. p. cap. 12. 15. & 16. Cõtra Galenum.
e. Vt lib. 13. cap. 7.
f. Tex. 3.
g. Scilicet tex. prędicti & cap. ſeq.
h. Cap. ſeq. com. 2.

cunctarum conſtructio ſimilis vertebrarũ cõſtructionibus eſſe apparebit: vſq; adeò enim coaleſcere, preſertimq; in ſenioribus inueniuntur: vt niſi diſſoluãtur talibus vertebrarũ conſtructionibus ſimilis compactio in his ſacri oſſis partibus minimè conſpici, vel ſaltem difficillimè queat. Quam profectò diſſolutionem, ſiue per elixationem, ſiue per cõtabefactionem quandã in cimiterijs factam rariſſimè, preterquam in tenellis, cõſpexiſſe nobis licuit. Verùm enimuerò cùm in quorumlibet oſſium ipſius etiam ſacri cõſtructionum interſtitijs foramina quędam remaneant, per quæ non ſecùs, ac ex ceruicis, dorſiq;, & lumborũ vertebris proſilire ſolent: Idcircò ad horum quoq; eluçidationem ex Galeno priùs in ſimijs, ac deinceps iuxta verã humani corporis hiſtoriam tranſmigremus: vt quùm ſic Galenus ipſe ſubdit.

TEXTVS QVARTVS.

» Τὰ δὲ ἀπὸ τῦ νωτιαίυ διὰ τ̃ πτημάτων ἀυτ̃ διεκπίπτοντα νεῦρα, χ̃ρ μὲ τὰς συντάξεις τ̃ων ὅλων σπονδύλων ἐν
» ἀυτ̃ῳ διεξέρχεται, καθάπερ καὶ καθ' ὅλην τὴν ῥάχιν, ὁ μὲ ἐκ τ̃ πλαγίωνγε μερ̃ων, ἀλλ' ἐκ τ̃ ἔνδοντε, καὶ ἔξωθεν,
» εἰσὶ δ' ἅπασαι τρεῖς ἀυτ̃ων συζυγίαι.

» Nerui autem à ſpinali medulla per huius foramina proſilientes, iuxta ſuarũ veluti vertebrarũ
» cõpages, quemadmodũ per vniuerſam quoq; ſpinã excidunt. Nõ quidẽ ex tranſuerſis partibus,
» ſed intrinſecùs, extrinſecuſq;: ſunt autem vniuerſæ, tres horum coniugationes.

COMMENTVM QVARTVM.

QVÆ in preſenti contextu de foraminum ſitu Galenus ait, per ſe clara, & tàm in homine, quam in ſimijs etiam ipſis veriſſima ſunt. Quod autem ſubdit, tres eſſe horum neruorum vniuerſas cõiugationes, quanquam in ſimiarum ſacro oſſe verum eſt, in homine tamen falſiſſimum inuenimus: Sex enim paria perpetuò ferè ſunt, etiã ſi oſſis ſacri officula ſæpenumerò quinq; ſint. Eo enim caſu deficiente ſimul quinto eiuſdẽ oſſis anteriore foramine, in poſteriore tamen ſede, ſub quinti oſſis decliuibus quibuſdã proceſſibus, ad latera magis iter exculptum eſt, per quod ſexta neruorum coniungatio ab initio interim trigeſima numeranda egreditur. Quorum neruorũ, ac per hoc foraminũ vſus, velut in precedentibus obſeruauimus, ita hic etiam adiungere, operęprętiũ fore, arbitrati ſumus. Sunt igitur oſſis ſacri foramina, per quæ ſpinalis medulla pertranſit, numero ſex, aut quinq;, pro ipſorũ oſſium eius partium numero. Sed rectiùs dixerimus quinq;, aut quatuor: Quinq; quidẽ, in quibus ſex oſſa inſunt; quatuor autem, in quibus quinq;. Cùm omninò vltimum os parte poſteriore dehiſcat: penultimum verò magna ex parte (prout in ſeptima ſequẽtis capitis figura patebit) Niſi cauitatem illam pro foramine ſumpſerimus, per quam ſcilicet ſpinalis medulla pertranſit. Alia autem ratione, cùm inter ſe (vti prędictum iam eſt .i.) vſq; adeò coaluerit, vt vnius rationem habeant, ipſorũ quoq; foramina, per quæ ſpinalis medulla deſcendit, vnius rationem habere dici poterunt. Alia verò, per quæ nerui proſiliunt, ſex vtrinq;, vel adminus quinq;: ſicq; duodecim, vel ſaltem decem numerari queunt. Quòd ſi exteriùs duntaxat cõſiderentur (excepto primo foramine cõmuni quinte lumborũ vertebrę, ac ſacri oſſis primo, quod ſuperiorũ inſtar in lateribus eſt) alia inferiora foramina tãquam duplicia numerari poſſunt, quanuis intùs ſimplicia ſint; preter vltimũ quoq; in his, quæ oſſibus ex quinq; conſtant, ſicq; alia ratione, cùm hæc intermedia foramina anteriùs, poſteriuſq; perpenſa non quatuor, ſed octo vtrinq; ſint, ſimulq; ſexdecim, cum duobus primis erunt omnia duodeuiginti: In his verò ſacris oſſibus, quæ ſex ex particulis cõſtant, dici poterunt duo, ac viginti. Cum alijs igitur, per quæ ſpinalis medulla pertranſit, ad ſummũ viginti & octo dicendi veniunt: adminus verò foramina vndecim proferri poſſunt: varijſq; intermedijs numeris, iuxta variam numerandi rationem. Sed omiſſis ijs, per quæ ſpinalis medulla deſcendit, aliorum foraminũ per quæ nerui pertranſeunt vſum contemplemur, quæ duabus ſequentibus figuris ſcilicet prima, & ſeptima proprijs numeris deſignata apparebunt. Primum igitur eſt vertebrę lumborũ quintę, ac oſſis ſacri primo oſſiculo cõmune foramen: per quod vtrinq; primũ par neruorum ſacro oſſi attributorum foràs egreditur, in duas quoq;, aliorum ſuperiorũ inſtar, ab initio ſtatim diſciſſum, anteriorẽ ſcilicet, ac poſteriorem. Anterior itaq; maior primi (veluti & ſecundi, tertijq;, & quarti paris) portio in vnum cum prędictis tribus inferioribus coaleſcens quartum neruum omnium maximũ eorum, qui ad crus deſcendunt, conſtituit, nonnullos interim ramulos in abdominis muſculos, pręcipueq; ſecundũ .ξ. par, & tertiũ, .ο. atq; in femur mouentiũ par ſeptimũ .π. diſtribuens. Poſterior autẽ pars, prępoſitorũ neruorũ inſtar, in muſculos ibi exiſtentes diſtribuitur: ſpeciatim verò in abdominis par ſecundũ, .ρ. ac dorſi quintũ, .ſ. & femoris primum, .τ. ſecundum, .υ. tertium q;, .φ. & decimũ: .χ. necnon & tibię primũ, .ψ. ſextumq;, .ω. ac nonum,

Cõtra Galenum.

Foraminũ ſacri oſſis numerus.

j, Com. prędcedenti.

Foraminũ vſus.

ξ tab 4. Π
ο tab. 5. Δ
π tab. 8. Λ
ρ tab 4. Π
ſ tab 7. H 8. Ξ.
τ tab. 9. Π
υ tab. 10. Σ.
φ tab. 11. Σ.
χ tab 10. Σ
ψ tab. 1 Σ
ω tab. 1. φ

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 191 sur 292

©BIU Santé

α tab. 4. φ β tab. 15. fig. 29. B. C. E. γ tab. 16. fig. 14. 15. δ tab 16. fig. 17. N ε tab 13. Γ ζ tab. 14. T. η tab. 2. Γ θ tab. 12. Δ. ι tab. 9. Π κ tab. 10. Σ. λ tab 11. Σ μ tab. 11. φ k. Com. 1 & præsenti.

nonum, .α. atq; ipsam deniq; natium cutim inferitur. Secundum verò, tertiumq;, & quartum, ossibus primo cum secundo, secundoq; cum tertio, ac tertio demum cum quarto cõmunia foramina neruorũ paria secundũ quoq;, tertiumq;, & quartũ eructant: quorũ anteriores partes (veluti prædictũ est) cum primo coalescentes quartũ omnium maximũ in crus deducendũ neruum constituunt: Sequentium verò, scilicet quinti, & sexti, foraminũ, quintũ quoq;, ac sextum neruorum paria trãsmittentiũ, anteriores quoq; partes in tres ani musculos, .β. vteriq; ceruicem in fœminis, in masculis autẽ in penis quatuor musculos, .γ. itemq; in ceruicis vesicæ vnicum musculum, .δ. sæpeq; in ipsam quoq; totam vesicę ceruicem, ac vniuersum quoq; penem frequenti sobole distribuuntur. Posteriores verò partes quinq; parium inferiorũ in dorsi sextum, .ε. septimumq;, .ζ. musculorũ par, brachijq; quartũ, .η. ac thoracis quoq; quartum, .θ. & femoris deniq; primũ, .ι. secundũ, .κ. tertiumq;, .λ. & quartũ .μ. musculorũ par disseminantur, motũ illis sensumq; distribuentes. Est verò quintũ foramen quarto, & quinto sacri ossiculis cõmune: Sextum verò demum, vbi sex ossicula sunt, quinto, & sexto cõmune est. Vbi verò quinq; duntaxat ossicula sunt, verũ foramen non est, sed (vt anteà .k. declarauimus) sinus potiùs vtrinq; sub deciuibus quinti ossis posterioribus appendicibus nominandi venirent. Verùm de sacro osse, eiusq; partibus, ac neruis dictum in tãtùm sit. Reliquum est vt coccygem, cum Galeno, atq; etiam iuxta veram humani corporis historiã cõtemplemur, quinq; interim prępositis hic figuris, quarum prima sacri ossis anteriorẽ partem sex ex ossibus cõstantis, foraminaq; etiam sex pręsefert, & in perforati deniq; coccygis ossa quatuor quæ quidẽ secunda etiam, tertiaq;, & quarta figura anterius cõtinent. Septima autem in capitis huius fine posita posteriorẽ vtriusq; ossis partem ostendet.



Περὶ τῦ κόκκυγος Κεφάλεον. ιά.

De Coccyge. Caput Vndecimum.

TEXTVS PRIMVS.

» Ἐπὶ τέρατι τῦ πλατέος, ἕτερον ὀστῦν ἐστὶ τὸ καλούμενον κόκκυξ ἐκ τριῶν καὶ τοῦτο συγκείμενον ἰδίων μορίων
» χονδρωδεστέρων, ἢ κατὰ τὸ πλατὺ, καὶ μάλιστα τὸ κατὰ τὸ πέρας ὑποκείμενον.


» In extremo lati alterũ os est vocatũ coccyx. Ex tribus quoq; idipsum proprijs particulis
» positũ chartilagineis magis, quã ea, quæ in lato sunt. Maximeq; id, quod in extremo sitũ est.

COMMENTVM PRIMVM.

GRÆCE coccyx, latinè Cuculus, vulgoq; apud nostros Cuccus, nominibus his tàm latinòs, quàm vulgari ex Græco deductis, auis est: à cuius rostri figuræ similitudine os istud, siue rectiùs dixerimus, horũ ossium connexus nuncupatus est. Introrsùm enim, siue antorsùm tale os illius auis rostrũ imitans incuruatum, & in acutũ deniq; tendens est. In homine quidem sæpiùs prout in primis figuris quatuor, septimaq; patet, ex quatuor, nonnunquam verò ex tribus ossiculis, tanquam proprijs partibus cõstat (prout anteà .l. dictum iam est) vsq; adeò interim chartilagineis, vt in tenellis adhùc infantibus ex ossium numero delendę partes hæ cunctæ, siue tres, siue quatuor, veniant (velut suprà etiã declarauimus .m.) Magis verò secunda, quam prima, magisq; adhùc tertia, quàm secũda, atq; omniũ maximè quarta. Quò magis enim deorsùm procedunt, eò minora, tenerioraq; ossa sunt, magisq; in chartilaginẽ vergentia. E qua quidem nomenclandi ratione exquisitissimè perpensa, in brutis verum coccygem deesse, cõpertissimum est. Tria enim inferiora ossa in illis ad rostri, Culorũ figurę similitudinem minimè introrsùm cõtorquentur (prout in quinta, & sexta figuris hic positis clarissimè apparet, quarum

l. In procœ. com. 5. & c. 6. com. 2. min procœ. cõ. 5. in quę cõclusionis cõprobatione.

quarum quinta anteriorem, ſexta verò poſteriorem ſimiarũ ſacri partem oſtendit) Sed extrorsùm potiùs quadantenùs vergentia, ſuos vſus, pręcipueq; in caudatis caudæ baſim firmantia, complent: cumq; in illis etiã perforata ſint, ſpinali medullę iter prębentia, ſacri potiùs oſſis vicem ſupplere, ſiue rectiùs cõplere, dicendum venit. Vnde motũ eſſe Galenũ opinor, in libris de partiũ vſu, cùm quatuor ex oſſibus cõſtare ſacrũ os ſcribens (vt qui ſimiarum oſſa contemplabatur) nullam de coccyge mentionem habuit, ſed tãquam ſacri quartum pro vno illud capiens, intellexit. Cùm verò deinceps in veterum anatomicorum de hominis ſceleto loquentiũ libris ſub ſacro coccygem eſſe perlegerit, ſimiarũ illud os ſubdiſtinxit: vt quartum os ex tribus adhùc compoſitum coccygem hominis inſtar vocaret: ſicq; hominis ſacrum, & coccygem, cum brutorũ, pręſertimq; ſimiorũ ſacro confunderet. Solus igitur homo (ſi exquiſitiùs ſingula perpenderimus) tanquam ſolus ſedens, coccyge donatus eſſe inuenietur. Caudatis autẽ animalibus coccygi reſpondens (licet illius vſus nõ habens) cauda quodãmodo dici poſſet. Quot autẽ, & qui coccygis veri vſus in homine ſint, declaratũ priùs à nobis eſt, .n. vt hic eos repetere ſuperpondiũ ſit, cùm reuolutis quibuſdã chartis relegere facillimũ fuerit. Sed pro Galeni verborũ interpretatione, nos ad ſimię coccygis, ſiue potiùs (vt diximus) ſecundę partis oſſis ſacri, ſiue triũ inferiorũ officulorũ neruos, ipſo cũ Galeno, tranſmigremur, quùm ſic ſubdit.



n. Cap. 6. com. 2.

TEXTVS SECVNDVS.

» Διεξέρχεται δὲ καὶ χῶ τὰς τότοις συντάξεις, ἐκ τ ὀπίσω μερῶν, νεῦρα. πρώτη μὲ συζυγία, καθ ἃ μέρη φύεται τῆ
» πλατέος ὀστ. Δευτέρα δὲ χῶ τὴν τῆ πρώτε τ ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὸ δεύτερον σύνταξιν, καὶ τρίτη χῶ τὴν τῆ δευτέρε,
» πρὸς τὸ τρίτον. ὅσον δὲ λοιπὸν τῆ νοτιαίε, χῶ τὸ πέρας αὐτῆ τῆ τρίτε διέρχεται μόνον ἄζυγες.

» Proſiliunt verò iuxta horũ quoq; cõpages, poſterioribus ex partibus nerui. Prima quidẽ cõiu-
» gatio ex ea parte, qua latũ os attingit. Secunda verò iuxta primi ad ſecundũ eorum, quæ in ipſo
» ſunt oſſium conſtructionem. Tertiaq; vbi ſecundũ cum tertio cõmittitur. Quod verò reliquum
» ſpinalis medullæ eſt, in huius tertij extremo ſolum coniugis expers proſilit.

COMMENTVM SECVNDVM.

QVÆ hic Galenus de coccygis neruis prodit, in vero ipſius hominis coccyge prorsùs deſunt: vt cuius officula, neq; perforata, cõcauaue ſunt, neq; ſpinalis medullę contentiua, neq; tandẽ alicuius nerui productiua: Sed in ſimijs vera ſunt. In quibus (vt paulò ante diximus .o.) officula hęc ſacri oſſis partes potiùs determinãda forẽt: prout in quinta quidem anteriùs, in ſextaq; poſteriùs cõmenti pręcedentis figuris liquere poteſt. Quanuis interim excuſare Galenũ (vel in ipſis ſimijs) nequeamus: dum libro de vſu partiũ tertiodecimo .p. quatuor neruorũ paria ex oſſis ſacri medulla progredi determinat. Si enim ab inferiorib⁹ officulis, tanquam à coccyge in ſimia ſeparemus, tunc nõ quatuor, ſed tria neruorũ paria ex oſſe ſacro oriri (quemadmodũ hic dixit) proferendũ relinquitur. Quòd ſi totũ ſimul ſumpſerimus, tunc ſex, non quatuor paria neruorum proſilire dicendũ eſt: quemadmodũ in hominis etiã oſſe ſacro determinandum venit. Quod verò demùm in oſſis ſacri extremo, ſiue (vt clariùs, generatimq; in omnibus loquamur) in ſex oſſium termino reliquũ eſt, neruus eſſe non apparet, quanuis neruũ quidem coniugis expers eſſe Galenus inſinuet. Neruorũ enim ritu minimè digeritur. Niſi ꝙ interdùm (pręſertimq; vbi quinq; duntaxat ſacri oſſis particulę ſunt) in tres partes diſtingui ſolet. Adeò vt duæ laterales partes ſexti paris neruorum ab initio autem

Cõtra Galenum.

o. Com. prę cedenti. Galeni con tradictio. p. Cap. 7.



Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 193 sur 292

©BIU Santé

trigesimi vicem ſuppleant, vbi tamen vna duntaxat aiuga, ſimplexq; particula remanet, nerui
v. tab. 11, g. rationem manifeſtè non obſeruans, niſi ramuſculos quoſdam in quartum femoris muſculum, *v.*
ſuperpoſitamq;, ac vicinam cutem tranſmittens. Eſt autem coccygis vſus, præſertimq; in homi-
Coccygis vſus. nibus, vt ani muſculus, totaq; ſedes, rectiue intèſtini pars extrema ipſi alligata fulciretur, vt cõ-
moda fieret ſecum, aliorumq; omnium excrementorum egeſtio. Verum expedita iam totius cor-
poris, nedum ſceleti, carina, ipſa videlicet ſpina: tempus eſt, vt ad thoracis, tanquã ipſius nauis,
oſſa conuertamur, cum Galeno ſic ſcribente.

Περὶ τῶν τοῦ θώρακος ὀστῶν Κεφάλεον. ιβ.

De Thoracis oſſibus, Caput Duodecimum.

TEXTVS PRIMVS.

» Στέθνον, καὶ πλευραὶ τῆς ῥάχεως οἱ ἀπ' τὸν νῶτον σπόνδυλοι, τὰ τοῦ θώρακός ἐστιν ὀστᾶ. Δώδεκα μὲ ἑκατέρωθεν αἱ
» πλευραὶ, καθάπερ καὶ οἱ σπόνδυλοι. διάρθρωταὶ γαρ ἑκάστη πρὸς ἕνα. τὰ δὲ τοῦ στέρνου συνάρθρωται μὲ ἀλλήλοις.
» Ἑπτὰ δ' ἐστὶ τοῦτων ἀριθμὸν, ὅσαπερ καὶ αἱ πρὸς αὐτὸ διαρθρόμεναι πλευραὶ. πρὸς κάλω δ' αὐτοῦ πέρατι τρίγωνος
» ἐπιπέφυκε χόνδρος.

» Pectoris os, coſtæq;, & ſpinæ vertebræ, quæ in dorſo, thoracis oſſa ſunt. Duodecim quidem
» vtrinq; coſtæ, quemadmodũ, & vertebræ: dearticulatur enim quælibet ad vnam: pectoris autem
» oſſa inuicẽ coarticulantur. Septem verò numero ſunt, quot coſtæ ad ipſum dearticulatæ exiſtunt.
» Infimæ autem huius extremitati chartilago triangula adnaſcitur.

COMMENTVM PRIMVM.

Thorax duplex. *q. lib. 1. de hiſt. animal. cap. 7. circa princ.* *r. Ibidem cap. 12. circa med.* *s. Cap. 13, in princ.*

THORACIS nomen biſariàm vſurpauit Ariſtoteles. Primò quidem latiùs, ſic di-
» cens *.q.* [τὸ ἀπὸ αὐχένος μέχρι αἰδοίων ἄνω, ὃ καλεῖται ῥάφαξ] quod eſt [latitudo à cer-
» uice ad pudẽda vſq;, quę vocatur thorax.] Totũ igitur, quod dempta ceruice cũ ca-
» pite, brachijſq;, ac cruribus remanet thorax ab Ariſtotele cũcupatur, nõnulli Grę-
» cè ὄλμον quoq;. Alij verò latinè truncũ appellant. Deinceps autem ſtrictùs thoracẽ author idem
» ſumpſit. Cũ enim duplici ex parte cõſtare thoracẽ prędixerit *.r.* parte ſcilicet anteriore, ac poſte-
» riore, paulò poſt, ſic ſubdit *.ſ.* [μετὰ δὲ τὸν θώρακα, ἐν τοῖς πρόσθιοις γαστὴρ, καὶ ταύτης ξίζα, ὀμφαλός]
» hoc eſt [Poſt thoracẽ verò in prioribus venter eſt, atq; huius radix vmbilicus.] Ecce igitur quo-
» modo thoracẽ nunc arctiùs capit Ariſtoteles, vt ſcilicet ab inferiore vẽtre, qui abdomine coope-
» ritur, diſtinctus ſit. Vbi Theodorus Gaza æquiuocationem euitare volens, loco thoracis pectus
t. 6. de v. p. cap. 2. in princ. » latinè traducit. Galenus igitur ſtrictiorem hunc ſumendi modum imitatus eſt, dicens *.t.* [Quod
» igitur à coſtis vtrinq; circũſcribitur, pertinetq; anteriore quidẽ parte ad pectorale os, ac ſeptum
» tranſuerſum: declinat verò poſteriore ad ſpinam, ac reflectitur: hoc totum ſpatiũ mediçi cõſue-
» uerunt appellare thoracem. Cuius interni ſinus quanta ſit magnitudo, intelligi ſanè poteſt ex ea
» periodo, quæ extrinſecùs cõſpicitur. Paulò minùs enim interna amplitudo ei, quę foris apparet,
» thoracis magnitudini eſt æquabilis, ipſo videlicet coſtarum corpore, quod tenue omninò eſt, de
» ipſa amplitudine exiguum quiddam abſcindente] Hæc de thoracis circumſcriptione Galenus.
u. 8. de anat. admin. c. 1. poſt princ. » Qui perbellè alibi etiam ſic inquit *.u.* [Quemadmodũ igitur qui loci, regioniſue naturam enar-
» rant, oſtenſis priùs finibus ipſum circũſcribentibus, deinde ad cuiuslibet particularũ huius diſci-
» plinam accedunt: Ita ego quoq; fines, qui thoracem circumſcribunt, priùs declarabo. Vt igitur
» breui ſermonis compendio totum cõplectar, thoracem nominant quod à coſtis cõprehenditur.
» Sunt autem hæ omnibus, quæ priùs retuli animantibus in duodenum numerum porrectæ. Ra-
» riſſimè ſiquidẽ decimatertia coſta viſitur, atq; hæc adhùc rariùs vndecima. Atq; hęc ita rara sũt,
» vt inter mille vix vnum tali coſtarũ numero inuenias. In totũ verò omnibus animalibus de qui-
» bus in hoc opere verba facimus, duodecim inſunt coſtæ. Et prętereà in ijs, quæ clauiculas obti-
» nent elatior thoracis finis, clauiculæ exiſtunt: quemadmodũ demiſſior omni animantiũ generi,
» ſeptũ trãſuerſum, quod Gręci φρένας, & διάφραγμα nominant. Sedes omnibus coſtis duplex. Prior
» στέρνον, ideſt pectoris os; poſterior, vertebrę ſunt; quæ totidem numero planè, quot & coſtę ha-
Thorax vnde dicitur. *x. 2. art. med. coin. 12.* Pectus. Sternon. » bentur.] Hæc de thoracis nomine, ac circũſcriptione. Dicitur autem θώραξ Gręcè, latinèq; etiã
» thorax, ἀπὸ τοῦ θαρσῶ, quod eſt, ſalio, ob cordis (vt nonnulli aiunt) motum, vel meliùs ob propriũ
» reſpirationis ſaltum: quia ſcilicet continuò ſalit, reſilitq;. Vel παρὰ τὸ θεῖον ὠρεῖν, hoc eſt, diuinũ
» cuſtodire, ſeu cõtinere: animam ſcilicet ipſam, cùm in eo radicaliter exiſtere caloris ratione iam
» alibi vberrimè declarauerimus. *.x.* Anteriorem huius thoracis partem ex Galeno, cæteriſq; ana-
» tomes proceris, στέθος, latinè, pectus, nuncupabimus: Huiuſq; mediam partem, ſiue medium os,

στέρνον

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 194 sur 292

©BIU Santé

στέρνον, cui ſcilicet legitimas coſtas articulari dicemus. Adeò vt tria hæc nomina per magis, & minus, ſeu vt totũ & partes, ſiue vt continens & contentum, differant. Thoracis enim pars ſola anterior eſt, στῆθος, hoc eſt, pectus: Huiuſq; pectoris media pars, quæ oſſea tantùm eſt, στέρνον dicitur, quanuis nonnulli στέρνον pro ipſo etiã toto pectore ſumant. Vnde στερνόμαντιν Sophocles eum vocat, qui ſpiritum vatidicum in pectore continet, tanquam oraculum quoddam, reſponſa interrogantibus dantem. Sed his pręmiſſis, ad Galeni verba conuertamur. Quinq; igitur in prę- Quinque partes text⁹ prę ſen tis. ſenti contextu Galenus habet partes. Prima, quot partes ſunt ipſius thoracis. Has enim tres eſſe poſuit: ſcilicet ſternon, coſtas, ac dorſi vertebras. Solę enim hę oſſeę thoracis partes ſunt. Iugula enim cùm in plurib⁹ animalibus deſint (vt poſteà videbimus .y.) thoracis à Galeno minimè ponuntur, ſed tãquam huius exteriores termini ſeorsùm declarantur. Secundò Galenus coſtarum, ac dorſi vertebrarũ numerũ determinat. Duodecim enim coſtas vtrinq; eſſe ait: quemadmodũ & duodecim vertebrę ſunt, quibus illę coſtę vtrinq; dearticulantur. Diximus autem de his non paulò prius modò: .z. ſed anteà, quùm de dorſi vertebris loqueremur: .a. Eapropter ad tertiam tranſcẽdamus partem, in qua quidem voluit, ꝙ oſſicula, quæ partes ſterni ſunt, interſeinuicem per ſynarthroſim copulantur. Dicit enim Græcè συνήρθρωται, latinè vertimus ad verbũ coarticulantur. Cuius ſenſus eſt, ꝙ per ſynarthroſim coniunguntur. Quartò inquit, ſeptẽ has ſterni partes eſſe, ſeptemue oſſa: ſicuti & ſeptem coſtę exiſtunt, quæ vtrobiq; cum prędictis oſſibus articulantur. Quintoq; demùm de enſiformi chartilagine meminit, quæ vltimo ſterni oſſiculo coaleſcens, ſiue adnaſcens eſt. Quas partes exquiſitiùs perlibrare, operęprętium fore decreuimus. Ex prima igitur apud Galenum quadraginta tria eſſe thoracis oſſa concluditur: videlicet duodecim vtrinq; coſtas: quæ ſunt ſimul vigintiquatuor: duodecimq; deinceps, quibus dearticulãtur, vertebras: ſicq; cũ coſtis ſunt triginta ſex. Pręter quæ, ſunt ſterni oſſa ſeptem: vt in quarta parte dictum eſt. Igitur omnia ſimul iuncta erunt numero quadraginta tria. Quę tamen apud Veſalium dicenda duntaxat ſunt triginta nouem, vel triginta & octo. Cùm ſterni oſſa tria tãtùm ille poſuerit, quemadmodũ nos antea (prout in prouectioribus inueniũtur) ſuppoſuimus, .b. vel vt plurimũ duo: quatenùs ſcilicet reliqua per ſynchondroſim priùs, ac intermedia chartilagine deinceps in os degenerante, per ſymphyſim coaleſcant (vt poſtea videbimus) Iuxta noſtrũ verò ſupraſcriptum cõputum .c. (cum octo in infantulis ſint) numero quadraginta quatuor eſſe thoracis oſſa, proferendum venit. Sunt enim octo in principijs ſterni oſſa, deinceps verò, dum aliqua inuicem coaleſcunt, vſq; adeò paucificantur, vt in vnum ſępenumerò tandem reducantur. Quo tempore thoracis oſſa duntaxat triginta ſeptem remanebunt. Quòad ſecũdam verò, paulò ante iam dictum eſt, de vertebrarũ, coſtarumq; numero. Dearticulatur enim quęlibet, ſcilicet coſta, ad vnam, ſcilicet vertebrã: intellige quamlibet vtrinq;. Adeò vt nõ vna, ſed duæ coſtæ ad vnam vertebram dearticulentur. Dicit autem dearticulari, hoc eſt, per diarthroſim, videlicet propter motum manifeſtũ, articulari prout (ex Galeni etiam dogmate .d.) prędiximus. .e. Quòad tertiã verò partem, annotandum ſedulò eſt: quoniam per ſynarthroſim copulari interſeinuicem ſterni oſſa inquit. Idipſum verò falſiſſimum eſſe, quibuſdam viſum eſt. Cùm non propter motum, ſed propter quietem inuicem cõiungantur. Vnde omninò coaleſcunt, ſiue per ſynchondroſim, ſiue etiam per immediatã ſymphyſim. Quibus Galeno maſtigibus reſpondebimus, Galenum ipſum, tametſi nõ prorsùs à calumnia liberantes, aliquatenùs tamen excuſantes. Non enim eam ſynarthroſim intellexit, quæ propter motũ fit, ſed aliam, quæ propter quietem. Duplicem nanq; ſynarthroſim ſupra declarauimus: .f. alteram quidem propter motum factam, licet obſcurũ, difficilemq;; quæ in enarthoſim, arthrodiamq;, & ginglymon, ſicut diarthroſis etiam, ſubdiſtinguitur: alteram verò propter quietem, ſiue quæ ſine vllo motu eſt: quam in futurã, harmoniamq;, & gomphoſim, ipſius etiam Galeni dogmate ſubdiuiſimus. .g. Cùm igitur per harmoniã copulari oſſa ſterni inter ſe, libro de anatomicis adminiſtrationibus octauo .h. determinarit: Harmonia verò ſynarthroſeos ſcilicet illius, quæ ſine motu eſt, ſpecies declarata iam eſt: Idcircò ex ſpecie in genus hic tranſilijt per ſynarthroſim cõiungi ea dicens. Quòd ſi potiùs hunc locum meritò priorem legeris, ibi ex genere ad ſpeciale nomen deueniſſe, proferendũ eſt. Eſt autem excuſatio quędã hæc, quòad id ſcilicet ꝙ minimè obſtat, ſine motu talem oſſium cõiunctionem eſſe, ac per ſynarthroſim dicere. Velut anteà quoq; huiuſmodi excuſationem prò ipſo Galeno attulimus; .i. quanuis interim excuſari nequeat, ꝙ generatim per ſynarthroſim, ſpeciatim verò per harmoniam cõiungantur ea, quæ per ſynchondroſim potiùs, demumq;, chartilagine illa intermedia in os degenerãte, immediatè per ſymphyſim coaleſcere videtur. In quarta deinceps huius textus parte ait, ſeptem numero ſterni oſſa eſſe, ac ſeptem quoq; coſtas, quæ ad eadem oſſa ſigillatim dearticulantur. Circa quæ quidem verba, tria pernotanda veniunt: primũ eſt, ſterni oſſiũ, ſecundũ verò coſtarũ numerus, tertiumq; demũ eſt verbum [διαρθρώσεως] latinè [dearticulatę] vbi per diarthroſim, coſtas cum ſterno articulari ſignificat. Quò ad primũ ſcilicet ſterni oſſium numerum, Galeni verba alibi ſcripta priùs in medium afferamus: quùm ſic ait * [Sternon vnum

z. In prę ſenti cõmẽto, a Cap. 8. com. 1.

Prima pars

b. In proœ. com. 5.

c. Ibidẽ in declarat. 4. 5. & 6. concluſiones. Secunda pars.

d. 8. de anat. admin. c. 1. & 7.

e. In proœ. com. 12. & 13. Tertia pars Galeni defenſio.

f. In proœ. com. 10.

g. Ibidem com. 17.

h. Cap. 1.

i. In proœ. cõ. 10. poſt med. Quarta pars.

* 8. de anat. admin. c. 1. poſt princ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 195 sur 292


©BIU Santé

quidem os esse apparet ob harmonię perfectionem, quam ipsius particulę in cōtextu fortiuntur: Membranis autem derasis, q̄ & plura ossa sint, & numero totidem, quot cum eo costæ coarticulantur, palàm innotescit. Nam anteriùs cuiusq; costæ extremū inferiori ossium singulorū, quibus pectoris os cōstat, extremo coarticulatur, & costæ finis attenuatus in mediā pectoris ossium harmoniæ regionem demergitur: vt in quibusdā animantibus non magis elatiorū ossium extremo, quàm humiliorū capitibus, sed vtrisq; pari modo costę coarticulantur. Septem itaq; priores thoracis costę in hunc modum coarticulantur.] Hæc Galenus. Quibus ex verbis aliud nō habemus, nisi eorum, quæ hic dicuntur, confirmationem. Nos autem in minore quidem ætate, quæ è chartilaginibus in ossa iam degenerarunt, ad septennium vsq;, non septem, sed octo ossa determinauimus, addito quidem eo, tanquam octauo, quod reuera vt xiphoidis chartilaginis fundamentum à natura fabricatū est. Cùm verò durescente ętate nonnulla eorū coalescant, succesiuè paucificari numero solent: vt septē priùs, dein sex, postea quinq;, moxq; quatuor, deinceps tria, longioreq; post tempore duo, ac demùm vnum in senectute reliltent. Septem igitur ossa sterni sunt. Quibns (vt secundo etiā satisfecerimus) septē quoq; legitimę costę coarticulātur. Octauū autem os mucronatæ chartilaginis fundamentū est: Cui octauam costam adhęrere (quemadmodum in simijs obseruarat) Galenus subdit, dicens [Octaua ad radicem chartilaginis, quæ in mucronem gladij modo exacuitur, cōsistit.] Hinc opinor motum esse Aristotelem, .k. qui octonas vtrinq; costas, vel gentis Turdulorū hominibus septenas ex quorundā sententia inesse ait. Veras costas, legitimasq; intelligens: quæ sterno, vel simul etiā ensiformi chartilagini copulantur. De his enim duntaxat locutos esse credēdum eos, à quibus ipse transcripsit: omissis interim spurijs, de quibus posteà loquemur. Adeò vt inferiorem partem pectoris, anterioremq; sumpserit, quæ cum sterno terminatur, de pectoris enim, non thoracis partibus loquebatur. Quòd si de thorace locutus esset, nō primo, sed secundo modo thoracem intellexisse, determinandū veniret. Tertiū verò, quod notandū hic proposuimus, est, quoniam cū sterno costas dearticulari nunc ait. Cuius oppositū veritati conformius legimus libro de anatomicis administrationibus octauo .t. Vbi expresse pluries cū sterno costas coarticulari, siue per synarthrosim, cū vertebris verò dearticulari, siue per diarthrosim copulari, expresse determinauit. Cui quidē euidentissimæ cōtradictioni bifariàm satisfacere conabimur. Primò quidē deprauatā esse hanc literam suspicātes, legendumq; loco dictionis [διαρθρόμεναι] hoc est [dearticulatæ] potiùs [ἀρθρόμεναι] latinè [articulatæ] seu mauis legere [συναρθρόμεναι] ideſt [coarticulatæ.] Secundò dicere possemus, largiùs hic sumptā esse dearticulationē: quā postea (vt videbimus .m.) determinauit, dicēs [Quarū motus exiguus adeò est, vt synarthrosis appellari queat.] Sed quintā deniq; partē cōtemplemur: In qua mucronatam chartilaginē sterni vltimę parti adnasci ait. Cuius quidē vsus esse Galenus .n. rectè inquit, vt propugnaculū foret oris ventriculi, & partis septi transuersi, quæ illic est: iam autē & cordis. Demonstratū enim nō semel ab eo fuit, .o. chartilagineam substantiā ad subiecta instrumēta tegenda, ac defendenda maximè esse idoneam. Vt quæ neq; cōminui, neq; rumpi, quemadmodū dura, atq; friabilia. Neq; incidi, neq; cōtundi, quemadmodū mollia, ac carnosa, queat. Dicitur autē hęc Malū, siue Pomū Granatū apud vulgares, Barbarolatinosq; plurimos authores: quoniā scilicet triangula huiusmodi chartilago existens, balaustiarū granati apicibus figura, imagineq; respondet. Epiglottalem chartilaginē alij nuncupant, ab epiglottidis laryngis orificiū operiētis alterius chartilaginis simili quoq; figura. Græci verò passim ξιφοειδῆ, latinè ensiformē, siue mucronatā, ab ensis, mucronisue similitudine appellāt: quoniā latioris in homine, in simijs verò angustioris ensis mucronē, acutāue extremitatē repręsentat. Verū de nomine hoc vltimo, quinimmo apud impositores Græcos primò, rursùs deinde sermo fiet .p. Nunc verò propositis, clarioris doctrinę gratia trib⁹ figuris thoracis ossa tā anterùs, quā posteriùs, atq; secūdū latus repręsentātib⁹, prima scilicet anteriùs, secundaq; posteriùs, ac tertia demū per latera: Galeni reliqua verba perpendamus, quùm ipsarū ad vertebras diarthrosim, dearticulationemue enucleat, sic dicens.

Aristotelis defensio. k. 1. d hist. animal. c. 15. in prin. quē Plinius transcripsit 7. cap. 37.

Cōtra Galenum. I. Cap. 1. sępiùs, & c. 7. circa med. Solutio duplex.

m. Tex. 3. huius. Quinta pars. Chartilaginis mucronatę vsus. n. 7. de v. p. cap. 21. o. 12. eiusdē cap. 15. vers⁹ med. 11. 17. circa princ. & cap. 12. circa princ. 1, 15. 6, 3. 7, 3. & 4. & alibi sæpè. p. Tex. huius 4.



Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 196 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS SECVNDVS.

» Ἡ μὲν δὴ πρὸς τὰς σπονδύλους ἑκάστης τῶν πλευρῶν διάρθρωσις ὧδε ἔχει. τὴν ῥίζαν τῆς πλαγίας αὐτῆς ἀποπλευρῶν
» φύσεως ἐπιβέβηκεν ἡ τῆς πλευρᾶς ἀρχὴ διά τινος κοιλώδους ἐξοχῆς. ἥδε τοσοῦτον ἐπιπολῆς
» τε ἐστὶ, καὶ μικρὰ, καὶ βέπουσιν ἄνω μᾶλλον ἀμφότερα, καὶ ἡ κοιλότης, καὶ ἡ τῆς πλευρᾶς ἀρχή. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε καθ'
» ὅλης ἐπέχεται τῆς πλαγίας ἀποφύσεως ἡ πλευρά, καὶ σπιδὰν ἥδη κατὰ τὸ πέρας αὐτῆς ἡ διάρθρωσις ἑτέραν ἐργάζεται
» βέπουσαν κάτω, ὡς γίνεσθαι διπλῆν διάρθρωσιν τῇ πλευρᾷ πρὸς τὸν σπόνδυλον.

» Cuiuslibet autem coſtarum ad vertebras dearticulatio adhunc ſe habet modum. Radici tranſ-
» uerſi harum proceſſus coſtæ principium condyloſa quadam eminentia ſuperinſertum eſt. Hanc
» autem ſuſcipiens ſinus tùm ſuperficialis eſt, tùm paruus. Amboq; tàm ſinus, quàm coſtę princi-
» pium ſurſùm magis vergunt. Ab hac autem radice deinceps per totum trāſuerſum proceſſus co-
» ſta ſuperinuehitur, inq; ipſius iam extremo dearticulationē alteram deorsùm vergentem efficit.
» Quò fit, vt duplex dearticulatio coſtæ ad vertebram fiat.

COMMENTVM SECVNDVM.

CVIVSLIBET coſtarum ad vertebras dearticulationem duplicem eſſe, non verè ſuppoſuit hic, & alibi .q. etiam Galenus. Quanuis quòad primos nouem coſtarū nexus perpetuò verū id ſit (quemadmodū anteà .r. iam dixiſſe recolo) ſæpiuſculè autē quòad decimam. Quòad vndecimam verò, ac duodecimā, ſimplicem omninò eſſe non modò in homine, ſed multò magis in ipſis etiā ſimijs, quarū vndecima, duodecimaq; vertebræ tranſuerſis proceſſibus deſtitutæ ſunt: Ideoq; in his duabus poſtremis ſemper, ſępiuſculeq; in decima ad vertebræ duntaxat corpus, non ad tranſuerſum proceſſum dearticulationes fiunt. Quanuis autem Galenus dicat primā dearticulationem ad radicem trnaſuerſorū proceſſuū fieri; Nihilominùs tamen in ipſis tranſuerſis proceſſibus intelligendū nno eſt: ſed per tranſuerſorum proceſſuū radicem, ipſius vertebrę corpus, ſeu vertebrarū corpora, iuxta tranſuerſorū proceſſuū radices, capiendū eſſe cōpertiſſimū eſt. In huiuſmodi autem dearticulationibus ad vertebras, earumq; proceſſuum extrema, ſinus recipientes pertinent: ingredientia verò capita, ad coſtas. Qui quidem ſinus in prima vertebra, tribuſq; vltimis, propter primā dearticulationē, ſingulis vertebrarum corporibus proprij ſunt. In ſecunda verò, ſeptemq; alijs ſubſequentibus cōmunes ſunt ſuperiori, inferioriq; vertebræ, quemadmodū de neruorū foraminibus prędictū iam eſt .ſ. Dicit autē Galenus hic coſtæ principiū cōdyloſa eminentia ſuperinſertū eſſe: hanc autē ſuſcipientem ſinum paruū, ac ſuperficialem. Ex quo ad arthrodiā reducēdam eſſe huiuſmodi dearticulationē liquet: veluti iam anteà ſuppoſuimus .t. (quanquā ad enarthroſim alia ratione reducere abſurdū fortaſsè nō fuerit) Capit enim condylū pro parua eminentia, prout ex libro de motu muſculorū primo .u. declaratū priùs .x. à nobis eſt. Subdit autē Galenus, ambo tàm ſcilicet ſinū, quàm coſtę principiū ſurſùm magis vergere. In ipſius verò tranſuerſi proceſſus extremo dearticulationē alterā deorsùm vergentem eſſe. Quæ ſecundę dearticulationis verba legentes, ac perpendentes nonnulli, Galenū increpant, malè deorsū vergere dicētem: inferiore ſcilicet apicis tranſuerſorū proceſſuū ſedi inſculpi ſinus omnes Galenū arbitrari exiſtimantes. At hoc minimè inquit, neq; ſomniauit Galenus.* Surſùm enim vergere tàm vertebræ corporis ſinū, quàm coſtæ principiū, quoad primā dearticulationē, deorsùm autem tendere ſecundā dearticulationē, hoc eſt ſecundū ſinū ad tranſuerſos proceſſus attinentē, atq; ſecundū coſtæ condylū, non eo ſenſu protulit: quo Veſalius intelligebat; ſed ꝙ prima dearticulatio propè proceſſus radicē ad corpus ſcilicet vertebrę pertinens, elatior eſt, & ad corporis vertebrę, radiciſq; proceſſus eminentiorē partē vergens: Secunda autē, quæ ſcilicet ad vertebræ proceſſum ſpectat, illius cōparatione inferior eſt: quatenùs quidē coſtarū ſitus ab initio deorsū quemadmodū vergit, ſicq; prima ſuperiùs: ſecunda verò inferiùs cōſiſtat. Idipſum igitur eſt quod libro de anatomicis adminiſtrationib⁹ octauo Galenus
» idē volebat, ſic ſcribens .y. [Omnes igitur retrò cū dorſi vertebris per diarthroſim cōmittuntur:
» idq; duplici nodo, altiori quidē, ad ipſum vertebrę corpus, humiliori autē ad lateralē ipſarū pro-
» ceſſum decliuē, &c.] Id quod in omnib⁹ perpetuū eſt, in quib⁹ duplex articulatio exiſtit. Interim verò decretū aliud veriſimū eſt, prędicto minimè repugnans, ꝙ ſcilicet primæ vertebræ tranſuerſorū proceſſuū ſinus deorsū, nonę verò ſurſū ſpectent, mediq; medio ſe habeant modo: vſq; adeò, vt quò inferior vertebra eſt, cò elatior, ſurſumq; magis vergēs eius proceſſuū ſinus exiſtat. Verùm enimuerò cùm poſterior coſtarū articulatio ad vertebras diarthroſis nuncupanda declarata iam ſit: ad alteram earundē coſtarū ad ſternon articulationē, ſiue potiùs coarticulationē ſynarthroſimue appellandam, cum ipſo etiam Galeno cōuertamur, ſic ſubdente.

q. Sed anat. admin. c. 1. Cōtra Galenum.
r. In proœ. com. 12. 14.
ſ. Supra c. 7. com. 5. & c. 8. com. 6. c. 9. com. 3. c. 10. com. 4.
t. In proœ. com. 14.
u. Cap. 9.
x. Cap. 5. com. 2.
Cōtra Veſalium.
* Lib. 1. c. 16. & 19.
y. Cap. 1. poſt med.

TEX-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 197 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS TERTIVS.

» Κ᾽δ᾽ ὧν πρὸς τὸ σέρνον αὐτῇ διάρθρωσις ἀσαφεστέρα μέν ἐστιν, ὑ μὴν ἀδηλόσγε ἐδ᾽ αὐτὴ τὸς περικειμένος ὑμενάδεις
» συνδέσμους ἀφεχόντι. διαρθροῦται γὰρ ἑκάστης ἐνταῦθα τὸ χονδρῶδες μέρος εἰς κοιλότητα τελευτώσης κεφαλὴν, ἑκάστων
» τ᾽ χῆ τὸ σέρνον ὀστέων ἐπιπόλαιόν τινα κοιλότητα κεκτημένων. βραχεῖα δὲ ὄντων ἡ κίνησις αὐτ᾽ ἐστὶν, ὡς δύνασθαι
» καὶ συνάρθρωσιν ὀνομάζεσθαι. πολλαχόθι δὲ καὶ ἀλλαχόθι τὸ σώματος ἐπαμφοτερίζουσιν αἱ συνθέσεις τ᾽ ὀστῶν, ἐυπορ-
» ῆν ἔιτε διαρθροῦσθαι πρὸς ἀλλήλας λεκτέον αὐτὰς ἐστιν, ἔιτε συναρθροῦσθαι.

» Rursùs autē coſtarū ad ſternon dearticulatio ſenſui occultior quidē eſt, minimè tamen latens
» hæc eum, qui circūpoſita membranacea ligamenta detraxerit. Dearticulatur enim ibi cuiuſlibet
» coſtæ chartilaginea pars in cōdyloſum caput finientis ſingulis ſterni oſſibus ſuperficiariā quan-
» dam cauitatem adeptis. Verè autem breuis horum motus eſt, vt ſynarthroſis appellari queat. In
» multis verò alijs corporis partibus offium compoſitiones adeò ambiguę ſunt, vt ſiue dearticulari
» adinuicem has, ſiue coarticulari, proferendum ſit, dubitetur.

COMMENTVM TERTIVM.

a. Com. huius cap. 1. a. 8. d anat. admin. c. 1.

DERASIS membranis, non ſolùm ſterni oſſis pluralitas (prout anteà .z. quoq; ipſomet ex Galeno .a. prędiximus) apparet: ſed etiam (vt hic repetitur) eorum publicatur coarticulatio. Modum autē eius Galenus ſubiunxit, ſic ſcribens .b. [Nam anterius cuiuſq; coſtæ extremū inferiori oſſium ſingulorū, quibus pectoris os conſtat,
» extremo coarticulatur, & coſtę finis attenuatus in mediam pectoris oſſium regionē demergitur:
» vt in quibuſdam animantibus non magis elationū oſſium extremo (ſcilicet inferiori) quam hu-
» miliorum capitibus (ſcilicet extremo ſuperiori) ſed vtriſq; pari modo coſtę coarticulātur.] q.d. ♍ ſinus ille, in quem coſtę extremum tanquam caput inſeritur, æquè cōmunis vtrinq; oſſi, tàm ſcilicet ſuperiori, quàm inferiori ſit. Pręter primam intellige coſtam, quæ vnico dūtaxat primo oſſi connectitur: Adeò vt illi potiùs ſępiſſimè coaleſcat (veluti prędictū aliùs eſt .c.) quàm coarticuletur. Nobis tamen (vt ibidem quoq; diximus) motus gratia inter articulationes numeraſſe placuit. Dicit autem hic Galenus, cuiuſlibet coſtę in cōdyloſum caput finientis chartilagineam partem (quod aliud non eſt, quam ipſam chartilagineam partem in extremo poſitam in condyloſum caput finiētem) dearticulari ſterni oſſibus ſuperficiariā quandā cauitatem adeptis. Quod quidem condyloſum caput, ſeu dixiſſe malumus capitulū id non exquiſitè rotundum: velut nec ſibi reſpondens ſinus etiam exactè rotundus eſt. Sed tanquā obtuſior trianguli vertex, illud quidem protuberans eſt: hic autem tanquā obtuſior angulus excauatus. Similis verò digitorū flexis articulis huiuſmodi coſtarū eminētia eſt, ſecundùm exterius, interiuſq;, quadantenus videlicet oblonga: adeò vt nō ſecundo tantùm, ſed primo etiam, modis ſuperiùs declaratis .d. cōdyli nomenclaturam merita ſit. Sunt autem & harum capita ſine ceruicibus: niſi totam ſurſùm cōuerſam chartilaginē pro ceruice ſumpſerimus. Cùm verò ſuperficiaria ſterni oſſiū cauitas dicta ſit, coſtarum verò protuberantia cōdyloſa: Idcircò ad ſynarthroſeos eam ſpeciem reducendā hanc anteriorem coſtarum coarticulationem ex Galeno cōpertiſſimū fit, quæ arthrodia nuncupatur. Nos autem exquiſitiùs ſingula perpendentes ſolam primarū coſtarum cum primo ſterni oſſe ad arthrodiam anteà reduximus, .e. reliquarū verò ſex coſtarum coarticulationem ad enarthroſim potiùs referendam pręoſtendimus. .f. Vt coſtarū extuberantiæ capitula, oſſium verò ſinus, acetabula ab his, qui Galeni diſtinctionē libro de motu muſculorū .g. poſitam obſeruare voluerint, nuncupāda potiùs venirent. Quoniam verò Galenus ab initio huius textus diarthroſim nuncuparat: cùm veriùs ſynarthroſis dicēda veniret: eapropter ſtatim ſubdit, adeò breuem hunc motum eſſe, vt ſynarthroſis appellari queat: quemadmodū anteà pro ſolutione contradictionis enucleauimus. .h. Quod verò ſubdit, in multis alijs corporis partibus ambiguas componens eſſe, an dearticulari, an coarticulari proferendū ſit, in vertebris ipſis verificari inuenimus. In alijs enim omnibus determinatum iam à nobis eſt, quæcunq; per diarthroſim, .i. & quæcunq; per ſynarthroſim .k. copulantur: In his autem alij diarthroſim, dearticulationemue eſſe aiunt, totius ſpinæ manifeſtiſſimum motum perpendētes: Nos verò ſingularum potiùs vertebrarum occultum motum conſiderantes, ſynarthroſim, coarticulationemue eſſe determinauimus. .l. Sed antequā vltrà progrediamur, tam pro dictorum, quàm pro dicendorū elucidatione pręcedenti contextui prępoſitas tres figuras ſuis characteribus enucleemus.

c. Supra in proœ. com. 12. & 14.

d. Cap. 5. com. 1.

Cōtra Galenum. e. In proœ. com. 14.

f. Ibidem com. 13.

g. Lib. 1. cap. 9.

h. Com. huius 1.

i. In proœ. com. 12. 13. 14. 16.

k. Ibidem, & com. 19. & 20.

l. Ibidem com. 12. & ſequenti.

Ab O. ad P. in prima & tertia figura ſternon oſtenditur. Quod ſeptē ex oſſibus cōſtare numerus in ſingulis partibus deſignatus pręſefert. Litera autē O. primū os deſignat P. verò mucronatam chartilaginem, ſub qua tāquam eius baſi octauum in puerulis oſſiculum ſubintelligi poteſt.

Quod

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 198 sur 292

©BIU Santé

Quod quidem in natu maioribus in idem cũ ſeptimo, vel hoc in vnũ cùm ſecundo, tertio, quarto, quinto, & ſexto ſimul coaleſcentibus reducto, pro tertio eſſe remanebit.

Coſtarum anterior cũ ſterno coarticulatio ex prima, & tertia figura cõpertiſſima fiet: Earundem verò cũ vertebris dearticulatio ex ſecunda figura quadantenùs innoteſcere poteſt. Quarum ordinem in ipſis eiſdem deſignatus numerus indigitat.

Sunt autem & in prima figura notatæ quædam lineæ in ſingulis coſtis, quæ locum, in quo in chartilaginem illæ degenerant, annotatur.

Quæ verò ad iugula, ſcapulaſq;, ac alia quędã pertinent, locis deinde proprijs declarabuntur. Nunc igitur ad ſterni, coſtarũq; figuras cõtemplandas vnà cũ Galeno cõuertamur, ſic ſubdente.

TEXTVS QVARTVS.

„ Τὸ δὲ σύμπαν σχῆμα τοῦ μὲν στέρνα ξίφει παραπλήσιον ὑπάρχει. διὸ καὶ ξιφοειδὲς ἔνιοι προσαγορέυουσιν αὐτό. τινὲς
„ δὲ οὐχ ὅλον, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ πέρατι μόνον αὐτοῦ χόνδρον ὥτως ὀνομάζουσι. τὸ δὲ πλευρῶν ἔχειν, ὑδ' ἁπλῶν τὸ σχῆμα,
„ μετὰ γὰρ τὴν πρὸς τὰς σπονδύλους διάρθρωσιν, ἐπὶ τὰ πρόσω τε ἅμα καὶ κάτω φερόμενα, καὶ μέχρι πολλοῦ τοῦτο πά-
„ σχοσα, πάλιν ἀνατένειν ἄνω πρὸς τὸ στέρνον. αὐτῶν ἅπαν ὀστοῦν ἐστὶν, ἀλλὰ χόνδρος.

„ Tota verò ſterni figura ſimilis enſi exiſtit: Idcoq; id nonnulli enſiforme nuncupant. Quidam
„ autem non totum, ſed ſolam in extremo huius poſitam chartilaginem ſic nominant. Coſtarum
„ verò non vna, neq; ſimplex figura eſt. Nanq; poſt dearticulationem ad vertebras in anteriora,
„ ſimulq; inferiora prolatæ, multumq; ſic progreſſæ rursùs ſurſùm ad ſternon recuruantur. Ha-
„ rum totum non os, ſed chartilago eſt.

COMMENTVM QVARTVM.

DVO ſunt, quæ ξιφοειδὴ, hoc eſt enſiformia, ſiue gladijformia nuncupantur: Alterũ quidem totum ipſum ſternon vna cũ ſibi adiuncta mucronata chartilagine: Alterũ verò ipſa in eius extremo adnaſcens ſola chartilago. τὸ ξίφος enim enſem, ſiue gladium ſignificat, atq; ipſum aliquando ſolum mucronẽ, hoc eſt enſis extremã aciem. Quatenùs igitur enſem, ſiue gladium ſignificat, pectoris oſſi, ſternoue toti cum ipſa etiã chartilagine ſibi coniuncta congruit. Quatenùs verò mucronem pręſefert, ſoli chartilagini conuenit. Totum igitur ſternon enſem pręſefert: Siue primu, ſecnndũq; os ex ſeptem, ſexue oſſibus coaleſcentibus effecta, manubrij loco ſumpſerimus, extremum os ſua cũ chartilagine, pro incidente enſiformi ferro capientes (prout doctiſſimus Veſalius enucleauit) ſiue primum os cum ſolo ſimpliciter ſumpto ſecundo, manubrij loco acceperimus; reliqua verò vna cũ extrema chartilagine pro ipſo enſe intelligentes (veluti nobis magis arridet) Chartilago autẽ, quouis modo prędictũ os ſumpſerimus perpetuò in homine enſis mucronem pręſefert: niſi bifida ſit, perindeac interdùm eſſe conſueuit: idcircò rectiùs ſternon enſiforme nuncupandũ. Chartilago autem, mucronata potiùs in ipſo homine dicenda venit. Nonnulli ex Barbarolatinis ſcutalem, ſeu clypealem
„ vocant, quoniam inferiori ſcuti, ſeu clypei extremo ſimilis quoq; eſt. [Porrò ipſum os pectoris
„ (prout alibi .m. Galenus idem inquit) cur quidem ex multis oſſibus factum ſit, in memoriã redi
„ eius, quod de ſumma manu initio ſecundi horum cõmentariorũ cõſcripſimus.n. (propter diſpa-
„ thiam ſcilicet, facilioremq; motũ eorum, quæ ipſi coarticulantur) Cur autẽ ex ſeptem numero,
„ coſtæ ipſi coarticulatæ ſunt cauſa; nam ſingulis ipſis ſingula pectoris oſſa reſpondent.] Quibus octauum (vti prędiximus .n.) adde, quod mucronatę chartilagini fundamentum eſſe debuit. Eſt autem ſterni vſus, vt ſeptem coſtis legitimis, veriſq; nũcupatis, quæ ſcilicet orbiculatim vniuerſam thoracis anteriorem, ſeu mauis dicere pectoris, amplitudinem efformant, ſtabilimentũ ſit, ac internarum partium, præcipueq; cordis, & pulmonis propugnaculum ſit. Vnde στέρνον dicitur ἀπὸ τῆς στερεότητος, hoc eſt, à firmitudine: παρὰ τὸ στέγνον, quod eſt firmum, & πλεονασμῷ τῆς ρ. dicitur στέρνον. Sed de ſterno, eiuſq; nomine, & vſu prędicta hæc intantùm ſint. Ad coſtarũ ergo legitimarũ figuram tranſęẽdamus. Non ſimplex enim, nec vnica earum figura eſt (vt rectè Galenus hic inquit) ſed poſt dearticulationem, quam ad vertebras duplicem, vt in pluribus, vel in poſtremis ſimplicẽ habuerunt, in anteriora ſimul, inferioraq; feruntur, multumq; ſic progreſſæ tandem ſurſùm iterum aſcendentes, ad ſternon recuruantur, ibiq; (vti prędictũ eſt) cum ſterni oſſibus coarticulantur. Quæ quidem omnia ſatis exactè in tribus iam iam propoſitis figuris conſpici poſſunt. Subditq; demum Galenus dicens. Harum totũ, intellige quod ſurſùm recuruatũ aſcendit, nõ os eſt, ſed chartilago. Quam ſententiã libro de anatomicis adminiſtrationibus octa-
„ uo .p. clariorem Galenus habet, ſic ſcribens [Hinc autem (ſcilicet à duplici diarthroſi, quam cũ
„ vertebris retrò habuerunt) in priorem, infernamq; regionẽ longiùs obliquę procurrunt, & cùm

iam

m.7.de v.p. cap.21.circa med.

n.Cap.8.cũ ſequẽtibus.

o. Suprà com.1. huius, & in procę cõ.5. Sterni vſus.

Sternon vn de dicitur.

p. Cap.1. poſt med.

©BIU Santé

iam anteriùs fuerint, ab hac latione ceſſant. Deſinunt etiam hic oſſeæ eſſe, ac reliqua ipſarũ pars in minutioribus natura animantibus chartilago prorsùs efficitur. In maioribus autem, ſi oſſeam chartilaginẽ ipſam dixeris, nihil erit peccati. Et hæc chartilago nõ vt ab initio coſtę ex toto porrectæ ſunt deorsùm versùs obliquè, ſic & ipſa defertur. Sed contra illa verſa ſursùm ad pectoris os portendit, nõnullis quidem animantibus magis in orbem, alijs veluti ab angulo trianguli. At quæ ad pectoris os nõ pertingunt, nothę Græcè appellantur, q. d. ſpuriç, & illegitimę. Totę autẽ chartilagineę admodũ exiſtunt, multò magis ipſarũ finis nõ chartilagineus, ſed chartilago exquiſita cenſetur. Ex huius autẽ chartilaginis partibus intimis ſeptũ trãſuerſum ducit originẽ. Elatior autẽ, anteriorq; ipſius pars ipſi mucronatæ chartilagini ſubnaſcitur: quemadmodũ poſterior, & demiſſior ſpinę adhęreſcit: in medio maximè, qua ſedem anteriorẽ vertebrarũ conſcendit, ſimul expanditur deorsùm versùs per duo ligamenta valida imis vertebris iniectũ.] Hæc tandem Galenus de nothis coſtis, è quorũ extremis terminis in chartilaginem degenerãtibus ſeptum tranſuerſum originem ſumere dixit. Cui ſententię conforme eſt quod hic ſtatim ſubdit, dicens.

TEXTVS QVINTVS.

Αἱ δ' ἄλλοιποι πέντε καλοῦνται μὲν νόθαι. συμφύονται δὲ πῇσι διαφράγματι, καὶ ἀλλήλαις ἐις ἀκριβῆ τελευτῶσαι χόνδρον. ἡ δ' ὑσάτη μόνη κεχώρισται κῇ τὸ πέρας αὐτῆ, καὶ ὄντως ἐστὶ νόθη.

Quæ autem ſuperſunt quinq; nothæ quidem appellantur. Coaleſcunt verò tùm ſepto tranſuerſo, tùm ſibi inuicem, in exquiſitam chartilaginem deſinentes. Poſtrema autem ſola in ipſarũ fine ab alijs ſecernitur, ac re vera notha eſt.

COMMENTVM QVINTVM.

NON temerè Galenus hic inquit, de nothis coſtis loquens, q̃ in exquiſitam chartilaginem deſinẽtes ſint. In illis enim ſeptẽ coſtis quanuis chartilagines (hominis ętate adhùc tenella) exiſtant: In natu tamen maioribus exquiſitę chartilagines non ſunt: ſed vel chartilagines oſſeę, vel oſſa chartilaginea. Quinimmò ad ſenectutẽ accedentibus in exquiſita oſſa degenerarẽ ſummoperè dureſcẽtia ſolent. In homine inquã, cæteris enim paribus, quòad ætatem attinet, ſemper chartilaginea magis, teneriorũq; ſubſtantię oſſa hęc exiſtunt, quam in ſimijs, canibuſq;, ac alijs animalibus. Eoq; teneriora ſunt, mollioraq;, quò inferiora magis exiſtunt: pręſertimq; aliæ quinq;, quas nothas, hoc eſt ſpurias, illegitimaſq; veteres nuncuparunt. Vel quia totum vndiq; thoracem minimè cõplectuntur, tanquã à vera coſtarum magnitudine degenerantes. Vel quia magis chartilagineæ, quam oſſeæ ſunt, à vera coſtarũ ſubſtantia declinãtes. Notha enim ea omnia nuncupare ſolemus, quęcunq; aliquo modo à propria, veraq; natura, ſeu magnitudine alicuius inſtrumẽti degenerant. [Sed quam ob cauſam (inquit alibi .q. Galenus) chartilago multa coſtarũ nothárũ vnicuiq; extremitati eſt circũfuſa? An quò tutiores eſſent ab iniurijs primũ, ac potiſſimũ hę ipſę coſtę, tùm per eas corpora ſubiecta? Nam contuſa chartilago minimè cõminuitur, ac frangitur. Vnde ſatius fuit partes oſſium prominentiores ex tali eſſe ſubſtantia. Ob eam igitur cauſam & ad partem oſſis pectoris vltimã chartilago, quã ab enſis ſimilitudine ξιφοειδὴ appellant, adhęreſcit. Quam certũ eſt propugnaculũ eſſe oris ventriculi, & partis ſepti tranſuerſi, quæ illic eſt, iam autem & cordis.] Ex his igitur, quæ prędicta ſunt ex Galeno ſunt, patet, nothárũ coſtarũ, cur nothę fuerint, potiſſimã causã fuiſſe, ipſius ſepti tranſuerſi originẽ cũ (vt cõmento ſequẽti videbimus) obliqua eius origo, ac poſitio eſſe debuerit: ſecũdã autẽ naturaliũ mẽbrorũ liberas operationes. Dicit autẽ in calce Galenus hic, poſtremã ab alijs in fine ſecretã eſſe. Nothę enim coſtę cũ ad ſternon pertinere nequeãt, ſibi inuicẽ adhęrẽt, colligãturq; prętер vltimã (quinimmò interdũ quoq; huiuſmodi eſt vndecima) quę ab alijs ſeparata ſoli ſepto trãſuerſo colligatur. Verũ enimuerò cũ de coſtarũ omniũ chartilaginibus ſermo factus ſit, earumq; chartilaginũ moles, longitudoq; coſtarum molem, longitudinemq; ſequatur: Eapropter de ipſarũ coſtarũ longitudine ſtatim Galenus ſubdit, ſic dicens.

Quare dicuntur nothæ ratio duplex. q. 7. de v. p. cap. 21. poſt princ. Dubium. Reſponſio.

TEXTVS SEXTVS.

Τὸ μῆκος δ' οὔτε τούτοις, οὔτε τοῖς ἄλλοις πλευραῖς ἴσον ἁπάσας ἐστὶν, ἀλλαὶ μὲν ἀναθέντες καὶ κάτωθεν βραχύτεραι τυγχάνουσιν ὖσαι. μακρότεραι δὲ αἱ μέσαι.

Longitudo autem neq; his, neq; alijs coſtis æqualis omnibus eſt. Sed ſupernæ quidem, infernæq; breuiores ſunt, mediæ verò longiores.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 200 sur 292

COMMENTVM SEXTVM.

DENIQVE habet ſententiã Galenus libro de anatomicis adminiſtrationib⁹ octauo .t. ſic dicens [Octaua ad radicem chartilaginis, quæ in mucronẽ gladij modo exacuitur, conſiſtit. Reliquę verò quatuor in thoracis latera deſinunt, tantũ priori parte deficientes, quantò etiã alijs breuiores ſunt. Minima inter ipſas eſt quæ poſtrema habetur. Alię enim ſingulæ, pro ſitus ordine, quantum longitudine vincuntur ab elatiore, tantũ humiliorem ſuperant.] Prima igitur, duodecimaq; omnium breuiſſimæ coſtæ ſunt: His ſucceſſiuè longiores ſunt ſecunda, & vndecima. Quæ omnes breues proportionabiliter habent chartilagines. Quò enim longiores coſtæ ſunt, eò longiores earum chartilagines euadunt. Sequuntur igitur tertia, & decima: Quartaq;, & quinta, vnaq; etiam nona. Longiſſimæ igitur omnium remanent ſexta, ſeptimaq;, & octaua: pariterq; earum chartilagines. Nec longitudine tantum coſtæ, chartilagineq; earum differunt, ſed etiã latitudine. Prima enim coſta omniũ ampliſſima eſt, ſicq; & eiuſdem chartilago: ſucceſſiueq; pariter ad duodecimã vſq;, tàm coſtę, quàm chartilaginis eius latitudo minuitur. Adeò vt omniũ tenuiſſima coſta ſit, chartilagoq; ipſa duodecima. Quinq; autẽ coſtarum ſpuriarum chartilagines in capitulum minimè (vt ſeptem ſuperiores) deſinunt. Cùm articulari ad nullum ſinum debeant. Sed in acutum mucronem terminãtur. Verùm de thoracis partibus dictũ ex Galeno hactenùs ſit. [Iam verò quid aliud, niſi admirabile imprimis hoc opus nature eſt (inquit idem alibi .ſ.) q̃ ſcilicet neq; oſſeum totũ, neq; carnoſum thoracem effecerit, ſed os, & muſculum viciſſim poſuerit: tametſi totum quidem epigaſtrion ex muſculis, craneum autem oſſeum factum eſt? Quapropter hoc non obiter eſt conſiderandũ, q̃ cùm tria eſſent principia, quæ animal ipſum adminiſtrant, os quidem immobile ſine muſculis primo principio circumiecit. Solos autem muſculos tertio elargita eſt. At medio inter vtroſq; poſito & oſſa, & muſculos. Cerebrũ nanq; in nullos vſus muſculis indiguit. Ipſum enim in omnibus animalibus motus voluntarij alijs partibus eſt principiũ. Quo fit, .t. vt cranion immobile, quaſi murus ipſi iure ſit circundatum. Quòd ſi hepati, aut vẽtriculo ſeptum eius generis aliquod in orbem fuiſſet circumfuſum, vbi cibus & potus exciperetur? vbi fætuũ moles reconderetur? quò deniq; excernerentur ſuperflua? ſi nullus eis prę eſſet muſculus? Quod autem ad thoracem attinet, motum penitùs amiſiſſet, ſi ex ſolis oſſibus factus fuiſſet. Sin verò contrà ex muſculis ſolis, inciderent pulmoni & cordi, nemine eos expellente. Vt igitur ſimul quidẽ capacitas quędam intus eſſet, ſimul autem totum inſtrumentũ moueretur, muſculi oſſibus alternatim fuerunt interpoſiti. Quæ etiã res ad cordis & pulmonis ſecuritatem momentum habet non mediocre: Magis enim nunc muniuntur, quam ſi ſoli muſculi facti fuiſſent. Quòd autem oſſium quòdq; non fuerit ocioſum, ſed vtrinq; quò facilè per ea totus thorax moueatur, articulum habeat, quo pacto nõ id prouidentiã indicat? At fortè quęrat aliquis: quid tandem obfuiſſet, ſi venter ita habuiſſet? Nam ſi thorax ei fuiſſet circundatus, cuiuſmodi cordi etiam eſt circumiectus, penitùs ſimiliter & cõtrahendo, & extendendo conſeruaretur, maiorq; ſecuritas ei accederet. Hac dubitatione detentus docendus eſt, fieri non potuiſſe, vt venter plurimum dilataretur, ac cõprimeretur, ſi extrinſecùs oſſa ei apoſita fuiſſent. Nam ſi ita fuiſſet, primũ neq; fœminę concipere, deinde ne ſemel quidem ad ſaturitatem comedere homines poſſent: ſed vt reſpiratione cõtinua, ſic eſu aſſiduo indigerent. At illa quidem indigere, nõ eſt adeò abſurdũ, animali prę ſertim in aere degenti. Cibis verò ſi ſimiliter ageremus, vita noſtra à muſis, ac philoſophia eſſet admodùm aliena, & pulcherrimis rebus non vacaret. Atq; vt hoc quoq; cęteris adijciam, quem ex reſpiratione fructũ percipimus, is diuturnus eſſe non poteſt. At cibo, ac potu ſemel impleri, diem integrum, ac noctem ſine moleſtia perduramus: vt eo nomine admiranda etiã fuerit natura.] Hæc Galenus. Quibus ex verbis, propoſitiq; dubij ſolutione ratio duplex elicitur: Cur ſcilicet quinq; inferiores coſtę nothę ſunt, hoc eſt, imperfectę anteriorem circuli partem minimè claudentes. Prima enim eſt propter fętus conceptionem: vt ſcilicet increſcentem eum ſua extenſione vterus, continenſq; abdomen recipere, continereq;, ac cõſeruare queant: ſuaq; deinceps compreſſione illum tempore partus expellere promptiſſimè queant. Secunda vero propter cibi, ac potus copioſiorem vnica vice recipiẽdam, abdominis etiam extenſione, quantitatẽ, ſimulq; ſua conſtrictione facilem, vbi opus fuerit, propellenda eorundem excrementa: Propter quam excrementorũ expulſionem, tanquã tertia ratio addi poteſt, ipſius ſepti tranſuerſi obliquitas. Neceſſaria enim hæc (Galeno docente .u.) fuit, vt veluti manus altera abdominis muſculis tanquam alteri manui oppoſita, ſimul cõprimentes, nõ excremẽtorum modò, ſed ipſius etiã fętus expulſionem adiuuent. Reliquũ eſt, vt ea ſupleamus, quæ in alijs quoq; capitibus ſuplere cõſueuimus. Quòad tẽperamentũ igitur, nõ opus eſt eadem totiès fruſtra repetere. Cùm aliorũ omniũ oſſiũ inſtar frigidũ, ſiccumq;, ac terreſtre ſit. Quanuis chartilaginoſiora eò minus ſicca, & aquęę ſubſtantię plus admiſtum habentia ſint, quò magis ab

r. Cap. 1.

Dubium.

ſ. Cap. 21. poſt med.

Cur thorax neq; totus oſſeus, neq; totus muſculoſus. Reſponſio. t. Vide etiã 9. de v.p. c. 1. & 2.

Dubium.

Reſponſio.

Cur quinq; coſtæ inferiores nothæ.

u. 5. de v.p. cap. 15.

Digreſſio. Temperamentum.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 201 sur 292

©BIU Santé

Vſus quatuor.

ossium natura deficiunt, & ad chartilaginis ſubſtantiã magis accedunt. Vſus autem totius thoracis primus eſt, vt cor ipſum, eiuſq; ratione pulmonem comprehenderet, tuereturq;. Secũdus vt reſpiratione illud idem, eiuſq; tanquã fontis priùs, ac deinceps vniuerſi corporis calidum innatum euentando conſeruaret. Tertius verò eſt vocis efformatio, explicatione, deficiente enim reſpiratione, vocem neceſſariò demi, cõpertiſſimũ eſt. Quartus tandẽ vſus eius ſequenti capite dicẽdus * eſt, vt firmãdis, ſtabiliẽdiſq; ſcapulis, perq; eas brachijs, totiſq; manibus neceſſariò conferat. Thoracis magnitudo iuxta quatuor ſcopos à Galeno metipſo præſcriptos .x. & à nobis iam antea prætactos .y. diuerſificatur, vocem ſcilicet, reſpirationem, cordiq;, ac pulmonis magnitudinẽ. Partiũ numerus ab initio ſtatim huius capitis præoſtenſus iam eſt. Veluti figura ex præſcriptis in præſenti etiam capite clariſſima eſt, cum his, quæ de dorſi vertebris capite octauo declarata iam ſunt. Corporea verò ipſius ſubſtantia ſecundum diuerſas partes diuerſa eſt. Sterni enim ſubſtantia admodũ fungoſa eſt, molliſq;, ac anteriùs denſiore ſquama, corticeue munita: poſteriùs autem, interiuſue perforata magis, multis quidẽ, varijſq; foraminulis, maximeq; in primo oſſe, propter vaſorum duntaxat ingreſſum, ad oſſis nutritionem, caloriſq; cõſeruationem. Coſtarum verò ſubſtantia cõmunis omnibus eſt, partim oſſea, partim chartilaginoſa. Oſſea quidẽ ſolidior, duriorq; tantò magis, quantò ad vertebras magis accedunt. Antorsùm autem ad chartilaginem vſq; magis, magiſq; fungoſa, tenuioreq; ſquama obducta. Chartilaginoſa verò tenerior tantò, quantò inferior coſta eſt. Intùs lęues coſtæ omnes ſunt, ne ſuccingentem membranã ſua aſperitate lędant: Exteriùs autem, gibbaq; ipſarum parte, quanuis plurima earũ ſedẽ lęues quoq; ſint, ne ſupergredientes muſculos etiam ſua aſperitate pungerent. Parte tamen, qua coſtæ vertebris alligantur: prętertubercula, quibus cum vertebris dearticulantur, aſperæ etiam ſunt: vt aptiùs inde ligamẽta educantur, innaſcanturq; coſtas metipſas vertebris colligantia. Inferiùs autẽ omnibus coſtis ſinus quidam venarum, arteriarumq;, ac neruorum recipiendorũ gratiã ęlati ſunt. Adeò vt totidem hi ſinus ſint, quot coſtę exiſtunt, ſcilicet quatuor & viginti. Quanuis in primis tribus coſtis, tribuſq; infimis quamminimi tales exiſtant. In primis quidem tribus, ob vaſorum paruas quoq; coſtas nutriturorũ gracilitatem. In tribus verò infimis, ob coſtarũ tenuitatem, depreſſionemq;. In medijs autem coſtis, ob vtriuſq; oppoſitum, ſcilicet tùm ob vaſorũ, tùm coſtarum magnitudinem euidentiores huiuſmodi ſinus exiſtunt. Sed ne per totam quidem coſtarum longitudinem ſinus quoq; hi ęlati ſunt: at ea præſertim ſede, qua primũ à dorſi vertebris abiecedunt, & in thoracis latera ferri iam incipiunt. Sinus autem, quibus poſteriùs cum vertebris coſtę dearticulantur, proprij quidem vertebris ſunt quatuor vtrinq;, videlicet primę, decimę, vndecimęq;, & duodecimę vertebrarũ (vt antea iam diximus .z.) qui ſunt octo. Cõmunes autẽ aliarũ octo intermediarũ coſtarũ vtrinq; ſimul numero ſexdecim. Adeò vt ſint cum octo prędictis numero ſimul omnes quatuor, & viginti, ſin verò ſpeciatim ſingularũ vertebrarũ incõpletos ſinus perpenderimus; tunc dimidiati ſinus ſexdecim vtrinq;, ſimul omnes erunt triginta duo. Cumq; proprijs iam iam prędictis coniuncti cuncti eſſe dici poterunt quadraginta. Omiſſis interim alijs viginti ſinibus lateraliũ proceſſuũ (vtrinq; ſcilicet decem) vel adminus duodeuiginti, quibus ſecunda dearticulatio coſtarũ cũ vertebris fit. Verũ enimuerò cũ ad tyrones hęc ſcribãtur, ne confuſionem illis nimiã induxerimus, quibuſdã alijs ſpeculationibus omiſſis, ad alia oſſa pertranſeamus, ſcapulamq; ipſo etiam cum Galeno perpendamus, quùm ſic ſubdit.

Sinus.

z. Com. 2. huius.

Περὶ τῶν ὠμοπλάτων Κεφάλεον, ιγ.

De Scapulis. Caput Tertiumdecimum.

TEXTVS PRIMVS.

Αἱ ὠμοπλάται κεῖνται μὲ ὄπισθεν τὸ θώρακος: συμφύονται δὲ διὰ μυῶν πρός τε κατ' ἰνίον ὀφῶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὴν τῆς ῥάχεως ἀκάνθην, καὶ ταῖς τὸ θώρακος πλευραῖς, καὶ τῷ προτεταλμένῳ τὸ λάρυγγος ὀστῷ.

Scapulę ſitę quidẽ poſt thoracem ſunt, coaleſcunt verò per muſculos tùm occipiti capitis oſſi, tùm ſpinæ apici, thoraciſq; coſtis, necnon oſſi, quod gutturi prępoſitum eſt.

COMMENTVM PRIMVM.

a.13.d v.p. cap.10.in princ.

Vſus ſcapularum duplex.

TEMPESTIVVM ſanè eſt (inquit idem alibi Galenus .a.) iam ſcapularũ partes explicare, oſtendereq; in illis quoq; artem naturę. Quòd ſi eas ex animali exemptas animo finxeris, neq; amplius eſſe, nullam rationem inuenies, qua humeri articulum conſtituas. Nam neceſſe omninò erat, ſi brachium erat futurum, ipſius caput cauitatem ingredi, cuius cauitatis gratia & ceruix ſcapularum eſt enata, & quædam in eius extremo inſculpta eſt capacitas magnitudine tãta, quãta capiti brachij dearticulando eſſet aptiſſima. Hęc quidem

©BIU Santé

„ quidem vtilitas prima eſt, ac maxima propter quam natura fecit ſcapulas. Ex abundanti autē alia „ quędam accedit, nec ipſa quidem exigua partium thoracis, quæ illic ſunt, cuſtodia. Nam partes „ ipſius anteriores tuemur multò ante quæ nocitura ſunt, prouidentes. Aut priùs cedendo: vt omninò eius, quod contra nos ſeſe infert, impetum declinemus. Aut propugnaculum aliquod ante „ pectorale os opponēdo. Aut manibus arma quędam ſumendo. Plerunq; autē ſolas ipſas, vel nudas periculo obijcimus, ſatius eſſe rati ipſas parte quauis vulnerari, aut frangi, aut cōteri, aut abſcindi, quā ſinere noxam ipſam pectorali oſſi accidere. Ipſe enim thorax reſpirationis eſt inſtrumentum: quemadmodū & pulmo, qui in eo continetur. Cor verò totius vitę eſt principiū. Periculum igitur imminebat, ſicubi hæc læſa fuiſſent. Et partibus verò poſterioribus periculū quidē „ erat æquale. Verùm cùm illic oculi non eſſent, prędere æquè quæ erant nocitura non poteramus. Oportuit igitur hic naturam æquam ingenioſum quoddam artificiū excogitare, neq; loca „ hæc prorsùs negligere. Quocirca primū quidem quaſi multiplex vallum quoddā ſpinæ ſpondylis infixit, mulos illos proceſſus, ac varios extendens: Partes autem, quæ ab vtraq; ſpinę parte ad „ coſtas ſunt, ſcapulis quidem primū, ac prędipuè, deinde verò carnium multitudine texit.] Hæc perbellè Galenus: pro quorum cōfirmatione, id quod indies experimur addere hic minimè grauabimur. Quùm ſcilicet quidpiam vel incidens, vel percutiens, ſiue contundens, vel quomodolibet aliter offendēs ad caput, ſiue pectus irruere animaduertimus. Statim enim pro pectoris tutela reuoluto corpore ſcapulas offerimus, ac ſi clypeum aliquem proponeremus. Pro capitis autē defenſione, manibus & brachijs ſaltem occurrimus: In ſcapulis ibi, in manibus autē, brachijſue hic damnum potiùs inferēdum eligentes, quam in thorace propter cor, vel in capite propter cerebrum. Quemadmodū ſi in ventrem inferiorem irruere periculū aduerterimus, propter hepar nates, corpus totum recolligentes, offerimus: vt oſſibus nudum vētrem operiamus. Id quod totum à natura, ſiue potiùs ab ipſa anima fit, partium vſus, ac momenta, & pericula prędnoſcente. Duobus autem prędictis ſcapularū vſibus, tertius ſuccedit. Qui eſt, vt nouem ab eo muſculi originem ſumant: ipſiq; ſuffulciantur, ac ſtabiliantur: quinq; inquā brachij motores ſcilicet ſecundus, .ξ. tertius, .ο. quintus, .π. ſextuſq;, .ρ. & ſeptimus: .σ. Itemq; cubitum mouentes primus, .τ. ac tertius: .υ. prętereà hyoidis oſſis propriorū quartus, .φ. & thoracis deniq; ſecūdus. .χ. Hi enim omnes à diuerſis ſcapulę partibus originem, ſuumq; principiū ſumunt. Brachij nanq; motorum ſecundus, non ex media modò clauiculę parte, ſed etiam ex ſuperno ſcapulę proceſſu, ſiue acromio, totaq; eiuſdem ſpina principiū ducit. Tertius verò ex inferiore ſcapulę baſis angulo parùm, multùm verò ex inferiore eiuſdem coſta, latereue inferiùs originem ſumit. At quintus à ſcapulę eiuſdem baſi exoriens, totumq; eius ſinum replens, qui eſt inter ſuperiorem ſcapulæ coſtā, eiuſdemq; ſpinam, vſq; adeò ſcapulæ oſſi connatus eſt, vt ab ipſo tota ſinu enaſci dici queat. Sextus quoq; concauam, internamue ſcapulę partem explens ex totius ſcapulę baſi originem ſumpſiſſe dicitur, ſeptimuſq; tandem ſcapulæ vniuerſum gibbum ſub ipſius ſpina exiſtens implet, ex eius quoq; baſi principiū ſumens. Prętęr hos brachij quinq;, cubitum flectentiū primus duplici principio à ſcapula exoritur: Altero quidem à ſuperiore ſupercilij ipſius acetabuli ſede: Altero verò à tota inferiori ſede, apiceq; interioris proceſſus originē ducens. Sed & alter cubiti motor quoq; muſculus eſt, extendentiū videlicet primus, ſed ordine interim tertius & humiliore ſcapulæ coſta, latereue prope ceruicem eiuſdem exoriens. At quid de hyoidis oſſis propriorum quarto muſculo dicendum? qui ex elatiore ſcapulę coſta, iuxta ipſius ceruicem, ac interioris dicti proceſſus radicem enatus eſt? Demumq; de thoracis mouentiū ſecundo: qui ex tota ſcapulæ baſi interiùs exoritur? Nouem igitur prędicti muſculi ab ipſa ſcapula ſecundū diuerſas eius partes oborti tertium eius vſum pręſeferunt. Quorum beneficio (vt ad Galeni contextū cōuertamur) tùm ipſius thoracis coſtis, tùm oſſi, quod gutturi prępoſitū eſt, hyoidi nuncupato coaleſcit: necnon & ipſis etiam humeri, cubitiq; oſſibus (quæ Galenus hic omiſit.) Cùm thoracis inquam coſtis octo, & interdùm nouem quoq; ſuperioribus, prędicti thoracis ſecundi muſculi beneficio. Cùm in illas octo, vel nouem ſuperiores coſtas inferatur. Neq; his ſolis coſtis per muſculum coaleſcit ſcapula: ſed cum quatuor quoq;, aut interdùm quinq;, videlicet ſecunda, tertia, quartaq;, & quinta, aliquandoq; etiam ſexta, per primum eandem ſcapulam mouētium muſculum: .Ψ. à quibus ſcilicet coſtis originem ſumit. Præter hæc verò cum occipitis oſſe coaleſcere priùs dixerat, per ſecundum .ω. inquam eiuſdem ſcapulæ motorem muſculum. Quid quòd cum ſpinæ apicibus etiā vniri muſculorum beneficio protulit? Intellige quindecim vertebrarum ſpinæ apices: videlicet omnium ceruicis, quæ ſeptem ſunt: thoraciſq; primarum octo, eiuſdem ſecundi ſcapulam eandem mouentis muſculi beneficio: à quibus omnibus vertebris principium ſuæ originis aſſumit. Quemadmodū quarti .α. ſuorū quoq; motorū muſculorū ope, cū infernis quatuor ceruicis, aliſq; etiā quatuor, aut interdū quinq; primis thoracis vertebrarū ſpinis coaleſcit. Cū lateralibus verò proceſſibus primę, tertię, quartęq;, & quintę vertebrarū ceruicis, tertij .β. muſculi ope copulatur, coaleſcitq;. Eſt igitur talis coaleſcētia per ſyſſarcoſim facta: quemadmodū ſuprà .b. ſatis, ſuperq;

Vſus tertij.

ξ tab. 4. Ξ 5. Υ.
ο tab. 13. S. 12. R.
π tab. 12. Ν. 13. X.
ρ tab 7. Γ. 8. Ν.
σ tab. 11. Γ.
τ tab. 6. Θ
υ tab. 11. f.
φ tab. 5. R. S.
χ tab. 3. & 4. 0. 0. 0
Ψ tab. 5. Γ.
ω tab. 9. Γ. Δ.
α tab. 10. Γ.
β tab. 13. Ν.
b. In proœ. com. 23.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 203 sur 292

©BIU Santé

declaratum à nobis eſt. Sed alia Galeni verba contemplemur; quùm de admiranda partiũ ipſius ſcapulæ inæqualitate, ac difformitate loquitur, ſic dicens.

TEXTVS SECVNDVS.

„ Ἀνώμαλοι δὲ εἰσὶν ἱκανῶς. καὶ πᾶσι τοῖς μέρεσιν ἀνόμοι. κυρταὶ μὲν γὰρ ἔξωθεν, ἔσωθεν δὲ σιμαὶ καὶ λεπτὴν μὲν ἡ
„ κάτω βάσις αὐτῆς, καὶ προμήκης· τὸ δὲ ἄνω πέρας παχύτερον, καὶ μικρόν. ἐπαλείφει δὲ αὐτὰς πολλαχόθι χόνδρος, καὶ
„ πλεῖσος τὴν βάσιν ἀφ' ἧς ἀρχόμενη τῆς φάχεως ταπεινὴ χρῆται μικρὸν προσαυξάνεται μέχρι τοῦ χρῆται τὸ ἀκρώμιον αὐτῇ
„ χωρίον. συναρθρόται δὲ αὐτῇ χρῆται τούτου ἡ κλεὶς.

„ Inæquales autẽ ſatis ſuperq́; ſunt, & omnibus ſuis partibus diſſimiles. Gibbę enim foris: intùs
„ verò ſimę. Tenuiſq́; harũ ima baſis, ac longa. Superior autẽ finis craſſus, paruuſq́; eſt. Superillinit verò has multis in locis chartilago, plurimaq́; baſim. A qua exordiens humilior pars paulatim adaugetur, donec ad acromij locum aſcenderit: ibiq́; huic clauis coarticulatur.

COMMENTVM SECVNDVM.

ADMIRANDAM diximus partium ſcapulæ inæqualitatem, difformitatemq́;: cùm ob diuerſos vſus quęlibet pars maximo artificio, incredibiliq́; induſtria diuerſimodè conſtructa ſit. Quanuis autẽ multa circa ſcapulas conſideranda, plurimęq́; in partibus earũ differentię perpendendę veniant: Galenus tamen hic quinq; duntaxat diuerſitates declarat. Quarũ prima quidem eſt inter partes internas, anterioreſue, ac extẽrnas, ſiue poſteriores: gibbas eſſe dicens externas: internas verò ſimas. Secundã verò ponit differẽtiã inter imam baſim, parteſue inferiores, & ſuperiores, vſq; ad ipſam ceruicem, acetabulumq́;, quo cũ brachij capite dearticulatur. Tenuis enim ima baſis eſt, ac longa: ſuperior verò extremitas craſſa, & parua, ſeu breuis. Quibus ex verbis duplex eligi differentia poteſt: Altera quidem quòad tenuitatem, & groſſitiem: Altera verò quòad longitudinem, & breuitatem, ſiue paucitatem. Sed cùm inter eaſdem partes inferiores, ſuperioreſq́; ſit: ideo pro vna ponentes nos, ſecundam differẽtiam ſtatuimus. Tertia ſuccedit quòad chartilaginem. Plures enim partes chartilagine incruſtantur, vt quæ totam ipſam circuunt: Quædam verò ea deſtituuntur: quæ ſcilicet in medio ſunt: hæq́; pauciores. Quædam interea multam habent chartilaginem: vt baſis, preſertimq́; ad inferiorem eius angulum. Addeq́; tu, & acetabulum ipſum, quod humeri caput in ſe recipit. Plurimam nanq́; chartilaginem in ſe habet, ad augendam ipſius cauitatem. Quarta differentia eſt, quòad ipſius ſpinę partes. Inferior enim eiuſdẽ pars anguſtior eſt: paulatim verò magis, ac magis dilateſcit, quò magis aſcendens ad ſummũ humerũ, Græcè ἀκρώμιον dictũ, peruenerit. Quintaq́; demùm differentia colligitur, quòad acromium ipſum, & alias partes. Acromion enim cum clauicula: velut acetabulum cum humero articulantur. Quanuis acromion per ſynarthroſim, illud verò per diarthroſim, copulẽtur. Ideoq́; in articulationis modo ab acetabulo acromion differt, ab alijs verò partibus quòad articulũ ſimpliciter. Cùm ex alijs partibus nulla patiatur articulũ. At exquiſitiùs ſingulas has differentias enucleare aggrediamur, à prima exordientes. Scapulę igitur figura tametſi inęqualiſſima eſt, largiùs tamen eam perpẽdẽdo, ad triangularem redducere anatomes profeſſores nõ temerè conſueuerunt. Cuius latus primũ cæteris lõgius, baſis dicitur, in prima, ſecũdaq́;, & tertia figura, à litera Z. vſq; ad Y. per X. notatum. Secundum verò latus huic oppoſitum, longitudineq́; minus, inferiuſq́; latus nũcupatũ, à litera B. ad Y. in ſecunda quoq;, ac prima figura deſignatũ. Tertiũ deniq́; omniũ breuiſſimũ latus, ſiue coſta eſt, ſuperius latus appellatũ, in prima, ſecũdaq́; figura à litera Z. per F. ad A. denotatũ eſt. Adeò vt triangulus ſcalenos dici queat: qui ſcilicet trium inæqualium laterum ſit. Pars autem quæ thoracis coſtas reſpicit, anterior dicitur, interiorq́;:

Partium ſcapulę diuerſitates quinq.

Differẽtia prima.



Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 204 sur 292

©BIU Santé

interiorq; : quam prima figura prę ſefert. Hanc ſimam eſſe, ſiue cõcauam rectè Galenus ait, maxima quidẽ ſummi opificis induſtria : tùm ſcilicet, vt aptè coſtarũ cõuexis reſpondere quieſcens queat: tùm ſecundò vt prę ter offenſam ſuper illis moueri poſſit : tùm tertiò vt brachij motorum muſculorũ ſextus cõmodam ſibi ſedem nanciſceretur. Ideoq; lęuis quidẽ hæc pars eſt. Pars autẽ ſcapulę exterior, poſteriorue, quam ſecũda figura repręſentat, gibba eſt, quò extrinſecùs occurrentibus iniurijs ferendis accõmodatior ſit. In cuius nõ media, ſed tertia propemodũ parte proceſſus quidã eſt, à baſi exordiens in acromion deniq; terminatus, ſpinam vnà referens: quæ quidem in duas ſedes totam gibbam partẽ ſecernit cauitates quaſdam prę ſeferentes. Quarũ ſuperior quinto, .γ. inferior autem ſeptimo .ſ. brachium mouẽtibus muſculis, ſiue rectiùs dixerimus circumuoluentibus locũ prębeant. Non temerè igitur veteres anatomici partem hanc exteriorem, poſterioremue, dorſum, eiuſq; dictũ proceſſum ſpinam nuncuparũt, cùm ad ſpinoſum dorſum minimè negligendã ſimilitudinem habeat. Velut autem figurarũ hic propoſitarũ prima partem ſcapulę internam, anterioremue : Secunda verò externam, poſterioremue oſtendit: Sic tertia in latus depictam eam exprimit: prę ſertimq; vt gibbę partis ſinũ prę ſeferret, qui inter ſcapulę ſpinam,& elatiorem eiuſdem coſtam, latuſue repoſitus eſt. Secundam ſcapulę partiũ differentiam, difformitatemq; ſubiunxit Galenus inter baſim,parteſq; inferiores,ac ſuperiores. Tenuis enim, ac longa, prolixaue baſis neceſſariò fuit. Tenuis quidem ne thoracis coſtis nimium,inerſq; pondus prębens,animalis tergo deformitatem quoq; prę ter neceſſitatem induceret. Sufficiens enim groſſities fuit ; trium prędictorũ brachij muſculorũ ſubſtinendorũ gratiã. Oblonga verò, lataq; baſis eadem fuit : tùm vt maior, ampliorq; coſtarũ defenſio ad ſecũdũ ſcapularũ vſum pertinens fieret : tùm propter cõmodam, minimeq; impẽditam, ſed diſtinctam prędictorũ muſculorũ ſuſtentationem : tùm tertiò propter amplum quoq; principiũ muſculo thoracis ſecũdo .ε. prębendum : quæ duo vltima ad tertiũ ſcapularũ vſum ſpectabant. Superiùs autem in anguſtius procedere neceſſum fuit,tùm propter primũ vſum,vt in ceruicem priùs,indeq; in huius acetabulũ recipiendi humeri capitis gratiã recolligatur , cum quo dearticulari propter brachij motum oportebat: tùm ſecundò propter tertium vſum,vt videlicet muſculi tres prędicti,ſcilicet quintus, .ζ. ſextuſq;, .η. & ſeptimus .ϑ. humerum circunducentes in ſuos tendones cõdecenter attenuentur, ideoq; in craſſius etiã propter maius robur arctando procedit. Sed ne in his quidẽ ſolis partibus, quòad craſſitudinem : ſed in tribus quoq; trianguli lateribus diuerſam perpendere , pulchrũ eſt. Quanuis enim tenuior ceruice longiſſima baſis ipſa exiſtat : craſſior tamen ſuperna eiuſdem ſcapulę coſta trium coſtarũ breuiſſima exiſtente eſt. Cùm hęc nulla indigens craſſitudine, aut pondere, ſed leuitate potiùs, interim quinto, & ſexto muſculis oportunius cedere debuerit. Omniũ verò craſſiſſimum latus inferius , longitudineq; intereà medium eſt. Talem, tãtamq; craſſitiem adeptum,tùm vt inferiori parti ceruicem, eiuſq; deartitulationẽ maximè ſuſtinenti robur addatur, tùm vt duas cauitates (internam inquam pro ſexto,externamq; pro ſeptimo brachij rotatoribus muſculis) adaugeret: Tùm tertiò vt inferiùs propè ſcilicet inferiorem ſcapulę baſis angulũ externa ſua ſede tertio .ι. brachij muſculo ſui principij maiorẽ partẽ prębeat: Superiùs autẽ propè ceruicem , interna ſui ſede cubitum extendentiũ primo .κ. totam originẽ exhibeat. Sed tertiã contemplemur differentiam à Galeno hic ſubiunctam , quòad chartilagines ſcilicet exiſtentem. Plus enim minuſue in cęteris partibus eſt : ſed in baſi plurimam eſſe os ſublinientem, maximeq; circa inferiorem baſis angulũ inuenimus. Quæ nihilominùs chartilago in homine , quã in quadrupedibus omnibus, ſeruata interim ętatis proportione, ac etiã magnitudine,breuior,minorq; exiſtens: mollior prętereà inuenitur,quã ea, quæ articulandis oſſibus incruſtatur. Sed eius chartilaginum generis eſt , quæ multis oſſibus nullii alteri oſſi cõmittẽdis adnaſci ſolet. Durius verò his eſt alterum genus, quo ceruicis acetabulum, ſuperciliaq; (ſinuũ aliorũ articulorũ inſtar) incruſtantur. Quartam deinde differentiã addit Galenus ad ſpinę ipſius ſcapulę partes attinẽtem. Duo nanq; cùm ſint effatu digni ſcapulę proceſſus: alter quidem ſuperior, exteriorq;: Alter verò inferior, interiorq;. Superior quidem à ſcapulæ baſi nõ dimidia,ſed tertia propemodũ parte, qua ſcilicet minor appendix ipſi adnaſcitur, in prima,ſecũdaq;, ac tertia propoſitis figuris litera X. deſignata. Poſteriùs inquã ſcapuleq; ; in dorſo ſenſim magis , magiſq; in altum augeſcens , dilateſcenſq; ad ceruicem vſq; iam accedens, ſcapulæ dorſi ſpina hucuſq; nominatur. Inde autem in homine, ac ſimijs, alijſq; perpaucis quibuſdã animalibus clauicula donatis à ſcapulę dorſo abſcedens (in alijs enim ibi terminatur) nomen aliud lucratur. Non ampliùs enim ſpina dicitur, ſed acromion , ſiue ſummus humerus. Qua parte ſcilicet antorsùm modicè fertur ſupra ſcapulæ cum humero dearticulationẽ inſigniter dilateſcens. Quo in loco ampla donatur (vt videbimus) appendice,quã Hippocrates,alijq; non pauci acromion vocarunt. Rectè igitur inquit Galenus, quòd à ſcapulæ baſi exordiens,ſpinæ pars humilior paulatim adaugetur, donec ad acromij locũ aſcenderit. Quanuis enim vnus, idemq; proceſſus ſit : ſecũdùm diuerſas tamen partes prędictas diuerſa ſortitus eſt nomina : vt aliud non ſit dicere , quam quòd augeſcere, atq; in altum eleuari

ſcapulę

Cur interior parsca ua ratio triplex.

Cur exterior pars gibba eſt.

Spina.

γ tab. 12. N. 13. X. ſ tab. 11. Γ.

Differẽtia ſecunda.

Cur baſis tenuis.

Cur oblonga.

ε tab. 3. & 4. 000.

Cur ſuperius anguſtum.

ζ tab. 12. N.

η tab. 7. Γ

ϑ tab. 11. Γ

Laterum triãguli diuerſitas.

Cur latus inferius cęteris craſſius.

ι tab. 13. S

κ tab. 11. F

Differẽtia tertia.

Differẽtia quarta.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 205 sur 292

©BIU Santé

ſcapulę dorſo continuus hic proceſſus minimè ceſſat, quouſq; non ampliùs ſpina, ſed acromion appelletur, à ſcapulę dorſo (vti predictũ iam eſt) abſcedens. [Ob id enim ipſum, ſpinam vtriq; ſcapulę propriã produxit natura (prout alibi Galenus idem ſcipſit.*i.*) prętер thoracis vertebrarũ ſpinas, ſecundũ id vallũ ante partes thoracis, quæ illic ſunt, obijciens. Hac ipſa rursùs ſpina rectè ad aliud etiã vtitur. Leniter enim finem eius ſuperiorẽ adaugens, & rectũ attollens, atq; ibi claui cõiungens ἀκρώμιον, ideſt ſummũ humerũ quod vocant effecit. Quod eſſet ſimul quidem operimentum, ac prędidiũ humeri inarticulationi: ſimul autem & prohiberet, ne caput brachij parte ſuperna excideret: poſt autem efficere, ne ſcapula ipſa à thorace digrederetur. Quòd ſi nihil ibi ante dearticulationem eſſet locatũ, nullo negotio à quouis extrinſecùs incidẽte lęderetur, facilè etiam caput brachij ad ſcapulę ceruicẽ tranſcẽderet: vt quod nec profundã in ſe habet cotylem, nec ſupercilia magna.] Quintam igitur deniq; differẽtiam ſubiungit Galenus hic, dicens, quòd κατὰ τοῦτο, q. d. ſecundùm hoc ſcilicet acromion, ſiue per hoc clauicula huic, ſcilicet ſpinę coarticulatur. Meritò enim inquit per acromion clauiculã ſpinę coarticulari, deficiẽte enim acromio, deeſt etiam & clauis: hacq; etiã vice verſa exoleta, & acromion aboleri neceſſum eſt. In anteriore enim proceſſus huius acromij dicti ſede leuiſſimus quidam, ſuperficialiſq; ſinus cęlatus eſt, cui modicè prominulũ clauiculæ capitulum coarticulatur, validiſſimis interim ligamentis aſtrictũ, leui, lubricaue interueniente chartilagine quadã ſolis dictis ligamentis continuata: Illius inſtar, quæ maxillę inferioris cũ capite articulũ intercidit. Cuius figurã hic poſitã habes. Sed veterũ Anatomicorũ decreta circa huiuſmodi acromij vocẽ contẽplemur, à Galeno ſic ſcribente relata.

i.13.de v. p. cap.10. poſt med.

Differẽtia quinta.

TEXTVS TERTIVS.

Καί τινες μὲν τῶν ἀνατομικῶν αὐτὴν τὴν σύνταξιν αὐτῶν ὀνομάζουσιν ἀκρώμιον ἁρμονίαν. ἔνιοι δὲ τρίτον ἕτερον παρ' ἀμφότερα τὰ συζεύγνυμενα φασὶν ὀστοῦν ὑπάρχειν ἐν ἀνθρώποις μόνοις εὑρισκόμενον, ὃ κατακλεῖδα τε, καὶ ἀκρωμιον ξένουσιν.

Hancq; ipſam horũ conſtructionẽ nonnulli quidẽ anatomicorũ appellant ſummhumoralem cõgruentiam. Nonnulli verò prętер hæc ambo, quæ cõiunguntur, tertiũ eſſe alterum os in ſolis hominibus inuentum aiunt, quod cataclida, & acromion nuncupant.

COMMENTVM TERTIVM.

Acromij ſignificatio quadruplex.

QVADRVPLEX acromij nominis ſignificatio, diuerſis ex authorũ locis colligi ſolet, prędentiq; ex textu triplex. Pro quarũ exquiſita cognitione, prędnotandũ eſt, quòd ὦμος Græcis, prędertimq; Hippocrati, idem, quod latinis humerus, ſiue humeri caput prędefert. Quandoq; autem illis etiam & humeri cum ſcapula articulationem oſtẽdit. Vnde adiectiuũ ὦμιον, q. d. humerale, prouenire patet. Cùm verò ἄκρος extremum, ſummumq;, ſiue altum ſignificet: Inde acromion prima ſignificatione ſummũ humerũ, ſiue ſuper humerũ, q. d. os aliquod, ſiue oſſis alicuius proceſſum altè, ſummeq; ſuper humerum cõſiſtentem prędeferens eſt. Hancq; ſignificationem prędcedenti contextu ſuppoſuit Galenus. Secunda verò ſignificatione (quam ex aliorũ ſententia ſtatim ab initio huius textus retulit) ſummã articulationem prędeferre ſolet: quæ ſupra humerũ, humeriq; cũ ſcapula articulũ exiſtit: quaſi diceremus ſummhumoralem: Intelligendo interim per ſummã hanc articulationem non ſcapulę cum humero diarthroſin, ſed prędictam ſuperioris à ſcapulę ſpina procedentis proceſſus cum clauicula ſynarthroſin. Ad cuius ſecundi ſignificati clariorem doctrinã, aduertendũ eſt, nõ ſimpliciter in prędenti contextu legi [ἀκρώμιον] (prout interpretes inconſultè legunt) ſed addi [ἁρμονίαν] dicit enim [ἀκρωμιον ἁρμονίαν] q. d. [ſummhumoralem congruentiam] ſiue cõpoſitionem. Ad quem ſensũ dixiſſe veriſimile eſt libro de anatomicis adminiſtrationibus quinto. *k.* [ἀπὸ τῆς ἀκρωμιαίας] ſubintelligẽdo ſcilicet [ἁρμονίας] hoc eſt [à sũmhumorali conſtructione] ſicq; vbicunq; ἀκρώμιον ſiue ἀκρωμιαίαν, pro articulatione prędicta ſumit, veriſimile eſt ἁρμονίαν ſubintelligere, ſiue ἄρθρωσιν, hoc eſt, articulationem, ſiue σύνταξιν, hoc eſt, conſtructionem, aut συνθεσιν, ideſt cõpoſitionem, ſiue quid aliud huiuſmodi ſubſtantiuũ. Quemadmodũ propter primã ſignificationem ſubintelligere poſſumus ſubſtantiuũ ἀπόφυσιν, ideſt proceſſum, q. d. acromion proceſſum, hoc eſt, ſummhumoralem, ſiue ſuperhumoralem, quaſi in ſummo, extremoq; humeri cacumine poſitũ proceſſum tanquã ipſius ſubiectæ alterius articulationis humeri cũ ſcapula propugnaculũ. Tertiam verò acromij ſignificationem ſubdit ex aliorũ etiam opinione Galenus: tertium ſcilicet aliud os prędeferre, cui clauicula coarticuletur. Quam cùm ex Hippocratis *l.* etiã ſentẽtia eſſe nõnunquã cognouerit, tanquam veram alibi non temerè Galenus idem admiſiſſe videtur. *m.* Non temerè inquam: cùm veriùs acromion id ſit, quod cũ clauicula coarticulatur, rationeq; huius ſcapulam, ſiue eius ſpinam, & nõ per ſe cum dicta claui coarticulari dicendũ veniat. Eſt autem verè id, nõ

k. Cap.3. in princ.

l.1.de art. tex.62. in princ.

m.5.de anat.admin. cap.3.circa prin.& 13. de v.p.cap. 11. in fine.

aliud

©BIU Santé

aliud nouum os (vt nõnulli perperàm opinati ſunt) ſed ipſius ſuperioris proceſſus appendix: in cuius anteriore parte ſinus quidã ſuperficiarius eſt, cui clauiculæ tuberculũ coarticulatur. Verũ igitur eſt id officulũ in homine reperiri, quanuis negandum non ſit in ſimijs: Hippocrates enim cætera omnia conſiderauit animalia, quæ clauicula deſtituta ſunt: ideoq; vniuerſalem protulit propoſitionem animalia omnia præter hominem excipiens. Quam vniuerſalem propoſitionem iuxta medicorũ morem pro (maxima ex parte) intelligendo, ſimiam, ſciuros, & glyres duntaxat excipiemus. Quartam deniq; ſignificationẽ, ex Hippocratis .n. etiam (Galeno, .o. Ruffoq;, Epheſio, .p. ex Eudemo confirmantibus) dogmate, adiungere nõ grauãbimur, pro ipſo videlicet articulationis prædictæ ſuperioris ſcapulæ proceſſus cum clauicula ligamento. [ἔστι δὲ τοῦτο ὁ σύνδεσμος τῆς κλειδὸς, καὶ τῆς ὠμοπλάτης] inquit Hippocrates, latinè [Eſt autem id (ſcilicet os) clauiculę & ſcapulę ligamentum] Quanuis autem ligamenti nomine ſubſtãtia illa neruea, chartilagineaue intelligi poſſit, quæ oſſa coniungit, cõnectitq; in propoſitoq; Hippocrates tertium officulum voluerit: Nihilominùs tamen in cõmento Galenus, nõ ſubſtantiam illam, ſed nexum potiùs ipſum, colligationemq; intellexit, dicens [συνζευξιν ἐνδέικνυται τὸ ἀκρώμιον εἶναι] quod eſt [Coniugationem acromion eſſe oſtẽdit.] ſtatim verò & aliam quoq; ſignificationem innuit, dicens. [λέγει δὲ καὶ ὀστοῦν ὑπάρχειν αὐτὸ, καὶ συνδεῖν ἄμφατα εἰρημένα] quod eſt, latinè [Dicit autem & os hoc eſſe, amboq; dicta cõnectere.] Duplicem igitur ſignificationem prædictam ſcilicet ſecundam, & tertiã innuit ibi ex Hippocratis intentione Galenus. Quinimmò cùm officulũ illud chartilagineum tanquam ligamenti ſubſtãtiam quandam ſuppoſuerit, quartam quoq; ſignificationem cõprehendere videtur. Ideoq; nos ab initio huius cõmenti ſtatim diximus triplicem in præſenti contextu ſignificationem colligi: ſecundam videlicet, quartamq; & tertiã: etenim primam in præcedenti textu (ſi non ad Galeni mentem, qui fortaſſis officulum illud in homine tertium cum Hippocrate ſuppoſuerit) in ſimijs tamen, in quibus officulũ illud abeſſe credebat, ex eius intentione colligere poſſumus. Tantoq; magis vbi appẽdix illa ſuo cum proceſſu coaluerit: neq; tertium amplius officulum dici queat: ſed vnicum ſit ab initio ſpina nuncupata, dein verò, cum à ſcapula diſcedit acromion appellatum. Vocant autem tertium id officulũ, ſubdit Galenus (addeq; tu hanc appendicem, vel ſi coaluerit, & in vnũ cõuerſum fuerit) hanc oſſis proceſſuſue extremitatem κατακλεῖδα, q. d. ſecundùm clauem, ſiue iuxta clauem, ſeu ad clauem: quoniã ſcilicet ad clauem refertur: cùm qua coarticulatur. Diximus autem, vbi officulũ illud cum ſuo proceſſu, cuius appendix eſt, coaluerit. Quanuis enim velut tertiũ os aliquãdo. puta in pueritia, vnà cum ipſo Hippocrate, ipſumq; inſequẽtibus Galeno, Eudemoq;, ac Ruffo Epheſio, numerare, ac declarare poſſimus: nihilominùs tamen procedẽte ætate ſuo oſſi, cuius appẽdix eſt, coaleſcit: adeò vt non amplius tertiũ os, ſed idem exterior, ſuperiorue proceſſus ſit à ſpina deductus: qui cum clauj coarticulatur. Coaleſcit autem ſua intermedia, qua abundabat, chartilagine in os proceſſu etatũ degenerante. Quanquã exteriore in parte chartilagineſum ſemper meritò remaneat, cùm deberet (vti Galenus .q. ait) eminere, ac primũ eorum, quæ extrinſecùs incidunt, impetũ excipere, indeq; ſubiectæ humeri cũ ſcapula articulationis propugnaculũ eſſe. Siue autem ſeparatum adhùc os tanquã appendix remanſerit: ſiue iam coaluerit, acromion dici, & cataclida poteſt. Cuius quidem vſus multiplex eſt: non modò enim vt propugnaculũ (veluti iam iam dictũ eſt) foret, humeriq; ad ſuperiora (prout ſtatim poſt hæc dicemus .r.) luxationẽ prohiberet: ſed etiam vt inde principij pars quędã enaſcatur ſecundi .λ. brachiũ attollentis muſculi, quem epomidis muſculũ nominant: & in idem quoq; os portio quędam ſecundi .μ. ſcapulã eleuantis alterius muſculi inſeratur. Necnon & in ipſum ab inferiore proceſſu, interioreq; aſcẽdens ligamentum implantetur. Ex quo non ſuperior modò eius pars, ſed inferior quoq; aſpera eſt, rudiſq;, ac foraminibus multis imperuijs, propter illius exortũ, horumq; inſertionem prædita. Quocunq; autem modo ex prædictis acromion capiatur: Ex nominis vi patet ἀκρωμίδα latinè ſuperhumeralẽ dictum locum eum totũ intelligi, qui prædicto oſſi, atq; articulationi ſupereſt, ad quem deltoides muſculus aliquo modo quòad ſui principij partem ſpectat. Verùm enimuerò cũ tres effatu digni proceſſus ipſius ſcapulæ conſiderentur: Primus quidem exterior, ſuperiorq; dictus iam eſt, qui à baſi exordiens, ſcapuleq; eiuſdem dorſo inhęrens, adhùc ſpina dicitur, in fine tandẽ ab eodem ſcapulæ dorſo abſcedens, acromion, ſiue in acromion deſinens nuncupatur: Secundus huic ſuccedit declarandus, quem Galenus eueſtigiò ſubiungit, dicens.

n. 1. deart. tex. 62. in princ.
o. Ibidẽ in comm. in princ.
p. In 1. lib. edit. 1. c. 9. edit. 2. c. 10.

q. 13. & v. p. cap. 11. in fine. Acromij vſus.
r. Cap. ſeq.
λ tab. 4. &
μ tab. 9.
Γ. Δ.

TEXTVS QVARTVS.

» Τοῦτο δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ἀπόφυσίς τις ὑποκειται τῇ ὠμοπλάτῃ. ὀνομάζεται δὲ ἀυχὴν ὠμοπλάτης ᾧ ἐπὶ τὸ πέρας
» εἰς κοτύλην τινὰ τελευτῶντι τῷ βραχίονος ἡ κεφαλὴ διαρθροῦται.

» In hoc autem loco proceſſus quidã ipſi ſcapulæ ſubeſt. Vocatur autem ſcapulæ ceruix; cuius
» extremo in acetabulum deſinenti humeri caput dearticulatur.

COM.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 207 sur 292

©BIU Santé

COMMENTVM QVARTVM.

[f. Tex. & com.1. huius.

CVM de partium ſcapulę inęqualitate mentionem priùs .ſ. fecerimus, ſuperiorē eius finem craſſum, paruumq; eſſe iam diximus: finem hunc ad ceruicem ſpectātem intelligentes. Eſt igitur ceruix reliquis omnibus ſcapulę lateribus breuior: altiorq; interim, groſſiorue multò ſupernè deorſum (puta in prima, & ſecunda huius capitis figura à litera C. vſq; ad D.) quàm ſecundū ante & retrò eſt. Ideoq; oblonga exiſtens oblongum quoq; ſinum, ſiue acetabulum ſuſtinet. Quod ſi quiſpiam tanquam ſcapulę quartum latus annotare voluerit, eam nō triangularem, ſed quadrilateram dęcernens: tunc ſcapulę laterū id omniū breuiſſimū, ſed interea craſſiſſimū determinabit. Quanquam & hoc acetabulū diuerſum quoq; ſuis in partibus eſt. Inferiùs enim circulari ſupercilio conterminatum, ſuperiùs verò in acutum quodammodo exporrectū, tùm vt ſexti .v. brachiū mouentis muſculi tendo per mediā eam partē pertranſeat: tùm vt ex tali ſinus procerius facta extuberatione duo validiſſima huius articuli pronaſcantur ligamenta: Tertioq; demùm, vt inde caput alterū primi cubitū flectentiū muſculi, .ξ. à ſuperiore inquā acetabuli ſupercilio enaſcatur. De humeri autē capite, eiuſq; ad ſcapulā dearticulatione, poſtęriùs locuturi ſumus. .t. Reliquū eſt igitur vt ad tertiū ſcapulæ proceſſum accedamus, internū ſcilicet inferioremq;, ac omniū minimū. De quo ſic eueſtigiò Galenus ſubdit.

Cur acetabulum oblongum.

ψ tab. 7. Γ

ξ tab. 6. Θ

t. Cap. 15. huius.

TEXTVS QVINTVS.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τούτῃ ἔσωθεν ἀπόφυσις ὀξεῖα, καὶ σμικρά. καλοῦσι δὲ αὐτὴν, οἱμὲν ἀγκυροειδῆ· οἱ δὲ κορακο-
ειδῆ. διό τι τὸ πέρας αὐτῆς ἔκτος ἐπινένευκεν ὥσπερ κορώνη.

Ineſt autem & alter huic interna in parte proceſſus acutus, ac paruus. Nominant verò hunc nonnulli quidem ancyroidē, nonnulli autem coracoidem: eo q; finis eius vt coruus prominet.

COMMENTVM QVINTVM.

EX aliorum opinione duo nomina interno huic proceſſui aſcribit, propter duplicē, quā habere videtur, ſimilitudinem. Alteram quidē ad vnam anchoræ partem, quæ in terram affigitur, indeq; ancyroidem, q.d. anchoriformē nuncupant: Alteram verò, quā ad coruū refert. Ad roſtrū eius exponunt interpretes. Quanuis enim de roſtro nullam Galenus mentionem habeat: ſed abſolutè ad coronen, hoc eſt, coruū cōparārit: Non temerè tamen interpretes (velut dictum eſt) roſtrū expreſſerunt. Cùm dicat ideo coracoides, q. d. coruiforme nuncupari, quoniam extremū eius vt coruus prominet. Extremū verò eius, finiſue corui roſtro ſimile eſt. Verùm enimuerò ſi exquiſitiùs cuncta perpendere volueris, non roſtrū modò, ſed totum caput, ac ceruicem, & pectus huiuſmodi proceſſu referri inuenies. Quinimmò totum deniq; corui corpus ad caudā vſq;, ac in altum quoq; eleuatā alam pręſeferri à tota ſcapula conſpicies: ſiquidē ita eam collocaueris: vt pars interior, anteriorue nobis offeratur, acetabuliq; rotundior, latiorq; pars vna cum ſecundo, inferioreue trianguli latere, tanquam baſis ſuper menſa iaceat: veriorq; iam iam prędicta baſis, tanquā eleuatę alę terminus totus ſit: tertiumq; tandem latus omniū minimū rectè ab eius termino tanquam alæ anterius principiū, latuſue cōſtituatur, ad ſemicirculū vſq; deſcendens, quod in huius proceſſus tergo, propter quinti paris dorſalis medullæ ſurculo cuidam, ſimulq; arteriæ, ac venulæ poſteriorem ſcapulæ ſedem adeuntibus tranſitum cælatum eſt. Id enim corui ceruicem, & alæ principiū exprimit: acetabulū verò corui pectus oſtendit. Prēter pedes igitur totum coruū ſcapula ſic ſituata prēſefert. Cuius tamen effigiem minimè referret, niſi proceſſus hic interior caput quodammodo quòad partem eius poſteriorē, quòad anteriorem verò finis eius roſtrū repręſentaret. Quæ tamen ſcapula ſic etiam aptè ſituari poteſt, vt exterior proceſſus alterum crus prēſeferat. (Quæ cum vnicuiq; coriceo promptiſſimè pateant, noua figura talem ſitum oſtendere nō curauimus) Ideoq; abſurdū nō eſſet, pronomen, αὐτῆς, ideſt, huius, quùm dicit [τὸ πέρας αὐτῆς] ad ſcapulā quoq; referri, eo q; huius ſcilicet ſcapulæ finis foras prominet, ſicut coruus, hoc eſt, quoniam ſcapula ipſa hunc proceſſum pro termino, ſicut coruus roſtrū habet. Non modò igitur ad roſtrū, ſed ad totū corui corpus cōparatio fieri poteſt. Vnum verò circa nomen id [κορακοειδῆς] annotatione dignū priùs eſt: quoniā ex dictione κορώνη, κορωνοειδῆς dici talis proceſſus debuerit, κορακοειδῆς autem à nomine [κόραξ] dēriuātum eſt: ſed nullius ferè momēti hoc eſt, cùm vtrunq; nomen idem ſignificet. Quod autem māgis perpendendū venit, eſt: quoniā Galenus hic, & libro etiā de anatomicis adminiſtrationibus primo .u. proceſſum hunc duobus nominibus prēſcriptis inſigniri determinauit: vt ſcilicet coracoides,

Notandū.

n. Cap. 11. ante med.

©BIU Santé

coides, & ancyroides idem proceſſus, diuerſis interim ſimilitudinū rationibus diceretur. Velut proceſſus alter exterior, ſuperiorq; primò dictus duob⁹ alijs pręter inuidiā nomenclaturis, acromio ſcilicet & cataclida, inſignitus paulò ante fuit .x. Libro tamen de vſu partium tertiodecimo interiorē hunc proceſſum altero nomine priuans, illud ſuperiori proceſſui dedicauit ſcilicet ipſi acromio nuncupato. Adeò vt hunc coracoidem appellari à quibuſdam pronūtiarit. Sicq; tribus nominibus exterior huiuſmodi proceſſus decoratus ſit: vt ſcilicet nuncupetur acromios, cataclida, & coracoides. Alter verò iam iam dictus interior, reddito ſibi altero quodam nomine, pro eo, quod ablatum ſibi fuerat, quaſi cambio nominum facto, ſigmoides à Græcæ literæ .σ. quæ ſigma dicitur, ſimilitudine nomencletur. Ex quo admirantes nonnulli Galenū vt inconſtantem reprehendunt: quòad hoc me hercle ipſum impiè condemnantes. Cùm ex aliorum placitis tàm hic, quàm ibi locutus ſit Galenus: vt mirum non ſit aliquos homines coracoidis nomine primū proceſſum (quanuis minùs rectè hos) aliquos verò hunc tertiū ſic nuncupaſſe. Perpetuū tamen intereà eſt, vt primus acromios, & cataclida nominetur: Tertius verò hic ancyroides, & ſigmoides. Qua itidem ratione de hoc loquens tertio proceſſu, loco de vſu partiū prędaducto, abſolutè inquit [ἀγκυροειδὲς τε, καὶ σιγμοειδὲς ὀνομαζομένης] hoc eſt [quod ancyroides, & ſigmoides nuncupatur. Sed omiſſis nominū altercationibus, ad huius tertij proceſſus multiplicē vſum conuertamur. Interna enim inferioreq; ſui ſede cauus, exacteq; lęuis eſt, vt ſexti brachiū circūuoluentis muſculi .o. tendoni viam prębeat. Diuerſus tamen in diuerſis ſui partibus vſus eius cōpertus eſt. Primus quidem, vt in totam ſui longitudinem ſcapulæ motorū muſculorū primus .n. inſeratur. Secundus verò, vt ex loco inter apicem eius, & tuberculū medio ligamētum validiſſimū exoriatur, quod pro fortiore articuli ligatura in acromion inſerendū venit. Tertius, vt ex loco appendicis eius cubitum flectentiū muſculorū primi .ρ. caput internū exoriatur. Quartus, vt inde etiam peculiariū humeri articulationis primū ligamētum exoriri cōmodè poſſit. Quintuſq; deinceps, vt ex elatiſſima principij huius proceſſus ſede, qua parte craſſior, ac tuberoſior, gibboſiorq; eſſe apparet, clauicula innitatur, valideq; alligetur. Quibus & ſextus ſuccedit vſus, vt ſcilicet articulationis humeri cum ſcapula propugnaculū ſit. Humeriq; demùm ad anteriora luxationem, pro ſeptimo vſu prohibeat. Quorū omniū ſiue originū, ſiue inſertionū ratione diuerſæ aſperitates, foraminulaq; imperuia plurima prędictis in locis reperiuntur. De ſcapulę autem appendicibus, veluti & oſſium multorū prędictorū, particularem ſermonem omittimus, cùm ſatis ſuperq; de his in procœmio declaratū à nobis ſit .y. Quæ autē in baſi exiſtunt propter muſculorū, quæ verò in proceſſibus propter ligamentorū originem ſumit. Hæc de ſcapulis. Quarum ſi foraminula, & ſubſtantiam, corporeamue molem declarauerimus, reliqua iam ex prędictis enucleata etiā compertiſſimū eſt. Foramina igitur plurima diuerſis in ſcapulæ partibus, nutrimenti, ſpirituſq; gratiā diſperſa cōſpiciūtur: prędictis verò effatu digniora in ceruicis ambitu ſuperiore, propè acetabulū, vnumq; prętereà & item alterū in ipſius ſpinę angulis quos, cū ſuperiore, inferioreq; cauitatibus facit, ſuperiùs magis ad ceruicē accedentibus, & in interna demùm ipſius ſcapulę ſede, qua hæc impenſiùs excauatur, vnum viſitur, quæ non venarū, arteriarumq; modò tranſitus, ac penetrationis, ſed ligamentorū quoq; nōnullorū producendorū gratiā, efformata ſunt. Scapulę autem ſubſtantia, quibus in partibus tenuior fuit, neceſſariò denſior cōſtruenda venit, fungoſior autem, ac medulloſior, vbi craſſior, vt in proceſſibus, ipſaq; etiā ceruice, ac inferiore latere, ſeu coſta, fuerat. Tempeſtiuum verò eſt, vt totiès nominatam clauem vtrinq; poſitam declaremus, cum ipſo prędictis Galeno ſic ſequente.

x.Com.huius 3.

Galeni defenſio.

o tab.7.T. Vſus ſeptē.

n tab.5.T

p tab.6.Θ

y.Com.6.

Foramina.

Subſtantia.

Περὶ κλειδῶν, Κεφάλαιον. ιδ'.

De Clauibus. Caput Quartumdecimum.

TEXTVS PRIMVS.

» Τῷ κέρατι τοῦ ἄνω πέρατι τῶν κλειδῶν ἑκατέρα διαρθροῦται.

» Sterni ſuperiori extremo clauium vtraq; dearticulatur.

COMMENTVM PRIMVM.

CVM de acromij vſibus alibi .z. locutus eſſet Galenus, ad clauicularum neceſſitatem eueſtigiò pertranſit, ita ſubdens. [Quòd ſi non ea parte clauis fuiſſet cōnexa, nihil » vtriq; prohiberet, quominùs os latum ſcapularū nuſquā ſtabilitū thoraci incideret, » coarctaretq; ibi humeri articulū, multoſq; brachij motus impediret: quod variè ob » id potiſſimū poteſt moueri, quòd à thorace abſit plurimū. Nam ſi eius coſtas tangeret, aut om-

z.13.de v.p. cap.10.verſus finem. Clauicularum vſus.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 209 sur 292

©BIU Santé

ninò propè eſſet locatum, quomodo ſe habet in quadrupedibus, manus ad pectorale os, oppoſitumq; pectorali oſſi humerum, ad epomida prętereà, ac ad collum circumagere non poſſemus: quemadmodũ ne nunc quidèm, quando luxatum brachiũ coſtis acciderit. Ad nullam enim partium oppoſitarũ in eiuſmodi affectibus manus poſſumus tollere, quòd coſtarũ conuexitas in huiuſmodi affectibus brachio accidat, quæ ipſum extrorsùm, & ad latera depellat. Qui affectus nobis acciderent etiam cùm ſecundũ naturam haberemus, niſi acromiũ à pectorali oſſe plurimum eſſet diſſitum. In horum enim medio clauem, velut ſuſtentaculũ, ac ſtabilimẽtum quoddam natura conſtituit. Rursùs igitur .*a*. hic quoq; cõſidera artem, quæ animalia effinxit, vt in omnibus eſt æqua: tametſi certè propoſitũ mihi fuerat ſolius hominis conſtructionẽ explicare: fieri tamen ſæpè non poteſt, etiam ſi maximè nolim, quin aliorũ etiam animaliũ conſtructionem attingam.

a. Ibidem cap. 11.

Cur in homine humeri articulus à thorace diſtat.

Non enim temerè, neq; fruſtrà natura in homine humeri articulũ longiſſimè à thorace abduxit: in quadrupedibus verò proximè collocauit. Sed quoniã ille quidem manibus variè eſſet vſurus, motum deſiderabat: ob eamq; cauſam poſitũ admodũ amplum, ac ſpatioſum: his verò nõ item. Neq; enim manus habent, ſed artus anteriores nõ aliter, quam poſteriores ſoli ambulationi ſubſeruiunt. Quare crura thoraci affirmata eſſe præſtitit. Propterea ſanè pectoralia oſſa hominibus quidem lata: brutis verò acuta, atq; anguſta extiterunt. Quòd ſi contrà facta fuiſſent, in hominibus quidem prędictas manuũ actiones morarẽtur: Non aliter, quam ſi nunc medio pectorali oſſi

Pulchrũ experimentũ.

lignum prælongum impoſueris: quod à collo vſq; ad hypochondria perueniat. Brutis verò ſi pectoralia oſſa eſſent lata, impedirent quominùs artus anteriores bellè thoraci affirmarẽtur. Æqua igitur hic quoq; perſpicuè, vt in alijs omnibus fuit natura: quæ bipedi quidem, ac recto animali thoracem fecit latum, humeri verò articulum exporrectũ valdè cõſtituit: Quadrupedibus verò rursùs acutum quidem thoracem, coniunxit autem ei oſſa lata ſcapularũ, cruraq; affirmauit. Ad

Clauium vſus.

eandem autem prouidẽtiam clauis generatio eſt reuocanda. Cùm enim ſcapulas extrorsùm ſpectare oporteret, vtranq; clauem inter os pectoris, ac ſpinæ finem, quæ ad ſcapulas eſt, natura cõſtituit. Cùm enim pectorale os ſit longum (nam à iugulis vſq; ad hypochondria pertinet) locũ dearticulationis ad claues haudquaquã reperias aptiorem eo, qui nunc ipſi adeſt. Latiſſimũ enim ibi eſt, ac fortiſſimũ, neq; vlla coſta ampliùs cũ eo dearticulatur. Ad eundem autem modũ ipſarum cum ſcapulis cõnexio oportuniſſimè extitit: tùm vt humeri articulus extrà promineat: tùm ad muniendum articulum ipſum: tùm ad prohibendum ne parte ſuperna excidat. Meritò igitur homo, ne ſi volet quidem ambulare quatuor artubus, queat quòd in ipſo ſcapularũ articuli longè à thorace ſint abducti. Meritò etiã ſimia, vt in cæteris (docuimus enim id anteà .*b*.) hominis ridicula imitatio in pleriſq; eſt, ita & in artubus. Nam ipſius crura quãtum ab humanis cruribus diſcrepent, cùm priuatim de ipſis ageremus, monſtrauimus quemadmodũ certè & ſummæ manus conſtructio. Quod verò ad ſcapulas, ac claues attinet, homini maximè eſt ſimilis: quanquã ea parte homini ſimilis eſſe nõ debebat. Nam quòd ad ambulationis celeritatem pertinet, ſimia inter genus vtrunq; ambigit. Neq; enim bipes penitùs eſt, neq; quadrupes: ſed quatenùs eſt bipes, clauda eſt, nõ enim recta planè ſtare poteſt; & quatenùs eſt quadrupes, mutila ſimul eſt, ac tarda, quòd humeri articulus à thorace plurimũ ſit abductus, quemadmodũ ſi idem articulus in alio quopiã animante à thorace diuulſus extrà ſeceſſiſſet. Sunt igitur ſimiæ crura, qualia homini ſunt infanti (prout aliàs perbellè Galenus idem ait .*c*.) nunc primũ eis vti conanti. Etenim quatuor artubus, quomodo quadrupeda, graditur, prętereà anterioribus tanquã manibus vtitur. At vbi homo iam increuit, non ampliùs anterioribus artubus vtitur, vt pedibus. Simia verò perpetuò inter vtraq; ambigit, quòd ad vtranq; ſit conſtructa: tùm vt manibus, obuia prehendendo, non aliter, quam reptilia ſcandat, tùm vt in ſecuro veſtigio currat, inſtar pueri. Non enim poterat ad vtraq; rectè conſtrui.] Ideoq; fugiens, currenſq; ſemper iter ad ſuperiora, vt erigatur, appetit. Sępeq; incedens ſtatim ſedet, eleuaturq;, quaſi cum labore quadrupes maneat, ſimiliterq; cum labore bipes. [Quemadmodũ autem ſimia (prout anteà quoq; appoſitiſſimè ſubiunxerat Galenus .*d*.) quòd animã habeat ridiculam, corpus ob id habuit ridiculũ: Ita homo quòd animã haberet rationalem, ob id etiam corpus ſolum inter ea, quæ ſunt ſuper terram, habuit diuinum, atq; optimè ad animę potentiam, ac facultatem cõparatum. Cęterum q̃ omniũ animantiũ ſolus ſtat rectus, anteà oſtendimus, .*e*. nec minùs q̃ ſolus manibus rectè vtatur. .*f*. Ex his omnibus nõ modò clauium vſus liquet: verùm etiam & earũ nominis ratio patet, cur ſcilicet claues, ſiue clauiculę nominentur. Etenim clauium inſtar humeri cùm ſcapula dearticulationem ita claudunt: vt neutiquam ad thoracem delabi poſſit, diſtantemq; ipſam firmantes cõſeruent, ad omnia manuum munera perfectè pręter vllum impedimentũ obeunda. Quam etiam ob cauſam furculæ à Barbarolatinis nuncupatę ſunt, quoniã quaſi paruę quędam furcę, hoc eſt, parua fulcra prędictã dearticulationem ſuſpenſam ſuſtinent, eleuatamq; conſeruant: vnde nomina hæc duo ab officij ſimilitudine impoſita eſſe cõpertum eſt: velut ab alia ſimilitudinis ratione, quæ ſcilicet ab earũ figura ſumitur, iuguli, ſiue iugula, quaſi paruą iuga, à noſtris nuncupari ſolent: quoniam ſi non

d. 13. de v. p. c. 11. poſt med.

e. 3. de v. p. c. 1. 2. & 3.

f. Ibidẽ, & lib. 1. & 2. per totum.

Clauium cũ ſcapulis oportuna connexio.

Simia ridicula.

b. 1. de v. p. 2. 2. 3. 8. in fine, & vide 1. de anat. admin. cap. 2. & 4. eiuſdẽ 1. 2. 3. & alibi ſæpè.

c. 15. de v. p. cap. 8. poſt princ.

Cur dicantur claues.

Cur dicantur furculę.

Cur dicantur iuguli.

totius,

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 210 sur 292

©BIU Santé

totius, ſemiiugi tamen, quod bouum collo ſuperimponitur, ſimilitudinem preſefert: vnde verbum iugulare deductũ eſt, etiam ſi non gladio quempiam iugulemus, ſed vi duntaxat morbi ille pereat, quaſi iugulare ſit, ſtrangulare: vnde in antiquorũ prouerbio dicebatur iugulum videre, hoc eſt vulneris lethalis locum cõſpicere: vbi etiam validiſſimũ quodpiam argumentũ in aduerſarium inſolubile adducimus: quaſi lethali quodam vulnere aduerſariũ cõfoderemus. Poſtquod os iugulum nuncupatũ, macilentis, tabidiſq; hominibus, nõ ſecùs ac ſenibus, quaſi lacuna quędam excauari ſolet, nõ vtrinq; modò, ſed in medio quoq; inter vtrunq; iugulũ loco, quem Greci σφάγιν appellant, vnde Lucanus .g. [Iugulumq; ſenilem confodiam.] Vnde etiam iugulares venę, arterięq; tàm internę, quàm externę: quoniam ſcilicet ſub hoc iugulo vtrinq; pertranſeunt; & ab hoc iugulo ſurſùm aſcendentes cõpareant, nomenclari ſolent. Pro quarum exquiſitiore intelligẽtia, dictorumq;, ac dicendorũ elucidatione tres hic earum figuras appoſuimus. Quarum prima anteriorem, externamue, ac ſuperiorem ſimul clauiculę faciem oſtendit. Secunda poſteriore, internaue, cum ſuperiore eiuſdem ſede, clauiculam preſefert. Tertiaq; demùm inferiorem eiuſdem clauiculę ſedem cõmoſtrat. Cuius duo extrema ſunt: Alterum quidem, quo cũ pectoris oſſe primo dearticulatur, quod litera A. inſignitur: Alterum verò quo cũ acromio coarticulatur litera Q. annotatũ. Reliqua verò in ſequentibus, prout exponendũ in textu occurret, annotabuntur. Modò priùs id annotauerimus, ꝙ prẽter chartilagines, quibus omniũ oſſium, nedùm huius extrema ad articulationem incruſtãtur, peculiaris quędam primo articulo ad ſternon facto interiecta eſt, illi ſimilis, quæ priuatim alteram eius cum acromio articulationẽ intetcidit, illamq; aliam, quæ maxillæ inferioris cũ capite dearticulationi interponitur, prout antea iam declarauimus, .h. tenuis inquam hæc, æqualiſq;, admodũ læuis, & vnctuoſo humore perfuſa, ligamentis duntaxat articulum amplexantibus, non oſſibus connata: cuius figura hæc eſt, quam in margine litera S. deſignauimus. Quibus per ſe ſingulis exactè perpenſis, pro exactiore iuguli notitia: ſubſtantiam eius, figuramq; cum Galeno etiam contemplemur, ſic ſubdente.

g. Lib. 3.



h. Cap. 5. com. 2. circa med. & cap. præcedẽti com. 2. in fine.



TEXTVS SECVNDVS.

» Σπραγγώδης τε ὅσα: καὶ ἀνώμαλος τότε σχῆμα, καὶ τὸ πάχος. τὸ κάτω μὲν γὰρ αὐτῆς ὑπ' καὶ διαρθροῦται πρὸς τὸ
» στέρνον: παχύτερον τε τ' ἄλλων ἐστὶ, καὶ στρογγυλώτερον. ὅσον δ' ἐξῆς τούτῳ πολὺ μὲν ἐστιν ἰσχνότερον, ἔτι δὲ στρογγύλον,
» ἀνώμαλον δὲ τὸ ἐπὶ τούτῳ σύμπαν, ἄχρι τῆς πρὸς τὴν ὠμοπλάτην συντάξεως: ἔνθα καὶ πλατύνεταί πως αὐτέμα.
» Συμπάσης δὲ αὐτῆς τὰ μέσα μέρη κυρτὰ πρὸς τὰ ἐκτός εἰσι, καὶ μᾶλλον ἐν αὐτοῖς ὅσα πρὸς τὴν ὠμοπλάτην ῥέπει.

» Cauernoſa exiſtens, figuraq;, ac craſſitie inęqualis. Inferior enim pars ipſarũ, qua ſterno dearticulantur, tùm craſſior cæteris, tùm rotundior eſt. Quanta verò huic proximè ſuccedit, longè quidem gracilior eſt, adhùc tamen rotunda. Inęqualis autem quæ poſt hanc vniuerſa eſt, ad eius cum ſcapula conſtructionem vſq;, vbi etiã paulatim quodammodo dilatatur. Totius autem eius mediæ partes exteriùs gibbæ ſunt, magiſq; inter has quęcunq; ad ſcapulam tendunt.

COMMENTVM SECVNDVM.

TRIA impręſentiarũ de clauicula pertractat Galenus. Primò ſubſtantiã, ſecundò figuram, tertioq; craſſitudinem. Quòad primã igitur, ſubſtantiã eius σπραγγώδη, hoc eſt, cauernoſam, raramq;, ac fungoſam eſſe ait, parte videlicet eius interna, quæ tenui, lęuiq; cruſta oſſea, quaſi ſquamea quadam ſuperficie cõtegitur: ideoq; promptiſſimè frangibilis. Magis autem fungoſa, fiſtuloſaq;, ſeu cauernoſa in extremis eſt, quibus cum ſterno, vel ſcapulæ acromio cõmittitur. In medio enim, quò tenuior eſt, eò ſolidior, denſiorq; inuenitur: humiliore quidem in parte velut in lineam quãdam protuberans, vt muſculus thoracem mouentiũ primus .e. indè principiũ cõmodius reciperet. Iuxta cuius lineę extrema ſinuoſę quędam aſperitates conſpiciuntur, vnde valida innaſcantur ligamenta, hinc quidem quo clauicula pectori: indè autem quò priùs cum interno ſcapulę proceſſu: poſt autem, alterũ prope articulum, quo eadem cum acromio validiſſimè cõnectatur. E quibus quidem aſperitatibus iam dictis, dicendiſq;, ac nõnullis minimis protuberãtiunculis multiplices clauiculę vſus colliguntur. Non ſolùm enim ob id facta eſt, quò ſuſpenſam, diſtinctamq; à thorace ſcapulam ſuſtineat, liberamq; humeri cũ ſcapula dearticulationem, propter innumeras manuũ operationes impeditas

Subſtantia.

e tab. muſcul. 4. d. & 5. tab. z. Clauiculæ vſus alij.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 211 sur 292

©BIU Santé

conſeruet: verùm etiam vt à prędicta eius linea primus thoracem pro expiratione mouentiũ muſculus exoriatur, veluti prędictũ iam iam eſt. (Non ſecùs ac ab altera linea in anteriore clauiculę parte, prope radicem exordiente, ac ante medium longitudinis eius deſinente, muſculus .β. non parua ſui parte brachiũ mouentiũ primus originem ducit) propè ſuam verò cum acromio coarticulationem ex alia aſperitate ibi manifeſtiſſima muſculi epomidis, .γ. magna pars principij exoriatur. Necnon ſuperiore in eius parte, qua cũ ſcapulę acromio cõmittitur, ſcapulę muſculus .δ. ſecundus: velut in alia parte, qua cum pectoris oſſe coniungitur, muſculus capitis motorũ ſeptimus .ε. originem ſumpſerint: vnde variè aſpera, inęqualiſq; facta eſt. [Cęterũ q̃ omniũ animantium ſolus homo ſtet erectus (inquit alibi .ſ. Galenus) antea oſtendimus, .ζ. nec minùs q̃ ſolus manibus rectè vtatur. Verumtamen nunc etiam id tibi apparebit, ſi humeri articulum, aut totius thoracis formam, aut clauis generationem inſpexeris. Satis enim ea eſſe poſſunt ad artem naturę indicandam, quam multò adhùc apertiùs quæ dicturus ſum oſtendent. Nam cur non rectã a pectorali oſſe ad ſcapulas clauem ottẽdit, ſed ad στραγγὼν (iugulũ ipſum interpres vertit, eam ſcilicet cauitatem, quæ ſuper ſternò in medio clauicularũ eſt) conuexã quidem foris, intùs verò cauam: poſt autem contrà, extrinſecùs quidem cauam leniter, intùs verò conuexiorem?] Adeò vt bis gibba, biſq; concaua reddatur noſtræ literæ (ſ) figuram pręferens (priorem partem, quæ ad ſphagen ſpectat, παρασφάγιον, q. d. iuxta ſphagem nuncupant, alteram verò, quæ ad humerum, ἐπωμίδα, q. d. ſuperhumeralem, Polluce etiam teſte, appellant.) [Nihil enim horũ temerè, nec fruſtrà a natura fuit factum. Sed ad ſphagen propter eandem cum pectorali oſſe vtilitatem, quomodo hoc, caua quidem parte interna extitit, quo videlicet locũ aptum his inſtrumentis prębere ret, quæ ſupernè deorsùm (vt aſpera arteria eſt, ac ſtomachus, & ſextum cerebri neruorum par, demumq; à quinta, ſextaq;, & ſeptima dorſalis medullę coniugationibus neruorũ ſeries, quæ cũ octaua, & nona ad totum brachium diſtribuenda venit) atq; infernè ſursùm (vt venę ſunt, arteriæq;) per collũ ferũtur (His enim omnibus appoſitiſſimè ſua curuitate cedens, propugnaculi vicem ſuplent.) [Cùm verò à ſphage cepit diſcedere, tantũ paulatim antorsùm redit vſq; ad humeri ſummitatem, quantũ finis particulę ipſius clauis intumeſcentis retrò ſeceſſerat. Quòd ſi retrorsùm ſolum tenderet, ad colli latera progrediens, non ſatis à thorace diſtaret.] Cur autem rotunda clauicula ſit, quærere ſuperuacaneum reor, vbi totiès dictũ iam ſit, figurã hanc cauſis omnibus extrinſecùs occurrentibus, lędereq; potentibus magis obſiſtere, magisq; cõtumacem eſſe. In fine autem ad acromion accedens idcircò dilatatur, quoniã ſuperior ſcapulæ proceſſus acromios ibi dictus, cum quo articulari debebat, latiuſculus etiã eſt. Dicit autem in fine Galenus totius medias partes exteriùs gibbas eſſe, magisq; ex his (ſcilicet medijs partibus) quęcunq; ad ſcapulam tendunt, priuſquã ſcilicet exteriùs recuruata, cauaq; fines ad acromion foras reuertẽs ſit. Tunc enim vbi foràs reuerti inceperit, nõ gibba pars exterior, ſed interior eſt, exterior autẽ concaua fit. In media autem clauis parte, quæ gracilior quidem, ſed interim ſolidior, duriorq; eſt, versùs acromion, in poſteriore ipſius ſede, plurimũ duo, nonnunquã verò etiam tria foraminula viſuntur, ad hoc deputata, vt venulas admittant clauem enutrituras, ideoq; imperuia ſunt, proprijs autem muſculis minimè mouentur, ſed à ſcapulę motoribus. Sed cũ de humeri articulũ defendentibus, aptãtibuſq; clauiculis, acromioq; ſatis exactè iam locuti fuerimus: Tempeſtiuũ eſt de ipſo humero ſermocinari, cum ipſo etiam Galeno, quem attentè audiamus, ſic dicentem.

β tab. i. 2. 4. Δ. & 3. L.
γ tab 1. p. 5. γ.
δ tab. 9. Γ. Δ.
ε tab. 4. Θ i. 13. meth. cap. 11.
ſ. Lib. 3. c. 1. 2. & 3. Dubium.
Clauiculæ figura curuitas quare.
Reſponſio.
Foramina.

Περὶ βραχίονος Κεφάλαιον. ιέ.

De Humero. Caput Quintumdecimum.

TEXTVS PRIMVS.

Τὸ τῆς βραχίονος ὀστοῦ ἁπάντων ὀστῶν μέγιστον ὑπάρχον, πλὴν τοῦ μηροῦ, διαρθροῦται κατ' ἄμφω τὰ πέρατα ἄνω, καὶ κάτω.

Humeri os omnium oſſium maximum exiſtens, femoris oſſe excepto, dearticulatur ſecũdùm vtrunq; extremum, ſupra, infraq;,

COMMENTVM PRIMVM.

l. 2. de v. p. cap. 2. verſus finem. Totius manus partes tres. m. Lib. 8. c. 1. 10. & 15. & vid. c. 16.

CVM in tres magnas partes tota manus ipſa diuidatur (Galeno didiſcalo. .l.) vnã quidem brachium, humerumue, aliam verò vlnam, ſiue cubitũ, tertiamq; ab his ſummam, extremamq; manũ: de prima nunc, brachio ſcilicet, humeroue, ſermo agendus eſt. Quod enim Galenus hic βραχίονα, hoc eſt, brachium dixit, nos latinè humerum, Celſum ęmulati, .m. nũcupamus. Qui tamen brachiũ dupliciter accepit: cõmuniter inquã

(iuxta

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 212 sur 292

©BIU Santé

(iuxta ipſius etiã Ariſtotelis decreta .n.) pro toto, quod ex humero, cubitoq;,& radio, ipſaq; inſimul extrema manu cõpoſitũ eſt: Ac propriè, pro ea parte tantùm, quæ cubiti articulũ,& carpũ interiacet, ex duobus oſſibus cõſtituta, quorũ alterũ propriè cubitũ, alterũ verò radium appellat (quam partem cõpoſitam, cubitũ quoq; Græcè πῆχυν ſequenti capite Galenus appellabit * noſq; diſtinctionis gratia vlnam vocabimus.) Nonnulli verò nõ temerè Græcum Galeni nomen inſequentes, ſupremũ duntaxat os, quod humerũ vocauimus, brachiũ latinè appellãt. Adeò vt brachij nomen trifariàm intelligi queat. Primò ſecundùm Græcos medicos, pro humero, primoq; oſſe, de quo impręſentiarum loquimur. Secũdò pro toto iuxta Ariſtotelem cõmuniter ſumpto, quod ſimpliciter manũ, & Ariſtoteles, & Galenus appellare cõſueuerunt. Tertioq; demùm pro media parte propriè ſecundùm Celſum, veluti prędictũ iam iam eſt. (Perindeac manũ aliquãdo pro extrema duntaxat, ſummaue manu, accipiunt.) Quamobrẽ & Celſus ipſe diſtinctionis gratia, ſummũ brachiũ, ad differentiã totius, dicere ſolet. .o. Nos igitur ad euitandã omnem æquiuocationis cõfuſionem, totum ſimul appellabimus brachiũ, quod ſcilicet ex humero, cubitoq;, & radio cõpoſitũ eſt, cum ipſa etiam extrema manu. Superius verò os, de quo in preſenti capite loquimur, humerũ: Inferius verò, quod ex duobus conſtructũ eſt, vlnam. Cuius maius os cubitum, minus verò radium nuncupabimus. Quanquã & vlnæ nomen apud nonnullos totum brachium, apud alios verò quoſdam ſolum cubiti os maius ſignificare, cõpertũ nobis eſt. Sed ad humerum reuertamur. Cuius os omniũ maximũ Galenus, fæmoris oſſe excepto, protulit. Id quod quantũ à veritate alienũ ſit, cõpertiſſimũ eueſtigiò fiet, quamplurima alia oſſa humero maiora in quouis animali perſpiciẽtibus. Nullus enim de tibia, quòd maior tùm longitudine, tùm craſſitie humero ſit, ambigere vnquã poterit. Surę autem, fibulęue os longius ſaltem eſt: veluti quæ oſſi ſacro cõnectuntur oſſa, vt in vnum tria ſimul prouectioribus coaluerunt, & latitudine, & grauitate humerũ ſuperare, clariſſimũ eſt. Quamobrem vnde nam in hanc ſententiã peruenerit Galenus, mirandũ omninò eſt. Haud enim a ſimiæ oſſibus deceptum eum fuiſſe, excuſare poſſumus: velut in alijs multis eiuſdem deceptionibus contigit: cùm in ipſis etiam ſimijs huiuſcemodi prędicta oſſa, quinimmò & cubiti etiã os humerũ magnitudine, longitudineue ſuperent. Aliàs igitur multifariàm excuſare Galenum conati fuimus. Primò inquam ſcriptorũ culpam incuſantes, forteq; legendum abſq; dictionibus illis [πλὴν τὰ μηρῶ] hoc eſt [præter femur] ſiue [excepto femore] dicentes: quoniã ſcilicet omniũ (intelligendo hucuſq; prędictorũ) oſſium, maximũ humeri os Galenus proferre voluerit. Forteq; legendũ potiùs, loco illorũ eorundem verborũ venit [τῶν εἰρημένων] hoc eſt [prędictorũ] ſicq; clarum ſit, omniũ prędictorũ hucuſq; oſſium maximũ eſſe os humeri. Vel tertiò ſuſpicandũ eſt, ſcriptum a Galeno fuiſſe, pro illis eiſdem verbis potius [πλὴν τὸ σκέλους] q. d. [excepto crure] hoc eſt, omnibus cruris partibus: tibiam,& ſuram,& oſſi ſacro cõnexa oſſa, in ipſo homine, cruris nomine intelligendo. Aliàs verò humerũ tibię, ac ſurę cõmenſurantes, abſq; proprijs horũ (quia vetuſtate cecíderant) appẽdicibus, humerũ aliquantò longiorem, aut ſaltem nõ minùs longum inuenimus. Qua menſurandi ratione deceptum fuiſſe Galenum veriſimile eſt. Deniq; in hanc peruẽnimus excuſationem: vt Galenum dicamus ex eo fortaſſis dum hæc ſcriberet deceptum, quoniam alicuius longioris hominis humerũ alterius breuioris tibiæ, ac fibulæ, prout ex cœmeterijs oſſa collexiſſe permiſſum ſibi fuerit, comparauerit. Omiſſis interim alijs tametſi groſſioribus oſſibus: vt qui magnitudinẽ pro longitudine, cum ipſo etiam Hippocrate, .p. accepiſſe potuerit. Tum verò fuerit in tam aperta falſitate, pręter omnẽ excuſationem, Galenum condemnare. Veritas igitur eſt, q̃ maximũ omniũ, quæ vſq; ad preſens caput ſcripta ſunt, os humani humeri ſit: minus tamen femore, tibiaq; tùm longitudine, tùm groſſitie, ac pondere; minuſq; etiam ſecundùm longitudinem fibula: veluti ſecundùm pondus latitudinemue ipſis oſſibus, quæ ſacro oſſi annectũtur. Idipſum igitur os per vtrunq; extremum ſupra, infraq; dearticulatur: ſuprà quidem, cum ſcapulę acetabulo, vt in precedentibus iam iam dictum eſt: .q. infrà verò, cum radio & cubito: vt ſequenti capite oſtendetur. Dicit autem bẽnè [διαρθροῦται] latinè dearticulatur, q. d. per diarthroſim articulatur: quia propter motum manifeſtiſſimum, perq; ſpecies eius ſupra quidem enarthroſim, infrà verò cum cubito per ginglymon, cum radio verò per eandem quoq; enarthroſim: vt in declaratione prooemij ſatis ſuperq; expoſitum à nobis eſt. .r. Ex quo malè interpretẽ vertiſſe patet, dicendo [alligatũ eſt] Debebat enim verbi vim iuxta Galeni intentionem interpretari. Verùm enimuerò abſurdũ hic minimè fuerit, » cum ipſo etiã Galeno quadantenùs digredi; quùm ſic alibi ſcripſit .ſ. [Tempeſtiuũ videlicet eſſe » ad ipſum humeri articulum orationem conuertere, atq; imprimis oſtendere naturam iure caput » humeri rotundiſſimũ effeciſſe, & cauitatem, quæ ſcapulę ceruicibus ineſt, paruam eſſe ſimul, ac » ſupinam, ſi quis memoria tenet ea. quæ libris prioribus dicta nobis fuerũt. .t. Cùm enim manus » tota ad multos, ac varios motus eſſet comparata, caput quidem humeri rotundum habere ipſam » oportuit (Hac enim figura nullam ad motus celeritatẽ inuenerimus aptiorem) ipſam autem ca» uitatem ei ſubiectam neq; magnoperè profundam, neq; in magna ſupercilia deſinẽtem. Si enim

non

n.1.de hiſt. animal.c.7. circa princ. Cubitus dupliciter.

* Tex.1. Brachiũ tripliciter.

Manus pro priè.

o. Cap. 15. circa princ. Brachium. Humerus. Vlna. Cubitus. Radius.

Cõtra Galenum.

Galeni excuſationes.

p. 2.aphor. com.vlt.

q. Cap. 13. & 14.

r. Com.11. 12,13.& 16. Cõtra Balamium.

ſ. 13.d v.p. cap.12.

t. Lib. 2. c. 16.& 17.& 12. eiuſdẽ cap.5.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 213 sur 292

©BIU Santé

non exigua cauitate humeri articulus eſſet incluſus: ſed magnis in orbem ſupercilijs eſſet cõſtructus: haudquaquam circumagi quoquo versùs facilè poſſet. Hoc autem ipſi potiùs fuit, quam ſecuritatis vtilitas: illius enim gratia tota manus extitit. Parũ abeſt igitur, quin aſſiduè humeri caput luxetur: vt quod cauitate exigua adeò vehatur: vt pars ipſius maxima extra ſit, nulloq; innixa ſublimis pendeat. Qui igitur fit, vt nõ aſſiduè in motibus vehementioribus excidat? Nam quod ad prędictam cõſtructionẽ attinet, id omninò accidere ipſi erat neceſſe. Admiraberis rursùs hic quoq; artem naturę, ſi quæ ad eius ſecuritatem ſit machinata, cõſpicabere. Tria enim ligamenta valida os humeri cum ſcapulæ ceruice iungentia: pręter cõmune omniũ articulorũ rotundũ, eſt machinata: duos prętereà ſcapulę proceſſus recuruos, qui articulum muniunt: atq; ex vtraq; horum parte muſculos maximos ipſum conſtringentes. Cęterùm ligamentũ latum, & membranoſum, quod omnibus articulis ineſt (tanquàm ſecundũ prędidium paulò anteà enarratũ) ex labijs eius cauitatis exoritur, quæ in ſcapula ineſt, & totam dearticulationem in orbem omninò cõplectens in capitis humeri initiũ (ſiue radicem, quam ceruicem nuncupant) infigitur. Aliorũ verò trium (quæ tãquam primũ prędidiũ iam iam prænarrata ſunt) duo quidem prorsùs ſunt teretia, quomodo nerui, tertium verò leniter eſt latum. Enaſcitur autem primũ .α. quidem ex fine (ſiue apice, ſummaue extremitate) proceſſus, quem ancyroidem, ſiue ſigmoidem nominant in internam, anterioremq; partem exterioris humeri capitis inſertũ, quæ in prima figura ſequẽtis commenti D. litera ſignabitur. Alterum verò, quod hoc eſt maius, .β. ex ſcapulę ceruice ea maximè parte, qua cauitatis, quæ ipſi ineſt, ſuperciliũ eſt altiſſimũ (ad ipſius ſcilicet prędicti interni proceſſus anteriorẽ radicem: qui locus in prima, & ſecunda figura cõmenti ſecundi capitis tertij decimi, litera A. deſignatus eſt.) Huic quidem certè caput humeri ſedem prębet ſecurã, quòd tantam ſuperioribus, atq; anterioribus ſui partibus habet cauitatẽ decliuem, latę inciſioni (ſeu meliùs dixerimus amplæ cuidam impreſſioni) ſimilem (litera E. in vtraq; figura deſignatã) quantum eſt ipſum ligamẽtum. Aliud verò priùs dictũ ligamentũ ab internis capitis humeri partibus (ſimiliter propriam habens impreſſionẽ) attenditur, (cõiunguntur autem duo hæc ligamenta, priuſquã in proprias ſedes inſerantur, ſibi inuicem, coaleſcuntq;, vt cubitũ flectentiũ muſculorũ primi caput cõplectantur.) Reliquũ verò, ac tertium .γ. ex eodem loco, quo ſecundũ exoritur, obliquũ autem ſub eodem inferitur, & ipſum in primũ capitis humeri initiũ, quomodò latum ligamentum, quod totũ in orbem articulũ cõplectitur. Eſt enim ipſum quodãmodo illius (ſcilicet ligamenti) pars.] inſertionis cuius ratione tertia quędam impreſſio ab E. ad F. in ſecunda patet figura. Hęc duo erant articulationis humeri, ne promptè luxetur, prędidia, ex validiſſimis inquã ligamentis quatuor deſumpta: vno videlicet cõmuni, tribus verò proprijs. De alio verò (pręter hæc tria) ligamẽto, .ξ. quod ab ancyroide proceſſu ad acromion fertur, ſecuritatem prębens, ne ſurſum, vel in anteriora humerus luxetur, non meminit Galenus, tanquã de eo, quòd humeri cũ ſcapula dearticulationẽ nuſquã continget. Tertiũ, quod ex proceſſibus ancyroide, atq; acromio ſumebatur prędidiũ declaratũ iam paulò ante priùs eſt .υ. De quarto autẽ prędidio, quod ex ſeptẽ proprijs humeri motoribus, prędertimq; ſecũdo, .ν. tertio, .ε. quinto, .ζ. ſextoq;, .π. & ſeptimo, .θ. cubitiq; primo, .ι. & tertio, .κ. muſculis deſumptum eſt, vberiùs loqui, prędentis intentionis nõ eſt. Ligamenta enim tetigiſſe nobis placuit, tanquã ab ipſis oſſibus oriunda, vel in ipſa etiã inſerenda. Minimè igitur interim prętermittendũ eſt, humeri nomen hic, veluti & cubiti, brachijq; & manus, aliaq; omnia pro ipſis dũtaxat oſſibus intelligi quanquã pro toto aggregato ex oſſibus, muſculis, venis, neruis, arterijs, alijſq; multis partibus, atq; ipſa tandẽ cute lumi, alia rũtione nõ infrequenter ſolent. Sed reliqua de humero Galeni decreta perpendamus, vbi ſtatim ſubdit.

Prędidia naturæ quatuor.

α Vide 5. muſc. tab. litera d.

β Patet hoc ibidẽ litera e.

γ Patet hoc 13. muſc. tab. υ.

ξ 5. tab. c. d. b. ad a.

μ Cap. 13. com. 2. 3. & 5.

ν 4. tab. muſc. Ξ.

ε 13. tab. ζ 12. tab. ππ. 13. χ. ν 7. tab. Γ 8. Ν.

θ 11. tab. Γ. ι 6. tab. Θ κ 11. tab. Γ.

TEXTVS SECVNDVS.

Κατὰ μὲν δὴ τὸν ὦμον, ἐπίφυσιν ἔχει κεφαλῆς ἐυμεγέθης ἐπ' αὐχένος μικροῦ. καὶ τις ἐν αὐτῇ κοιλότης ἐστὶν, ὥστε τομὴ πλατεῖα, καὶ τὰ πρόσω μέρη, διαιροῦσα τὴν ὅλην κεφαλὴν εἰς δύο μόρια ὁμοίως κοιλώδη.

In ſumma quidem ſui parte appendicem habet admodùm magni capitis paruæ ceruicis adnaſcentis: In quo ſinus quidam eſt, velut ampla ſciſſura ſecundùm anteriores partes, totum caput in duas particulas condylis ſimiles diſtinguens.

COMMENTVM SECVNDVM.

SIVE pro humeri ſuperiore extremo, ſiue pro eiuſdẽ cũ ſcapula articulatione dictio [ὦμος] hic ſumatur (vtrunq; enim apud Hippocratem deſignare iam antea prędiximus .κ.) in idem venit: Ideoq; [in ſumma ſui parte] traduximus. In qua (vt rectè Galenus inquit) humerus appendicem Græcè ἐπίφυσιν, q. d. adnaſcẽtiam habet capitis impensè magni. Nõ ſine digno quidẽ artificio, tali modo loquendi vtitur Galenus. Cùm


ξ Cap. 13. com. 3. in princ.

non

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 214 sur 292

©BIU Santé

non capiti appendix, tanquam ab eo diuersa, adnascatur, sed caput ipsum appendix sit, appendixue ipsa caput. Remota enim appendice (vt in tabefactis ossibus patet) nil remanet capitis nomine dignũ, quanuis aliquãtulũ dilatari os inceperit. Quamobrẽ dictiones illas [ἐπίφυσιν κεφαλῆς] clariùs, aptiusq; traducere possemus [adnascentiam capitis] quoniã scilicet humeri extremo caput tanquam appendix adnascatur: Ideoq; nõ ineptè Balamius noster vertit [caput habet coagmentatũ, adnatumq;] Similis ergo hic sermo est ei, quod antea dixerat, .y. nasi ossium inferius extremum chartilagineorũ corporum tenuium appendices habere, q.d. eiusmodi chartilaginea corpora, tãquam appendices, talium ossium extremis adnasci. Nec aliter fortè intelligenda fore proœmij verba prędiximus, .z. grandibus ossibus plurimis aliorũ ossium appendices adnasci dicentia, q. d. alia ossa tanquam appendices adiungi. Sic igitur in proposito sermone, capitis magni coalescentia, siue epiphysis, siue appendix, siue coagmentatio fit, q. d. aliud os tanquam caput adnascitur, coagmentaturq;, seu coalescit. Pro cuius, ac dicendorũ clariore doctrina, duas hic in margine figuras apposuimus; quarũ prima humeri faciem anteriorem: secunda verò posteriorem repręsentat. Appendicem igitur capitatã vide in prima figura literis A. B. F. H. desig-



natam. In secũda autem figura à litera a. vsq; ad b. notatã. Totũ enim quod suprà huiusmodi lineam est, caput adnascẽs est, siue appendix, adnascentiaq; capitata. Dicit autem Galenus hic paruę ceruici caput huiusmodi adnatũ fuisse. Nos autem, prout anteà iam diximus, .a. ceruicẽ Galeni definitione vestigantes, profectò nullam in humero inuenire potuimus. Cùm non tenuiorem humeri processum, sed paulatim crassiorem cuadentem, dilatescentemq; tantò magis, quantò ad prędictam appendicem magis accedit, conspiciamus; prout in vtraq; figura perspicuũ est: In prima quidem à litera d. sursùm ascendendo: similiterq; in secũda à litera I. maximeq; in vtraq; suprà literam o. vnde in caput potiùs quodammodo degenerare, ipsumq; verius caput tanquam appendicem assumere incipit. Verùm multa sunt alia sine ceruice capita, quæ Galenus minimè aduertit: quemadmodũ nos vberrimè in proœmij expositione prœnarrauimus. .b. Qua ratione fortassis tali loquẽdi modo vtitur Galenus, dicens [ἐπ' ἀυχένος μικροῦ] quod est, super ceruicis pauco, q. d. super minimo quodam, siue minima quadam parte ceruicis, quæ designari potùs imaginatione potest, respectu scilicet capitis grossioris existẽtis, tenuem, ac per hoc ceruicem nuncupãdo. In hoc igitur capite sinus quidam, velut ampla quędã, patulaue fissura, iuxta anteriores, superioresq; partes, nõ antorsùm modò, sed retrorsũ quoq; procedens (quæ in prima figura literis G. F. In secunda autem figura G. B. etiã indicatur) in duo capitula totum caput dirimit: quorum alterum duplo maius altero existens interius orbiculare, ac leue, chartilagineq; incrustatũ scapulæ acetabulo dearticulatur: Alterum verò asperum, & inęquale exterius, tribuq; impressionibus (vt anteà diximus) cælatum ad ligamentorũ articuli insertionem deseruiens est. Nec vt dirimat modò, talis ampla, patulaue scissura, sinusue potiùs scissuræ patulæ similis dicendus, factus est: sed vt in ipsum ligamenta, pręsertimq; cõmune illud, quod tanquam secundum articulationis humeri pręsidium prœnarrauimus, .c. inserantur, ideoq; nonnihil etiã asperitatis in se habuit. Idipsum verò secundum caput siue capitulum, seu mauis dicere secunda capitis prędicti pars rursùs subdistinguitur: terete quodam, rectoq;, & asperiore interim alio sinu ligamentum, externumue primi cubitum flectentis musculi caput .μ. suscipiente, siue transitum illi patulum, ac liberum prębente: Qui sinus non in capite modò, ipsaue appendice, sed in humeri etiam osse multo imprimitur, in prima figura literis H. I. designatus: litera quidem H. quòad partem illam, quæ in appendice est I. verò, quòad aliam, quæ in humeri osse imprimitur. Rursùs inquam subdistinguitur in duo veluti capitula: Quorum posterius triplo ferè maius anteriore est. Numeri ergo caput in tria capitula dirimitur. Quorum maximum internũ est, orbiculare illud cum scapulę sinu dearticulatũ: .ν. Minimum verò externum, .ο. quod anterius: Mediumq; tandem .π. aliud quoq; externum, quod posterius. Quòd si vnũ dicere capitulum velis; quod scilicet internũ: duos verò externos capitis processus nũcupare, integrũ tibi fuerit: quemadmodum nonnullis recentioribus placuit. Non autem cùm duas esse distinctas appendices sæpiusculè obseruauerimus: Alteram quidem internam, quæ omniũ maximũ caput efformat scapulæ acetabulo dearticulandum: Alteram verò externam, cuius partes duo capitula sunt prędicta, videlicet anterius omnium minimũ, posteriusq; magnitudine medium: duo proferre capita superiora humeri, absurdum non esse reputamus: Alterum quidem internum propter articulationem

y. Cap. 3. tex. 6. in fine.

z. Com. 6. & vide cap. seq. com. 2. in princ.

a. In proœ. com. 15.

b. Com. 15.

c. Com. præcedenti. μ 6. musc. tab. Θ. sed principiũ id. m. ν A. B. F. C. in prima fig. & C. B. b. in 2. fig. notatum. ο F. G. D. in 1. fig. et E. G. F. a. in 2. fig. signatum. π E. in 1. figu. indicatum.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 215 sur 292

©BIU Santé

tionem factum: Alterum verò externum: cuius duæ partes, veluti proceſſus quidam ſunt. Cùm excauari propter prędicti ligamenti tranſitum, ac munimẽtum quoq; oportuerit: totumq; hoc ſecundũ caput, duplicemue ipſius proceſſum, propter ligamẽtorum pręcipueq; triũ inſertionẽ, ortumue factũ eſſe. Inde igitur nõ capita hæc duo, neq; capitula Galenus nuncupat: ſed totũ caput nominans, in duas diuidi partes condylis ſimiles, ſubiunxit: de quo cõdylorũ nomine, cùm ſatis exactè in prędecentibus locuti fuerimus: .d. idcircò nõ eſt cur hic circa ipſum immoremur. Sed ad humeri partes inferiores cum Galeno permigremus, dicentes.

d. Cap. 5. com. 2.

TEXTVS TERTIVS.

Τὸ κάτοθεν δὲ πέρας εἰς κονδύλους ἀνίσους τελευτᾷ. καὶ πρὸς μὲν τὸν ἔξωθεν αὐτῶν ἡ τῆς κεφαλῆς κεφαλὴ διαρθροῦται: πρὸς δὲ τὸν ἔνδον οὐδὲν ὅλως ἐστὸν συντέτακται. καὶ διὰ τοῦτο πολὺ μείζων ἔτος φαίνεται τῶ ἔξω, καὶ τοι βραχὺ μείζων ὑπάρχων.

Inferius verò extremum in condylos deſinit inæquales. Quorum quidem externo radij caput dearticulatur: Interno autem nullum os prorsùs committitur. Ob idq; longè maior hic apparet, tametſi paulò maior exiſtens, eo, qui exteriùs.

COMMENTVM TERTIVM.

SI rectè, atq; adamuſſim ſingula perpenderimus, tria ſunt inferiùs tubercula. Quorũ alterum dictum eſt interius: cum quo nullum aliud os cõmittitur. Haudquaquã tamen ob id fruſtrà factũ eſt, quia nulli articulatur: multiplex enim eius vſus eſt. Primus quidem, vt vaſorum ſcilicet venarũ, arteriarumq;, ac etiam neruorũ, quæ per eam partem tranſeuntia in extremã manum diſtribuenda cuncta deſcendunt, non fulcrũ modò, ſed propugnaculũ quoq; ſit. Secundus autem, vt hinc plurima muſculorũ rectè deſcendentium capita ſuæ originis principiũ duxerint, .λ. vt muſculus eſt manus extremæ volam ſubtegens, in latum ſcilicet, amplumq; tendonem degenerans, .μ. primuſq; deinceps digitos flectentium: qui ſcilicet ad ſecundos eorũ articulos inferitur, ibiq; terminatur, & aliquatenùs etiam .ν. ſecundus, qui ad tertios eorundem articulos extenſũs, ibidem implantatur: prętereà duo brachialis articulum flectentes, .ο. primus inquam, .π. ac ſecundus: Tandemq; radij muſculus .ρ. tertius eſt, qui ad pronum ipſum mouet. Omnes igitur hi ſex muſculi ab interno huiuſmodi proceſſu originem ſuam duxerunt. Ex ipſius quidẽ apice quadantenùs ampla, primus hic dictus, quartuſq;, & quintus: Ex infima verò eiuſdem ſede, ſecũdus, tertiuſq; hic relati, ac deniq; ſextus: velut in anteriore iuxta humeri poſteriùs .e. enarrãdam cum cubito dearticulationem ſinus .γ. leuiter exculptus eſt, neruorũ brachiũ petentium tertio pari dicatus, alterq; in poſteriore eiuſdem ſede, .δ. quinto pari ſinus excauatus leuiter eſt: vt tutam viam (veluti prędictũ eſt) prędicti nerui, atq; vna cum ipſis venæ, & arteriæ nanciſcantur. Internũ id tuberculũ in prima, & ſecunda prędecentis commenti figuris litera S. deſignatũ perbellè conſpicere potes. Alterum verò tuberculũ externũ dicitur, quod ibidem litera P. notatũ eſt, cum quo radij caput dearticulatur, propter manus ſcilicet in pronum, atq; ſupinũ diuerſos motus. De his igitur ambobus alibi loquens Galenus, .f. teſtatum ſic reliquit [Porrò humeri capitum alterũ quidem externũ eſt, & minus, ob radij ad ipſum dearticulationem factum eſt. Alterum verò maius, quod intrò ſpectat, nullum os ſibi coniunctũ habet: idcircò prominet in manus partem internam, & nudum, excarneq; apparet videntibus ſimul, & tangẽtibus: verùm de hoc quidem capite ſermo magis pertinet ad vaſorũ expoſitionem, quæ in toto corpore ſunt: nõ arteriarũ modò, aut venarũ: ſed etiam deinceps neruorũ .g. Statui nanq; ſeparatim de omnibus procedente ſermone verba facere. Quare etiam de interno humeri capite in illis dicetur: etenim illorum tutelæ gratiã ipſum natura creauit: vtitur autem & hoc ex abundanti ad aliud quiddam vtile, illic adnectens huic capiti muſculorũ internorũ cubiti capita, qui ſecundũ rectitudinem poſitionem habent. De externo autem, hoc ſermone dicẽdum eſt, q radius ipſum ambit oculari cautate, verſionum totius manus gubernator. Quin etiam ligamẽta quędam membranoſa, valida in appendicum locis orientia coniungunt, & cõſtringunt circumplectentia totam dearticulationem in orbem, vt non facilè humeri caput ex ſubiecta cauitate excidat (quanquã ſuperficialem tantùm, & ſine profunditate) neq; ad actiones impediatur. Siquidem ligamentorũ ſubſtantia, vt quæ quamplurimũ cum ijs, quæ trahunt, extendi ſimul nata ſit, nullum remoratur motum.] Hæc Galenus: ſed nos ad externũ humeri tuberculũ diſtinctius cõtemplandũ reuertamur. Rotundum nanq;, ac oblongum quodammodo eſt, leue interim, charitilagineq; incruſtatũ: vbi ſuperiorem radij ſinum ſubintrat, propter ipſius radij motum ad pronum, & ſupinũ. Sed ne ob ſolam quidem ipſam dearticulationẽ huiuſmodi caput effectũ eſt, at externi ritu, ad multorum quoq; muſculorũ principia firmanda cõmodum eſt. Ab externa enim

Interni proceſſus multiplex vſus.

λ 3. muſc. tab. γ.
μ tab. 5. Θ
ν 6. tab. Ξ
ο tab. 3. Ξ
5.*.
π tab. 3. χ
4. e.
ρ tab. 3. ν.
7. Ω.
e. Tex. ſeq. Sinus.
γ 1. fig. T.
δ 2. fig. ν.
f. 2. de v. p. c. 15. verſus finem.
g. Vide lib. 13. cap. 8. & 11.

Externi tuberculi multiplex vſus.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 216 sur 292

©BIU Santé

cius tuberculi ſede rupis quandam imaginem, aſperitatemq; prę ſeferente ſex muſculi principiũ duxerunt, à ſuperiore prę ſertim parte in acutam quandã veluti lineam aſcẽdente: videlicet radij .Σ. ſecundus, & .T. quartus: Brachialiſq; .υ. tertius, & .φ. quartus, ac digitorũ quoq; .χ. decimus ſeptimus, & .Ψ. decimus octauus. Per eundem quoq; proceſſum parte poſteriore quartus eorũ, qui ad brachium deſcendunt, neruus pertranſit. Cuius ratione leuis quidam ſinus iuxta externũ orbitæ latus cælatus eſt, quæ pars muſculis cubitũ flectentibus inteſta eſt. Prę ter hæc autem duo tubercula (ſiue capitula, ſiue cõdylos nuncupare mauis) à Galeno hic dicta, tertium quoq; medium, interiori tamen proximũ eſt: quod cum oſſe cubiti dearticulatur, ad flectendũ, extendendumq; brachium ipſum circa cubiti articulum. Sunt verò tria hęc tubercula, inęquales quidam proceſſus, ſiue apophyſes, eiuſdem ſcilicet humeri partes: non epiphyſes, ſiue appendices: quia non diſtincta adnaſcentia, ſiue coaleſcentia humero: veluti de ſuperiore capite prędictũ eſt. Idq; maxima ex parte, omninoq; in ætate perfecta: licet infantibus, vſq; ad ætatis ſuæ annũ ſeptimũ, ſæpè huiuſmodi appendices vtrunq; extremum tuberculũ, internum ſcilicet, externumq;, cum trochleę parte cooperientes ſint, prę ter tertiam, quæ in medio amborũ dictorũ eſt (prout antea tetigimus *) Inde enim vſq; adeò intermedia chartilagine in os degenerante coaleſcit: vt nulla prorsùs appendice donari parte inferiore humerũ non temerè Galenus, ætate prouectiores conſiderans, determinarit. Verùm priùs, quã ad prę ſentis textus reliqua perpendenda deueniamus, duo circa Galeni verba in libro de vſu partium ſecundo .h. paulò ante à nobis in mediũ adducta, perlibranda ſunt. Primum vbi interni tuberculi vſus enarrat: quoniam primũ eius vſum eſſe ait, vaſorum, ac neruorũ tutelæ gratia fuiſſe à natura creatum, quodq; ex abundanti deinceps eo natura vtitur ad muſculorum ſcilicet inde exortum: cuius vicem potiùs verſam arbitramur, prima ſcilicet intentione, primoq; vſu propter muſculos naturã tale tuberculũ extudiſſe: cùm neruos, vaſaq; paulò intùs recondens natura eorũ tutelę prouidiſſe potuerit. Alterum verò annotatione dignum adhùc eſt: quoniam oculari quadam cauitate, pauloq; poſteriùs ſuperficiali, ac ſine profunditate radium tale externum tuberculum ambire, ac in ſe ſuſcipere ait. Ex quo ad arthrodiam talis articulatio reducenda veniret. Cùm tamen anteà nos ad enarthroſim reduxerimus. .i. Niſi inter enarthroſes lenem, ac ſuperficialem, hoc eſt, minùs profundam hanc, vel ex earum numero eſſe dixerimus, quæ parum profundę ſunt. Cùm apertiſſima radij cauitas, manifeſtiſſimumq; prędictum externum humeri capitulum, ſit quam prę cipuè cauitatem incruſtans chartilago non parùm adauget. At hæc obiter prętacta iam ſint. Quod autem Galenus hic, & libro etiam de vſu partium ſecundo, .k. de interno tuberculo loquens, dixit paulò maius, quinimmò ibi abſolutè maius externo eſſe, tametſi multò maius apparet: falſum eſſe in homine cuiuis perſpiciẽti liquet: internum ſcilicet externo maius eſſe. Cùm apertiſſimè minus internum in eo ſit, quanquã longè maius, nedùm maius apparet: quoniam ſcilicet internũ id nulli oſſi dearticulatur, cõiungiturue. Sed diſcoopertũ ab omni ſiue obtundente, ſiue dura ſubſtantia exiſtens, totum tangentibus propalatur. Idcircò longè grandius illo exteriore videtur, quod radio dearticulatũ exiſtens, ſub illo, muſculiſq; cubitum extendẽtibus occultatur. Prouenisſe autem hunc errorem, opinamur: quoniam cũ de vtriuſq; proceſſus magnitudine loqueretur, eos inuicem cõparans Galenus, externi duntaxat portionem quandam ſuperiorem quadantenùs eminẽtem perpendebat. Sed ea nõ eſt, quam cũ radio dearticulari prędixerat. Eum igitur totũ proceſſum conſiderare debuerat, tuberculumue quod radio dearticulatum eſt: ficq; ſtatim id longè, ac ferè duplo maius interno inueniſſet. Idcoq; dixiſſe potiùs debuerat, q̃ quanuis interior proceſſus longè minor exteriore ſit: eo tamen longè maior apparet: quia diſcoopertũ id tuber eſt, nulli oſſi coniunctum, articulatumq;. Illud verò ab altero oſſe, cui dearticulatum eſt, muſculiſq; prędictis abſconditũ eſt. Sed hæc de duobus humeri extremis parte inferiore proceſſib⁹ dicta hucuſq; ſint. Ad eius igitur mediũ proceſſum, inferioreſq; ſinus: per quos dearticulatio cum cubito fit, conuertamur.

* In procœ. com. 6.

h. Cap. 15. verſus finẽ. Notãdum primum. Cõtra Galenum. Secundum.

i. In procœ. com. 13. & vide cap. ſe quẽti com. 1. poſt prin.

k. Cap. 15. verſus finẽ. Cõtra Galenum.

TEXTVS QVARTVS.

» Κοιλότης δὲ ἐν τῷ κάτω πέρατι τῆ βραχίονος ἐσὶ ταῖς κζ̄ ταῖς πρόχοις ἐοικυῖα: περὶ ἣν ὁ πῆχυς κινεῖται. ἔνθα
» δὲ ἡ κοιλότης αὕτη τελευτᾷ, κατ' ἄμφω τὰ μέρη, κοιλότης ἐσὶν ἑτέρα καθ' ἕτερον πέρας. ἡ μὲν πρόσω τῆς ὀπίσθεν ἐλάτ-
» των. ἐπιβάλλονται δὲ αὗται ταῖς κορώναις τῆ πήχεως. ἐν μὲ ταῖς ἐκτάσεσιν ἡ πρόσω τὴν πρόσω, κζ̄ δὲ
» ταῖς ἐκτάσεσι, ἡ ὀπίσω τὴν ὀπίσθεν.

» Cauitas autem in ima humeri extremitate eſt concauis trochlearũ orbitis perſimilis, circa quã
» cubitus mouetur. Vbi autẽ cauitas hæc deſinit, in extremis vtrinq; lateribus, duæ prętereà ſunt
» cauitates: quarũ anterior poſteriore minor eſt. Excipiunt autem hæ cubiti coronas: In extremis
» quidem inflexionibus anteriorem, in extenſionibus autem, poſterior poſteriorem.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 217 sur 292

©BIU Santé

COMMENTVM QVARTVM.

GALENI verba hæc humanũ humerũ prę manibus habẽti ſtatim clariſſima apparent, pro his verò, qui oſſa deſiderant, figura prima anteriorẽ cauitatẽ litera .n. Figura autem ſecunda poſteriorem litera .o. prę ferunt. Eam verò, quæ concauis trochlearũ orbitis perſimilis eſt, anteriùs quidẽ L. K. M. prima figura: poſteriùs autem R. K. L. ſecunda figura oſtẽdunt: ſpeciatim verò litera K. medium ſinum indigitat R. L. in prima, & L. M. in ſecunda, eius latera, ſuperciliaue demonſtrant. De prima quidẽ cauitate in textu dicta, quæ trochlearũ orbitis perſimilis eſt, loquens Galenus libro de vſu partium ſecundo, ſic inquit .l. [Humeri extremitas hoc modo ſecundu laterales partes capitis (ſcilicet inferioris) epiphyſim habet, hanc quidem foris, illam autem intùs] (epiphyſim ideſt appendicẽ, pro apophyſi, hoc eſt, proceſſu, nunc ipſe intellexit: vt qui in humero veram epiphyſim appendicémue ſuperiùs tantũ exiſtere, exiſtimarat, .m. quanuis fortè ſcribentium defectu epiphyſis pro apophyſi ſcriptũ eſſe potuerit.) Sunt autem hi proceſſus duo, internus, & externus, de quibus cõmento cum textu prędcedenti locuti fuimus. [Quarum in medio cauitas quædã eſt læuis, & rotunda, ſimilis trochlearum vocatis cauitatibus, circa quam cubiti ipſius coronæ mouentur] Hæc igitur eſt cauitas, de qua priùs hic loquitur Galenus. Quod verò hic dicitur [κατὰ τὰς τροχιλίας ὀνομαζομένας] Interpres ibi vertit [ſimilis rotarum vocatis cauitatibus] Nos verò non ſecùs ibi, quam hic clariùs [concauis trochlearum orbitis] traduximus. Haud enim omnibus rotis perſimilis eſt, ſed his, quæ in exteriore circulo cauitatem habent, vt trochlearum rotulæ ſunt, ad hauriendam aquam, vel aliquod graue pondus attollendũ, idonearũ, quas vulgò noſtri currulas, alij trochulas nũcupant. Subdit autem ibi Galenus, de alijs duabus vtrinq; poſitis cauitatibus, hęc verba [Vbi autẽ ipſa (ſcilicet prędicta cauitas) deſinit, vtrinq; βαθμίδες ſunt (ſic enim Hippocrates humeri cauitates vocat) quas extendentibus totam manum, & flectentibus cubiti ipſius coronę ingrediuntur: ſuntq; hæ (ſcilicet cauitates) extremę extenſionis, & flexionis terminus. Ob id natura tales, tantaq; creauit, ad eamq; potiſſimùm humeri partem ſuam poſitionem habuerunt. Si quidem cùm anteriùs cor◦non motũ ducit, ad hæc cubitus quoq; totus circũducitur, & manus flectitur. Motus enim cubiti ad internas partes flexionem manus ipſius efficit. At ſi ad alteram partem cubitus circumducitur (fit autem hoc, cum poſterior cor◦na motus cubiti ductrix efficitur) tunc manus extenditur. Quatenùs igitur citra impedimentũ & liberè circa curua humeri, cor◦nę ipſius cubiti circumferuntur, anterior quidẽ totam dearticulationẽ flectit, extẽdit autem poſterior. Cùm autem iam ad bathmidas peruenientes ipſæ, in eis cõſiderint, prohibẽtur vltrà procedere. Atq; vtriuſq; motus earum hic eſt terminus. Quòd ſi bathmides omninò non eſſent, aut ſi maiores certè, minoreſue ijs, quæ nunc ſunt, ad multas functiones manus impedirentur. Etenim ſi factę omninò nõ eſſent, omnis extenſio, ac flexio omninò periret, cũ curua humeri, cubiti cor◦nis incíderent. Sed ſi minores cõtigiſſent, quam nunc ſunt, tantùm vtiq; perfecta manus extenſio, & flexio impedirentur, quantò citiùs, quam cõuenit, bathmides ipię cor◦nis occurrere pręuenirent. Quòd verò ſi etiam maiores, quam nunc ſunt, fuiſſent creatę, vel ſi humeri os omninò etiam perforatũ eſſet, & reflecteretur ſic cubitus in poſteriorem partem, vltra perfectam extenſionem, cuiuis notum eſt. At qui ſi hoc ita euenìſſet, nullã ex violentis, ac vehementioribus actionibus, in quibus manus prorsùs extenſæ indigemus, fortiter perficere poſſemus. Quippè cùm ſic infirma, & laxa prorsùs poſterior cubiti cor◦na manẽs, facilè ab humeri curuitate laberetur, tùm actionis robur tantum lederet, quantum ipſa excidiſſet. Verùm qua nunc ſunt magnitudine bathmides, totius manus extenſio certior quidem efficitur, exactior autem fit flexio: ita vt nihil vel excedat, vel deficiat. Quòd verò figura bathmidum aſſimilata eſt cor◦nis ipſas ingreſſuris, maioris cõmoditatis gratia, licet & hoc cuiuis conſiderare. Melius ſiquidem fuit exactè ſtringi eminentias à cauitatibus vndiq; ; vt nullus in medio locus vacuus relinqueretur. Hoc autem pulchriùs fieri aliter nõ potuerit, quàm nunc habet: vtraq; bathmidon à latiore quidẽ ſuperno labro incipiente, in valde verò breuem infernũ terminũ deſinente. Sed & ꝙ paulatim ipſæ coarctentur pro modo cor◦narum ipſas ingreſſurarũ: ita vt nec pars aliqua eorum anguſtia loci laboret, nec laxa ſit, ac infirma, non mediocrem vtiq; prouidentiã etiam hoc obtinet. Quòd verò & cauitates ibi cõſtitutæ ſint, quò cubiti ipſius cor◦næ peruenturæ erant in perfecta extenſione, & flexione: poſitionis earum artificium oſtendit, quod nemo non apertè nouit. Cùm enim nec in alia humeri parte aliqua cauitatem vllam inuenire liceat, tùm vtraq; earum, quæ inueniuntur, non fruſtra, nec temerè, ſed cõmodiſſimo loco poſita videatur: quomodo non maioris cõmoditatis gratia eas factas eſſe dixeris? Nam prętер poſitionem, magnitudinẽ earum, & figuram adeò cõmodè ſimul, & exactè habet ad omnes manus actiones vniuerſa natura, vt ſi vel paululum quis immutauerit, membro iq◦ ſionem ibi afferat.] Hæc Galenus vſq; adeò quidẽ clara, vt nulla indigeant expoſitione. Sed vilis

extremis

1. Cap. 15. in princ. — m. Vt patet ſupra in proœmio tex. 6. — Bathmides quæ. — Situs earũ. — Motus flexionis. — Extenſio. — Bathmidũ neceſſitas & quãtitas. — Si nõ eſſẽt. Si minores. Si maiores. — Figura. — Locus, ac poſitio.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 218 sur 292

©BIU Santé

extremis humeri partibus: ſupernis inquã, inferniſq; : tempeſtiuũ eſt ad intermedias eius partes permigrare, hoc dumtaxat prænotato, quòd tametſi media humeri prædicta cauitas concauis trochlearum rotarũ orbitis perſimilis, tàm quòad ipſam cauitatem, quàm quòad vtrinq; poſita ſupercilia ſit: nihilominùs tamen quadantenùs quòad hæc differt: quoniam ſcilicet internum ſuperciliũ longè maius, elatiuſq; fuit, trochlearũ ſupercilijs ſimilius, articuli luxationẽ ad interiora præpediens, externũ verò minus, ne radij tàm cũ ipſo humero, quam cũ ipſo cubito cõmodam dearticulationẽ impediret: cũ præcipuè interim externũ humeri tuberculũ radio coniunctũ prædictam trochleæ cum cubito dearticulationẽ ſatis ſuperq; defendat: ſed Galenum audiamus.

TEXTVS QVINTVS.

» Τὰ δ' ἄλλα μέρη περιφερής ἐστιν ὁ βραχίων ὁ μὲν εὐθὺς, οὐδ' ὁμοίος πάντη. Κυρτὸς μὲ γὰρ ἐίστε τὸ πρόσω, καὶ τὸ
» ἔξω, σίμὸς δὲ ὀπισθέντε, καὶ ἔνδον ἐσὶ.

» Quòad alias verò partes, rotundus eſt humerus, nõ rectus, neq; ſimilis ex toto. Galenus enim
» quòad anterius, & exterius: ſinus autem poſteriùs, interiuſq;.

COMMENTVM QVINTVM.

HVMERI figuram inæqualem poſuit. Cùm nec exquiſitè rotundus, neq; rectus omninò ſit, quanquã teres quodammodo, nec ſibi ipſi vndiq; interim ſimilis: quinimmò diſſimilis vſq; adeò, vt nil perpetuum, totaleq; de anteriore, poſterioreq;, aut de ſuperiore, inferioreq;, ſiue etiã de lateribus pronuntiari determinatè queat. Eapropter Galeni ſermonem ſi nõ prorsùs, quadantenùs tamen adaptare, gloſſareq;, & ad bonum ſenſum reducere conabimur. Inquit igitur Galenus hic gibbum eſſe humerũ, quòad anterius, exteriuſq;. Id quod verũ eſſe admittere poſſumus, anteriùs quidẽ à medio ſurſum, à fine ſcilicet illius aſperitatis, quæ ad inſertionem quatuor primorũ humeri motorũ muſculorũ, .μ. originemq; ſecundi cubitum flectentis muſculi .ν. à natura creata eſt, litera e. in prima, & ſecunda figuris notata. Tereti enim forma pars illa ſuperior quadantenùs extuberat, ſecundum longitudinem, eò magis interim cõpreſſa vtrinq;, quòad prædictã aſperitatem deſcendendo magis accedit, deorsùm verò anteriore ſede, quæ internam cauitatem trochleę reſpicit, cõpreſſa leuiter eſt: quibus cõpreſſionibus, velut in ſuperioribus ſecundũ intùs, & extra dilatatur: ita in inferioribus ſecundũ ante, & retro, vt cõmodè prædictę dearticulationes cum radio, & cubito fieri poſſint. Dicit præterea Galenus hic, gibbum eſſe humerũ exteriùs, addereq; poſſumus inſimul poſteriùs, in prædictæ lateralis cõpreſſionis fine: vbi velut in quandam lineam protuberat: quantum ſcilicet à loco medio propè prætactam aſperitatem, deorsùm ad externum tuberculũ radio inarticulatũ protenditur. E`regione verò ſimum eſſe poſteriùs, interiuſq; ait. Quam tamen ſimitatem, ſi rectè, atq; exquiſitè perpẽderis, exterius quoq; quòad lateralem illius cõpreſſionem inuenies. A`dimidio autem ſupra, ſcapulæ dearticulationẽ versùs, anteriùs magis, exteriuſq; gibbus eſt: poſteriùs verò, interiuſq; ſimus. Verùm tàm gibbæ, quam ſimæ partes vſq; adeò leuiter, obſcureq; gibbæ, vel ſimæ ſunt: vt tutius eſſet vndiq; inæqualem ſtatuere, quã (vt dixi) abſolutè, perpetuoq; vel gibbum, vel ſimum in illis pronuntiare. Vt mirandum proculdubiò de Galeno ſit, dum libro de vſu
» partium ſecundo, .n. eius rei, quæ non eſt, rationem veſtigare conatur, ſic dicens [Os igitur hu-
» meri rationabiliter extrinſecùs quidẽ magis gibboroſum eſt, internis verò partibus magis ſimũ.
» Melius enim fuit (vt etiam mox à principio dictum .o. eſt) ad ſeinuicem conuerſas fuiſſe manus.
» Quod ſi eſt, concauas quidem oſſium partes ſeinuicem aſpicere præſtitit, auertere verò foràs ip-
» ſorum conuexitates: Mox autem huiuſmodi conſtructio brachia effecit aptiora ad apprehenden-
» dum corpora cõuexa, & gibboſa, præparando ſimul locum vaſis, quæ ad totas manus feruntur.]
Hęc Galenus. Quæ quidem non niſi quòad infimam humeri partem, ac ipſius cubiti principiũ, verificari quodammodo poteſt. In reliquis verò partibus, nec de gibboſitate, neq; de ſimitate ad propoſitam rationem determinare quidpiã veriſimile poſſumus. Sed alia cõtemplemur. Præter dictam enim aſperitatem magnam (vſq; adeò, vt in ſenioribus, duriſue corporibus inſignis quidam in eius medio proceſſus exoriatur, præſertimq; in parte ipſius ſuperiore, ad muſculi epomidis aptiſſimam inſertionem paratus) altera inuenitur poſteriora versùs, minor aſperitas, litera f. in prima figura denotata, cui carnoſa primi cubitũ flectentis muſculi .ξ. interioris principij pars .o. in tranſitu connaſcitur. Humeri foraminula vix effatu digna nõnulla circa ſinuũ, & capitum ſupercilia obſeruantur, ligamentorũ ſiue oriendorũ, ſiue implantãdorũ gratiã, pauciora autem, minoraq; adhùc per humeri corpus diſperſa velut poruli nonnunquã viſuntur, vt venulæ per ea introrsùm penetrent, nutritionis occaſione. Cùm verò cõſideratione dignum nil aliud ſpeciale,

Aſperitas magna. *μ primi quidẽ 3. tab. l. & 1. Δ. ſecũdi verò 4. tab. z. tertij 13. tab. 5. quartiq; 2. tab. Γ. & 9. o. ν 8. muſc. tab. y.*

Cõtra Galenum. n. Cap 16. in princ. o. 1. de v.p. 5. & 2. 3.

Aſperitas magna. Aſperitas altera. *ξ 6 muſc. tab. Θ.* e *Ibidẽ in altero brachio o.* Foramina.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 219 sur 292

©BIU Santé

prẽter ea, quæ prędicta iam ſunt, circa humerũ occurrat. Niſi ꝙ talis, tantaq́; formę ipſius diuerſitas muſculorũ diuerſitati, eorumq́; vel cõmodæ, vel tutæ firmitati, ac inſeſſioni, ſiue implantationi, aut principio aſcribẽda eſt, ad cubiti, & radij, cum quibus dearticulatur, cum interſeinuicem quoq; connectantur, dearticulenturq́; inſimul in eodem capite, ex Galeni etiam, quem interpretari conamur, dogmate, ſermonem conuertamur, cum ſic ſcripſit.

Περὶ πήχεως, Κεφάλεον. ις΄.

De Vlna. Caput Decimumſextum.

TEXTVS PRIMVS.

Πῆχυς καλεῖται μὲ καὶ ὅλον τὸ κῶλον τὸ μεταξὺ βραχίονος, καὶ καρπῦ. Καλεῖται δὲ καὶ τὸ ἕτερον ὀστῦν τῶν ἐν αὐτῷ τὸ μεῖζον, ὅπερ ὑποτέτακται θατέρῳ τῇ κερκίδι προσαγορευομένῃ. ἄυτη μὲ ἐν χῖ τὸ πέρας αὐτῆς τὸ ἄνω περιλαμβάνει τὸν ἔξω τὲ βραχίονος κόνδυλον ἐπισολαίῳ κοιλότητι. καὶ ἔστι τῆς διαρθρώσεως ταύτης ἔργον, ἐπὶ τὸ πρηνέστε, καὶ ὕπτιον ὅλην τὴν χεῖρα περιάγειν.

Cubitus appellatur quidẽ tùm totũ membrũ, quod mediũ eſt inter humerũ, & brachiale, tùm etiam eorum, quæ in ipſo ſunt, os alterũ, quod grandius, alteriq́; radio nuncupato ſubſternitur. Cuius quidem finis ſuperior leniter cauus exteriorem humeri condylũ recipit. Eſtq́; huius dearticulationis munus totam manum tùm in pronum, tùm in ſupinum circumducere.

COMMENTVM PRIMVM.

p. Cap. prędẽti cõ. 1. πῆχυς dupliciter.

QVOD πήχεως, hoc eſt, cubiti nomen bifariàm, velut Celſi brachium, capiatur, prędictum anteà fuit, .p. cõmuniter quidem pro toto membro (vt hic dicitur, quod mediũ eſt inter humerũ, & brachiale) duobus ex oſſibus cõpoſito: Ac ſpecialiùs pro eorum, quæ in ipſo ſunt, altero grandiore, quod radio ſubſternitur, de quo nos, vbi ſermo inciderit, ſub nomine cubiti, prędertim in hoc capite, loquemur: totum intereà prędictum membrum, vlnam, diſtinctionis gratià, velut etiã prędiximus, .q. nuncupantes. Cùm verò in prędenti capite de vtroq; ſimul oſſe Galenus ratiocinetur: Eapropter condecens fuit in titulo cõmuniter πῆχυν ſumpſiſſe. Ideoq́; clarioris etiam doctrinæ ſtudio, iuxta factam determinationem, vlnam pro toto ſumentes, traduximus. Propriè dictus igitur cubitus, grandius os eſt, alteri quidem minori, quod radius appellatur, ſubiectum, vt ſuper eo, ſcilicet cubito, ſuperficiali ſuo ſinu, tuberculum humeri externum recipiens, eiq́; dearticulatus radius, in pronum, & ſupinum, vnà cum ſibi dearticulato quoq; inferiùs brachiali, extremaq́; tandẽ manu, cõmodè, ac liberè circumduci queat. Quanuis autem ſuperficiaria cauitate humeri capitulum externũ à radio cõprehẽdi nunc dicat: Haudquaquã tamen talis, tantaq́; parua huiuſmodi cauitas eſt: vt ad arthrodiã hęc dearticulatio reducenda veniat: ſed ad enarthroſim, prout prędcedenti etiã capite declarauimus .r. Cur autem vnum quidem os (perbellè inquit Galenus .ſ.) in humero, duo verò in cubito conſtituta ſunt, dicere conſequens fuerit. Ad quam quidem propoſitam difficultatem ſummatim priùs ex Galeni dogmate reſpondebimus: deinceps autem pro maiore fide, ac claritate, ipſius etiã Galeni verba recitabimus. Dicimus igitur, ꝙ ad humeri motus vniuerſos vnũ os ſatis erat, caput rotundum habens: quod in leuiter cauũ ſcapulę ſinum recipiatur, depreſſis, nõ altis ſupercilijs circundatum. Cùm in eius articulo, tanquã rarò validas actiones obeunte, ad motus facilitatem magis, quam ad diſpathiam intendiſſet. Adeò vt cõmodiſſimè ad omnem poſitionis differentiã moueatur. Quodq́; maius eſt, in orbem agiliſſimè circumagatur: validiſſimis interim ligamentis munitum, ne nimis promptè luxetur. Quòd ſi duo in talibus motionibus oſſa forent: alterum alteri impedimento eſſet. Secùs verò eſt in vlnę conſtructione. Cùm enim hæc duos habere motus debuerit: Alterum quidem inflexionis, & extenſionis: Alterum verò in pronum, & ſupinũ: vnico hi oſſe, vnicaue dearticulatione compleri nequibant. Nimis enim laxa, & luxationibus quacunq; ex leui cauſa obnoxia talis dearticulatio eſſet, cùm tamen his motibus validiſſimas actiones obeamus: Idcircò neceſſarium fuit, duo fuiſſe oſſa, alterum quidem, cui extenſionis, atq; inflexionis motus inniteretur. Atq; idipſum nomine totius, cubitus Grecè πῆχυς nuncupatur: ſeu mauis dicere, totũ cõmuniter nomine partis huius proprio nominatur. Id enim os principale eſt, propter brachij ipſius flexionem, & extenſionem, totiuſq́; cubiti motum: cui alterum os incubat; quem radium dicimus, propter manus motũ illi dearticulatũ. Immoto enim cubito, ſed firmiter ſuper mensa perſiſtente, manum ad pronum, & ſupinum cõuertemus. Diuerſa igitur (vt patet) dearticulatio neceſſaria fuit. Cuius diuerſitatis ratione, duo hic oſſa, nõ ſicut in humero vnũ, neceſſa-

q. Ibidem.

r. Com. 3. verſus finẽ. ſ. 1. de v. p. cap. 17. in princ. Dubium. Reſponſio. Cur os humeri ſimplex.

Cur vlnæ oſſa duo. Vlnæ motus duo.

ria

©BIU Santé

ria extiterut: natura magis ad diſpathiam hic, in humero autem magis ad motus agilitatem prudentiſſimè attendente. Quibus deinde ambobus oſſibus alia ratione carpum dearticulari, magis quoq; ad diſpathiā, quam ad motus agilitatem intendente, dicemus: vt ſurſùm, ac deorſùm, & in latera manum tutò mouere, ac circunducere valeamus. Hæc ex Galeni dogmate collegimus. Quæ quidem vt exquiſitiùs perpendere valeas, fideliuſq;, ac abundantiùs ab eodē ediſcas: verba eius in medium adducere, velut in alijs ferè omnibus obieruauimus, nō grauabimur. Inquit igitur, pro reſponſione ad propoſitam difficultatem, Galenus * [At præcedit hoc quidam cōmunis ſermo de omnibus dearticulationibus. Dictum itaq; anteà eſt, .t. ꝙ nō ſolùm formas particularū organi aptas actioni, cuius gratiā organum quoduis factum eſt, natura efficit, ſed etiam diſpathię nihilominùs prouidet. Oſtendetur autem hoc ipſum & in dearticulationū tractatione .u. Siquidem vbi motus earum fortibus, & multis actionibus famulari debebat, & metus erat, ne ob violentiam ipſarum, luxatio quędam contingeret, dearticulatio huiuſmodi conſtringitur, & continetur vndiq; multis quidē extrinſecùs ligamentis craſſis, .x. non membranoſis ſolùm, ſed & rotundis, & cartilaginoſis corona ſtipata: eminentias autem ſimul cauitatibus ijs, quas ingrediuntur, æquales: vt nuſquam vlla ſit laxitas, ſimul autem quibuſdam cōuexis labris, & veluti ſupercilijs adamuſſim retentas obtinet: vbi verò paucis, & nō violentis actionibus dearticulatio facta eſt, ibi natura, ceu metu iam abiecto, tenuia quidē, & membranoſa ligamenta, laxam autem omninò totam oſſium cōmiſſionem fabricata eſt. Quòd igitur totius corporis omnes dearticulationes hoc modo ſe habeant, explicabit procedens ſermo in vnoquoq; membrorum. Quod verò & manuū dearticulationes ſic habeant (de quibus propoſui dicere) iam licet expendere. Validiſſimas ſiquidem, & plurimas functiones obimus, tùm carpi, tùm gibbi cubiti dearticulationē mouentes: quare dearticulationes iſtę ſecurę ſunt, tùm ipſis oſſium cōmiſſuris, tùm ligamentis ipſas dearticulationes foris connectentibus, quæ non craſſa ſolum, ſed & dura vndiq; ſunt facta. Humeri autem dearticulatio tanquā rarò validas obiens actiones, frequentior autem vel quieſcens, aut leuiter, & citra violentiam mota, laxam quidem, & ipſorum oſſium habet cōpoſitionem, magiſq; adhùc membranarū ipſa ambientium. Neq; enim chartilaginoſas ipſas, neq; craſſas, neq; omninò duras, ſed admodū tenues, & molles, & quæ minimo negotio quamlongiſſimè extendi poſſint, natura creauit. In gibbi autem cubiti, & carpi dearticulationibus, non craſſa modò, ſed etiam dura quędam ligamenta vndiq; cōtranitentia, & prohibentia, ne dearticulationū oſſa plurimùm à mutuo connexu reſiliant, ac diſtent, facta ſunt. Quapropter & ſi ſępè violenter moueri cogantur, minùs tamen, quam in humeris articulorum accidit luxatio. Non enim fieri poteſt, vt os aliquod ſuo articulo aberret, ac promineat: niſi plurimū à reliquis diſtet. Diſtare autem plurimùm ei contingit tùm ex ligamentorū imbecillitate, & laxitate, tùm ex ipſa oſſium cōpoſitione: quando cotylarū ἕτυες, hoc eſt, cauitatū circumferētię ſupinę fiunt, nullum prorsùs adeptę ſupercilium. Quin etiam & in cotylis ambonas quoſdam, ideſt labra, ſuperciliaue, ac extremitates habentibus, ipſæ ſuperciliorū circumferentię non rarò violentis motibus circumfractæ, non ſolum ſtatim articulis, vt excidant, ſed toto tempore reliquo hoc ipſum aſſiduè pati permittunt, quo conſtat, exquiſitam dearticulationem, ne luxetur facilè, multū habere momenti. Cur igitur non omnes dearticulationes tutas natura cōſtruxit? Quoniam pugnam haberet neceſſariam varietas motuū cum ſecuritate cōſtructionis, neq; poterant in idem ambę cōuenire. Sequitur enim illa quidem laxitatem dearticulationis, hęc autem ſtabilimentū, & omni ex parte conſtrictionē. Vbi igitur nō eſt periculoſa varietas, ſuperfluū ibi, & vanum erat, aliquid moliri ad tutelam. Vbi autem eſt periculoſa, & fallax, ibi maiorem diſpathię, quam varietatis rationem habuit. Igitur & in articulis carpi, & gibbi cubiti plùs diſpathiæ, quam varietati cùm prouidiſſet, fereq; in eo iam eſſet, vt propter ſingularem motum mutilo ſimile effecerit membrū, vtriq; articulorū adhùc apoſuit dearticulationem motibus in obliquū cōmodaturam. In humerorū enim articulo, nō ſolum extendere, & flectere, ſed quoquouersùs in orbem circunducere licet brachium. Etenim caput eius rotundum eſt, ligamentaq; laxa, & cōcauitas ceruicis ſcapularū eſt ſupina, & vndiq; ſimilis, quomodo & caput. Articulos verò gibbi cubiti, & carpi vndiq; conſtrictos variè mouere, & in omnes partes circumferre non licebat. Quare cùm hoc quidem eſſet impoſſibile, nō expediret autem varietatem motuū prorsùs negligere, duplicem molita eſt in vtroq; articulationem: vt quod ſeorsùm vtraq; requirit, hoc ſecūdæ acceſſione ſuppleatur. Ipſas enim ad latera delationes membrorū, ſurſùm quidem, radij ad humerum dearticulatio efficit, deorſùm verò carpi ad tenuem cubiti apophyſim (quanquā hoc falſum eſſe offenſuri ſumus.*) Atq; in ſingulis digitorum oſſibus dearticulatio habet quidem ipſa quoq; motus ad latera (intellige quòad prima digitorum oſſa, primoſq; articulos) vti in humero: nō tamen ęquè in multas partes circumagentes, quanuis ligamenta tenuia, ac membranoſa ipſis circumiaceant. Ipſa enim oſſium cōformatio diuerſa eſt ab ea, quæ in humero. Neq; enim ſimilia ſunt vndiq; capita, ꝙ nō adamuſſim rotunda ſint, & excipientiū capita ipſa cauitatum ſupercilia in tenues ambonas, ideſt margines deſinētia conſtrin-

* 2. de v.p. cap. 17. circa princ. t. 2. de v.p. cap. 8. & 12. u. Lib. 12. eiuſdem.

x. Vide etiā 13. eiuſdē cap. 12.

Manuum, carpiq; & cubiti dearticulatio. Humeri arti culatio.

Dubium. Reſponſio.

Cōtra Galenum.

* Infrà cōmen. 4. Digitorum dearticulatio.

©BIU Santé

constringunt extrinsecùs tutò vndiq;, assumptis etiã ossium, quæ σησαμοειδῆ vocantur, epiphysibus, adeò vt mediam quodammodo habeant cõstructionem singulę digitorum dearticulationes. Quantum enim absunt à carpi,& gibbi cubiti cõstructionis securitate, tantũ superant eam, quæ in humero est, natura ratione optima id molita. Et si enim quamminima corpora comprehendunt: cùm agunt solæ, attamen in apprehensionibus maiorum gibbi cubiti, & carpi dearticulationes non parum adiuuant. Immò multò pluribus actionibus subseruiunt,quam aliæ dearticulationes, nudę vndiq;, neq;, vt quæ in humero sunt, in circuitu maximis vestiuntur musculis, nihil quidem motus impedientibus,securitatem verò non pauca humero prębentibus. Itaq; cùm duo sint, quæ tutelam articulorũ efficiant: fortitudo videlicet ligamentorũ, & exacta compositio: vtraq; quidem est in gibbo cubiti,& carpo: altera verò in digitis. In humero autem neutra planè est. Quamobrem quoniam securæ,& strictæ vndiq; constitutioni, nõ licet moueri variè, iuxta cubitũ,radium duplicis dearticulationis gratià rationabiliter posuit natura.] Hæc Galenus. Quæ vera in digitis sunt,quòad primos articulos, in secundis enim & tertijs ambæ cautelæ sunt. Cùm per ginglymon dearticulentur, quam Galenus minimè cognouit. A quo nõnullorum quoq; aliorum dubiorum solutiones addiscemus: Pro quorum tàm dictorũ, quàm dicendorũ intelligentia duas hic in margine propositas figuras contemplare: Prima quarum interiorem, seu malumus dicere anteriorem vlnæ, hoc est,duorũ ossium, tàm cubiti,quàm radij conjunctionẽ ostendit: Altera verò exteriorẽ, posterioremq; eorundem ossium faciem prędefert. Est autem cubitus in vtraq; figura,quod grandius os est, à literis R. vsq; ad A. in vtraq; notatum. Radius verò alterũ os est minus,vtrobiq; à literis α. vsq; ad N. designatũ: quod (vt patet) alteri maiori superponitur. Est igitur superior cubiti finis, humeri trochleæ dearticulatus (vt videbimus,supraq; dictũ iam est.γ.) per ginglymon,literis E. D. notatus. Finis autem radij superior,de quo impręsentiarũ tetigit Galenus, leuiter cauũ eum esse, ac humeri condylum recipere subiungens; litera N. tàm in prima, quàm in secunda figura ostenditur. Sed sigillatim ambo perpendamus [De positione autem,& conformatione ipsius radij (cum ipso etiã Galeno .ζ. deinceps dicamus) In ipso enim eodẽ sermone & de cubito dicetur.] Primum igitur dubium soluendum occurrit circa radij positionem.Cur scilicet hic obliquus, cubitus verò rectus positus fuerit? Ad quod sic Galenus respondet, dicens. [Positio sanè radij obliqua meritò fuit,quemadmodũ cubiti positio recta. Secudùm naturam enim motus vtriusq;, positionem vtriusq; ossis esse oportuit: Sed motus quidem membri per extensionẽ, & flexionem, secudùm longitudinem eius fit: qui verò ad pronum & supinum, ad latera est: propterea igitur & obliquus quidem est radius, rectus autem cubitus.Cubitus siquidem extensionibus,& flexionibus: radius verò conuersionibus ad latera subseruit. Ob eam causam ad humerũ vtriusq; ossis dearticulatio dissimilis fuit: Sed de illa quidem, paulò post dicetur .α. Positio verò radij,ꝙ quidẽ obliqua sit, iam dictum est. Cùm autem in omnibus duplex sit obliqua positio (vel enim cępta intùs foris desinit,aut contrà foris quidem incipit, intùs autem finit) Cur alteram earum scilicet secundam dictam in radio esse natura maluit, nunc dicetur (scilicet cur foris incipiens,intùs desinit?) Ex totius enim manus motibus ad latera (sicut etiam dictum est ante .β.) quiquidem sunt ad supinum, ad pauciores actiones, qui verò ad pronũ, ad multò plures,& magis necessarias,sunt vtiles: propterea igitur & radij positionem paratiorem ad obediendũ motibus ad pronum natura effecit: superiorem quidem extremitatem eius ad caput humeri externũ ducens (quam vtraq; figura litera N. demõstrat) inferiorem verò ad magnum extendens digitum (quæ in prima quidem figura literis α. τ. In secunda verò literis α. β. ostenditur) At si cõtra se haberet, faciliùs vtiq; ad supinum, quam pronũ moueretur. Pręsenti nanq; positioni prona figura vicinior est,contrarię verò supina. Ad propinquũ autem locũ promptior, & facilior omnibus,quæ mouẽtur, est latio; quemadmodũ ad longinqua difficilior: ob idq; obliqua est, & sic, modo quodã, obliqua (q. d. tali obliquitatis modo, vt scilicet foris incipiens,intùs desinat.) Cur autem incumbit cubito radius? Quia hoc cubitus longior est,& plurimum dearticulationis ad humerum ipse obtinet (cùm, vt paulò post videbimus, principalior, cõmodiorq; cubiti ad humerum ipsum dearticulatio sit: ideoq; aliam hęc sustineat,illaq; ab hac dependeat) Rationi autem consentaneum fuit, os breuius super longiore vehi. Sed cur vtriusq;



partes,

Cõtra Galenum.

γ. In proœm.16.

ε. 2.de v.p. cap.13.in princ.

Dubium primum.

Cur radius obliquus. Respõsio.

α. Tex. seq. ex 2.de v.p. cap.15.

Dubium secundũ.

Cur ab externis introrsum.

β.Cap.4.& 7.ejusdem.

Dubium tertium.

Respõsio.

Dubium quartum.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 222 sur 292

©BIU Santé

partes, quæ ſunt in medio quidē tenuiores, quæ verò in gibbo cubiti, & carpo craſſiores? (Adeò vt media, quemadmodū in preſenti etiā capite habebimus, .c. inter ſe omninò dehiſcant.) Quia illas (ſcilicet medias partes) muſculis locum prębere oportebat; ſed has craſſeſcere (ſcilicet extremas partes) & in molem tumere epiphyſibus: hæ vero epiphyſes (ſiue apophyſes) ꝙ dearticulationibus ſint vtiles, priùs diximus .d. (quæ quodammodo excauatę, vel humeri capitula, vel carpi oſſa recepturę fuerant. Quòad medias verò partes, niſi muſculis ibi ſituandis cederent, vel tenues illi, ac per hoc imbecillimi fuiſſent, vel vlna groſſior, grauiorq; ; ac deformi extitiſſet.] Porrò cur ex ipſis extremitatibus, illa quidē cubiti, quæ in cubito eſt (ſcilicet ſuperior ad humeri articulationem ſpectans) craſſior apparet: Radij verò ea, quæ ad carpū eſt? inferior ſcilicet pars. An quòd vtriuſq; cōmunis eſt ad carpū dearticulatio? (Quanuis autem cōmunis ſit, ſupple tu, Radius tamen maximā carpi partem recipere debebat, cumq; ea dearticulari, vt qui manū ipſam totam in pronum, vel in ſupinum circumducturus erat: id enim facere non potuiſſet, niſi maximam, vt habet, carpi partem cōprehendiſſet. Idcircò ad carpum groſſior eſt radius.) In ea verò dearticulatione, quæ eſt ad humerū, tantò ſuperet cubitus radiū, neceſſe eſt, quantò cubiti dearticulatio cunctis manus actionibus cōmodior eſt.] Ideoq; robuſtior, & cum humeri capite etiam maiore per ginglymon dearticulatus extitit. Interim verò ad carpū radius quatuor proprijs ſinibus, .a. vnico autem cubitus, .β. prēter ambobus cōmunem .γ. prędditi ſunt: vt eò pertranſeuntibus tendonibus .δ. tuta ſedes, proprijs quoq; cīi vinculis, adaptetur. Per primū nanq; radij ſinū, digitorū decimus ſeptimus, .ε. per ſecundū decimus nonus, .ζ. per tertium brachialis, quartus, .η. digitorumq; vigeſimus primus, .θ. per quartum deniq;, digitorū vigeſimus ſecundus, .ι. & vigeſimus tertius, .κ. per ambobus oſſibus cōmunem pertranſit, digitorum decimus octauus, .λ. per eum verò qui in cubito permeat brachialis tertius: .μ. ſex igitur ligamenta ſinibus his, ac per hoc cōtentis tendonibus dicata ſunt, de quibus alibi ſermo fiet. Nunc verò ſpeciatim de cubito cum Galeno loquamur, ſic ſubdente.

Reſponſio. c. Tex. 3. d. Cap. 7. & 12. Dubium quintum. Reſponſio. a Primus γ. ſecūdus δ. tertius ε. ζ. quartus η. deſignati sūt in 2. fig. β Ibidē γ. γ Ibidē θ. δ patēt 2. et 3. muſ. tab. hæc vincula ꝙprijs numeris deſignata. ε tab. 9. a. 2. 10. s. ζ tab. 10. p η tab. 9. γ. 10. f. θ tab. 10. o. 11. u. ι tab. 10. & 11. Ξ. κ tab. 9. c. 10. x. λ tab. 9. θ, 10. T. μ tab 9 Λ 10. q.

TEXTVS SECVNDVS.

Ο δὲ πῆχυς δύο ἀποφύσεις ἔχει δυοῖν κορώνων, ἐλάττονος μὲν τῇ πρόσω, μείζονος δὲ θατέρᾳ. τὴν κοιλότητα δὲ ἄνωθεν περιλαμβάνουσι τὸ πήχεως τὴν σιγματοειδῆ, καθ' ἣν ἐπιβέβικεν ἡ τροχιλώδης περιφέρεια τῆ βραχίονος ἡ μὲν ταξὺ τῶν κονδύλων ἄνωθε, καὶ ἔσει τούτης τῆς διαρθρώσεως ἔργον ἐκτείνειν τε, καὶ κάμπτειν ὅλην τὴν χεῖρα.

Cubitus autem duas habet duarū cor῀num productiones, minoris quidem anterioris, maioris verò alterius. Hæ autem cubiti ſinum ſigmatoidem cōprehendit: quem humeri trochleæ ſimilis orbita, quę inter duo eius tuberculą ſita eſt, inſeritur. Eſtq; huius dearticulationis munus tendendi, curuandiq; totam manum.

COMMENTVM SECVNDVM.

SIMILIS hic ſermo eſt, quùm duarū cor῀nū proceſſus, ſiue productiones, Greccè ἀποφύσεις, inquit ei, quem ſuperiùs etiam protuliſſe de magni capitis appendice, epiphyſi ue, alijſq; ibidē adductis locis prędoſtenſum iam eſt: .e. in abſtracto ſcilicet capiendo nomina hæc, apophyſim, vel epiphyſim. Ideoq; latinè clarioris doctrinæ gratia dictionem [ἀποφύσεις] nō proceſſus, ſed productiones, q. d. proceſſiones traduximus. Cubitus igitur, hoc eſt, os vlnę maius, duarum cor῀nū productiones habet, hoc eſt, duos proceſſus, qui ſunt cor῀næ, ſiue quas cor῀nas vocant, anteriorem ſcilicet litera C. in prima figura notatū, & poſteriorē, quem litera D. tàm in prima, quàm in ſecunda figura demonſtrat. Dicuntur autē meritò cor῀næ: quoniam acuti proceſſus ſine capite ſunt, prout cor῀num definitio in prœmio affignata .f. prędefert. De his igitur Galenus idem perbellè aliàs ait .g. [Sunt ſanè hoc loco quædam apophyſes ipſius cubiti duplices, gibberoſæ quidem foris, cauæ autem intùs, vna quidē ex poſterioribus, & infernis ipſis partibus, quæ certè & maior eſt, altera autē ex anterioribus, & ſupernis multò minor priore. Conuerſis autem ad ſeinuicem concauitatibus earum, vnà ex ambabus conficitur magna cauitas ſimilis litere Greccè σ. ſigmati vocatę. Verùm appellant quoq; huiuſmodi apophyſes proceſſuſue cōmuniter quidem vtraſq; Greccè κορῶνας, & κορωνὰ, eo ꝙ rotundæ ſint, nomen id imponentes. Propriè verò poſteriorem, eamq; maiorem, vti priùs diximus, Athenienſes ὠλέκρανον nomināt. Hippocrates ἀγκῶνα. h.] (Dores autē Siciliam incolentes κύβιτον, ideſt cubitum, prout hodie latini appellant, alij κύβωλον, Polluce teſte, dixerunt. Ex primo Epicharmus κυβιτίζειν, quod eſt, cubito ferire, vſus eſt, quemadmodum ex Athenienſium Olecrano ὠλεκρανίζειν formatur, quod eſt, cubito confodere, ex Hippocratis verò anchone Γαλιάνκων, ideſt, iuſto breuiorem cubitū habens, deriuatur) [Atq; hæc cubiti extremitas talem habet figuram, & conſor-

e. Cap. 3. com. 6.

f. Tex. 15. g. 2. de v. p. cap. 14.

ὠλέκρανον. ἀγκών. h. Idem 2. de v. p. ca. 2. κύβιτος. κύβωλον.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 223 sur 292

©BIU Santé

conformationem.] Hæc Galenus tàm de cõmuni amborũ proceſſuum nomine, & figura, quàm etiam de propria poſterioris nomenclatura. Qui tamen poſt aliqua .i. diſtinctiùs de huiuſmodi proceſſuũ quantitate, ac figura nõnulla diſcurrit, nõ ſecùs ac antea de hos recipientibus humeri ſinibus (quos Bathmidas nuncupat) locutus fuerat: ſic igitur inquit [Quod verò & cubiti ipſius cor◦næ probam planè cõſtructionem habeant, inde diſcas maximè, licet: ſi cõſideraueris quantam leſionem totius manus actiones neceſſariò accepturę fuiſſent, ſi hę breuiores, vel magis obliquæ, vel rectiores, vel rotundiores, vel arctiores, vel latiores, vel alio quouis tandem modo tranſformatę fuiſſent cor◦næ. Siquidem igitur per hypotheſim eas demus longiores eſſe, quàm ſunt, quis dubitat eas maturiùs ipſi brachio incidentes, impedimẽtum aliquod ſummæ extenſioni, & flexioni allaturas? Si minores, partim quidem & cubitus refringeretur, & in poſteriorẽ partem flecteretur, partim autem dearticulationis totius ſecuritate priuaretur: vt etiã humerus ex cubito facilè excideret, in flexionibus quidem, poſteriorẽ apophyſim prętериens, in extenſionibus verò anteriorem. Cęterùm ſi etiã eſſent rotundiores, aut rectiores, quam nunc ſunt, mediam humeri condylorum cauitatem rotundam laxam vndiq; reddi neceſſe fuiſſet: vt quæ nequaquã ampliùs ſimiliter vt nunc coiret, & conueniret toto corpore cũ ipſis cor◦nis. Quemadmodũ ſi anguſtiores etiam fuiſſent, per ampliorem humeri locum vectę, laxę hę denuò, & velut natantes ad laterales frequenter partes circumlatæ fuiſſent: adeò vt & rectus totius cubiti motus peruerteretur, & totius manus actiones fultura, ac ſtabilimẽto deſtitutæ, ideoq; imbecilles redderẽtur. Quemadmodum & ſi latiores media humeri regione factæ fuiſſent, nequaquã eam ingredi potuiſſent: ſed ſic ſuper circumferentia, & ſupercilijs capitum ſublimes veherentur. Nunc verò cùm æqua ipſarum latitudo omninò ſit rotundę humeri regioni, quam Greci τροχιλάδη appellant, ſtringitur quidem vtraq; ipſarũ à cõdylis tutò vtrinq;, declinare verò in obliquũ nuſquã poteſt. Propterea tuta ſimul, & accõmoda actionibus dearticulatio facta eſt.] Hæc de vtriuſq; proceſſibus perpulchrè Galenus: ſed nos ad pręſens contextũ reuertamur. Inquit igitur duos hos proceſſus magnũ cõprehendere ſinum (quem à Greco ſigmatis .σ. ſimilitudine ſigmatoiden nuncupant) humeri trochleã in ſe recipientem, cũ qua per ginglymon perfectiſſimè dearticulatur, dum cubiti proceſſus (vti dictum eſt) in prędictos humeri ſinus reciprocè recipiuntur. Quinimmò nõ tantum in hoc ginglymi ratio cõſiſtit, quatenùs ſcilicet humerus à cubito receptus, cubiti prędictos proceſſus vnà in ſe viciſſim extentione, vel flexione in ſe recipiat, quãtum in alio receptionis modo, prędicta enim ſigmatoidis ſinus cubiti figura ſic excauata eſt, vt drepreſſa magis in lateribus ſit. Quamobrem vnicuiq; perſpicienti liqueat, ſinum hunc cubiti, quòad latera, trochleę ſupercilia, vtrinq; in ſeſe recipere: in medio autem, tanquam funis ab humeri trochlea recipi, chartilagine autem huiuſmodi ſinus vſq; adeò incruſtatus eſt: vt nõ ſecùs, ac de prędictis proceſſibus, ac ſinibus dictum iam eſt, hic etiam ſuis cum receptis trochleæ optimè accõmodatus ſit, vt ne quid nimis, aut minùs dici queat. Futile autem minimè fuerit vtriuſq; oſſis ſubſtantiam intrinſecam, & extrinſecam, necnon figuram, atq; ſuperficiem perlibrare. Cùm enim vtrunq; longum, teres, fiſtuloſum, medulloſumq; ſit, ſuprà, infràq; appendices habens (quãuis Galenus ſoli quidem radio vtrinq; appẽdices ineſſe prędixerit .k.) varium intereà tùm groſſitie, tùm figura nõ ſine mirabili artificio eſt. Cubitus enim ſuprà, qua parte cum humero eſt, per ginglymon dearticulatũ impensè craſſius neceſſariò fuit, pro dictorum proceſſuũ validorũ exortu, cõmodaq;, ac decenti humeri trochleæ amplexu: prętertimq; pro poſteriore proceſſu, quẽ olecranon, & ancona nuncupari iam iam prędiximus: .l. ſuper quo tota dearticulatio firmatur. Noſq; illi incumbere, dum reclinamur, ſolemus. Cuius validioris etiã dearticulationis ratione, tàm in ipſo cubito, quàm in radio circumpoſitæ, radicaleſue proceſſuũ partes, extra ſinus ipſos, ligamentorũ ſiue oriundorũ, ſiue implantandorũ gratiã exaſperatę ſunt, appendiceſq; ob eandem rationẽ obtinuerunt, ac varijs interim imperuijs foraminibus alicubi decoratæ: qui erat primus appendicum vſus in procemio declaratus. .m. Quæ quidem prętereà aſperitates non propter ligamenta ſolùm, ſed ob muſculorũ quoq; nonnullorũ, ſiue originem, ſiue inſertionem factę ſunt: de origine quidem ab externo, internoq; humeri tuberculis prędictũ iam eſt.* Nonnulli enim radio, quidam verò cubito adhęreſcunt: ſpeciatim verò à cubito naſcũtur radij motorum primus, ac digitorũ vigeſimus primus, vigeſimus ſecundus, & vigeſimus tertius: de quibus cõmento ſequẽti. Propter inſertionem, radio proceſſus aſper ineſt .†. parte quidem ſuperiore, internaq;, in quem primus cubitũ flectens .α. muſculus inſeritur. Cubito autem aſpera quędã eleuatio ineſt .§. parte eadem, in quam cubitum flectens ſecundus .β. implantatur: ſicut in poſteriorem protuberantem, aſperumq; triangulum * extendentes ſiue duo, ſiue tres dicti inſeruntur .γ. Sed amborũ oſſium colligantiam tàm ſibi inuicem, quàm cum brachiali ex eodem Galeno addiſcamus, quùm ſubdit.

TEX.

§. Cap. 15. circa med. χορώνων. quãtitas, & figura.
Lõgitudo.
Figura.
Latitudo.
Textus expoſitio.
Cubiti ginglymos in quo conſiſtit.
Chartilago.
Subſtantia. Figura. Superficies
k. In proœ. tex. 6.
l. In pręſenti com.
Aſperitates.
Foramina. m. Com. 6. verſus finẽ.
*Cap. prędecenti cõmen. 3.
†In 1. & 2. fig. q.
α 5. tab. p. 6. Θ.
§. Ibidẽ literis i. k. l.
β tab. Γ.
* 2. fig. x. y. z.
γ 13. tab. b. c. d.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 224 sur 292

©BIU Santé

TEXTVS TERTIVS.

Συνδεῖται δὲ καθ' ἑκάτερον τῶν περάτων ὁ πῆχυς τῇ κερκίδι συνδέσμοις ἰσχυροῖς ἴσως. τὸν μεσῳ δὲ πάντη ἀπ' ἀλλήλων διεστήκασιν ἔχει δ' ἐπίφυσιν ἑκάτερον ἀυτὴν, κατὰ τὰ πρὸς τῷ καρπῷ μέρη, κυρτὴν μὲν ἔξωθεν, ἔσωθεν δὲ κοίλην. πῆχυς μὲν κατὰ τὸν μικρὸν δάκτυλον, κερκὶς δὲ κατὰ τὸν μέγιστον. ἐμβαίνει δὲ τῇ κοιλότητι τάυτῃ, καὶ διαρθροῦται πρὸς ἀυτὴν ὁ καρπός.

Colligatur autem cubitus ſecundũ vtrunq; extremũ radio validis ligamẽtis .†. ęqualiter: Media verò abinuicẽ omninò dehiſcunt. Vterq; autẽ adnatã appendicẽ in partibus iuxta brachiale, foris quidem gibbam, intùs verò concauã habet.* Cubitus quidẽ iuxta paruũ digitũ, radius verò iuxta magnũ. In huiuſmodi autẽ cauitatẽ brachiale ſeſe inſinuat, dearticulaturq; ad ipſam.

† Idẽ 2. de v.p. cap. 15. in fine.
* Idẽ 2. de v.p. cap. 11. circa med. n. Com. 16. a tab. 6. n. 7 b. β tab. 5. Θ 6. e. γ tab. 6. Ξ 7. c. δ tab. 3. γ 4. Λ. ε tab. 7. x. 8. g. ρ tab. 6. x. 7. Q. a tab. 3. x 4. e. b tab. 3. Ξ 4. Σ. * tab. 7. ν 13. κ. ν 1. & 2. fig. com. 1. lib. c. c. & r. p. c. c. cubiti r. r. radij. θ tab. 10. o. 11. u. ι tab. 10. & 11. Ξ. κ tab. 9. c. 10. κ. λ tab. 10. Λ. 11. m. c tab. 6. Λ 7. y. d tab. 9. γ 10. f. μ tab. 9. a 2. 10. ſ. ν tab. 9. Θ 10. r. ξ tab. 10. p. e tab. 9. Λ 10. q. o. Com. præcedenti circa finem. * Ex 2. de v.p. cap. 11. circa finẽ. π 7 muſc. tab. x. * Ibidem. p. In proœ. cõ. 12. & 13.

COMMENTVM TERTIVM.

QVANQVAM validis ligamentis ęqualiter ſcilicet ſuprà, infraq; cubitus cum radio colligentur: cùm tamen ibidem propter manus motum ad pronum, & ſupinũ, dearticulentur, non adeò valida huiuſmodi ligamenta ſunt, quemadmodũ in ijs animalibus cõtingit, quæ vel prorsùs nullum (vt equi, & boues, cęteraq; huiuſmodi ſolipeda, vel biſulca ſunt animalia) vel ſatis obſcurũ, difficilemq; hunc motum habent (vt canes quidem, feleſq;, ac digitatis pedibus prędita huiuſmodi animalia ſunt) laxiora enim, pro manifeſtiſſimi, ac facillimi motus diuerſitate, neceſſariò fuerunt. Dearticulantur autem adinuicem cum radio cubitus, per eam ginglymi ſpeciem, quã ſecundo loco nos in procœmio declarauimus, .n. minuſq; propriè dictam ginglymon determinauimus, veriùs interim ad enarthroſim vtranq; reducẽtes. Velut enim ſuprà ad humeri cũ ipſo cubito, radioq; articulũ, cubitus radium: ita infrà ad coarpum, radius cubitũ ſuſcipit. Vterq; enim ibi excauatur vbi latius exiſtit. Medię verò partes abinuicem omninò dehiſcũt, duplici quidem ratione, prima, vt pręter omne impedimentũ obliquo ductu radius cubito innixus promptè, ac faciliter in pronum, & ſupinũ circumuoluatur: ſecunda, vt oportuna, cõmodaq; ſedes tàm intùs, quàm extrà pluribus muſculis cõſtitueretur, qui neceſſariò talem occupare partem vtrinq; debuerant: vt ſunt digitos flectentiũ tertius .a. parte interna, pręter eos, qui quidem huic ſuperimponũtur, primum .β. ſcilicet, ac ſecundũ, .γ. & eum quoq omnium extimum, .δ. qui in latum tendonem cuti ſubnatũ degenerat: prętereà muſculus eſt radium circumuoluentiũ, ac per hoc manum ad pronum mouentiũ primus, .ε. quem muſculum quadratum nuncupare ſolemus, ac etiam tertius .ρ. radij, ſed ad pronum voluentium ſecundus. Hi igitur omnes intermediũ illud cubiti, ac radij ſpatium vel replent, vel aliquomodo contingunt, ſicut obliquè nõnihil eius ſpatij replet brachialis ſecũdus, .a. primus enim .b. totus cubito adhęret. Pro quorum omnium ſubſtentatione, membranaceũ ligamentum * à cubito in radium per totum illud ſpatium implantatum eſt: cuius tùm originis, tùm inſertionis ratione duę velut extuberantes lineę nõnihil aſperę .n. in vtroq; oſſe ſibi inuicem è regione oppoſitę à ſolertiſſima natura factę ſunt. Quod ligamentũ non internis modò prędictis muſculis fulcrũ, ſiue ſedes quędam eſt, ſed nonnullis etiam externis: qui vel ſecundũ totum, vel ſecundũ maximam, aut minimam quoq; partem, ſicut interni, tali ligamẽto adnaſcuntur, vt ſunt vigeſimus primus, .θ. vigeſimus ſecũdus, .ι. & vigeſimus tertius .κ. digitos extendentes muſculi. Itemq; obliquè radij motorum quartus, .λ. qui eſt ad ſupinum voluentium ſecundus. (Huiuſmodi enim primus, qui radij ſecundus dicitur, .c. ſuper brachialis muſculo quarto .d. radiũ amplectitur.) Quibus ſuperpoſiti ſunt digitos extendentiũ decimus ſeptimus, .μ. decimus octauus, .ν. & decimus nonus, .ξ. brachialiſq; tertius. .e. Omnes igitur hi muſculi aliquo modo cubiti, radijq; interuallũ replent, nihil intereà radij, ac per hoc extremę manus reuolutionem impedientes, ob prędictũ interuallum: quod interim conſtans intermedij membranei ligamenti ratione, ac firmũ conſiſtit. Habet autem vtrunq; id os, ſcilicet cubitus, ac radius, iuxta brachiale adnatam appendicem, ligamentorum (velut anteà iam diximus .o.) gratià, quæ extrinſecùs, hoc eſt, circueirca in exterioribus: vbi ſupercilia ſunt cauitatem internã cõplectentia: itemq; extrinſecùs quòad manus partem externam (vt ſcilicet ea parte ferendis iniurijs pertinacior reddatur *) gibba eſt: intrinſecùs verò (non ſolum interna manus parte, vt quadrato muſculo .π. ibi reſidenti cederet, aptumq;, ac planum iter eò pertranſeuntibus tendonibus pararetur: vt colligitur ex ipſomet Galeno ſecundo de vſu partium. * Sunt autem hi tendones primi, ſecundi, & tertij muſculorum digitos mouentium, quos paulò ante oſtendimus, ſed etiam vbi carpi oſſa in ſe receptura eſt) concaua meritò exiſtit: præſertimq; omnia hæc in ipſo radio perpenduntur. In huiuſmodi igitur vtriuſq; oſſis prædicti cauitatem brachiale ſeſe inſinuat, dearticulaturq;, hoc eſt, per diarthroſim, eiuſq; ſpeciem enarthroſim dictam (prout anteà declaratum iam eſt .p.) connectitur. De quibus qui-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 225 sur 292

©BIU Santé

dem inarticulationibus paulò poſt .q. diſtinctiùs loquemur. Nunc verò ad cuiuſdam à Galeno propoſitę difficultatis enodationem, ex ipſius etiã verbis, cõuertamur: quùm ſic videlicet nobis teſtatum reliquit .r. [Verbis autem multis ne id quidem eget, cur iuxta carpum quidem minimi omninò ſint obliqui motus: ſurſùm autem ad brachium maximi?] Minimi quidem ad carpum obliqui motus radij: adeò vt à cubito ſeparari nõ appareant, nulluſq; proprius eſſe motus exiſtimetur alterius oſſis, ſed vnus amborum: ſurſùm verò ad humerũ radij motus maximi, ac manifeſtiſſimè diſtincti à cubiti motibus videãtur. Reſponſionẽ igitur ſtatim ſubdit Galenus, dicens [Infernè nanq; carpi, & radij oſſa exactè coniuncta ſunt oſſi cubiti. Vnde multis medicorũ viſus eſt nullus motus proprius fieri ab vtroq; ipſorũ, ſed ea ceu vni dearticulata vnam habere ſolam actionem omnium oſſium cõmunem: ſurſùm tamen ad brachiũ radius à cubito multùm diſtat. Quare ibi quidem licet radio ſoli plurimũ moueri, abſq; cubito, parte autẽ inferiori nequaquã] Cõſtructionis igitur diuerſę ratione, diuerſa quoq; motus imaginatio cõſequitur. Cùm ſuperiùs manifeſtiſſimus, inferiùs verò occultus motus ſit. Verùm vt exactiùs dearticulatio ad carpum liqueat, quæ de cubiti inferiore proceſſu Galenus ſubdit, perpendamus.

q. Com. ſequenti.

r. 2. de v. p. cap. 18.

TEXTVS QVARTVS.

Ἐκ περιττῦ δὲ τοῦ πήχεως ὑπάρχει καὶ ἡ καλουμένη συλοειδὴς ἀπόφυσις, διαρθροῦσα καὶ αὐτὴ πρὸς τὸν καρπόν. Ἀλλὰ τούτης μὲν ἔργον ἡ εἰς τὰ πλάγια περιφορὰ τοῦ καρποῦ. τῆς δ' ἑτέρας αἱ κατ' εὐθὺ, καθ' ἃς ἐκτείνομέν τε, καὶ κάμπτομεν τὴν ἄκραν χεῖρα.

Ineſt autem cubito ex abundãti etiã proceſſus, qui ſtyloides nuncupatur, brachiali quoq; hic dearticulatus. Sed huius quidem dearticulationis munus eſt, brachialis in obliquũ circũductio; Alterius verò, quæ in rectum fiunt: ſecundũ quas extremã manũ extendimus, inflectimuſq;.

COMMENTVM QVARTVM.

Cubiti ad carpũ dearticulatio ſecũdũ Galenũ duplex, ſ. Vt 2. de v. p. cap. 11. & 17. verſus finẽ, & 18. 1. de anat. adm. c. 10. circa finẽ. t. Tex. precedenti. u. Tex. 3. x. In procę. com. 16.

DVPLICEM tàm hic, quàm alibi .ſ. Galenus cubiti ad carpum brachialeue dearticulationem ponit. Primam quidem paulò ante dictam, .t. ſecundùm quam cubitus in ſui cauitatem infernam carpi partem recipit: quia ſcilicet tertium illius oſſiculum cõprehendit quanquã dearticulatio hæc, ſi ad totum brachiale referatur, cõmunis cum radio exiſtit) Alteram verò, ſecundùm quam proceſſus hic, à ſcriptorij ſtyli ſimilitudine γραφοειδὴς, & συλοειδὴς nuncupatus, ad eiuſdem brachialis oſſis tertij læuę quandã, glenoidemue, ſiue pupillarem cauitatẽ inſinuatur (prout ſequenti rurſùs capite diſtinctiùs declaraturus eſt .u.) Adeò vt vtraq; ſimul ad ginglymon (ſi vera Galeni ſententia eſſet) reducenda veniret. Cùm recipiat cubiti os, vnaq; ab eodem recipiatur. Recipiat quidẽ inferna ſua cauitate brachialis tertiũ oſſiculum: recipiatur verò (vti dictũ eſt) ab eodem, quòad ſtyloidem ſuum proceſſum, quanuis impropriè ſatis ginglymos diceretur; cum nõ ad ſimplicem, ſed duplicem motum ordinaretur, ſextuſq; foret hic præter à nobis anteà declaratos, .x. ginglymi modus, ſiue ſpecies, cum primo quidem, ſecundoq; modo conueniens, quatenùs ſcilicet ab eodem ſuſcipitur, quod ſimul etiam ſuſcipit, magiſq; cum ſecundo, quoniã in diuerſis partibus id ſibi contingeret. A quibus tamen interea differt, aliter cum tribus alijs ſequentibus ſcilicet tertio, quartoq;, & quinto conueniens: quoniam nõ ad ſimplicem, ſed ad duplicem hic motum pertineret. Sed neq; cum his etiã quòad motus duplicitatem omninò cõgrueret: cùm illi ſibi inuicem reſpondeant in motuũ ſimilitudine: hic verò diuerſi omninò, ſibiq; inuicem oppoſiti forent, ſed cũ talis articulatio brachialis ad ſtyloidẽ proceſſum in homine minimè inueniatur, vt poſteà videbimus: idcircò neq; inter ginglymi ſpecies, modoſue neq; omninò inter articulos nos anteà numerauimus. At priùs Galeni mentem elucidemus, mox verò deinde veritatem in illa diſquiremus. Primam igitur dearticulationem dicit oportunã eſſe ad rectum carpi motum, ſecundũ quem extremã manũ extendimus, inflectimuſq;. Rectum intellige ad id propoſitũ ex ipſo Galeno, tàm ſurſùm, & deorſùm, quàm etiam in latera; neq; rectos tantũ hos æqualiter à duobus muſculis factos, ſed obliquos etiã: quotiès ſcilicet ab vno tantũ muſculorũ brachiale mouentiũ contracto motus fiat. Qui omnes prędicti motus à quatuor muſculis facti, octo ſunt (vt ex ipſomet didicimus .y.) omnes igitur hos rectos hic intelligit Galenus, in quibus neq; cubitus, neq; radius, ſed ſolũ brachiale proprijs à ſuis muſculis aliquo modo mouetur. Dicunturq; motus extenſionis, & flexionis, etiã ſi obliqui ſint, vnico duntaxat muſculo lateraliter mouente, non circumductionis, ipſius videlicet brachialis. Obliquos verò motus, Græcè [εἰς τὰ πλάγια] intellige apud eundẽ eos, quibus carpus ipſe in pronum, & ſupinum circumducitur. Idcircò ait hic [περιφορὰ] hoc eſt, circumductio, ſiue circumlatio. Qui motus non à muſculis brachialis proprijs, ſed ipſius radij motoribus nuncupatis perfi-

Secunda in homine non eſt. Mens Galeni quæ. Rectus motus quis.

y. 2. de v. p. cap. 4.

Obliquus motus quis.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 226 sur 292

©KIU Santé

citur. Pro quibus ſignificandis motibus, verbis vſus eſt Galenus, .z. περιάγειν, & περισρέφειν, quod eſt, circumagere, & circumuertere: Veſalius autē .a. Galeni ſententiā ſubuertere videtur; Quanuis enim rectè priùs in pronū, & ſupinū conuerſionem, circumductionemq; ad Galeni mentem expoſuerit, non rectè tamen ſubdit verba hæc [deinde etiam in latus duceretur.] Ex interpretis (vt opinor) verſione deceptus, qui libro de vſu partiū ſecundo .b. [εἰς τὸ πλάγιον κινήσεις] [ad latera delationes] latinè traduxit. Sed veluti ſemper eadem vtitur dictione Galenus, ita eandē intellexit circumductionē: quæ ad pronum, & ſupinum fit. Id quod præſertim ex eius verbis compertiſſimū fit: quùm ſic ait .c. [Vt duplex ſit articulatio in brachiali: Altera quidem finiū ipſius brachialis ingredientiū cauitatem inter epiphyſim radij, & cubiti mediam: Altera autem parua oſſis circumplectentis paruam apophyſim cubiti. Hęc quidem gratiā verſionum manus ad pronum, & ſupinū facta eſt: Propter alterā verò magnam extēditur, & flectitur carpi articulus, &c.] Atq; idipſum rursùs ex ipſo etiā poſteriùs confirmatur .d. Vbi dubitatione propoſita, cur in carpo quidem obliqui motus minimi ſunt, ſursùm autem ad humerum maximi? (Quam, ſua cum ſolutione, cōmento præcedenti nos recitauimus *) Ad eius reſponſionis confirmationem: quia ſcilicet cubito radius, carpiq; oſſa exactè cōiungūtur, vt proprius radij motus à cubito diſtingui non appareat: ſubdit ſtatim, dicens [Quin etiā dearticulatio tenuis cubiti apophyſeos, quæ ſtyloides vocatur, ad carpi os digito minimo præpoſitum, parua eſt omninò, quia & os ipſum brachialis neceſſariò paruum erat, motumq; habet minimū (tripliciter intellige) & propter paruitatem quidē (ſcilicet dearticulationis) & quia cōiungitur ibi cubitus quidē radio, paruum verò os (ſcilicet tertium) omnibus brachialis oſſibus] Propter has igitur tres cauſas obliqui motus ibi parui, ac minimi ſunt, vt diſcerni à quibuſdā medicis non potuerint. [Solum autem memoratu dignus motus fieret, diſtātibus admodū inter ſe omnibus prędictis oſſibus.] Indeq; eſt, quòd in dearticulatione, quæ ad cubitum, diſtincti motus maximè apparent. Cui igitur dubiū eſt ibi per obliquos motus, in pronum & ſupinū intelligere? Ob quos voluit ipſe ſtyloidis proceſſus ad os brachialis tertiū dearticulationē fieri? Adeò vt iuxta Galeni perpetuū dogma, dearticulationē, ad arthrodiam fortè ſynarthroſeos ſpeciem propriè magis reducēdam, ad adiuuandos obliquos motus, hoc eſt, ad pronū & ſupinū factos, à natura inſtitutam fuiſſe, dicendū veniat. Inconſtans igitur non eſt Galenus, neq; ſibi cōtradicit, cùm eandem vbiq; ſententiā habeat. Optimè tamen aduersùs eum tanquam falſa ſupponentem Veſalius, hanc priùs dearticulationē ſtyloidis cubiti proceſſus ad brachialis os in homine abnegās, quanquā in bobus, atq; ouibus, ipſiſq; etiā ſimijs apparentem. Cùm in homine craſſa quędam chartilago .e. à radij ſede inferiore proueniens, mobilis quidē, nulliq; ex duobus oſſibus, neq; ſcilicet ipſi cubito, neq; brachialis prędicto oſſiculo adnaſcens intercidat, ei ſimilis, quam inter maxillā inferiorem, ac tēporis oſſa, .e. necnon inter clauiculam & primum ſterni os, .f. poſitam antea declarauimus. Impedimento igitur talis chartilago eſt, ne per ſomniū quidē cubiti proceſſus carpi oſſi dearticulari aliquo modo poſſit. Deinceps verò poſito, ſed nō conceſſo, q̄ huiuſmodi dearticulatio foret, tantū abeſſe meritò demonſtrauit Veſalius, vt ad obliquos motus prędictos adiuuet, quin potiùs maximo illis impedimento ſit. Quam ob cauſam & boues, & oues, & quæcunq; animalia tali dearticulatione prædita ſunt, obliquos hos motus deſiderant. Siquidem igitur ſtyloides ille proceſſus ad dearticulationem nō peruenit, ac per hoc neq; prędictum vſum ad obliquos motus habet: quis nam eius vſus erit? An fruſtrà fortaſſis à natura factus eſt? Dicēdum profectò remanet, hunc proceſſum propter tria factum eſſe. Primò vt ſinū adaugeat, defendatq; hinc, velut inde radij epiphyſis etiā eleuata adauget, defenditq;. In quem ſinum totum brachialis principium, quod tribus ex oſſibus cōſtat, ſeſe inſinuari oportebat. Secundò, vt ab ipſo validum ligamentū brachialis cū cubito articulū connectens pronaſcatur. Quod ligamentum in octauum Galeni, Veſalij verò quartum brachialis os inſeri, poſtea dicemus .g. cuius ligamento ratione firmari, ac per hoc quodāmodo adiuuari, brachiale, manumq; in motu ad pronum, & ſupinum dicere, pro Galeno, poſſemus. Tertioq; tandem, vt in talibus obliquis motibus (qui ſcilicet ad pronum, & ſupinū fiunt) aliquo modo conferat, cùm per ſynneuroſim brachiali coniungi videatur, ipſumq; ſubſtineat, ne ſuperfluè, præcipueq; in pronū relaxetur, atq; dehiſcat. Adeò vt auxiliari in obliquis motibus dicamus: at non dearticulatione, ſed potiùs ſymphyſi, vnioneq; per ſynneuroſim facta. Cùm per ligamentū ipſi brachialis oſſiculo, nō tertio (quanuis ita dixerit Galenus) ſed octauo, apud Veſaliū autem (vti prędiximus) quarto * connectatur. Effatu digna foramina in duobus his oſſibus nulla ſunt, præter quædam in eorum extremis imperuia (vti prædiximus *) propter ligamentorum exortum, duoq; ſupra medium parte ſuperiore, ac interiore vtriuſq; alteri videlicet alterum propter venarum ad eorum nutritionem ingreſſum: ideoq; minima ſunt, imperuiaq; (vt dictū eſt) Reliqua de his oſſibus cōtemplanda, vel ex præſcriptis nota ſunt: vel tanquam tyronibus difficilia dimittantur. Ad brachiale igitur conuertamur, Galenum audientes, quùm ſic ſcripſit.

z. l. 8 anat. adm. c. 10. in fine.

a. Lib. 1. c. 24. & lib. 2. cap. 44. Cōtra Veſalium.

b. Cap. 17. verſus finē. c. 2. de v. p. c. 11. verſus finem.

d. Ibidem cap. 18.

* Circa finem commenti.

Cōtra Galenum.

ρ Quā prima ſecundaq; fig. T. litera præſefert.

e. Cap. 5. com. 2. & c. 13. com. 2. f. Cap. 14. com. 1. in fine.

Dubium. Reſponſio. Styloides verus vſus triplex.

g. Cap. ſeq. com. 1.

* Prima ſequētis cap. fig. num. 4. Foramina.

* Com. 2. circa finē.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 227 sur 292

©BIU Santé

Περὶ καρπῦ Κεφάλαιον. ιζ'.

De Brachiali. Caput Decimumseptimum.

TEXTVS PRIMVS.


Οὗτω συντίθησιν ἑξῆς τὸν καρπὸν, ἐκ δύο σίχοις συγκείμενα, σκληρὰ πάντα, καὶ σμικρὰ, καὶ ἀμυέλα, καὶ πε-
λυκοῦ τὸ χῆμα. πῆ μὲν γὰρ ἐστι κυρτὰ, πῆ δὲ σιμὰ, καὶ πῆ μὲν εὐθέα, πῆ δὲ περιφερῆ.

Ossa octo duobus ordinibus constituta brachiale cõponunt, dura omnia, & parua, medulleq; expertia neq; non multiplicis figuræ existentia. Nanq; partim gibba, partim verò sima, & partim recta, partim verò orbiculata sunt.

COMMENTVM PRIMVM.

Manus duplex. h. 1. & dist. animal. c. 7, circa princ. i. Cap. 15. huius com. 1. in princ. k. Cap. præcedenti tex. vlt. in fine. Cõtra Vesalium.

CVM dictio manus, Græcè χεὶρ, bifariàm capi soleat, primò cõmuniter pro tota quidem manu intres partes diuisa scilicet humerũ, vlnamq;, & extremã manum, quod totum cum Aristotele *.b.* brachium anteà nuncupari declarauimus: *.i.* secundò specialiter, proprieq;, pro ea parte brachij tertia, quã paulò ante ἄκραν χεῖρα Galenus ipse nuncupabat, *.k.* Hippocrates q; simplici dictione ἀκρόχειρα, q. d. extremã manum appellare consueuit. De hac secũdo modo sumpta manu impręsentiarũ locuturi, eam in tres rursùm partes distinguimus: videlicet in brachiale à Celso latinè dictum (quod Græci καρπὸν vocant) & postbrachiale (μετακάρπιον illi quoq; nominant) tertiamq; ipsos digitos, quos gens eadẽ δακτύλους appellat; in præsenti capite primã extremę manus partem scilicet ipsum brachiale declarabimus, in sequẽti verò duas reliquas scilicet postbrachiale, ac digitos insimul vnà cũ Galeno enucleabimus. Cumq; tres huiusmodi partes non nisi propter extremã manũ factę sint: Eapropter vnica etiam figura cũctas ostendemus, quanuis hac iterùm duplici: vt prima scilicet internã eius partem, secunda verò externã præseferat. Sed primã eius partem: videlicet ipsum brachiale aggrediamur; quod ex octo ossibus cõstare nũc verissimè dixit Galenus, è cuius verbis falsam esse Celsi sententiam liquet, huiusmodi brachialis ossium numerũ incertum esse dicentis, *.l.* ex mala fortassis, imperfectaq; eorum (quæ abrasis ea colligantibus neruis chartilagineisq; seu malumus neruochartilaginosis ligamentis fieri solet) segregatione. Exquisitè enim singula dissecantibus statutus, certissimusq; octenarius numerus in omnibus hominib⁹ (nisi mõstruosè quidpiam diuersum contigerit) inuenietur. [Tanta igitur compositionis eorum est harmonia (dicebat etiam alibi Galenus *) vt difficile comprehẽdi queat eorũ numerus. Nisi enim prorsùs abraseris ligamẽta, & denudaueris membranas cooperientes, vnũ esse tibi omnia videbuntur.] Triplex verò hic dubitatio statim ex Galeni etiam dogmate dissoluenda occurrit. Prima scilicet cur ex pluribus ossib⁹ carpus compositus sit, & nõ ex vno, vel duobus, sicut humerus, & femur ex vno, vlnaq;, & tibia ex duobus? Secunda, si oportuit ex pluribus cõponi, cur ex octo, & nõ pluribus, neq; paucioribus? Tertiaq; demùm, cùm ex octo cõponendum fuisse probatum sit, cur duobus ordinibus, & non vnico tantum, vel pluribus? Primusq; ordo tria ossicula (prout numeris designata 1. 2. 3. patent) secundus verò quatuor (numeris etiam proprijs notata 5. 6. 7. 8.) cur continet: octauumq; Galeni (quod iuxta Vesalij, ac præsentiũ figurarũ ordinem, & numerũ, quartũ dicitur) vni duntaxat ossi primi ordinis tertio annexum remansit? Propter primã nanq;, dubitandi ratio minimè negligẽda (Galeno docente. *m.*) occurrit. [Ineptus enim nobis videri possit creator, ex vno quidem osse femur, & humerũ, maxima membrorũ cùm fecisset, ex octo autem



l. Lib. 8. c. i. versus finẽ.

* Lib. de v. p. c. 8. post princ.

Dubitatio prima.

Secunda. Tertia.

Responsio pro dubitatione prima. m. 2. de v. p. cap. 8. circa princ.

brachiale,

©BIU Santé

„ brachiale, ita paruam particulam, vel ex quatuor poſtbrachiale. In digitis nanq; diuerſitas figu-
„ rarum in motibus, vtilitatem eorũ multitudinis demonſtrat: In brachiali autem, & poſtbrachiali
„ nihil tale apparet.] Cùm in diuerſis digitorum motibus, ac figuris hæc potiùs quieſcere ſępenu-
„ merò videantur. [At qui (obſiſtendum eſt enim contrario ſermone, ait quodam in loco Hippo-
„ crates) ita cõponuntur artificiosè, vt nulla omittatur perfectionis excellentia. Ex vno enim oſſe
„ ſatis ſuperq́; humerus, ac femur (vt poſteà videbimus. *n.*) conſtituta ſunt, vt quæ vnico oſſe ſuos
„ motus exquiſitiſſimè complent, difficilemq́; paſſionem ex oſſis groſſitie, ac duritie, groſſorumq́;
„ muſculorũ cooperientiũ tutamine adipiſcuntur. Duos enim ſcopos vbiq; natura ipſa præ oculis
ſemper habet, videlicet motuũ, actionumq́; promptitudinem, ac facilitatem, & diſpathiã: quæ
eſt ad patiendum difficultas, atq; reſiſtentia. Propter quas ambas cauſas, carpum, ſiue brachiale,
atq; ipſum quoq; metacarpium, poſtbrachialeue pluribus ex oſſibus cõponi oportuit. Primò ſci-
licet vt diuerſę manus figurę pro diuerſis eiuſdem explendis actionibus neceſſarijs, fieri queant.
Sępè enim ea vt concaua indigemus, tùm ob multos alios vſus, tùm pręcipuè ad cõprehendendũ
liquores aliquos, ſiue puluerulenta quędam, vel aliquo interdum modo propter paruitatem ferè
inuiſibilia. Sæpè autem ea vt recta vtimur ad aliquid applanandũ, vel ipſas quoq; alapas prębendum, ſiue plana cõprehendendũ. Ob diuerſas igitur figuras, magis, ac minùs, pro diuerſis complendis actionibus neceſſarias, ex multis articulari oſſibus vtrunq; membrum, tàm brachiale ſcilicet, quàm poſtbrachiale ipſum, cõſtruiq́;, neceſſariũ fuit. Ratioq́; prima hæc ſit, quam ex Galeno didicimus ſic vberiùs ſcribente. *o.* [Quando igitur perfectè extendere opus eſt ſummã manum, omnes quidem digitos tendones externi, ceu refringentes, & retrahentes tendunt: extenditur autem ſimiliter & carpi articulus. Ab vtriſq; verò his, cùm carpus & metacarpium arctentur, ac veluti vecte impellantur violenter, cedere quidem priſtina ſede coguntur, ferri autem foràs cùm nequeant propter tenſionem tendonũ hic ſitorum, reliquam adhùc internam tranſpoſitionem habebunt: plurimumq́; intrò receſſiſſent vndiq; pulſa, ſi ligamenta laxa, & tenuia habuiſſent. Nunc autem ligamentorũ robur eis auxilio fuit, ne omninò luxarentur. Attamen vnoquoq; articulò parum tranſpoſito magnum aliquid, & effatu dignum ex omnibus cõflatur. Plurimam autem vim ad huiuſmodi tranſpoſitionem tendones externi conferunt. Incidentes enim cõuexis oſſium partibus, intrò omnia comprimunt. Duplex autem hic fit ſenſu quod manifeſtè cõprehendatur ex ea extenſione, concaua, & vacua quidem ante, regione interna, à tranſpoſitis ad eam oſſibus occupata, priori verò conuexitatem, externa ſcilicet relicta. Non igitur ſolùm q repleatur concauũ manus, ſed etiam q complanetur, quod eſt conuexum organis, quæ in carpo, & metacarpio ſunt, extendi accidit. Concauam autem exactè manum effecturi, omnia facimus contraria, exoluentes quidem à tenſione externos tendones, tendentes autem internos, flectenteſq́; digitos, ex quibus omnibus promptè rurſùs ad externũ locum reuertitur vnumquodq; os. Sed neutrũ horum fieret, ſi cedere ipſa non poſſent: non autem cederent, ſi eſſent omnia vnum ſimplex. Ex quo igitur multa ſunt facta, tranſpoſitionem adepta tùm cõcauam plurimum, tùm rurſùs efficiunt rectam manum, propter vtilitatem amborũ, quæ nobis viciſſim adeſt, atq; omninò ſanè altera perijſſet cõſtitutio, niſi plura eſſent facta.] Hęc pro prima ratione Galenus, quæ ad manus varias actiones, variaſq́; illarum ratione figuras refertur. Secundam verò rationem eſſe ſubiunxit, propter diſpathiã, difficilemue paſſionem, ſiue ſecuritatem (quoniã ferè diſcooperta hęc oſſa erant) valde neceſſariã. Hanc enim tùm ex oſſium multitudine cõmuniter in omnibus, tùm propriè ex eorundem duritie, ac figura diuerſa, pręſertimq́; gibba adipiſcuntur. Vniformis enim figura, cõpoſitioq́; lęſionibus obnoxior, quam diuerſa eſt. Id quod hodie caſtrorũ, ac ingenium ingenioſi ædificatores obſeruant. Hanc igitur ſecundã rationem ex Galeni verbis vberiùs ediſcas, quùm ſic ſcripſit *.p.* [Non ſolùm autem manus actionem, ſed etiã ſecuritatem iuuit huiuſmodi conſtructio. Si enim inter digitos, & cubitum vnum ſimplex os eſſet locatum, concauũ quidem intrinſecùs, cõuexum autem extrinſecùs, ita nudũ, ſicut hęc decet nuda eſſe (hæc enim prior ſermo monſtrauit) ab omni quidem duro ipſi occurrente facilè frangeretur: fractũ autem mox totum vtiq; prętер naturã haberet, cùm vnicum ſit. Nunc autem, quia duodecim facta ſunt (octo ſcilicet carpi, quatuorq́; metacarpij) duodecima pars cõſtructionis totius corrũpitur vno affecto. Porrò vt omninò nihil patiantur, melius fuit ex multis componi, & potiſſimũ ita duris. Cedentia enim occurſantibus ad ſuas dearticulationes exoluunt ipſorũ violentiam. Ita nanq;, & ſagitta, & haſta, & quicquid aliud tale eſt, tenſa coria faciliùs, quam laxa penetrat, quòd illa quidem reſiſtunt, hæc autem cedentia, paulatim eorum, quæ incidunt, violentiã exoluunt. Vtraq; igitur ſortita eſt horum oſſium cõpoſitio, eam, quæ eſt cõmunis omnium, & quæ vniuſcuiuſq; priuatim propria eſt, δυσπάθειαν, hoc eſt, patiendi difficultatem: illam quidẽ, ex multitudine ipſorum, hanc autem ex duritie aſſecuta. Quin & multiformis figurarum varietas ad cõmunis diſpathiam incredibiliter cõducit. Multiformiter enim cędit his, quæ ex multis locis incidunt. Si verò vniformis eorum cõpoſitio fuiſſet, læſionibus obnoxia foret: quoniã nec cedere quidem omninò

Reſponſio ad primã. n. Cap. 20.

Cur ex pluribus, ratio prima. Ex actionũ diuerſitate.

o. 2. de v. p. cap. 8. verſus med.

Ratio ſecunda. Ex diſpathia.

p. vbi ſupra verſus finẽ capitis.

©BIU Santé

Reſponſio ad ſecũdã, & tertiam.

q. 2. de v.p. cap. 10. poſt med.

r. Cap. ſeq. com. 1.

ninò poſſet. Propter hęc igitur, manus oſſa & multa ſunt, & ita cõpoſita.] Hęc ex Galeno, quòad primæ dubitationis ſolutionem. Quòad ſecundã verò, tertiamq; dubitationem, cur ſcilicet ex octo, non pluribus, neq; paucioribus oſſibus, ijſq; ſecundùm duos ordines carpus, brachialeue componatur, ex eiuſdem dogmate .q. reſpondemus, dicentes, q̃ cùm oſſa metacarpij neceſſariò quatuor eſſe debuerint, vt quatuor digitis, eorumq; primis quatuor oſſibus ſigillatim correſponderent (pollex enim alijs, vt poſteà videbimus .r. neceſſariò opponitur) horum autẽ metacarpij oſſium vniuerſus ordo dearticuletur inferiori parti carpi, conuenienter ex quatuor quidem hæc pars, altera autem, quæ cubito dearticulatur, ex tribus oſſibus facta eſt, ſtrictiſſimus nanq; cùm debeat eſſe carpus, qua cubito dearticulatur: ampliſſima verò ſit explantatio digitorũ; Medium totum inter hæc, quantum abſcedit ab extremis vtriſq;, tantum anguſtiæ, & amplitudinis particeps fuit. Cùm itaq; ttes ſint ordines inter cubitum, & ſciſſionem digitorũ medij, qui quidem eſt ad cubitum (tanquam ad duo rantũ oſſa) primus, ex tribus, qui verò deinceps eſt, ex quatuor: Tertius autem huic dearticulatus ex quinq; factus eſt. Quorũ vnũ quidem eſt magni digiti, alia verò quatuor metacarpij.] Duobus enim his ordinibus carpus indiguit, tertioq; ab his diſtincto metacarpium, non pluribus, ne in tot articulationũ flexuris manus motus imbecillior euaderet: Non paucioribus autem, quoniam vlnæ dearticulari carpum neceſſariũ fuit, poſtbrachiali verò eundem coarticulari, hoc eſt, illi per diarthroſim, quia propter manifeſtiſſimos quidem motus: huic autem per ſynarthroſim, propter motus occultiſſimos. Duas verò vſq; adeò diſtantes articulationes ſimul in eodẽ oſſe, ac per hoc in eodem ordine fieri, condecens nõ erat: Idcircò duobus ordinibus aptiùs conſtituta carpi oſſa fuerunt, quorum ſuperior ex tribus: inferior verò quatuor oſſibus compoſitus ſit. Eademq; ratione metacarpium ordine tertiũ eſt: cum quo rursùs digiti dearticulari debuerunt, diuerſa quidẽ articulationis ſpecie, quam ea fuerit, qua cum ſecundo carpi ordine coarticulabatur. Ex his igitur, ſeptem oſſiũ carpi duobus ordinibus diſpoſitorũ neceſſitas apparuit. Perpulchram verò interim naturę artem hic perpendas: quoniam humeri vnicum os ſcapulæ dearticulatum prius eſt, vlnæ verò dein duo ſunt: mox verò primi ordinis carpi tria, poſteà ſecũdi ordinis eiuſdẽ oſſa quatuor, ac tandẽ in planta manus quinq;. Quanuis enim quatuor metacarpij oſſa ſint: nihilominùs tamen ex oppoſito illorũ, pollicis primũ internodiũ, in eodem cum illis ordine adiacet, brachialis quidem oſſi iuxta Galenum quarto, ſecundùm nos autem, ac Veſalium quinto, ordiniſue ſecundi, primo dearticulatũ (vnde nonnulli primũ pollicis os metacarpio attribuebant.) Idcircò quinq; oſſiũ ordines in latius ſemper procedentes, ante digitos, in tota manu eſſe concludemus. Quibus ſi tres alios ordines quatuor digitorũ addiderimus, octo poterimus oſſium ordines in tota manu cõtemplari. Quorum vltima tanquã à ſeinuicem ſeparabilia, diſtantiaq; in maximã amplitudinem apprehenſionis gratiã peruenerunt. Hæc

Obiectio.

pro reſponſione tàm ſecundæ, quàm tertiæ ſimul dubitationis dicta ſint. Verùm enimuerò non temerè hic ambigere poſſet aliquis, probatũ eſſe dicens, carpũ neceſſariò ex oſſibus ſeptem conſtructum fuiſſe: Nos tamen ab initio probandũ propoſuimus, q̃ ex octo, & cur ex octo, & non ex pluribus, neq; paucioribus compoſitus fuerit. Neceſſe igitur eſt, & octaui oſſis vtilitatem adiungere: quod quidem extra vtrunq; prędictũ ordinem conſiſtit, tertio videlicet primi ordinis oſſi, iuxta cubiti ſtyloidem apophyſim, ſuperimpoſitum, parte quidem interiore, non q̃ alicubi apophyſim dictam attingat, quanuis ligamẽtum in ſe recipiat inferendum, quod ab illa enatum eſt.

f. 2. de v.p. cap. 12.

Os rectum cur dicitur.

Cur charti laginoſũ.

Id oſſium omnium carpi minimũ eſt, à veteribus anatomicis (Galeno refetẽte .f.) os rectum, & os chartilaginoſum nuncupatum eſt: Rectum quidem, quoniam & ſi rotundum ſit, aliquantulò tamen longius ſuperne deorsùm, quam latum eſt immò in ſimijs abſolutè longum, ſua cũ rotunditate exiſtit. Chartilaginoſum verò, quoniã multa chartilagine obductũ, coopertumq; viſitur, ligamentorũ, tendiniſq; ſubſtantia illitum, quæ inter coquẽdum chartilaginis cuiuſpiã molliuſculæ ſpeciem prę ſefert: non quia ſubſtantia eius mollis ſit, chartilagineaq; in adultis, niſi ætate infantili: cùm cæteris carpi oſſibus omnibus id durius, denſiuſq; meritò generandum fuerit, ob infrà dicendos vſus. Hoc igitur adiuncto prędictis ſeptem oſſibus, octo reſultabunt oſſa brachialis declarata, prout anteà promiſimus. Quærentibus igitur nonnullis, ad quem duorũ ordinum

Reſponſio ſecundum Galenum.

brachialis reducendum id officulum veniat? Ex Galeno priùs reſpondere poſſumus, ad nullum duorum reduci dicentes. Etenim veluti prędictum quoq; eſt, extra vtrunq; ordinem poſitũ eſſe apparet. [Cùm enim exacta harmonia ſit in omnibus carpi oſſibus, natura carẽs loco, in quo prędictum os tutò firmaret (vti Galenus idem ait .t.) multa, & mirãda excogitauit. Primò nanq; inferiorem eius finem ſubtilem exactè fecit, cùm ſperaſſet ea ſola ratione locũ aliquem ſe inuenturam idoneum, in quo ipſum defigeret, deinde autem in altitudinem iuſtam ductũ, laxum ibi, & chartilaginoſum molita eſt, prę parans locum idoneum ad inſertionem tendoni ea parte carpum flectenti. Maior enim fuit iſte, quam vt tutò ſic per paucã chartilaginẽ adnaſceretur alicui oſſiũ ipſius carpi. Huic igitur inſeruit ipſum natura, & ſubtilem finẽ inferiorẽ proferens, poſuit inter os, quod cõprehẽdit paruã oſſis cubiti apophyſim, & inter ipſum magnũ caput, quod & κόρυλον

t. Ibidẽ circa princ.

nominant.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 230 sur 292

©BIU Santé

„ nominant. Porrò ceu in parua valde concauitate locatum chartilaginoſum os, illud malè tutum
„ neceſſariò fuiſſet, & faciliè quoquouersùm verſatile. Sed membranis quibuſdam fortibus naturà
„ id circumiacẽtibus oſſibus alligauit, à quibus æqualiter diſtractũ totum, manere ita rectum tan-
„ dem poſſit: in cauitatis ſupercilio vectum oſſis amplexati paruam cubiti apophyſim (ideſt oſſis
„ tertij, quod cubiti apophyſim amplecti non verè credidit.) Quia verò ad caput eius apophyſeos
„ pertingens magnus tendo carpum flectens, futurum erat, vt ad ſeipſum cõuerteret, & deijceret
„ ipſum os, aliam tenſionem æquipollentem oppoſuit ipſi, ex oppoſitis partibus explantans liga-
„ mentum ad metacarpium deſinens: Itaq; iam iuſtè, & æqualiter in omnem partem tractũ char-
„ tilaginoſum os nuſquam decidit. Particulæ igitur carpi, quæ ſunt versùs paruũ digitũ, hoc mo-
„ do ornatę, & inſtructę ſunt.] Extra vtrunq; igitur ordinem Galenus tanquam octauũ id oſſiculũ declarauit. Nos autem vnà cum Veſalio rectiùs in primo ordine locandum, ſtatuẽdumq́; determinamus. Quamobrem non octauũ os, ſed quartum nuncupabimus: quatuor interim ex oſſibus primum ordinem determinantes. Haudquaquã tamen propterea Galeni ratio deſtruitur, qꝑ ſcilicet tria tantũ oſſa duobus vlnæ oſſibus dearticulantur. Cùm id talem dearticulationem non ingrediatur: ſed alia ratione quaſi in gyrum conſiderato primo ordine, ad illũ reduci poteſt. Quòd ſi quartum illud nuncupabimus, quod ſequitur deinceps Galeni quartũ noſtrũ, Veſalijq́; quintũ erit: ſicq́; ad vltimũ vſq;. Galeni enim ſeptimũ, noſtrũ eſt octauũ. Sic igitur & nõ Galeni ordine in propoſitis duabus figuris deſignata ſunt. Vterq; autẽ ordo à radio ſub pollice exorditur versùs cubitum, digitulumq́; procedens. Verùm enimuerò ex prędictis quędam apparens contradictio enodanda venit. Quoniam Galenus oſſa octo duobus ordinibus cõſtructa priùs in pręſenti textu dicens, poſteà .*u.* vtrunq; ordinem enarrare volens, primi quidẽ ordinis tria poſuit: ſecũdi verò ordinis quatuor, tãdemq́; id chartilaginoſum oſſiculũ quintum nominans, ad ſecundũ verò ordinem reducere. Libro autem de vſu partiũ ſecundo, .*x.* octauũ os vocans, extra vtrunq; ordinem collocaſſe apparet. Soluitur inquam, enodaturq́; difficultas hæc, ſiue contradictio. Etenim libro de partiũ vſu, duos illos ordines, ſecundũ carpi dearticulationes ad vlnam hinc, inde verò ad metacarpion conſiderans, in nullo ordine duorũ illud oſſiculũ collocat, ſed vt octauũ poſtremo narrandum tanquam completis duobus ordinibus ſuperfluũ reliquit. Quod tamen aliter nos cùm primi ordinis tertio annexum eſſe cernamus: non temerè quartum primi ordinis nuncupauimus. In pręſenti autem capite cùm primi ordinis tria oſſa, eorumq́; dearticulationẽ cũ vlna, .*y.* coarticulationemq́; cum ſecundi ordinis oſſibus .*z.* expediuerit priùs, deinceps alia enarrare incipiens, quatuor ſecundi ordinis adiunxit. Quibus expeditis, quintũ ab ijs, quod tamen ab omnibus octauũ eſt, vt ſibi neceſſariò occurrit, appellat. .*a.* Nullu igitur ex diuerſa huiuſmodi computatione abſurdum ſequitur: quinimmò idem tanquam ab omnibus reliquũ, & à duobus ordinibus diſtinctum, octauũ nominare: alioq́; modo tanquam à quatuor ſecundi ordinis diſtinctũ, quintum appellare, nullam pręterquam in ſolo nomine, ſolaue conſiderandi ratione, diuerſitatem habet. Siue autẽ octauũ Galeni ordine vocemus, ſiue noſtro more cum Veſalio quartũ nuncupemus, huius oſſiculi vſus ille non eſt, quem Galenus .*b.* primo numerauit loco, vt nerui ſcilicet cuiuſpiam prę cęteris per eam partem pertranſeuntis propugnaculũ fieret (quanquã alijs ibi exiſtentibus partibus iuuamen id contingere quodammodo poſſet, vt ſcilicet eorum propugnaculum id os fieret.) Talis enim neruus, à quinto brachiũ petentiũ deſcendens, inq́; duos infimos digitulos, auricularem ſcilicet, ac anularem, & medij dimidiũ diſtribuendus in hominibus ad id oſſiculũ minimè pertinet. Verum quadruplex verior eius vſus eſt. Primus quidẽ, vt in ſuperiorẽ ipſius ſedem ducatur, inferaturq́; ligamentũ illud validũ, ac durum, quod anteà à ſtyloide cubiti proceſſu oriri diximus, .*c.* cubitum ipſum cum brachiali colligans. Secundus verò eiuſdem oſſiculi vſus eſt, vt in ipſius quoq; ſuperiorẽ ſedem primi brachiale flectentiũ muſculi .*a.* tendo inferatur: Duoq́; hi prædicti vſus eius ſunt verè vt brachiale, carpiue os eſt; quos ambos etiã à Galeno collegiſſe, .*d.* promptum fuerit. Tertius autem ſuccedit vſus; vt ex inferiore ipſius ſede vigeſimus .*β.* digitos mouentium muſculus pronaſcatur; cuius beneficio minimus digitus à reliquis abducitur. Quartuſq́; demùm vſus eiuſdẽ eſt: vt muſculorũ quoq; digitos flectentiũ quartus .*γ.* ſuæ originis portionem inde, parte ſcilicet huius inferiore, aſſumat. Cuius quidem muſculi munus eſt, parui digiti primum os exteriùs flectere. Duoq́; hi poſtremi vſus eius nõ vt carpi os, ſed ſimpliciter vt os eſt, ei cõuenire dicuntur. Quibus omnibus exactè perpenſis, ad Galeni cõtextũ reuertamur, ſingula perpendentes. Inquit igitur dura eſſe omnia hæc octo oſſicula, in natu maioribus intellige, infantibus enim chartilagines adhùc eſſe nondum in oſſeam ſubſtantiam conuerſas, velut alia quoq; non pauca, prędictũ iam à nobis in procœmio fuit: .*e.* fungoſæ tamen ſubſtantię ſunt, velut reliqua omnia, quæ ex chartilaginibus in os degenerare, prędictũ quoq; ibidẽ fuit. Quòd item parua ſint, cõpertiſſimũ eſt, quanuis non æqualis paruitatis, ſeu magnitudinis, ſed in ſingulis diuerſæ, maioris tamen primũ, ſeptimũq́;, & octauũ: quemadmodũ diuerſiſſimę etiam figuræ exiſtunt, in maximam nihilominùs harmoniam conuenientia. Medullęq́; tandem

Galeni cõtradictio. *u.* Infrà tex. 4. *x.* Cap. 12. Solutio.

y. Tex. 3.

z. Tex. 4.

a. Eodem tex. 4. Vſus quarti oſſis.

b. 2. de v. p. cap. 12. circa princ. Cõtra Galenum. Vſus primus.

c. Cap. prędẽti, com. vlt. in fine. Secundus.

α 4. *muſc. tab.* Ξ. *ſ.* 5. *.

d. Ibidem. Tertius.

β 3. *tab.* β. 4. *tab.* ι. Quartus.

γ 4 *tab.* ζ. Subſtantia.

e. Com. 5. verſus finẽ pro 5. concluſione. Magnitudo. Figura. An medullоſa.

expertia

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 231 sur 292

©BIU Santé

expertia esse adiunxit. Aduersùs quem nonnulli ex recentioribus instare videtur, cauernosa, medullaq; oppleta esse, dicentes. Verùm nil contra Galenum est idipsum, quod dicunt, vt qui medullam iam cõmuniter dictam in omnibus ossibus inueniri, tanquam eorum nutrimẽtum vbiq; supposuit: propria dictam interea, quæ scilicet in manifestis cauitatibus coagmentata, condensataq; sit, medullam ab omnibus paruis abnegans, pluribus interim magnis concedens: grandia ossa medullosa duntaxat nuncupans: quanuis multò plura esse propriè etiã medullosa, quam ipse retulerit, reperiantur: prout à nobis in procœmio declaratũ vberiùs est. *f.* Multiplicis autẽ figuræ esse, meritò dixit: quanquã (vti Celsus *g.* minùs ineptè dicebat) oblonga omnia, largè quodammodo oblongam figuram capiẽdo, apparent: nullũ enim alteri figura quadantenùs respondere inuenietur. Rectiùs verò idem inquit triangula structura quadam inter se cõnecti. Id quod de totius carpi figura, non ossium ipsorum sigillatim intelligendũ est. Tria enim ossa adeò superiore in parte constringuntur: vt non duobus vlnę ossibus: sed potiùs radio dearticulentur. Cùm ipsi cubiti ossi quam minimùm, & quasi in puncto quodam tertium os cõiungatur. Eapropter in angustum ita vergunt, vt angulũ quendam repręsentent: Quatuor verò inferiore in ordine posita ossicula latus amplum, basimq; quandam trianguli iuxta metacarpij referant: Idcircò meritò dici potest, carpi figuram triangulatam esse, duobus lateribus intùs, & extrà existentibus. Quamobrem subdit statim Celsus. *h.* [Cùm inuicẽ superior alterius (intellige ordinis) angulus: alterius planities sit: Eoq; fit ex his vnius ossis paulùm in interiora concaui species.] Est igitur etiam (vt ait) interiùs concaui speciem habens, exteriùs verò gibbæ: illam quidem interiùs, vt tendonibus pluribus, maioribusq; non venis modò, & arterijs, sed neruis quoq; locum cedens: Exteriùs verò gibbam, vt extrinsecùs occurrentibus iniurijs minùs obnoxium sit, magisq; resistens. Quam quidem carpi figuram in sequenti contextu Galenus etiam tanget, sic subdens.

Galeni defensio.

Figura, *f.* Com. 5, *g.* lib. 8. c. 1, versus finẽ.

Totius carpi figura.

h. Lib. 8. c. 1. versus finẽ.

Carpus cur intùs cauus extra gibbus est.

TEXTVS SECVNDVS.

» Συνδεῖται δὲ πάντα δεσμοῖς νευροχονδράδεσι συνηρθρωμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἐχ (ὡς τινες ὀίονται) συμπεφυκότα, κυρτὰ μὲ ἀτρέμα τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ὄντα, κοίλα δὲ τὴν ἔνδον.

» Colligantur autẽ omnia ligamẽtis neruochartilagineis adinuicem coarticulata: neq; (vt nonnulli arbitrantur) connata: leuiter quidem gibba in exteriore superficie existentia, sinuata verò in intrinseca.

COMMENTVM SECVNDVM.

OSSA hæc omnia tametsi chartilagine incrustata sunt, non ea tamen chartilagine inuicem colligantur: sed duris quibusdam ligamẽtis chartilaginis quandã naturam repręsentantibus: Idcircò Græcè dixit [νευροχονδράδεσι] q. d. & nerui, & chartilaginis substantiæ participibus. Nos instar Græcorum, effecto nomine vertimus [neruochartilagineis] dicereq; possemus [ligamentis chartilagineis] cũ ligamẽta generatim nerui etiã (prout anteà diximus. *i.*) nominentur. Coarticulãtur verò inter seinuicẽ, hoc est, per synarthrosim coniunguntur, propter obscurum, minimeq; singulorũ per se consideratorũ motũ. Cùm igitur per huiusmodi ligamenta chartilaginea strictè admodũ, pręcipueq; ea, quæ primi ordinis existunt, coarticulentur: Eapropter nisi prorsùs abraseris (vti Galenus dicebat. *k.*) ea ligamenta, denudaueriq; membranas cooperiẽtes, vnũ esse tibi omnia videbuntur; sicut nõnullis visum est. Quod autem ex ita multis, & varijs cõpositus carpus est, intùs quidẽ concauus, quantũ manu esse conuenit, conuexus autẽ foris, quantũ & hoc conducit, quomodo nõ simul quidẽ artem mirabilem, simul autem, & prouidentiam indicat?] At singulos ordines per se consideremus.

i. In procœ. com. 22.

k. 2. de v. p. cap. 8. post princ.

TEXTVS TERTIVS.

» Ἡ μὲ ἓν ἄνωθεν μοῖρα τὲ καρπὲ ἐκ τριῶν ὀστῶν ἓσα, περιφερὴς πως, τετρωμένη, διαρθροῦται πρὸς πῆχυντε, καὶ κερκίδα, καὶ τὴν συλοειδῆ ἀπόφυσιν: πλὴν ὅτι γλυφοειδεῖ κοιλότητι βραχέια τὴν συλοειδῆ τὲ πήχεως ἀπόφυσιν περιλαμβάνει τὲ καρπὲ τὸ χ τὸν μικρὸν δάκτυλον ὀρῶν. τὸ δὲ μέσον ἐν αὐτοῖς ἐκείνην μάλιστα κατέλιπε τὴν χώραν, ἵνα συνβάλλωσιν ἀλλήλοις ὅτε πῆχυς, καὶ ἡ κερκὶς. τὸ δὲ τρίτον ὑπὸ τῆς κερκίδος περιλαμβάνεται διφυὲς ὑπαρχον.

» Pars igitur brachialis superior ex tribus ossibus constans, rotunda quadantenùs, protensa, ad cubitum, radiumq;, & styloidem processum dearticulatur. Nisi q pupillari quadam breui cauitate styliformem cubiti processum recipit carpi os, quod paruũ digitum respicit. Medium verò inter hæc illam potissimùm sedem obtinuit: vbi cubitus, radiusq; inter se copulantur. Tertium autem à radio comprehenditur bipartitum existens.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 232 sur 292

©BIU Santé

COMMENTVM TERTIVM.

QVOD ſuperior carpi ordo ex tribus oſſibus, velut inferior ex quatuor, prędictum iam eſt. *l.* Quam partem & ſi in angulum quendam ſuperiùs vergere prędictũ eſt, *.m.* non tamen adeò anguſtam intelligimus, quin rotunda quadantenùs protendatur (vt Galenus hic habet) qua verè ad radium dearticulatur, nonnihil de cubiti extrema cauitate participans. Ad ſtyliformem verò proceſſum alligari, ſed non dearticulari, atq; illud os digitulũ reſpiciens, quod tertium nominauimus, huiuſmodi quantumuis leuem cauitatem nõ habere in homine ipſo, neq; ſtyloidem in ſe recipere, iam anteà quoq; aduersùs Galenũ prędictũ eſt, *.n.* vt ea repetere, quæ ſcripta ibi ſunt, faſtidium pariat. Medium verò inter hæc tria primi ordinis oſſa (inquit Galenus) illam maximè ſedem habuit: vbi cubitus radio dearticulatur. Adeò vt ſecundùm ipſum os id medium, quod ſecundũ eſt, cum vtroq;, videlicet cũ radio, & cubito dearticuletur. Id quod falſum eſſe diſſecãtibus liquet. Cùm ipſius cubiti os à tertio ſolo oſſe in homine cõtangatur. Primum enim & ſecundũ hoc, quod medium dicit ſoli radio dearticulatur. Niſi quòad huius ſecundi oſſis internũ extremũ, pro quadã Galeni excuſatione intellexerimus, quod ſcilicet ad media copulationem accedit. Cùm verò de oſſe illo tertio priùs meminerit, quod ſtyloidi etiam proceſſui, nedùm cubiti ſinui dearticulari voluit: deinceps verò de medio ſcripſerit: tertio loco de primo ordine quodã retrogrado loquitur, quanquã id tertiũ vocat impręſentiarũ. Non enim tertiũ eſt, ſed primũ: quod duobus prędictis maius eſt, ac bifidum. Nominat autẽ hic tertiũ ex ſermonis cõſequentia, q.d. tertio loco nunc declaratũ. [Quòd autem (ſubdit alibi Galenus *.o.*) conuexitatem habeat carpus, ſuperioribus ſuis partibus cubito proximis talem, & tantam, qualis, & quanta futura erat maximè idonea ad dearticulationẽ pręlocatorũ oſſium, nonne & id prouidentiam optimi, & artis certitudinem oſtendit?]

l. Com. r. m. Ibidem verſus finẽ.

Cõtra Galenum. n. Cap. prędcenti cõmen. 4.

Cõtra Galenum.

o. 2. de v. p. cap. 8. poſt princ.

TEXTVS QVARTVS.

» Ἡ δὲ κάτωθεν μοῖρα τῆ καρπῆ τοῖς τέσσαρσι ἓ ἑαυτῆς ἰσοῖς συνάρθρωται τῷ μετακαρπίῳ. τὸ πέμπτον δ' ἔπο
» χθμὸν ἔχει τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις τῆ καρπῆ, καθ' ἃ μάλιστα ἐστὶν ὁ συλοειδὴς τῆ πήχεως ἀπόφυσις.

» Pars autẽ brachialis inferior quatuor quidẽ ſui ipſius oſſib? poſtbrachiali coarticulatur. Quin» tum verò illis brachialis partibus inſidet, iuxta quas potiſſimũ ſtyliformis cubiti proceſſus eſt.

COMMENTVM QVARTVM.

INFERIOREM brachialis ordinem ex quatuor eiuſdem oſſibus conſtructũ eſſe, prędictum ſæpè eſt *.p.* Quintum verò poſt horũ quatuor oſſium ſermonem ſequens: quod tamen ſimpliciter octauũ aliàs nuncupatũ ab eodem eſt. *q.* (velut anteà pernotauimus *.r.*) à nobis verò quartum, illis inſidet, q. d. ſuperequitat, partibus, hoc eſt, oſſibus, iuxta quæ ſtyloides proceſſus exiſtit: vt eſt tertium, atq; ſeptimũ quoq; os à Galeno nominatum, à nobis verò octauũ. Dicit autem [partibus] innuere volens illarũ partium primi, & ſecundi ordinis oſſa, quibus ſuperequitat. Prętereà notãdũ, q̃ cùm Græcè habeat ἐποχούμενον ἔχει] q. d. [ſuperequitans ſe habet] ſiue [ſuperequitans eſt] ſiue cum alijs interpretibus elegantiùs [inſidet] ſi quidem id verbũ de articulatione, aut contactu intelligatur, falſum eſt numero plurali loqui. Soli enim tertio oſſi adhæret, ſolumq; illud contingit, ac verè ſuperequitat, illiue inſidet. Sin verò ſuperequitare intellexerimus, quatenùs ſcilicet ſecundũ interiorem brachialis partem, alia omnia oſſa ſuperat, exceditq;, extrorsùm egrediens: tunc verum erit. At nõ illa ſolum oſſa hoc modo ſuperequitaret: quæ iuxta ſtyliformem proceſſum exiſtunt, ſed omnia quoq; alia brachialis vtriuſq; ordinis oſſa. Galeno tamen de duabus prędictis intellexiſſe placuit, quæ vicinio» ra ſunt, vt in quibus ſuperequitatio clariùs apparet. Quinetiam (ſubdit Galenus alibi *.ſ.*) aliã» quandã epiphyſim oſſis parui chartilaginoſi *.ſ.* natura creauit, per colligationes fortes copulati, » partim huic nũc dicto oſſi (ſcilicet octauo) ipſius carpi, partim ei, quod eſt poſt ipſum (ſcilicet » ſeptimo, ordine enim ſuo loquimur) dearticulato ad primam aciem parui digiti: vt & ibi cõtin» gat parte altera tẽdonem, à quo paruũ digitum diximus moueri, & carpum. Nonum aliquis po» terit hoc carpi os numerare: ſed non eſt numeratum ab Anatomicis: ſicut nec aliquod eorũ, quæ » σησαμοειδῆ vocantur: quæ multis manuũ, & pedum articulis natura ex abundanti, velut auctariũ » circumponit, ſecuritatis gratia.] Hæc Galenus. Quibus in verbis eandem dictionem his depra» uatam eſſe liquet, videlicet [μεγάλο] ideſt [magni] pro qua legimus [μικρῦ] quod eſt [parui] & iterum [μέγαν] hoc eſt [magnum] pro qua dictione legimus [μικρὸν] quod eſt [paruũ] Huiuſ-

p. Vt com. r. & 3. q. 2. de v. p. cap. 13. r. Com. r. poſt med.

ſ. 2. de v. p. cap. 11. poſt med. Nonum os in carpo. ſ. 1. & 2. *fig. N.*

Galeni locus.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 233 sur 292

©BIU Santé

modi enim ſeſamoides officulũ non ad magni, ſed ad parui digiti primam aciem ſæpenumerò (vt in adultioribus, durioribuſq; corporibus) inuenitur: quod in prima, & ſecunda figura, clariuſq; in ſecunda, litera .N. oſtenditur. Inditium verò quoddam eſſe poteſt, ſcriptorum, & nõ Galeni errorem fuiſſe: quoniam ſi ad pollicem reſpicere primum id officulum Galenus crediderit, non profectò nonum, ſed potiùs quintum, aut potiùs quartũ nuncupari poſſe, determinaſſet. Sic inquam Galeni literã correximus, vt quadãtenùs cum ad veriorem ſenſum, quanuis fortè (vt quiſpiam dixerit) inuitum, & non ſine quapiã violentia ſermonis: præſertim cùm omnis erroris immunem reddere nequiuerimus. Etenim ibi cõtingere dicens parte altera tendonem, à quo magnum digitum diximus moueri, & carpum: tendonem innuere videtur muſculi vigeſimi tertij; .s. cuius pars in carpũ, altera verò in pollicis os primũ inſeritur: ficq; legendũ potiùs [magnum] videtur, vt Græcè habebatur. (Niſi tendonem brachialis tertiũ digitulum quoq; mouere crediderit.) Nos igitur verum ſermonem dicemus, vbi tendonem hunc, qui prædictũ nonũ officulum attingit, tertij brachialis muſculi eſſe, .p. quiq; nõ paruum, neq; vllum alium digitum priuatim mouet, ſed ipſum duntaxat carpũ exteriùs inflectit. Huius igitur officuli vſus eſt, aliorũ ſeſaminum inſtar, prædicto pertranſeunti tendini firmitatem, ac ſtabilimẽtum quoddam præbere: Ac ſimul ſeptimi, ſecundũ nos verò octaui, oſſis cum poſtbrachialis quarto, paruũ ſcilicet digitum ſuſtinẽte articulationem roborare: Ac prædictũ poſtbrachialis os (vbi exteriùs ſeptimũ prædictũ os, ſeu malumus dicere, octauũ excedit) vacuũ replendo, ſuffulcire. E` prædictis autẽ carpi oſſibus, duorũ perpendendi proceſſus remanent: videlicet eius, quod nos quintum ſcilicet ſecundi ordinis primũ ſignauimus, quartũq; alias Galenus appellat, ac deinceps alterius, quod Galenus ſeptimum, nos verò octauũ ſcilicet ſecũdi ordinis vltimum nuncupauimus. De primo igitur ſic Galenus .t. inquit. [Quæ verò versùs magnum digitum, quoniam & ibi munimentũ quoddam oportebat eſſe alteri, deſcendẽtium ſupernè neruorũ, excidenti quadantenùs ad externas partes manus, inſeriq; ibi debebat reliquum tendonum ſummã manum flectentiũ, .n. & nullus erat locus, in quo firmaretur tale alterum os, quale id eſt, quod ad paruũ digitum: propterea primi in carpo oſſis (intellige ſecundi ordinis primi, quod tamen apud eum alia ratione quartũ eſt, apud nos verò carpi quintum) prælongam quãdam apophyſim ad interiora manus fecit chartilaginoſam, & raram: in quam implãtauit flectentem manum tendonem.] Muſculi videlicet brachiale mouentium ſecundi. Rectè autem ſubdit Galenus, q̃ quanuis dicto proceſſui implantetur talis tendo: ibi tamen minimè ceſſat; ſed in poſtbrachiale terminandũ pertranſit, in radicem ſcilicet oſſis indici præpoſiti: quanuis abſurdum minimè eſt (prout Galeno etiam viſum eſt) vt nõnunquam diſcindatur: cuius altera pars in os medio digito præpoſitum inferatur. Eſt igitur eiuſmodi proceſſus in interna quinti oſſis carpi, ſeu ſecundi ordinis primi ſede extrorsùm interea vergentis, litera quidem .P. in prima præſentis capitis figura ſignati vſus: vt aliquatenùs ibi exculptum prædicto tẽdini viam tutam, ac firmam præberet: Ac ex eius proceſſus apicibus validiſſimũ illud enaſceretur tranſuerſum ligamentũ, .θ. quod in octaui oſſis proceſſum ſtatim dicendũ inſertum, tendinibus muſculorũ digitos flectentium primi, ſecundiq;, & tertij, .o. ne aberrent, munimentum, cooperimentumq; fieret. Eſt igitur octaui oſſis (apud Galenum verò ſeptimi) mirabilior alter proceſſus, interna ipſius ad manus volam reſpiciente ſede, introrſumq; inſtar C. literæ incuruatus, exculptuſq; (in prima præſentis capitis figura, litera .O. notatus) ob duplicẽ iam iam prædictum vſum: Tùm ſcilicet vt prætactis muſculorũ trium digitos flectentium tendonibus aptiſſima cõſtitueretur ſedes, hinc, & ab immediatè præſcripto quinti oſſis proceſſu altero ex latere concluſa, certaq;, ac tuta: Tùm vt ex altero in alterũ pronaſcens validiſſimũ iam iam dictũ ligamentum implantaretur, quod eoſdem tendones oportuniſſimè amplecteretur. Hæc de octo, ſeu mauis dicere nouem brachialis oſſibus effatu magis digna prætacta iam ſint. Quoniã verò de eorundem tàm interſeinuicem, .u. quàm ad poſtrachiale .x. coarticulationibus, necnon & de ipſorum ad vlnam dearticulatione .y. meminit Galenus, eapropter abſurdum minimè fuerit, inutileue hic in memoriã reuocare quæcunq; de huiuſmodi coarticulationibus, dearticulationibuſq; in procemio prædiximus: .z. vndecim nanq; brachialis oſſium proprias interſeinuicẽ factas coarticulationes obſeruauimus: videlicet primi cum ſecundo, quinto, ſexto, & ſeptimo: ſecundi cum tertio, & ſeptimo; tertij cum quarto, & octauo: quinti cum ſexto: ſexti cum ſeptimo: ſeptimiq; tandem cum octauo; quæ ſi rectè cõnumeres coarticulationes eſſe inuenientur (vti prædiximus) vndecim. Quarum quidem ſeptem oſtendimus ibi .a. ad enarthroſim reduci: videlicet primi cũ ſecũdo, quinto, ſextoq;, & ſeptimo coraticulationes per enarthroſim quatuor: præter quas, alias tres declarauimus, ſcilicet ſecundi oſſis cum ſeptimo, tertijq; cum octauo, ac tandẽ ipſius quinti cum ſexto. Alias verò quatuor coarticulationes ad arthrodiã retulimus: .b. videlicet ſecũdi oſſis cum tertio, tertij cum quarto: ſextiq; cum ſeptimo: demumq; ſeptimi cũ ſexto. Præter quas vndecim proprias coarticulationes, aliæ ſeptem inter oſſa ſecũdi ordinis brachialis quatuor, & alia quatuor poſtbrachialis cõmunes obſeruatę à nobis ſunt: quarũ vnicam duntaxat ad enarthroſim

reduxi-

Cõtra Galenum.

* Quã tab. 9.e 10.N indicat.

ρ tab.9.A, 10. q.

Noni oſſis vſus.

Quinti oſſis proceſſus. ν vbi ſupra ante med.

ν 3. muſc. tab.x.4.e

Vſus primus.

θ 4. muſc. tab.θ. integrũ, inciſũ verò s. tab. v. ξ.

o Quos præcedenti c. com.3. ſignauim⁹.

Octaui oſſis proceſſus. Vſus duplex.

x. Tex. 2.

y. Tex. 4.

z. Tex. 3.

x.Com.12, 23. & 14.

u.Com.12.

b.Com.14.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 234 sur 292

©BIU Santé

reduximus: .c. videlicet eam, quæ eſt primi poſtbrachialis oſſis indici prępoſiti cũ brachialis ſexto facta. Reliquas verò ſex ad arthrodiã retulimus: .d. videlicet eam, quæ eſt poſtbrachialis oſſis primi prędicti cum brachialis quinto: ſecundiq́; illius cũ huius ſexto, & ſeptimo: prętereà tertij illius cum huius ſeptimo, & octauo: demumq́; illius ſcilicet poſtbrachialis quarti, quod minimo præpoſitum eſt cũ brachialis octauo. Sunt igitur coarticulationes oſſium carpi propriè, cũ communibus duæ ſupra viginti. Pręter quas quidem, ipſius eiuſdem brachialis cum vlna dearticulationes quatuor annotauimus: .e. eas interim omnes ad enarthroſim reducentes: .f. videlicet primi brachialis oſſis cũ radio, ſecundiq́; item cũ radio: Rurſuſq́; tertij cum cubito, ac deniq; brachialis eiuſdem cum primo pollicis oſſe. Omnes igitur articuli ſiue proprij, ſiue cõmunes ipſius brachialis, ſiue per ſynarthroſim, ſiue per diarthroſim facti: rurſuſq́; ſiue per enarthroſim, ſiue per arthrodiã viginti ſex erunt. Quibus exactè penſitatis, ad poſtbrachiale, palmæue partem ſecundam ipſoſq́; etiam digitos accedere tempeſtiuum eſt, cum Galeno ſic dicentes.

c. Com. 13.
d. Com. 14.
e. Ibidem com. 12.
f. Com. 13.

Περὶ μεταχαρσίου, καὶ δακτύλων Κεφάλεον. ιή.

De poſtbrachiali, & digitis. Caput Duodeuigeſimum.

TEXTVS PRIMVS.

» Τὸ μεταξὺ καρποῦ τε, καὶ δακτύλων, μεταχάρσιον ὀνομάζεται, συναρθρούμενον, μὲν πρὸς τὸν καρπὸν, διαρθρούμενον δὲ
» πρὸς τὰς πρώτας τῶν δακτύλων φάλαγγας (ἔτω γὰρ καλεῖται τὰ τῶν δακτύλων ὀστᾶ. Ἔνιοι δὲ σκυταλίδας ὀνομάζου-
» σιν αὐτὰ) μόνη τὲ μεγάλη δακτύλε τῆς πρώτης φάλαγγος αὐτῷ τῷ μεταχαρσίῳ διηρθρωμένης ἐκ πλαγίων.

» Quod medium eſt inter brachiale, & digitos, poſtbrachiale nominatur: coarticulatũ quidem
» ad brachiale, dearticulatum verò ad primas digitorum phalanges (ſic enim digitorũ oſſa vocan-
» tur: Quidam verò ſcytalidas hæc eadem nominant) ſola magni digiti prima phalange ipſi poſt-
» brachiali à latere dearticulata.

COMMENTVM PRIMVM.

POSTBRACHIALE noſtris, Gręcis verò μεταχάρσιον, illa palmę manus pars dicitur: quęquidẽ quatuor ex oſſibus conſtat, ad quatuor digitos (excepto pollice) directè dearticulatis. Directè inquã ad alios dearticulatis, ad pollicem verò ex latere, non articulatis, ſed ligamentorũ, muſculorumq́; duntaxat ratione copulatis: quoniã (vti prędictum quoq; eſt, .g. rurſuſq́; paulò poſt .h. enucleabitur) pollex alijs opponi digitis debuit, nec eadem ſerie cum illis collocari, neq; cũ metacarpio quauis articulationis lege obligari: ſed dũtaxat cum brachialis oſſe quinto per enarthroſim dearticulari. Rectè igitur poſtbrachialis oſſa cum quatuor digitis dearticulantur, propter manifeſtiſſimũ quidem motum, per eam dearticulationis ſpeciẽ, quæ enarthroſis dicitur: cum brachialis autẽ oſſibus coarticulantur, propter occultos quoſdam volæ manus motus: per enarthroſim quidem quòad primũ poſtbrachialis os cum brachialis ſexto, per arthrodiam verò quòad reliqua (veluti pręſcriptum quoq; eſt .i.) Cùm igitur pollex à latere poſtbrachiali opponatur, ideoq́; nec illi, ſed brachiali duntaxat è regione metacarpij dearticuletur, intuſq́; quòad primã phalagem (quam latinè internodium appellant) recondatur, à muſculis ibi exiſtentibus proprijs multis, ipſaq́; etiam cute coopertus, tùm vt manus palma amplior euadat, tùm vt robuſtior hic fiat, viſus Ariſtoteli .k. nonnunquã fuit breuior alijs quatuor digitis. Veruntamen breuior nõ eſt, at ipſo etiã medio longior. Apparet enim breuior (vti dictum eſt) quia primũ eius internodiũ, portioq́; etiã ſecundi recondita ſunt. Idipſum verò propter eius robuſtionem. Ab illis enim cooperientibus, mouẽtibuſq́ muſculis vnà defenditur: vt robuſtiùs alijs quatuor opponi queat. Vnde ἀντίχειρ, q. d. contramanus, ſiue contramanum, aut (aliorum interpretatione) promanus dicitur. Abſq; ipſo enim cęteri ferè inutiles ſunt: vt benè inquit Ariſtoteles, .l. & μεγάλος δάκτυλος, hoc eſt, magnus digitus meritò nũcupatur. Magnus enim quia reliquis ſecundũ omnem dimenſionẽ maior, tàm ſcilicet ſecundũ longitudinẽ, quàm ſecundũ groſſitiem, hoc eſt latitudinem, profunditatẽ. Talis enim groſſities illi diſpathiã, roburq́; adauget. Inter alios verò quatuor digitos meritò medius lõgior eſt: duo verò huic aſtantes, vt index, & anularis, ferè æquales, omniũq́; minimus inferior, extremuſue auricularis. Velut enim in triremibus, alijſq́; id genus nauigijs (dicebat ex Ariſtotele .m. tranſcribens Galenus .n.) remus medius alijs maior eſt, vt deinceps in actionibus ſuis æquales ſint: ita in digitis contingit. Inæquales igitur digiti fuerunt, vt in apprehenſionibus æquales euaderent. In apprehendendis quoq; magnis, ampliſq́; rebus, in medio maiorem fieri extenſionẽ, apprehenſionemq́; oportuit.

g. Cap. pcedenti cõ. 1.
h. In prę-ſenti com.
i. Cap. prę-cedenti cõ-men. 4.
k. 4. d part. cap. 10. ante med. Cõtra Ariſtotelem.
l. Ibidem. Pollex reliquis digitis maior.
m. Ibidem. n. 1 de v p. c. 24. verſus med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 235 sur 292

©BIU Santé

o. Ibidem in princ. Quæ, ſi mihi non fidunt iuniores, à Galeno vberius diſcant, ſic ſcribente .o. [Cur autē inæquales digiti omnes facti ſunt, & medius longiſſimus ? Sanè q̄ ipſorū ſummitates ad æqualitatem venire melius erat, quùm magnas aliquas moles in circuitu cōprehendunt, & quùm in ſeipſis humidum, vel paruū corpus continere conantur. Ad maiores enim moles vel fortiter cōtinendas, vel fortiter emittendas, ęqualis vndiq; cōprehenſio multùm conducit. Apparent verò in vnam circuli circumferentiā conuenire digiti quinq; in actionibus huiuſmodi, maximè quando exquiſitè ſphęricum corpus cōprehendunt. In his enim etiā manifeſtiſſimè cognoſcat aliquis id, quod in alijs quidem corporibus fit: nō tamen ęquè apparet euidenter, q̄ digitorū ſummitates vndiq; ęqualiter oppoſitę tùm ſuam ipſorū cōprehenſionem reddunt tutiorem, & firmiorē, tùm proiectionem fortiorem ędunt. Quemadmodū opinor & in triremibus, remorū extremitates ad vnam ęqualitatem perueniunt, cùm tamen ipſi omnes non ſint æquales: etenim etiā ibi medios eandē ob cauſam maximos efficiunt. Ad manus autem claudendas, quādo vel paruū corpus, vel humidum exactè volumus continere, q̄ digitorū inæqualitas vtilitatem prę ſtat manifeſtiſſimā, id ſuperiore ſermone monſtratum eſſe arbitror: .p. quo loco magnum indici ſuperuenientē fieri, vel operculum ſuperioris capacitatis declarabam. In prę ſenti verò dum adhùc pauca quædā adiecero, me totum demonſtraſſe reor. Si enim in huiuſmodi actiombus inferiorem digitū paruū longiorem factum eſſe intellexeris, aut aliquem mediorū breuiorem, aut oppoſitū eis magnū aliam poſitionem, vel magnitudinē habere, ſcias manifeſtè quātò eſt optima prę ſens cōſtitutio, quantumq; nocumentū ſequetur actiones ipſas, ſi quid vel tantillum eorum, quæ ipſis inſunt, tranſmutetur. Magna enim corpora, & parua, & ſi quid humidum continere libet, non rectè tractabimus, magnitudine alicuius digitorū immutata. Quò etiam manifeſtum eſt, quam exquiſita eſt prę ſens digitorum cōſtructio.] Neceſſe igitur fuit (ijſdem Ariſtotele, .q. Galenoq; .r. teſtibus) manum ipſam in digitos diuiſam fuiſſe ; vt ea vti poſſimus tanquā diuiſa, & tanquā vnita, compoſitaq;. Quæ enim diuiſa ſunt, promptè vniri queunt : ſed non econtra. Siquidem enim vnita naturaliter eſſet, diuidi pro tempore nō poſſet vtimur autem ea ſæpè vnita: quùm planū aliquid ſuper ipſa manu eleuandum apprehendimus: vel aliquid extendere, aut applanare volumus: vtimurq; eadem vbi alapam fortè cuipiam prębere intēdimus. Vtimur autem & ea varijs modis diuiſa, iuxta diuerſas rerū apprehendendarū figuras: quibus omnibus aptari manus debet. Aptatur autem eo modo, quo eſt diuiſa, polliceq; ab alijs diſtante, ac contrapoſito, ſecundùm lateralem articulationē brachiali è regione poſtbrachialis factam : vt enim dicebat Ariſtoteles, .ſ. ſi manus omninò deeſſet, poteſtas capiendi nō fieret. Sic niſi digitus à latere adeſſet, non eadem illi facultas probè daretur: adeò vt æquipollentem alijs quatuor digitis facultatem ineſſe pollici Galenus demonſtrarit. .t. Quamobrem veteres rectè ἀντίχειρα, hoc eſt, contramanum, ſiue promanum vocarunt, tanquam ipſe pro manu tota eſſet, vel manui contrapoſitus. Æquè enim actiones manus ſibi ipſis perditas vident : ſiue ipſi quatuor abſcindantur, ſiue hic ſolus ruat. Sic verò & ipſa dimidia pars magni digiti, ſi quoquo modo corrumpatur, ipſa manus in actionibus incōmoditatem, & turpitudinem habebit ęqualem ſimili noxę omnium aliorum digitorum. Cuius defectus, turpitudinem, incōmoditatemq; ſimia ridiculum animal (ſicut enim ridiculam habet animam: ita ridiculū habens corpus) prę ſefert. Cui tamen, quia quadrupes alia ratione eſt, melius fuit nō alijs opponi, ſed quemadmodū in pedibus quoq; noſtris exiſtit, cæteris minus, atq; vna ſerie cū alijs poſitum habere. Cùm igitur pollex alijs opponatur, varijſq; modis omnes plicentur, extendanturq; ſecundū varias rerum apprehenſibiliū figuras omnis manus actio perficitur, quæ principaliter apprehenſio eſt. Sunt autem (Galeni etiā dogmate .u.) quinq; digiti neceſſarij, nō plures, neq; pauciores. Id quod prę cipuè demonſtratur, ſi aliquis illorum deſit: prę ſertim verò (vti prędictū iam eſt) pollex : ſecundo loco index : tertioq; medius: quarto anularis: quintoq; demū auricularis. Velut enim pollicem ordine inſequūtur ; ita & dignitate, & vſu ſe habent: quoniam ſcilicet diminuēdo procedunt. Cū verò nihil fruſtrà operetur natura : quinariuſq; numerus perfectus iam ſit, vt omnia tàm magna, quàm parua apprehendi queant, tàm circularia, quàm quadrata, vel cuiuſuis alterius figuræ. Quæ omnia vel duobus (ſi parua ſunt) vel tribus (ſi maiora, ſeu numero plura) vel quatuor (ſi adhùc maiora, ſeu plura) vel demùm quinq; extremis digitorum partibus. Quòd ſi liquida fuerint, vnitis digitis cōiunctis, atq; concauā figuram conſtituentibus cōcipiemus. Quo in caſu magnus digitus velut operculum vtiliſſimus eſt. Adhùc autem ſi mole maiora ſunt, quinq; digitis quidem, ſed nō extremis, at medijs partibus. Sin adhùc maiora, numeroue plura ſint : abductis à ſeinuicē digitis, pollice inquā introrsùm, alijs verò extrorsùm, varioq; modo ſecundū figurarū apprehendendarū diuerſitatem manus ipſa apprehendet. Interdùm verò, quùm nō ſufficit, tota quidem vlna : vel ipſo etiam toto brachio circumducto. Quòd ſi maius apprehenſibile ſit, altera adiuncta, contrapoſitaq; manu, vel totis etiā vlnis, totiſq; tandem brachijs apprehenſio perficietur. Quòd ſi demùm vlq; adeò magna moles ſit, varijs manu etiam factis inſtrumentis, addita inſimul tanquam cuncta regulante hominis ratione, atq; arte, quæcunq;,

p. Ibidem cap. 23.

q. 4. de part. cap. 10. ante med.

r. 1. de v. p. cap. 5.

ſ. vbi ſupra,

t. 1. de v. p. cap. 22.

u. 1. de v. p. cap. 23. & vide etiam cap. 5.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 236 sur 292

©BIU Santé

quæcunq;, & quantulacūq; ſit, apprehendetur, traheturq;, vel propelletur, aut quouis neceſſario modo ad hominis inſtitutum cōmouebitur, contrectabiturq;. Cùm igitur (vt dictum eſt) natura nil fruſtra operetur, omniaq; digitis quinq; ſatis exactè perficiātur: ꝙ ſi maiore indigeamus auxilio, duabus manibus, duobuſq; tandem brachijs cōpleantur: fruſtratoria profectò fuiſſet ea, ſi vel digitis digitum alium, vel manibus tertiam manū adiunxiſſet. Optimè igitur duas manus, & earum quamlibet habere quinq; digitos diſpoſitum à natura fuit. Hęc autem exactiùs fortaſsè candidatis ex Galeni verbis didiciſſe placuerit, ſic ſcribentis .x. [Agedum igitur hanc eius partē primam expendamus, nō perſcrutantes, ſit ne hęc planè, ſimpliciterq; vtilis, aut an ſapienti animali cōueniens: ſed num eam omninò cōſtitutionem habeat, qua certè, ſi aliter fuiſſet facta, meliorem nō habuiſſet: vnum quidem, primumq; caput organi apprehenſorij optimè cōpoſiti eſt, ſi omnes figuras, ac omnes eas magnitudines, quas mouere homo poteſt, probè apprehendit. Vtrum igitur eam ad hæc cōmodè pręſtanda, diuidi multiformiter, an omninò indiuiſam, ſolidamq; fieri erat melius? An hoc verbis nō eget pluribus: ſcilicet manum, ſi indiuiſa manſiſſet, contacturam tantūmodo ſibi æqualem corporis cuiuſq; admoti magnitudinem; At in multa diuiſam, moles ſeipſa multò maiores facilè cōprehenſurā, & minimas res exactè venaturā? Maioribus ſiquidē molibus obtenſa manus, digitis diſtantibus eas cōprehendit. Verùm quæ minima ſunt, digitis duobus, eiſq; ſummis, non etiam tota ſe (hoc enim modo effugerent, ac elaberentur) cōprehendere conatur. Hoc ſanè pacto manus ad certam maiorū, & minorū ſeipſa corporū cōprehenſionem optimè conſtituta eſt. Porrò ei cōmodiſſimū rursùs fuit multiformiter, quemadmodum nunc eſt diuiſa, diuidi, vt multiformes figuras cōprehendere poſſet: Ad quas optimè omnium apprehendendi organorū eſſe prępparata videtur. Quandoquidē circum corpus ſphericum poteſt in orbem plicari, ac id vndiq; circulo cōprehendere: rectum item, & cauū tutò complectitur. Quod ſi eſt, omnes figuras cōprehendit, quippe quæ omnes ex tribus cōſtituuntur lineis curua, caua, recta. Cęterum quoniam corpora nō pauca mole ſunt maiori, quam quæ manu vna cōprehendi queat: adiutricem alteri alteram natura effecit: vt ambę ex oppoſitis partibus ea corpora cōprehendētes vna manu maxima nihilo ſint inferiores. Hac igitur ratione & adſeinuicem inclinatæ ſunt .y. (motus enim gratiā factę ſunt) & omninò productę ſunt æquales. Siquidem hoc quoq; organis ſimiliter & eadē agere debentibus conueniebat: proinde mihi conſidera corporum, quę homo poteſt vtraq; manu tractare: maximū, vt lignum, vel lapidem: rursùs minimum aliquod, vt miliū, aut prętenuem ſpinam, aut pilū aliquem: deinde illam omnem, quanta inter maximū, & minimū eſt, magnitudinū multitudinem, tàm probè ipſa omnia cōtrectantem inuenies hominem, quàm ſi vniuſcuiuſq; illorum ſolius gratia factæ manus fuiſſent. Siquidem minima ſummis duobus digitis, indice & magno cōprehendit: quæ autē ijs paulò ſunt maiora, ijſdem quidem digitis, ſed non extremis: Quæ verò ijs adhùc aliquantò maiora tribus digitis, magno, indice, medio, & ſi qua his adhùc ſunt maiora, quatuor: Deinceps & quinq;: poſt hęc iam tota manu apprehendit: Ad corpora deniq; his ipſis maiora, manū alteram adducit. Quorū nihil ſanè fieri poſſet, niſi manus in digitos multiformiter diuiſa fuiſſet. Non tamen per ſe ſatis erat, eam eſſe diuiſam. Quid nanq; ſi nullus digitis quatuor, vt nūc habet, opponeretur, ſed conſequenter omnes quinq; in vna recta linea eſſent facti? Nonne perſpicuū eſt, eorum tunc multitudinem fore inutilem? Quandoquidē quod tutò apprehenditur, aut vndiq; circulo, aut omninò ex locis duobus contrarijs cōprehendatur, oportet. Id quod perijſſet, ſi omnes in vna recta linea, vno ordine facti fuiſſent digiti. At hoc ipſum digito vno alijs oppoſito, diligenter ſeruatum eſt. Quiquidem poſitione, & motu ita habet: vt parua omninò flexione curuatus cū ſingulis quatuor oppoſitis actionem perficiat. Quoniam igitur ſatius fuerat ita agere manus, vt nunc agunt: ob id conſtructionem earum actionibus huiuſmodi idoneam natura effecit.] Hæc Galeni verba latinè traducta ſunt. Quibus & alia quoq; ſubnectere nō grauabimur: quùm poſt nōnulla ſubdit, ſic dicens .z. [Vbi autem addidero quod reliquū eſt ad primū hunc librum cōplendum, ſcilicet vtilitatem numeri digitorū, & inęqualitatis mox finem faciam. Hoc autem inuentu nequaquam difficile eſt, ſi contemplemur quas ad res nunc digitorū auxilio fruimur. Nam ſi pauciores quidē eſſent, multę actiones imperfectiùs fierent: pluribus autem nulla in re indiguimus. Quòd autem ſi pauciores eſſent, actiones multę lęderentur, facile diſces, ſi eorū ſingulos ratione percurreris. Magno nanq; perdito, omnes vtiq; alij poteſtate perierint. Abſq; illo enim aliorum nullus rectè aliquid agere poteſt. Reliquorum verò index, ac medius, vt ordine ſunt poſt magnū ſecundi, ita & vtilitate. Paruorum enim corporum omniū apprehenſio, & omnia propè artium opera, & ſi quid violentum agere oportet, his omnia egere videntur. Ille verò, qui medio ſuccedit, ac etiam paruus, minorem quidē alijs habent vtilitatem: ſed ea tamen manifeſtò in his apparet. In quibus comprehenſibile circulo cōprehendi oportet. Si enim humidum fuerit, aut paruū, digitos circa ipſum flecti vndiq; cōprimētes opus eſt. Qua in re magnus eſt quidē vtiliſſimus, veluti ἐπίθημα, ideſt operculum quoddā aliorū factus: ſecundā verò poteſtatem habet ſecundus. Si verò durū, &

magnum

x. 1. de v. p. cap. 5.

Dubium.

Reſponſio.

Cur duæ manus.

y. vide quæ 2. de v. p. cap. 16. circa princ.

z. 1. de v. p. cap. 23.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 237 sur 292

©BIU Santé

» magnum fuerit apprehenſibile, digitis à ſeinuicem quamplurimùm diſtantibus, ita illud com-
» prehendatur, oportet. Adde ꝙ id plures meliùs cõprehendent, pluribus partibus ei accidentes,
» atq; contigui. Dictum eſt autem opinor, priùs motus laterales digitorũ in huiuſmodi actionibus
» multum pollere, magno quidem intrò, omnibus verò alijs extra circumductis. Ita enim molem
» vndiq; cõprehendi circulo contingit. Quòd ſi circulo cõprehendatur, manifeſtum eſt, ſi plures
» eſſent, ſuperfluos fore, nam in id quinq; ſufficiunt. Fruſtrà autẽ natura nihil operatur. Quippè
» ſolicita eſt æquè, vt ne deficiat aliquid, atq; vt ſuperfluũ nihil creet. Nam defectus quidẽ in con-
» ſtructione opus quoq; mancũ, & diminutũ oſtendit: ſuperfluũ autem ijs, quæ per ſe ſatis agunt,
» eſt impedimento tanquam onus alienum adiacens, atq; ea ratione noxium. Is demùm, cui præter
Oſſiũ poſt- » naturam ſextus ortus eſt digitus, ſermonem noſtrũ cõprobat.] Sed ad poſtbrachialis oſſa reuer-
brachialis tamur, eorum perpendentes magnitudinem. Sic enim tanquam digitorũ fundamenta, illorum
magnitu- offibus maiora, longioraq; ſunt, proportione interim ſeruata: vt omnium longiſſimũ, craſſiſ-
do. mumq; illud ſit, quod indici præponitur, deinceps autem digitulum versùs diminuendo ſenſim
procedant. Quadere minimũ, breuiſſimumq; illud ſit, quod auriculari ſubiectũ, præpoſitumue
eſt. Sic inquã in magnitudine, hoc eſt, groſſitie, lõgitudineq; diſpoſita poſtbrachialis oſſa ſunt,
quanquã ſecùs fortè parũ diligenter conſideranti de eo, quod indici præponitur, appareat: quo-
niam ſcilicet ſuperiùs id magis, quam medium ſuſtinens digitum os ad carpum coarticulatũ exi-
ſtens breuius, eminenſq; minùs, quam illud eſſe videtur: prout in prima, & ſecũda præcedentis
capitis figura compertiſſimũ characteribus I. II. III. IIII. eſt. Quòd autem omnia huiuſmodi
a. In proœ. com. 5. oſſa concaua, & medulloſa ſint præſcriptum iam à nobis eſt: .a. quemadmodũ ꝙ vtrinq; ſcilicet
b. Ibidem, com. 6. ſuprà, infraq; appendicibus donata ſint. .b. Adeò vt de his repetere ſuperfluũ eſſet. Sunt autem
& externa ſede, præſertimq; ſuperiùs, latiora, quam interna: viciniùs parte ſuperiore ſibi inuicẽ
conſiſtentia, vbi cum brachiali coarctari, coarticulariue debuerunt. Inferiùs autẽ palma in digi-
tos diuiſa tandem dilatari, veluti prædictum eſt. Qua quidem inferiore in parte, appendix in ro-
tundum, oblongumq; capitulum deſinens, in digiti cauitatem in cunctis inſeritur. Adeò vt per
c. In proœ. com. 13. enarthroſim dearticulari cum primis digitorũ oſſibus poſtbrachiale prædictum iam ſit .c. Supra
verò, infraq; groſſiora cùm ſint, in medio tamen cuncta tenuiora, anguſtioraq; exiſtunt: vt me-
dia quędam interualla, concinnæq; ſedes remaneant, pro muſculis quidẽ quarto, quinto, ſexto,
a Signantur omnes 8. muſculi tab. Δ. ſeptimo, octauo, nono, decimoq;, & vndecimo: .a. quorum vſum eſſe nõ introrsùm, ſed ad la-
tera primos digitorũ quatuor articulos flectendũ (quicquid cũ Galeno Veſalius affirmarit) alibi
demonſtrabimus. Sed digitorũ oſſa cõtemplemur, quas propriè φάλαγγας, & σκυτάλιδας nuncu-
pant: vti Galenus hic teſtatur. Pro quorum nominum exquiſita cognitione, aduertendum eſt:
Cõtra Galenũ, & Veſalium. [phalanx] Macedonum nomen fuiſſe, quo militare quoddã agmen, eiuſq; aciem, atq; ordinem
Phalãx vnde dicitur. ſignificabant, militũ quidem rectè diſpoſitorũ, numeroq; milium octo armatorũ, ſic ſub teſtũ-
dinacea quadam ſerie conſertorũ: vt firmam, ſtabilemq; pugnã, & indeficientẽ viro vir, armiſq;
arma conſerta perficerent. Vnde φαλαγξ Græcè dictũ eſt, παρὰ τὸ πέλας, καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων εἶναι,
quod eſt, a propè, ſeu iuxta ſeinuicem exiſtendo. Vel παρὰ τὸ πελάσαι ἄγχι, quod idem eſt: ſcilicet
à propiùs accedendo: quoniam ſcilicet milites in acie ſibi inuicem propè adhæreſcunt, quaſiq;
conſerti firmantur. Inde igitur nomen à ſimilitudine ſumptum hic digitorũ oſſium aciem, ordi-
nemq; ſignificare potuit: quanquam non ad ipſorum oſſiculorũ prædictam aciem retulerunt ve-
Cur phalanx de ſingulis oſſibus. teres: At ad ſingula ipſorũ digitorũ oſſa: Fortè quia tàm in latus, quàm deorsùm in aciem quan-
dam ordinati ſunt. In latus quidem cum ſibi correſpondẽtibus aliorũ digitorũ oſſibus, puta pri-
Ratio prima. ma cum primis: ſecunda cũ ſecundis, tertiaq; demùm cum tertijs. Quo tamen ab ordine pollex
interim declinat. Cùm primum, ſecundumq; ipſius oſſa metacarpio aciei ſerie reſpondeant: ter-
tium verò primis aliorum digitorum offibus. Deorſum verò cuncta pariter ordinãtur. Primum
videlicet ad ſecundum, idq; ad tertium. Ob prædictas igitur acierum ordinationes, militũ pha-
langi, ordinataq; aciei inſtar, veteres digitorũ ſingula oſſa phalangas nuncupare potuerunt. Ve-
rùm cùm non ſingulos milites, ſed eorum ſimul multorũ ordinatam compagem phalanx præ-
Ratio ſecunda. ferat: Eapropter nomenclationis huius ad ſingula digitorũ oſſa deriuatio diſſona nobis videtur,
aliaq; congruentior: vt ex alia ſcilicet phalangis ſignificatione proueniat: dicitur enim phalanx
etiam apud Græcos τὸ στρογγύλον ξύλον, καὶ σύμμετρον, hoc eſt, lignum quoddam rotundum, cõmen-
ſuratumq;: quo baiuli ferendis oneribus vtuntur: vnde & illi phalangarij nominantur, ſiue apud
nonnullos alios abſq; aſpiratione palangarij: verbumq; inde formatur, palangare, quod eſt, hu-
iuſmodi fuſtibus, vectibuſq; onera portare, tranſuehereq;. Cùm igitur plicatis digitis, ac horum
offibus veluti vectibus quibuſdam firmati cuncta cõprehendamus: idcircò nõ temerè phalangas
Scytalides. digitorum oſſeas has partes nuncuparunt. Nec alia ratione ſcytalides appellantur. Cùm σκυτάλη
d. Lib. 4. c. 10. verſus finem. non exercitus aciem modò, ſed huiuſmodi quoq; baculũ ſignificet, paruaſq; etiã tibias (polluce
teſte .d.) priſci nominarint, quibus magnoperè aſſimilantur. Non oſſium igitur digitorũ aciem,
ordinemue duo hæc nomina diſſectionis profeſſoribus, veteribuſq; medicis præſeferunt (prout

minùs

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 238 sur 292

©BIU Santé

minùs rectè quidam opinati ſunt) multoq; minùs ipſos digitorum articulos (vt cum ipſo etiam Polluce nonnulli reputarunt) ſed ſingula digitorum oſſicula, quæ in manu quindecim numero exiſtere declarabimus. Quamobrem haud nodos, ſed internodia noſtri vocarunt, q. d. oſſa illa, quæ inter nodos, hoc eſt, articulos, ſcilicet in articulorum medio conſiſtunt, in ſingulis digitis tria: prout ſtatim ſubdit Galenus, ſic dicens. Internodia

TEXTVS SECVNDVS.

» Ὥσθ' ἕκαστον τ̃ δακτύλων ἐκ τριῶν ὀστῶν συγκεῖσθαι τ̃ις προτέρας ἀεὶ φάλαγγος ἐπιβαινούσης τ̃ῇ κοιλότητι, κ̃τ
» τὴν ἀρχὴν τ̃ῆς ἑπομέν̃ης τεταγμέν̃ην. ἔυλογον γὰρ καὶ τὸν μέγαν δάκτυλον ἐκ τριῶν ὀστῶν συγκεῖσθαι λέγειν. καὶ μὴ προ
» σνέμειν τ̃ῇ μετακαρπίῳ τὴν πρώτην αὐτ̃ῦ φάλαγγα. κατ' ἄμφω γὰ μέρη διηρθρωμέν̃ην ὅ τοῖς μ̃ὲ πρώτοις τ̃ῶν δακτύ
» λων ὀστοῖς συμβέβηκεν, ὃ μὴν τοῖς τ̃ῦ μετακαρπίου.

» Quare digitorũ quilibet externis oſſibus conſtat, priore ſemper phalange in ſinum ad ſequentis principia cõſtitutũ ſubeunte. Rationabile enim eſt magnũ quoq; digitũ tribus ex oſſibus conſtructum dicere: primamq; ipſius phalangem cũ poſtbrachiali minimè cõnumerandã, ſecundũ ambas quidem partes dearticulatam. Id quod primis digitorũ, nõ poſtbrachialis oſſibus accidit.

COMMENTVM SECVNDVM.

CVR ex oſſibus digiti cõſtituti fuerint priùs ex Galeno metipſo veſtigandũ eſt; deinceps verò de taliũ oſſium numero diſputabimus. Inquit igitur alibi noſter author. c. 1. de v. p. cap. 12. [Oſſium genus in digitis, ꝙ & hoc ipſum gratiã eius, quod eſt melius, factum eſt, ex ijs vtiq; diſces. Moueri quidem multiformiter ineſſet vtiq; eis vel ſine oſſibus, ſicut etiam polypodibus: firmitatem autem in actionibus nunquam haberemus, carentes obſiſtẽte, & dura particula. Tale autem eſt & in animalium corporibus genus oſſium, & propterea in digitis, & tota manu, & crure, & in multis partibus corporis facta ſunt. Quid igitur in vnoquoq; aliorũ organorũ ea, quæ ab oſſibus eſt, firmitas conferat, ſortaſſis ſermo procedens oſtendet. Sed ꝙ ad multas actiones vtilis eadem ſit digitis, iam licet videre: ſi conſideres nequaquam melius nos ijs tremẽtibus ſcripturos, inciſuros, aut quid tale acturos ſine oſſibus. Quod enim tremẽtibus ineſt propter morbum, hoc ſemper nobis omnibus ineſſet natura, flexis, & tanquam concuſſis digitis præ mollitie: ſed oſſium natura ad hoc adiutrix a creatore data eſt ſuſtentans in vnaquaq; figura digitos. Etenim hoc ipſum, vt multiformiter figuraretur (quod futurum erat vtiliſſimum) ex eo habet, ꝙ ex pluribus oſſibus vnuſquiſq; compoſitus eſt. Id quod nõ potuiſſet fieri, ſi ex vno ſolo eſſent creati. Solę enim ita illę actiones benè efficerentur, quæ digitos poſtulant extenſos. Subit autem etiã hoc loco admirari artem naturæ, quæ ad omnes actiones idoneos pręparauit digitos. Sine oſſibus enim ſi facti fuiſſent digiti, illas actiones ſolas probè perficerent, in quibus eos circulo plicari circa cõprehenſibile oporteret. Si autem os vnicũ haberent, illis actionibus ſolis rectè ſeruirent, in quib⁹ eis extẽſis egeremus. Quia verò neq; ſine oſſibus, neq; ex vno ſolo creati ſunt: ſed ex tribus inuicem per ſingulos articulos cõnexis vnuſquiſq; factus eſt: propter id ad omnem actionẽ prompti figurantur. Flexis enim omnibus articulis, operamur digitis, perindeac ſi abſq; oſſibus facti eſſent; Extenſis autem omnibus tanquã ſi ex vno oſſe ſolo cõſtarent. Plerumq; autẽ neq; omnibus extenſis, neq; omnibus flexis indigentes: Aliquando quidem primum ſolum: vel ſecundum: vel tertium articulum: aliquando autem vel primum ſimul & ſecundũ: vel ſecundũ & tertium: vel primum ſimul & tertiũ extendentes, aut flectentes: hoc modo ſex figurarũ differentias exprimimus. Per vnamquanquã autem differentiam, magis & minùs in quantam multitudinem exeat, excogitari quidem facile poteſt, dici verò nõ poteſt. Perfecta nanq; flexio, veluti etiam extenſio in magis & minus nõ eſt diuiſibilis. Medij verò inter has motus articulorũ inopinabile eſt quantum numerũ efficiant; ijs ſcilicet quandoq; magis, quandoq; minùs vel flexis, vel rursùs extenſis. Non igitur ſex ſolę figurarũ differentię digitis ita conſtructis fiunt: ſed vniuerſales quidem ſex, particulares autem infinitæ. Aliarum verò duarum cõſtructionũ altera quidem, quæ eſt ſine oſſibus, ſolam circularem figuram: altera verò, quæ ex vno oſſe ſolo, rectam eis prę-ſtare poteſt. Nunc autem neq; eis carent, & vltra has ſex quidem vniuerſales: multiformes verò particulares figuras adepti ſunt. Rectam igitur exactè figuram habere poterant, ſi ex oſſibus ſolis ſecundùm rectam lineam eſſent compoſiti, exactè verò circularem nequaquam.] Hęc de oſſium in digitis neceſſitate, nõ ſimpliciter quidem, ſed propter melius, ac de eorum quoq; pluralitate, ac figurarũ varietate à Galeno ſcripta ſunt. Qui quidem ſex vniuerſales digitorum figuras declarat: pręter duas (cum quibus octo eſſent) in quibus vel nullo indigerent oſſe, vt in circulari eorũ plicatione, vel vnicum ſatis ſuperq; eſſet, vt in plana, extenſaq; manu pręter illas inquam duas, alias

Oſſa in digitis propter melius.

Oſſa propter firmitatem ſuppo-nuntur.

Cur digiti ex pluribus oſſibus, & non vno.

Sex figurarũ differẽtiæ generales.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 239 sur 292

©BIU Santé

alias iex iam iam recitatas oſtendit. Nec ſeptimã addere quiſpiã poſſet: vbi ſcilicet primũ ſimul, ſecundumq;, ac tertium articulum flectamus, incuruemuiq;: cùm hæc ad duarum alteram reducatur: In qua ſcilicet circulariter digiti plicantur: quam etiam ſine oſſibus (vti dictum eſt) digiti facere poſſent: vniuerſales igitur figuræ preoſtenſæ iam octo ſunt. Particulares autem infinitæ, ſecundũ magis, & minus differentes: preſertimq; addendo diuerſas in diuerſis digitis complicationes: vt quùm v. g. primus digitus ſolus omnibus, aut quibuſdam his modis figuretur, vel primus cum ſecundo, vel cum tertio, aut quarto, aut quinto; ſiue ſecundus cum tertio, vel quarto, vel quinto. Aut ſi tres, vel quatuor digitis, vel omnes hoc, vel illo modo figurentur: ſiue omnes diuerſimodè, ſiue nõnulli ſecundũ eandem, alijq; ſecundũ aliam: preterea ſecundũ magis & minus. Propemodum igitur infinito modo variari poſſunt figuræ. Id quod precipuè in citharę, aut cymbali pulſationibus compertiſſimũ fit. Sed de numero, magnitudineq;, ac figura ſingulorum oſſium digitorum rurſùs ex Galeni etiam verbis pertractemus: quùm ſic videlicet poſt nonnulla ſubdit .f. [De natura verò articulorum, & oſſium, quæ in digitis eſt, rurſùm pertractemus, vnde antea digreſſi ſumus, reuerſi. Quòd enim ipſis indiguimus ad actionum firmitudinem, & quòd pluribus propter multiformes figuras, ſufficienter demonſtratum eſt .g. De multitudine autem ipſorum, cur tanta, & de magnitudine vniuſcuiuſq; cur tam magna, & de figura, & modo dearticulationis nihil diximus. Sic igitur tandẽ dicatur, neq; pauciora, neq; plura tribus fieri oſſa digitis oportuiſſe. Quando ſi plura eſſent, præterquã q̃ nullam iuuarent actionem (abundè enim monſtratæ ſunt .h. omnes per tria compleri) fortaſſis & perfectã extenſionem nõnihil lęderent, minùs firmam, quam nunc ſit, efficiendo. Quæ enim ex pluribus particulis cõpoſita ſunt, faciliùs quam ea, quæ ex paucioribus, fatigantur, & flexa collabant. Pauciora autẽ ſi eſſent, tam diuerſas particulares figuras digiti nõ haberent: vt igitur & multiformiter mouerẽtur, & patiendi promptitudinem effugerent (qui duo ſcopi ſemper a natura intẽduntur) trium oſſium numerus abundè fuit (Deus enim, & natura velut in ſuperfluis non abundat, ita nec in neceſſarijs deficit) Manifeſtum verò omnibus eſt, q̃ prelocatum os maius eſſe poſtlocato debeat. Illud enim vehit, hoc vehitur. Maius autẽ quod baiulat eo, quod baiulatur, eſſe oportet. At verò & quòd in valde paruum & rotundum deſinere digitorum ſummitates oportebat, antea oſtẽſum eſt .i. Fieri autẽ hoc aliter non poterat, quam oſſium magnitudine paulatim minuta, ob idq; minus priori ſecundum ſemper eſſe debuit. Figura autem ipſorum, quòd à ſuperna baſi latiore ad infernam ſtrictiorem deſinit, eaſdem, quas magnitudo eorum dicta eſt afferre, preſtabit cõmoditates. Quòd autẽ & rotunda ſint, vt vix patiantur, cauſam afferre oportet. Omnium enim figurarũ hęc minimùm eſt paſſionibus obnoxia: vt quæ nullam habeat extantem eminentiam, quæ a foris occurſantibus frangi queat. Cur autem vnumquodq; extrinſecùs quidem exactè eſt cõuexum, intùs verò, & in lateribus nõ exactè? An hoc quoq; melioris gratia factum eſt? Internis enim ſuis partibus digiti molliunt, terunt, ac omnia accipiunt: quæ deteriùs fierent, ſi oſſa inibi cõuexa fuiſſent. Externis verò partibus, cùm neq; horum aliquid, neq; aliam quamuis actionem efficiant digiti; reliquum fuit, vt ad ſolam patiendi difficultatem exquiſitè ſint conſtructi. In lateribus autẽ habebant quidem patiendi difficultatẽ ſemiuicem cuſtodientes: debebant autem, cùm adducti cõſtringuntur, nullum relinquere in medio ſpatiũ vacuũ. Nõ igitur eos hac parte curuos fieri oportebat. Fidem verò eius, quod diximus, ſufficientem facit magni digiti, & parui conſtructio. Si quidem ille ſupernam, hic infernam circumferentiã exactè conuexam obtinuit. Hac enim parte nec ab aliquo cuſtodiebantur, nec alij digito iuncti applicabantur. Quo ſanè non parùm admiranda eſt naturę in oſſium cõſtructione ſolertia.] Quanquã id, quod de his duobus digitis vltimò dictum, clarius integris exiſtẽtibus ipſis digitis: carne ſcilicet pinguedineq;, ac ipſa etiã cute coopertis ipſis oſſibus, manifeſtiſſimũ eſt: quadantenùs tamen exquiſitè ſpeculantibus verũ eſſe in ipſis oſſibus apparebit. Ex his autem, quæ declarata iam à Galeno ſunt, patet cur humerus tanquam prelocatũ os, ac reliqua baiulans, maximum cęteris, quæ ab eo baiulantur exiſtit, deinceps verò cubitus, ac radius, poſt quæ metacarpij oſſa ſunt. Quibus tamẽ pro vno indiuiſo oſſe ſumptũ brachiale tanquam baiulans quoq; metacarpij ſingulis oſſibus maius eſt. A metacarpio digitorum oſſa ſuccedunt diminuendo veluti prędictũ iam eſt procedentia ob eandem rationem: qua baiulantia prelocata baiulatis poſtlocatis maiora, necnon robuſtiora exiſtunt. Interim verò ſingula digitorum oſſa in ſui medio corpore tenuiora, anguſtioraq; exiſtũt in extremis verò partibus ſuprà, infraq; craſſiora, ampliora q;. Quod quidem idcirco euenit, vt cõmodè inuicem, adductis ſiue capitibus, ſiue cauitatum ſupercilijs articulari poſſent: media verò propter leuitatem attenuarentur: in extremis autem oſſibus infrà dilateſcunt, non propter articulationẽ oſſa, ſed propter vnguiũ commodam, tutamq;, vt paulò poſt videbimus, exteriùs quidem, interiùs verò propter carnium ibi repoſitarum ſedem: preſertim verò propter cõmodam tendonũ ſecũdi, ac tertij digitos flectentium muſculorũ inſertionem: cuius ratione tota illa eminẽtia, protuberatioq; aſpera eſt. Verùm enimuerò cùm de oſſium eorundem digitorũ articulatione prętactũ iam ſit, ab re non fuerit cum

f. 1. de v.p. cap. 14. g. Cap. 12. eiuſdem. Quod tria tantũ oſſa. h. Ibidem, & vide 1. cęli tex. 2. Quod non plura. Quod non pauciora. Cur diuerſa magnitudo eorum. i. Cap. 6. & 7. eiuſdem quę iterum in preſenti cõmento. Singulorũ figura. Oſſiũ digitorũ articulationes.

ipſo

©BIU Santé

ipſo etiam Galeno (vt eundem ſemper ex ſuo dogmate interpretemur) de ijſdem pertractare: vt
„ quùm ita ſubiunxit .k. [Miraculum autem dearticulationis modus nihilominùs eſt. Neq; enim
„ ſimpliciter, nec ſorte ex tribus oſſibus digitorũ vnuſquiſq; factus eſt: ſed velutri anuarũ cardines,
„ ita & articulorũ vnuſquiſq; eminentiam cauitati immiſſam habet. Veruntamen hoc fortaſsè nõ
„ adeò eſt mirabile: ſed ſi conſiderata omnium tõtius corporis oſſium ſyntaxi, hoc eſt, mutua con-
„ nexione, eminentias cauitatibus ſuſcipientibus ęquales ſemper inueneris: Iam hoc (probè ſcio)
„ maximum tibi, & mirabile apparebit. Si enim iuſto amplior eſſet cauitas, laxus ſanè, & infirmus
„ fieret articulus. Si ſtrictior, motus difficulter fieret: vt qui nullam verſionem haberet, ac pericu-
„ lum eſſet nõ paruũ, eminentias oſſium arctatas frangi, atteriq; : ſed horum neutrum factum eſt.
„ Ad hęc omnes ipſas oſſiũ cauitates, quaſi eminentia labia quędam, & ſupercilia (Grecè ἀμβωνας)
„ circulo ambiunt, ad maximam articulorũ tutelam, ne aliquando excidant: Niſi fortè peringen-
„ tem aliquam neceſſitatem. Sed quoniam iterùm ex tam ſecura conſtructione periculum erat, ne
„ motiones difficiliùs fierent, & eminentiæ oſſium extererentur: duplex rursùs auxilium in id na-
„ tura molita eſt: priùs quidem chartilagine vtrunq; os ſubungens, atq; oblinens: Alterum verò,
„ ipſis chartilaginibus humorem vnctuoſum, & viſcoſum, velut oleum aliquod ſuperfundens, per
„ quem facilè mobilis ſimul, & attritu contumax omnis dearticulatio oſſiũ facta eſt. Naturę igitur
„ artificium ſuperciliorũ in cauitatibus vel ſolum ſufficiebat prohibere articulorũ luxationem: ſed
„ non cõmiſit natura ei artificio ſoli cuſtodiam, prędidens multis motibus violentis, & vehemen-
„ tibus animal ſæpè occupatum iri: vt igitur vndiq; diligenter articulus omnis cuſtodiretur, liga-
„ menta quędam ex vtroq; oſſe produxit natura, ex oſſe altero peruenientia ad alterum. Sunt autẽ
„ eorum alia quidem, velut nerui quidam, teretia, & craſſa, alia verò membranarũ inſtar prędonga,
„ & ſubtilia, ſecundùm articulorum vtilitatem, ac neceſſitatem talia ſemper facta. Nam quæ ma-
„ xima quidem, & craſſiſſima prędipuos, & maximos cuſtodiũt articulos, reliqua verò minùs prę-
„ cipuos, & minores. Hæc igitur omnia & cõmuniter, & in omnibus articulis machinata eſt, & in
„ articulis digitorum, vt illis maximè cõueniebat. Paruæ ſiquidem ſunt dearticulationes, ſed dili-
„ genter cauatæ, ſubtilibus verò labijs vndiq; coronatę, & circumſeptę, chartilagine etiam tenui
„ permutatę, & ſuperlitę, ligamentis deniq; membranoſis cõnexę. Hoc autem ſcilicet nullatenùs
„ eſſe labia oſſium ęqualia: ſed extrinſecùs quidem multò maiora, intrinſecùs verò minora, maxi-
„ ma eſt naturę in digitorum cõſtructione induſtria. Si enim eſſent parua foris, vltra ſummam ex-
„ tenſionem, reflecti articulos permitterent: Maiora verò ſi eſſent intùs, eos liberè, & plurimùm
„ flecti prohiberent. Quare nocerent vtrinq;, extenſionis ſcilicet firmitudinem auferentia, & fle-
„ xionis varietatem. Quia verò ècontrario facta ſunt, nullius quidem nocumẽti, omnis autẽ com-
„ moditatis motionibus digitorum cauſæ ſunt.] Hæc Galenus. Quibus addendum prętereà non-
nihil de articulationis modo eſt: diuerſa enim receptio eſt. Cùm prima quatuor digitorum inter-
nodia per enarthroſim prędedentium metacarpij oſſium tuberoſitates extremas recipiant. Non
ſic autem ſecunda cum primis, neq; tertia cũ ſecundis ſe habeant. Etenim tametſi à ſequentibus
priora ſuſcipiuntur. Hæc tamen eadẽ ſequentia à prioribus vice verſa recipiũtur: quare per gin-
glymon dearticulari prima cum ſecũdis, ſecundaq; cum tertijs internodia prędictum iam eſt .l.
Sic inquam in cęteris quatuor digitis ſe habet. Secùs verò in pollicis oſſibus, internodijſue. Pri-
mum nanq; in carpi quintũ per enarthroſim quoq; inferitur, ab eoq; recipitur, & nõ ſicuti pri-
ma aliorum digitorum internodia metacarpium extuberans recipiebant, id recipit: A ſecundo
pollicis eiuſdem internodio primũ id eadem ſuſcipitur ratione, qua poſtbrachialis oſſa ab aliorũ
quatuor digitorũ internodijs ſuſcipiũtur. Vtrinq; igitur prima pollicis phalanx per enarthroſim
dearticulata ſuſcipitur, tàm ſcilicet à carpi quinto, quàm à ſuo ſecundo oſſe. Quamobrem & ſe-
cundum pollicis articulum primis aliorum digitorum articulis aſſimilari dicemus: tertium verò
huius aliorum digitorum ſecundis, & tertijs proportionari: vt ſcilicet per ginglymon dearticu-
lentur. Vnde in cunctis alterius manus extremæ digitis nouem propriè dictos, & ad ſimplicem
motum ordinatos ginglymos poſuimus: .m. videlicet octo in ſecũdis, & tertijs aliorum quatuor
digitorum articulis, nonumq; in tertio pollicis articulo. E' quibus rectam nõ eſſe Galeni in prę-
ſenti cõtextu determinationem, apertè liquet, dicentis, priorem ſemper digitorum phalangem
in ſequentis ſinum ſubire, etiam ſi dictionem [ſemper] quòad prima tantùm internodia intelle-
xiſſe voluerimus: niſi quòad pollicem. Huius enim prima phalanx in ſequentis ſinum (vti dictũ
eſt) ſuſcipitur. Ideoq; ſaluandi Galenum anſa nõ deficeret. Cùm ſtatim anteà de pollice locutus
fuerit, ſtatimq; de pollice ſubiungat; vt verba ea, quæ de priore phalange in ſequẽtem ſubeunte
prolata ſunt, ad ipſum quoq; pollicẽ referantur: ſicq; de prima eius phalange duntaxat reſpectũ
ſecundæ Galeni ſentẽtia intelligenda veniat. Integrum verò tibi fuerit, impiè Galenũ condem-
nare potiùs, quàm veterũ ſeruata reuerẽtia piè interpretari. Nos autem ad vnguium vſus .β. con-
uertamur: qui ſi non oſſa ſunt, oſſium tamen naturam quodammodo imitantur. Haud enim ho-
mini datos cum Platone dicẽdum ad aliorũ animaliũ imitationem, neq; cũ Ariſtotele ad ipſorũ

k. 1. de v. p. cap. 15.

Cauitatum ſupercilia.

Chartilaginea incruſtatio.

Vnctuoſus humor.

Cauitatum labia cur inęqualia.

l. In proœ. com. 16.

m. Ibidem.

Cõtra Galenum.

Vnguium vſus ſex. β. 17 tab. fig. 18. patent.

Cõtra Platonem, & Ariſtotelẽ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 241 sur 292

©BIU Santé

digitorum tutelam. Sed primò vt carnem in extremis digitorum partibus à posterioribus firmarent. Secundò, vt vnà cũ prędicta carne, ad rerum minutissimarũ, durarumq; apprehensionem conferrent. Tertiò ad scalpendum, radendumq;, & excoriandum. Quartò etiam ad aliquod minimum alicui parti affixum euellendum. Quintò ad incidendum, quod obstetrices nõ ignorant, maximum in digitulo vnguem reseruantes. Sextoq; demùm ad lęuigandũ, terendumue aliquod asperum: vt in scribędis chartis sępè nos facere solemus. Quas ob causas rotundi facti sunt, conuexi scilicet exteriùs, intusq; cõcaui: prętereà & securitatis gratia sic formati sunt. Quoniã verò scalpendo, vel aliud quid vnguibus agendo, consumi, exteriq; eorum summitates debuerant: Eapropter natura eos augeri semper voluit, tametsi hominis corpus inclinans iam, immò etiam si decrepitum sit. Verum nihilominùs est, q; eorum exquisitum, propriumq; incrementum non est. Sicut enim verè non nutriuntur, ita nec propriè (Galeni dogmate .n.) augentur, sed eorum generatio sola est. Verum enim, propriumq; augmentũ (Galenomet .o. ex Aristotelis .p. sententia comprobante) secundũ omnes dimensiones est. Quanquam eorum radices non modò nutrimentum, ac vitæ conseruationem, at sensum etiam (eiusdem .q. decretis) recipiunt. Ex quo ad eas (radices inquam) non venas modò, & arterias, sed neruos quoq; pertransire cõdecens fuit. Sed de hoc vberiùs nos in artem medicã nostris cõmentarijs locuti fuimus .r. Sat igitur nunc sit, quæ de vnguibus à Galeno scripta sunt, pro tyronibus ex eius monumẽtis repetere: vt quùm sic inquit .s. [Quoniã igitur satius fuerat ita agere manus, vt nunc agunt: ob id cõstructionem earũ actionibus huiusmodi idoneã natura effecit. Non enim .t. simpliciter oportebat duos digitos opositos in paruarum rerum venatione, suis ipsorum summitatibus operari, sed eos prętereà tales esse, quales nunc sunt, erat necesse, vt pote sic molles, sic rotundos, sic vnguibus munitos. Neq; enim si carnosa non esset eorum extremitas, sed ossea, possent vnquam corpora parua, vt spinas, vel pilos comprehendere: neq; si ea quidem carnosa, sed molliore, ac humidiore carne prędita. Oportet enim quod maximè fieri potest ei, quod apprehenditur, apprehendens exactè circũplicari, si modò tuta futura est apprehensio. Dura autem, & ossa circumplicari nequeunt, sed quæ mollia mediocriter, obidq; mediocriter cedentia. Quæ enim prętер modũ mollia sunt, ac velut fluxibilia, vt duris plus iusto cedunt, ita facile ab eis effluunt. Quapropter quæ naturã inter mollia immoderatè, & nimis dura mediã sunt sortita (quales sunt digitorũ summitates) erunt vtiq; hæc optima tutæ cõprehensionis organa. .u. Cùm autem sint & ipsa, quæ apprehenduntur consistentijs quammaximè varijs (quędam enim eorum magis, & quędã minùs mollia sunt, & dura) ad omnia habilem fecit natura constructionem eorum. Propter hoc igitur neq; ex vngue simpliciter summitas digitorum, neq; ex carne sola, sed ex vtrisq; optimam positionem accipientibus composita est, carneum enim ipsorum est in partibus ad seinuicem inclinatis, quarum summitatibus res ipsas venari debebant. Vnguis verò extrinsecùs vt firmamentũ eis appositus est. Digiti nanq; suis ipsorum solis partibus carneis mollia corpora comprehendunt: dura verò, & propter hoc carnis naturã pellentia, violenterq; cogentia, sine vnguium auxilio apprehendere digiti nõ possunt. Firmamento enim tunc eget caro eorum euersa. Rursùs autem ipsis vnguibus solis tale nihil poterat apprehendi. Duri enim cùm sint, à duris promptè laberẽtur. Prętereà igitur carniformi substãtia in digitorum summitatibus vnguium lapsum, ac lubricitatem corrigente: vnguibus verò facilem carnis euersionem viciſſim firmãtibus, organum apprehensorium omnium paruorum simul, & durorum corporũ factus est digitus. Disces autem apertiùs quod dico, si immoderationes vnguiũ spectaueris. Qui enim sunt immodicè lõgi, & propterea in se mutuò concidunt, neq; spinam paruam, neq; pilum, neq; aliud quicquam tale apprehendere possunt. Qui verò propter parũitatem ad summitates digitorum non perueniunt, naturam carneam firmitate priuantes, eam ad apprehendendũ inualidã efficiunt. Qui autem summitatibus digitorũ ęquantur, hi omniũ soli vtilitatem, cuius gratia facti sunt, explent perfectissimè. Ob id igitur dicebat Hippocrates .x. [Vngues neq; superiores, neq; inferiores esse digitorũ summitatibus conuenit, Ea enim quorum gratia facti sunt, tunc maximè ptęstant, quando cõmoderatam habent magnitudinem. Multa siquidem alia ad res agendas cõmoda ab eis proficiscũtur: veluti si rădere quid, aut scalpere, aut excoriare, aut diuellere oportet. Nam in tota propè vita, omnibusq; artibus, & ijs potissimùm, in quibus sunt exactę manuũ operationes (quæ Gręcis χειρουργίαι appellãtur) his talibus nobis est opus. Sed vt apprehensori est organum manus, in paruorum simul, & durorum corporum venatione, vnguibus vel maximè indiguit. .y. Cur itaq; Plato, pręsertim cũ Hippocratis imitator, si qui alius vnquã fuerit, & ab illo dogmata mutuatus sit maxima, tam negligenter de vnguiũ vtilitate locutus est? Cur item Aristoteles tùm circa alia, tùm circa naturæ artem enarrandam alioquì peritissimus, in vnguium vtilitate adeò ęcutiuit? Ille nanq; (scilicet Plato) Deos, qui hominem constructerunt ait, ceu imperitos quosdam artifices, velut vtilem vnguium in animalibus alijs generationem pręmeditatos, illos ob id in summis digitis produxisse: Factos verò hos munimenti gratia scribit Aristoteles. .a. Sed tamen cuius munimenti, an aduersùs frigora,

Cur rotundi.
Cur semper augentur.
n. 2. art. me dic. tex. 12.
o. 1. de pot. naturalib. cap. 7.
p. 1. d̃ generatione, & corruptione tex. 25. & seq.
q. 2. d̃ anat. adm. c. vlt.
r. Com. 12. circa finẽ.
s. 1. de v. p. c. 5. in fine.
t. Ibidem cap. 6.
u. Ibidem cap. 7.
x. Lib. de offic. med. tex. 20. cõmẽtarij primi.
y. Ibidẽ sicet primo de v. p. c. 8. Cõtra Platonem. Cõtra Aristotelem.
a. 4 de part. animal. c. 10.

©BIU Santé

„ gora, vel calorem, vel vulnerantia, vel quaſſantia, non addidit. Neq; enim contra vllum horum
„ munimenti gratia: neq; contra aliud quidpiã, prẽter hæc factos vngues fuiſſe, excogitari poteſt.
„ Porrò Platonis memini, & Ariſtotelis, nõ quò malè ab eis dicta reprehenderem: ſed vt quid me
„ ad horum ſermonum enarrationem impulit, planum facerem. Quoniam igitur .*b*. actio quidem
„ manus eſt apprehenſio: apprehendere autem nihil poſſet vnquam ipſa immobilis permanens.
„ Nihil enim ita differret à lapidea, vel mortua, manifeſtũ eſt, cp prẽcipua ipſi actionis pars ea erit,
„ per quam inuẽta fuerit moueri. Quoniam igitur voluntarios motus omnes (quales manui ſunt)
„ à muſculis fieri demonſtrauimus: hi vtiq; primum motus organum manui erunt: Alia verò vni-
„ uerſa * hæc quidem, vt meliùs actio fieret: alia verò ſine quibus nõ poterat ipſa fieri: Alia autem
„ pro cuſtodia omnium horũ creata ſunt: Genus vnguium gratiã eius, quod eſt melius videtur fa-
„ ctum eſſe. Cùm ſcilicet poſſent manus abſq; vnguibus apprehendere quidẽ, ſed neq; moles om-
„ nes, neq; ita benè, vt cum illis. Monſtratũ eſt enim .*c*. dura, & exigua corpora facile eas effugere,
„ niſi ſummitatibus digitorum aliqua ſubſiſtat duriſſima ſubſtãtia eius loci carnem firmatura. Ha-
„ ctenùs duritiei vnguium, & poſitionis vtilitas dicta eſt. Cur autẽ .*d*. adeò duri facti ſint, & nõ ma-
„ gis, & quare ex omni parte rotundi, nõdum quidem dictum eſt. Id autem dicere, iam eſt oppor-
„ tunum. Si igitur magis duri, quam nũc ſunt, fuiſſent inſtar offium facti: eſſent quidem ita etiam
„ ad apprehenſiones minùs idonei: vt qui ne minimùm quidem flecti poſſent, rumperentur verò
„ facillimè, ſicut & alia dura vniuerſa. Eorũ igitur ſecuritati prouidens natura, duros mediocriter
„ effecit: vt neq; vtilitati, cuius gratia facti ſunt, quidpiam noceatur: neq; ipſi promptè patiantur.
„ Quòd autem ita prouidens natura tantò ipſos molliores oſſibus fecit, quatenùs cedẽdo modera-
„ tè, illorum, quæ violenter extrinſecùs incidunt, vim exoluerent: ſimilium omnium conſtructio
„ tibi oſtendit. Omnes enim animaliũ particulas prominentes, & nudas ex tali ſubſtantia creauit:
„ qualis neq; quaſſari facilè propter mollitiem, neq; rumpi propter ſiccitatem poſſet. Talis autem
„ particula eſt vngula tàm ſolida, quàm bifida, talis calcar, talis cornu. Quibus quidem, quatenùs
„ arma ſunt defenſoria eſſe duriora, quàm nunc ſunt, cõtulerat: quò & quaſſare magis, & incidere
„ poſſent: ad ſui autem ipſiorũ ſecuritatem, non fuit melius adeò dura fieri, vt facilè rumperentur.
„ Ita igitur & gladium eſſe optimum dicimus, non qui ex fragili ferro factus, quale apud Indos eſt
„ plurimum, quanuis promptiſſimè incidat: ſed eum qui in tantam duritiem peruenit, quanta nõ
„ rumpatur facilè, & promptè incidat. Quæ igitur tàm fortes ſunt corporis particulę & armis de-
„ fenſorijs proportione reſpondentes exponuntur, & foràs emicant, duriores quidem ſunt, quam
„ operimenta, ſed nõ eouſq;, vt frangantur. Quæ verò nõ vt arma eſſent, factæ ſunt omninò, ſed
„ ſimpliciter particulę corporis, quæ prominere debebãt (veluti aures, nares, cubiti tuber, genua)
„ molliorem adhùc ſubſtantiam habuerunt, vt magis cedentes, magis ea exoluant, quæ foris inci-
„ dunt: qualis etiam vnguis hominum eſt, & propter hoc multò mollior, & ſubtilior factus eſt lu-
„ porum, leonũ, pardalecn vnguibus. Nam manſueti eſt, polyticiq; animalis particula in appre-
„ henſionis perfectione conſtructa, non in feræ agreſtis arma defenſoria. Cur autem rotundi ſunt
„ vndiq; ? An ſecuritatis gratiã ? Sola enim figurarum rotunda ad vix patiẽdum exquiſitè compa-
„ rata eſt: vt quæ nullum expoſitum angulum frangi potentem habeat. Sed quoniã ſcalpendo, vel
„ aliud quid vnguibus agẽdo, exteri debebant nobis eorum extremitates, ſolas has animalis parti-
„ culas ſemper augeri potentes natura cũſtruxit: quanuis iam totũ corpus augeri deſierit. Augen-
„ tur autem non vt alię partes, in longum: & latum, & profundum: ſed pilorum modo in longum
„ ſolùm: ſubnaſcẽtibus alijs ſemper vnguibus nouis, & antiquos propellentibus. Neq; hoc ociosè
„ inſtituit natura, ſed vt in locum eius, quod aſſiduè exteritur, in ipſorum extremitate, ſit aliquid,
„ quod ſufficiatur. Sic igitur ad ſummam naturę prouidentiã peruenit vnguium cõſtructio.] Hęc
adeò diffusè de vnguibus, eorumq; ſubſtãtia, figuraq;, & vſu Galenus. Nonnulla verò ex noſtris
in artem medicam cõmentarijs .*e*. hic adiungere poteris. Nos verò interim ad digitorũ articulos
reuertentes in illis non vnctuoſum modo, viſcoſumq;, ac oleagineum humorẽ, ſed acrem quoq;
ſæpenumerò includi inuenimus. Haud enim ita compacti ſunt, quin aliquod intermediũ ſpatiũ
remaneat, quo hic, atq; illic ſecũdũ neceſſitatem cõmodè moueri poſſlocata pars queat. Accidit
autem interdùm, cp aer ille fortiter intentis, cõtractiſq; ligamentis vel vtrinq; diuiſum ſit, vel ad
alterutram articuli partem recollectus. Quamobrem extenſo, relaxatoq; ſecundũ rectitudinem
ipſo digito, ſiue in gyrum alterius manus vi cõtorto, ac per hoc extenſis ipſis ligamẽtis, apertaq;
ac relaxata ipſius articulationis ſyntaxi, ſiue cõiunctione, illius aeris iam dicti partes vtrinq; for-
taſſis diſperſæ violentia quadam ſeinuicem in medium repercutiendo colliguntur: vel ex altera
fortaſſis parte in alteram propulſæ ſtrepunt. In medium inquã ſibi inuicem partes illę violenter
occurrentes colliguntur, quotiès rectè digitum trahimus. Ex altera verò parte in alteram, puta
ex dextra in ſiniſtram, vel econtrà propelluntur, vbi non rectè trahimus, ſed in oppoſitã partem
quodammodo in gyrum cõtorquere conamur. Tunc enim oppoſita pars eius, in quam digitum
retorquẽdo inclinamus, relaxatur, ſpatiumq; ibi fit, in quo totus impulſus aer decumbat. Quod

b. 1. de v.p. cap. 10.

* Cap. 8. eiuſdem.

c. Cap. 7. eiuſdem.

d. 1. de v.p. cap. 11.

Curvngues rotundi. Cur ſemp augentur.

e. Ex com. 12. verſus finem.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 243 sur 292

©BIU Santé

ſi rursùs in priorem oppoſitã partem retorquere enitamur, ſæpè iterùm ſonus ille fieri ſolet, repulſo rursùs hinc aere, vt in eandem reuertatur partem, vnde venerat. Ex quo patet, cur ſi rursùs tertio, & quarto articulũ extendere, vel in alterutram partem, ſiue in gyrum violenter, ac ſubitò protrahere, ſeu cõtorquere tentemus, nõ ampliùs ille ſonus fiat. Cùm relaxatis iam, ac ſufficienter extenſis ipſis articuli ligamentis, apertoq; iam, & ampliore facto intermedio ſpatio, non ampliùs violenta illa aeris repercuſſio, propulſioq; fit. Quo ſonitu pluriès facto, mulierculę, iocosè potiùs, quam ſeriò maſculorum futuram generationem prognoſticari aiunt: velut eo non ſuccedente, fęminarum. Quantum verò aeris violenta repercuſſio ad ſonitum, ſtrepitumq; faciat, vel idiotis ipſis compertiſſimum eſt. Ad quam quidem violentiam non parùm conferre autumo vnctuoſę illius humiditatis lentitiem, glutinoſitatemq;, dum ſcilicet aeris illius tranſitũ, ac per hoc ſimultaneam obuiationem, repercuſſionemq; impedit. Adeò vt nõniſi violenter pertranſire, ac de loco ad locum exagitari queat: ſed hęc obiter, ac tanquã curioſa potiùs dicta iam ſint, quàm ad propoſitum neceſſaria. Ad Galeni igitur contextũ reuerſi dicamus, pollicem non poſtbrachiali, ſed ipſi brachiali, hoc eſt, eius ſecundi ordinis oſſium primo dearticulari.

TEXTVS TERTIVS.

Ὅθεν καὶ τέτταρα μὲν ἐκ ἀλόγως μόνον ἄν τις φύσει τὰ τῆ μετακαρπίᾳ, πεντεκαίδεκα δὲ τ πέντε δακτύλων, ὅσοι δὲ τὸ τρίτον ὀστῦν τῆ μεγάλη δακτύλῃ τῷ μετακαρπίῳ προσγέμονται, τεσσαρακαίδεκα μὲ εἶναι φασὶ τὰ τ δακτύλων: πέντε δὲ τὰ μετακαρπίᾳ,

Vnde non abſq; ratione dixerit quiſpiam quatuor duntaxat poſtbrachialis, quindecim verò quinq; digitorum. Quicunq; autem tertium magni digiti os poſtbrachiali aſcribunt, quatuordecim quidem eſſe digitorum quinq; autem poſtbrachialis oſſa dicent.

COMMENTVM TERTIVM.

OS pollicis tertium vocat, quod verè primũ eſt ipſi brachiali (veluti prędictũ eſt) dearticulatum. Nominat autem huiuſmodi os tertium, eo cp cùm apud omnes compertiſſimum ſit, duo reliqua digiti magni oſſa eſſe, non metacarpij, de hoc duntaxat dubium remanebat, ideoq; in huiuſmodi computandi ratione de hoc tanquam de tertio remanente ſermo incidit. Siquidem igitur id os inter magni digiti oſſa connumeratur, ſicut rectè faciendũ eſt: tũc ex quatuor oſſibus poſtbrachiale, ex quindecim verò digiti quinq; cõſtituti ſunt. Sin autem illud magni digiti primum, tertiumue poſtbrachiali aſcribatur, prout nõnullis facere viſum eſt (quanuis profectò minùs rectè) Tunc poſtbrachiale ex quinq;: digiti verò ex quatuordecim duntaxat cõſtituerentur. Vtrouis autem modo, totius extremę manus oſſa triginta erunt: videlicet humeri vnum, vlnæ duo, brachialis octo, poſtbrachialiſq; quatuor: ſicq; ſunt quindecim: alia verò quindecim ſunt digitorũ. Omnia igitur erunt triginta. Quòd ſi poſtbrachialis oſſa quinq; dixerimus, cùm remaneant digitorũ oſſa quatuordecim, illaq; fuerint ſexdecim, in idem peruenient. Qui verò inter poſtbrachialis oſſa illud pollicis primũ (ſeu magis dicere alia ratione tertium) adnumerarunt, non cõtemnendi viri fuerunt. Imprimis enim philoſophorũ ſpirarchũ talia ſcribentem inuenimus * [Digitus autem magnus vnò inflectitur nodo, cæteri binis inflectuntur.] De proprijs loquitur digitorum articulis. Primus enim digitorũ quatuor à pollice articulus cõmunis eſt cum poſtbrachiali. Pollicis verò primus communis etiam eſt cum brachiali (ſiquidem tria pollicis oſſa dixerimus) ſin verò duo tantùm: tunc primus eius articulus cõmunis erit (velut aliorum quoq;) cum ipſo eodem poſtbrachiali. Proprij igitur digitorũ articuli tunc erunt, pollicis quidem vnus, reliquorum verò digitorum duo. Ecce igitur quomodo Ariſtoteles in prędictis verbis, primum illud pollicis os, quod hic Galenus ex ſermonis cõſequentia tertium vocat, non verè pollicis, ſed poſtbrachialis eſſe os, innuit. Vnum dicens pollicis articulum eſſe; Celſus .ſ. autem tametſi palmam quinq; ex oſſibus conſtare ait, ac per hoc os illud cum ipſo metacarpio annumeraſſe viſus eſt: dicens tamen poſteà abſolutè digitos ex ternis oſſibus conſtitui: cum digitorum oſſibus illud computaſſe apparet. Differunt enim palmæ, & metacarpij partem dicere. Palma enim ex quinq; conſtare poteſt: interim verò vnum ex ijs nõ metacarpij, ſed pollicis per ſe eſt (vt patet) ſicq; pars dici poteſt palmæ, non tamen propterea metacarpij. Sed hæc pro Celſi contradictione (quanuis inuiti) ſoluenda. Inuiti inquam. Ex eius enim verbis quinq; palmæ oſſa, pręter quindecim digitorũ internodia, colliguntur. Cùm ſic dixerit. [Tùm ex altera parte, recta quinq; oſſa ad digitos tendentia palmam explent (aliqui μεταχαρπίων legunt) a quibus ipſi digiti oriuntur, qui ex oſſibus ternis cõſtant: omniũq; eadem ratio eſt] Sed his omiſſis, ad noſtrũ Galenũ reuertamur. Manus igitur hæc eſt, quam totam homini tanquã ſapientiſſimo

* 1. de hiſt. animaliũ c. 15. poſt princ.

f. Lib. 8. c. 1. poſt med.

Digreſſio.

DEVS

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 244 sur 292

©BIU Santé

DEVS Optimus, Maximus velut organum organorum, ſiue organum ante organa conceſſit; quemadmodū & rationem velut artem artium, ſiue artem ante omnes artes prębuerat: vnde ſapientiſſimū fore ſtatuerat. Tota inquam manus eſt, quæ humerum in ſe, vlnamq́; ac extremam deniq; manum cōprehendit. Quæ rursùs extrema manus in tres particulas ſubdiſtinguitur: ſcilicet in carpū, ſeu brachiale, ac metacarpion, ſeu poſtbrachiale, ac ipſos deniq; digitos. Alijs verò ſingulis animalibus propria arma, propriaſq́; artes diſtribuit: vt tauro cornua, leoni dentes, vngueſq́;, ſicut equo duras vngulas, aproq́; exertos dētes tanquā ferocibus animalibus ad offendendum, ſeſeq́; inſimul defendēdum arma quędam, ceruo autem, leporiq́; pedum velocitatem tanquam timidiſſimis animalibus ad fugiendum prębuerit: ſicq́; vnicuiq; ſecūdùm animæ, morumq́; ipſam inſequentiū diuerſitatem, membra, parteſue diſpenſarit. Soli autē homini tanquā futuro animali ſapientiſſimo nullum armorum genus, nullamq́; artem prębuit: vt tanquā tabula raſa eius anima exiſtens, in qua nihil eſt depictum, ad omnes artes recipiēdas prompta, parataq́; ſit: Manuſq́; nihil in ſe habens quodlibet armamēti genus in ſe recipere poſſet: quorū ſi aliquid in ſe naturaliter inſitum haberet: aliorum profectò nullū recipere poſſet. Intùs enim exiſtēs prohiberet extraneum. Ex quo naturam non homini, ſed alijs animalibus omnibus nouercam fuiſſe dicendum, ſi nullam quidē huic armaturę ſpeciem, nullamq́; artem naturaliter indidiſſet: quam tamen alijs modò illorum conuenientē prębuit. Nullam enim cōſultò ipſi homini dedit, vt omnes capere poſſet. Sat enim illi fuit rationem, intellectumue, ac manus habuiſſe. Quoniā igitur ſapientiſſimū animal futurum erat: ideò manus habuit, non ſicut Anaxagoras imperitè dicebat, econtrà: q᷑ ſcilicet ideò ſapientiſſimum animal ſit, quia manus habet. Non enim inſtrumēta ſapientiæ cauſæ ſunt, neq; illa animam docent, aut mouent: ſed anima inſtrumentis etiā nondum natis vti conatur, ac tentat, & ad ipſius famulatū hæc diriguntur: prout exemplis pluribus cōprobari poteſt. Haud enim dicendum eſt, quempiā ideò ſapientem, quia libros habeat, nec ideò citharedum, quia citharam poſſideat: ſed contrà potiùs, idcircò ſcilicet libros illū retinere, quia doctor, aut ſapiens eſt; Ita hunc ideò citharā obtinuiſſe, quia citharedus eſt; velut de brutis etiā exemplificat Galenus, dicens bouis vitulum ante cornuū ortum illis inniti, & aduersùs aliquem vti. Sic equi pullum nuper natum mollibus adhùc vngulis calcitrare; aprū dētibus exertis, nondum tamen ortis vti innixum: ſic & catulum mollibus adhùc dentibus morſum appetere. Adeò vt anima in inſtrumenta impetat, non inſtrumenta animam moueant: vnumquodq; igitur in ea mouetur, inſtrumētiſq́; ita vtitur: quemadmodū ab anima ſua, propriaq; natura inſtigatur, excitaturq́;. Homo autē non ſine ratione illis vtitur, nec puro naturæ inſtinctu, pręſertim verò manibus: quæ organa ſunt organorum. His enim omnia alia organa facit, hiſq́; non ſolùm in bello vtitur, ſed in pace etiam. Nec ſolū in terra, ſed in ipſo quoq; mari, atq; aere degit, terreſtribuſq́;, & aquaticis, atq; aereis, volatilibuſq́; dominatur. Tandemq́; manus beneficio, & Ariſtotelem, & Platonem, Hippocratemq́;, ac Galenum intelligimus; quorū ſcilicet manuſcripta opera perlegimus. Hæc igitur omnia ſummatim ex Galeni monumētis colligimus. Quæ nihilominùs pro tyronum nō modico vſu, per eiuſdem Galeni verba, iuxta morem noſtrum repetenda recenſuimus: quùm ſcilicet ſic ille exorditur, dicens .g. [Vtiles autē ſunt hę omnes, (ſcilicet particulę) ipſi animæ: quippè cùm eius organū corpus ſit, & propterea multum differunt à ſeinuicem particulæ animalium, quoniam & ipſæ animæ differunt. .h. Quædam enim ſunt ferocia, quædam timida: Alia agreſtia, alia manſueta, alia velut ciuilia, & negotioſa: alia velut ſolitaria. Omnibus verò aptum eſt corpus animę moribus, & facultatibus. .i. Equo quidem fortibus vngulis, & iuba ornatum, inſtructumq́; eſt: etenim velox, & ſuperbum, & generoſum eſt animal. Leoni autem, vt pote animoſo, & feroci dentibus, & vnguibus validum: Ita autem & tauro, & apro. Illi enim cornua, huic autem exerti dentes, arma ſunt innata. Ceruo autem, & lepori (timida enim ſunt animalia) velox quidem eſt corpus, ſed nudum omninò, & inerme. Timidis enim (opinor) velocitas quidem, arma verò ferocibus conueniebant. Neq; igitur timidū aliquod armauit natura, neq; ferox, & ſtrenuū quodpiam nudum deſtituit. Homini autem (ſapiens enim eſt hoc animal, & ſolum eorū, quæ ſunt in terra, diuinum .k.) pro omnibus ſimul defenſorijs armis, manus dedit, inſtrumentū ad omnes quidem artes neceſſariū, paci verò non minùs, quam bello idoneum. Non igitur indiguit cornu ſibi innato: cùm meliora cornibus arma ſummis manibus quādocūq; volet, poſſit accipere. Etenim enſis, & haſta, & maiora ſunt arma, & ad incidendū promptiora, quam cornu. Sed neq; indiguit vngula, nam lapis, & lignū quauis vngula quaſſant fortius, violentiuſq́;. Ad hæc neq; cornu, neq; vngula quicquā, niſi cōminùs agere poſſunt. Hominū verò arma eminùs ęquè, ac cōminùs agunt. Telum quidē, ac ſagitta magis, quam cornu, lignū autem, & lapis magis, quam vngula. Sed velocior eſt homine leo: quid hoc tandē eſt? Homo ſanè equū domuit ſapiētia, & manibus velocius leone animal: quo vtens & ſubterfugit, & perſequitur leonem, & ſedens ex alto humilē, inferioremq́; illum percutit. Non igitur eſt nudus, neq; inermis, neq; vulnerari facilis, neq; calciamentorū expers homo: ſed ipſi thorax eſt ferreus, quādocunq; libet,

g. 1. de v. p. cap. 2. in princ.

h. Ex 1. de anima tex. 53.

i. vide 6. de anat. adm. cap. 1. & 11. de v. p. c. 14. 3. de part. cap. 1. & 2. & vide quę 3. de v. p. c. 1. 2. & 5. & Actuarium lib. 1. de ſpiritibus c. 1. & ſeq.

k. Vide 3. de part. 10. & 2. de nat. Deorū circa finem. Solutio obiectionis.

©BIU Santé

libet, omnibus corijs difficilius perforatu, & fauctiatu organum. Eſt & multiplex caleiamentorũ ſpecies, eſt & armorum, eſt & operimentorũ. Non igitur thorax ſolum, ſed & domus, & murus, & turris ſunt hominis operimẽta. Si autem innatum eſſet ei cornu in manibus, vel aliquod aliud tale armorũ genus, non vtiq; poſſet vti manibus ad domus conſtructionem, vel muri, vel haſtæ, vel thoracis, vel alicuius alterius ſimilis. His manibus homo veſtem texuit & rete contexuit, & naſſam, & ſagenam (ad piſcandũ) & velum (ad venandum.) Quare nõ ſolum his, quæ in terra ſunt, animalibus, ſed eius etiam, quæ in mari, & aere, dominatur. Talia quidem homini ad fortitudinem arma ſunt manus. Attamen pacificũ, & polyticũ animal homo manibus leges ſcripſit, aras, & ſimulachra Dijs erexit: nauem, fiſtulam, lyram, ſcalpellũ, forcipem, & alia vniuerſa artiũ inſtrumenta conſtruxit, & cõmentarios etiam ſpeculationis eorum ſcriptos reliquit: tibiq; liceat literarum, & manuũ beneficio etiã nunc colloqui cum Platone, cum Ariſtotele, cũ Hippocrate, & alijs veteribus. Ita quidem .l. ſapientiſſimũ animaliũ eſt homo: Ita autẽ & manus ſunt organa ſapienti animali cõuenientia. Nõ enim quia manus habuit, propterea eſt ſapientiſſimũ, vt Anaxagoras dicebat: .m. ſed quia ſapientiſſimũ erat, propter hoc manus habuit, vt rectiſſimè cenſuit Ariſtoteles. Non enim manus ipſe hominem artes docuerunt, ſed ratio. Manus autem ipſe ſunt artium organa, ſicut lyra muſici, & forceps fabri. Sicut igitur lyra muſicũ nõ docuit, nec forceps fabrum: ſed eſt vterq; ipſorũ artifex per eam, qua prędictus eſt, rationem: Agere autem nõ poteſt ex arte, abſq; organis: ita & vna quęlibet anima facultates quaſdam à ſua ipſius ſubſtãtia obtinet: Efficere autem ea, quæ nata eſt efficere, ſine organis nequaquã poteſt. Quòd autẽ corporis particulę animam nõ impellunt, .n. aut timidam, aut ſtrenuam, aut ſapientẽ fieri, manifeſtè videre licet, ſi animalia recens genita cõſideres, quæ quidem priùs agere conantur, quàm perfectas habeant particulas. Ego nanq; bouis vitulum cornibus petere cõantem ſæpenumerò vidi, antequã ei nata eſſent cornua: & pullum equi calcitrantem, mollibus adhùc vngulis, & aprum quendam per puſillum genis ſeſe tueri conantem magnos dentes nondùm habẽtibus, & catulum recenter natum mordere affectantem, teneris adhùc dentibus. Omne enim animal & ſuę ipſius animę facultates, & in quos vſus partes ſuę polleant, nullo doctore pręſentit. Aut cur paruus adhùc aper mordere dentibus exilibus cùm poſſit, his quidẽ ipſe ad pugnam nõ vtitur: quos autem nõdùm habet, ijs gliſcit vti? Qua igitur ratione dici poteſt animalia partium vſus à partibus doceri, cùm & antequam illas habeant, hos cognoſcere videantur? Si igitur oua tria acceperis: vnum aquilę, alterum anatis, reliquũ ſerpentis: & calore moderato foueris, animaliaq; genita rupto putamine excluſeris: illa quidem alis volare conantia, antequã volare poſſint, hoc autẽ reuolui, & ſerpere affectans videbis, quãuis molle adhùc, & inualidum fuerit. Et ſi, dum perfecta erunt, in vna, eademq; domo nutrieris, deinde ad locum ſubdialem ducta emiſeris: Aquila quidẽ in ſublime attolletur: Anas autem in paludem aliquam deuolabit: ſerpens verò ſub terram irrepet. Deinde illa quidem opinor citra doctorem venabitur, hęc natabit, ſerpens verò in terrę cauernis latebit. Naturę enim animaliũ (vt ait Hippocrates) à nullo doctę ſunt. Quapropter cętera quidẽ animalia mihi natura magis, quã ratione artẽ aliquã exercere videntur: Apes videlicet .o. plaſmare, fingereq; alueolos: theſauros verò quoſdã, & labyrinthos formicę fabricari: Nere autem, & texere, Araneæ: vt autẽ cõiecto, ſine doctore. Homo autẽ .p. ſicuti corpus nudũ armis, ita & animã artibus deſtitutã habet. Proinde pro corporis nuditate, manus: pro inertia autẽ animę, rationẽ accepit: quorũ vſu corpus quidẽ armat, & modis omnib⁹ cuſtodit, animã autẽ omnibus ornat artibus. Sicut enim ſi innata aliqua haberet arma, illa ei ſola sẽper adeſſent: Ita & ſi artẽ aliquã natura ſortitus eſſet, reliquas ſanè nõ haberet. Quia vero ei melius erat omnibus armis, omnibuſq; artibus vti: neutrũ eorũ innatũ ipſi proptetea datũ eſt. Pulchrè igitur Ariſtoteles .q. manũ velut organũ quoddã ante organa eſſe dixit: pulchrè autẽ & aliquis noſtrũ Ariſtotelẽ imitatus rationem velut artẽ quandã ante artes eſſe dixerit. Sicut enim manus, quanquã nullũ ſit eorũ, quæ particularia ſunt, organa, quia tamen omnia rectè poteſt recipere, organũ eſt ante omnia organa: Ita & ratio, nulla quidẽ ex artibus eſt particularibus: omnes autẽ in ſeipſam recipere nata eſt: ob id ars ante artes fuerit. Homo igitur animaliũ omniũ ſolus, cùm artẽ ante artes in anima habeat, rationẽ: optimo iure organũ ante organa in corpore manũ poſſedit.] Hęc de manus excellentia dicta ex Galeni verbis hactenùs ſint. Reliquũ eſt igitur, vt ad oſſa pertranſeamus, Galeni (quem interpretamur) ordinẽ inſequẽtes, quæ ſacro oſſi cõmitti dicuntur, quùm ſic videlicet ipſe ſubdit.

l. 1. de v. p. cap. 3.

m. Contra Anaxagoram etiam Ariſt. 4. de part. c. 10.

n. Vide pro his etiã 15. de v. p. c. 7. 6. de loc. affect. cap. 6. circa med. 6. epid. cõmẽtario 5. com. 2.

o. Vide 2. phyſic. tex. 80.

p. 1. de v. p. cap. 4.

q. 3. de anima tex. 38. & vide 4. d̃ part. 10.

Περὶ τῶν πρὸ ἱερῷ ὀστῷ συντεταγμένων Κεφάλεον. ιθ'.

De ijs, quæ ſacro oſſi commiſſa ſunt. Caput Vndeuigeſimum.

TEXTVS PRIMVS.

Ταῦς ἀπὸ τῆ πλαγίων ἀποφύσεσι τῶς ὀρθῶς τε, καὶ μεγάλως τῆ πλατέος ὀστῦ συντέτακταί τινα δεσμὸν ἐφ' ὅλων

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 246 sur 292

©BIU Santé

„ ἅλων ἑαυτῇ ὄνομα κείμενον ἔχοντα. τὰ μὲ γαρ ἄνωθεν αὐτῆ μέρη τὰ πλατέα, λαγόνων ὀστᾶ καλέῖται: τὰ δὲ μετὰ τὴν
„ ἐπίβασιν ἔξωθέν τε, καὶ κάτωθεν, ἰσχίων ὀστᾶ: τὰ δ' εἰς τὰ ὀπίσω μέρη ἐντεῦθεν ἀνατεινόμενα, λεπτὰ, καὶ διατετρη-
„ μένα, καὶ συμφυόμενα κατὰ τὸ πέρας ἀλλήλοις, ἤβης ὀστᾶ.

„ Rectis, magniſq; lati oſſis lateralibus proceſſibus duo quędā oſſa cōſtructa ſunt, nullū nomen
„ ſibi ipſis impoſitū habētia. Superiores enim ipſorū latæ partes, Ilium oſſa nominantur. Exterio-
„ res autem, poſtq; femoris ingreſſum inferiores, coxendicum oſſa. Quæ autem inde in anteriora
protenſę, tenueſq;, & foratę, atq; inter ſeſe in extremo coaleſcentes ſunt, pubis oſſa vocantur.

COMMENTVM PRIMVM.

QVANVIS nullum toti oſſi proprium nomen à veteribus impoſitū ſit: Eadem tamen ratione, nominis ſcilicet carentiæ, recentiorum nonnullis nō temerè ἀνώνυμον, hoc eſt, innominatū, ſiue nomen non habens, nuncupare libitū eſt. Cùm verò in prima ætate, ad annum vſq; ſeptimum, in tria oſſa diſtinctum id fuerit (velut antea iam diximus .r.) Quæ per ſynchondroſim priùs vnita, quod eſt, per intermediam quādam chartilaginem, in os

r. In proœ. com. 5. in declaratione 4. cōcluſionis.



deinde ea chartilagine degenerāte, in vnū coaleſcant: Eapropter veteres illi anatomici puerilem ætatem perpendētes, vnicuiq; per ſe nomen pro-prium dedicarunt (prout in preſenti textu prędictum iam a Galeno eſt) videlicet vt ſuperius, omniumq; maximū, ac latiſſimum, ὀστῦν λαγόνων, ideſt, os ilium (vt latinè dicere ſolemus) appellarint: Quod in prima, ſecundaq;, & tertia figura literis Θ. & o. denotatū eſt, duabus quidem chartilagineis lineis à duobus alijs oſſibus diſtinctū: quarū prima quidem ab acetabulicentro ſurſùm, altera verò indidē extrorſùm exporrectæ: prima quidem ab oſſe tertio, ſecunda verò à ſecundo primum id diſtinguunt. Exterius autem, inferiuſq;, ac magnitudine mediocre aliud os, ἰσχίον, latinè verò coxēdicem, ſiue ex Celſo .ſ. coxam nuncuparint. Quod ſecundum os in prima, ſecūdaq;, & tertia figuris litera .m. deſignatum eſt: duabus interim lineis etiam determinatum, ſecūda videlicet ex prędictis, ac alia, quæ tertia eſt, ab eodem acetabuli centro alijs cōtermina introrsùm procedens, os quoq; id ſecundū à tertio diſtinguens. Signantur autem prędictæ lineę, prima quidem litera .p. in prima, & ſecunda figura: Secunda autem linea notatur litera .q. in tribus propoſitis: Tertiaq; demum linea litera .r. indicatur in prima, ſecūdaq; figuris. Anterius itaq; os, omniūq; minimum, quod à primo oſſe linea prima, à ſecundo autē linea tertia ſecernitur, ὀστῦν ἤβης Græcè, latinè os pubis, & ὀστῦν κτενός, quod eſt, os pectinis, nuncupatum eſt. Omnia tamen hæc tria oſſa, acetabuli, quod propriè apud Homerum (vt videbimus) ἰσχίον dicitur, partem quampiam conſtituunt: ſuperiorem quidē primū os efformat: anteriorem verò tertium os: Poſteriorem verò demùm, huncq; maiorem acetabuli partem ſecundum os complet. Vnde nomen ἰσχίον propriè magis ſibi vendicauit. Dicitur enim ἰσχίον, latinè coxendix, παρὰ τὸ ἰσχειν καθημένας, hoc eſt, ab eo, q̄ ſubſtinet ſedentes (immò etiam ſtantes) In id enim immiſſum femoris caput (vt poſteà videbimus) totū ſubſtinet corpus. Quam etiam ob rem, tametſi tria deinceps prædicta oſſa coaluerint, quibus nomina ſeorsùm impoſita fuerant, & in vnum reducta, reſeruataq; interim pro prædictis partibus eadem nomina: nihilominus tamen, deficiente totius oſſis ex tribus aggregati nomenclatura, Hippocrates, .ſ. Introductoriuſq;, .u. alijq; non pauci ex Græcis auctoribus, partis præcipuè ſubſtinentis nomine totum indicarunt, ἰσχίον veluti Celſus, coxam, illud appellantes: cui quidem toti etiam talis ſubſtentatio non temerè attribuenda eſt. Præſertim cum oſſis quoque ſacri proceſſus, ſuæ ſuperioris primæ partis ratione, ſubſtineat: quod quidem os ſacrum totius ſpinæ, ac per hoc vniuerſi etiam corporis baſis eſt. Cumq; (Ariſtotele etiam ipſo docente .x.) nates homini carnoſas natura fecerit, ad totius corporis requiem ſedendo vtilem: Eapropter ipſæ etiam natium carnes

Tria coxę oſſa.

ſ. Lib. 8. cap. 1.

ἰσχίον ſignificatio prima. ἰσχίον vbi de dicitur. t. 3. de art. tex. 96. u. Cap.

x. 4. d part. c. 10. verſus finem.

apud

©BIU Santé

apud Græcos ἰσχία nuncupari ſolent. Vnde Pollux dicebat .γ. [ἰσχία μὲν ἐσὶν αἱ ἑκατέρωθεν μετὰ τὴν ὀσφὺν σαρκώδεις προβολαί] quod eſt [Femora (vt interpres ibi vertit: ſed rectiùs nates) quidem ſunt vtrinque poſt lumbos carneæ prominentiæ.] Nec alia, quam firmationis, ac validiſſimæ ſubſtentationis etiam, ratione ἰσχίον dicitur etiam neruoſum illud ligamentum, quod validiſſimè femoris tuberculum eum acetabulo cõnectit. Vnde Pollux idem inquit .ζ. [καλεῖται δὲ καὶ τὸ νεῦρον τὸ συνέχον τὴν κοτύλην πρὸς τὸν μηρὸν, ἰσχίον] hoc eſt [Vocatur autem coxendix neruus etiam ille, qui acetabulum ad femur colligans eſt] De vtroq; autem ligamẽto quanuis intelligi poſſit, nonnulliq; de primo .α. potiùs acceperint: Nos tamen de ſecundo .β. magis ſcilicet terete intelligimus. Vnde & ipſe quoq; articulus eiuſdem coxendix dicitur, Græcè ἰσχίον. Vt ſtatim ſubdit, dicens [ὁμώνυμον δὲ ἐσὶν αὐτῷ καὶ τὸ ἄρθρον] hoc eſt [Eiuſdem verò nominis eſt ipſe etiam articulus] Eadem igitur nomenclandi ratione multa ſignificat dictio, ἰσχίον. Quocircà Homerus pro ipſo acetabulo (quod magis inferioris, ſecundæue prædictæ oſſis partis eſt) aſſumpſiſſe videtur: quùm ſic videlicet Iliados quinto ait .α. [τὸν βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον, ἔνθα τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνσφέρεται, κοτύλην δὲ μιν καλέυσι. θλάσσε δὲ οἱ κοτύλην. πρὸς δ' ἄμφω ῥῆξε τένοντε.] quod eſt [Hoc (ſcilicet magno lapide Diomedes, Æneæ) coxendicem percuſſit: vbi femur coxendici inuertitur, acetabulum verò nuncupant. Confregit autem ſibi acetabulum, duoſq; ad vtrunque (ſcilicet acetabulum, ac femur) abrupit tendones] tendones vocauit ipſa ligamenta, quæ talem articulum connectentia duo ſunt: alterum .γ. ſcilicet orbiculatim articulum ipſum vndiq;, aliorum articulorum inſtar, amplectens: quanquã illis quidem ſimilibus omnibus robuſtius exiſtens: Alterum verò .δ. huic peculiare eſt (de quo ſequens differet textus) teres, chartilagineumq;, ac ſua duritie validiſſimum, à medio femoris capite naſcens, & in acetabuli humillimam ſedem inſertum. In prædictis igitur verbis Homerus vel duntaxat acetabulum, ἰσχίῳ nomine, intellexit: vel totum id ſecundũ os, quod à parte acetabulũ quoq; nuncupari voluit. Sed hæc ad grãmaticos. Omiſſis igitur alijs huius nominis ſignificationibus, eiuſdemq; rationibus, ad Galenum cõuertamur, de prædicta iam femoris ad acetabulum per teres illud, validumq; peculiare ligamentum facta connexione loquentem, his verbis.

γ. Lib. 2. c. 57. poſt medium.

α. Ibidem c. 58. poſt princ.

α. 15. muſc. tab. fig. 17. p.

β. Ibidẽ o. & tab. 16. fig. 15. p.

α. Ante medium.

γ. Quod paulò ante primũ diximus.

δ. Quod ibidẽ diximus.

TEXTVS SECVNDVS.

Κοτύλη δ' ἐσὶν ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἰσχίων ἐνηρεθισμένη ἰσχυροδέσατῳ συνδέσμῳ, συμπερυκυῖα τῇ τοῦ μηροῦ κεφαλῇ.

Acetabulũ verò vtriq; coxendici magnũ validiſſimo ligamẽto cõnatum cũ femoris capite eſt.

COMMENTVM SECVNDVM.

SIVE pro toto oſſe, ſiue pro ſecũda eiuſdem parte ἰσχίον hic ſumpſerimus, verus Galeni ſermo eſt, q̃ ſcilicet in vtroq; latere iſchion, ſiue coxendix acerabulũ habet: in quod quidem femoris caput inſeritur, perq; validiſſimũ ligamentũ illi annectitur. Cumq; ligamentũ illud vtriq; oſſi adnatũ ſit: veluti & aliud quoq; .ε. in orbem articulum cõplectens vtriq; oſſi tàm ſcilicet coxẽdici, quàm femori cõmune eſt. Ideò per ſymphyſim coaleſcere, atq; vniri, proferri poſſunt. Licet non per ſe, ſiue per immediatam: ſed (vt anteà .b. iam dictum eſt) per ſynneuroſin: ideoq; per mediatam, ſiue per accidẽs factam ſymphyſim; quia per aliud, puta per intermedium ligamentum: quod neruus etiam nuncupatur (vt oſtendimus .c.) Haud enim abſurdum eſt, eadem per ſymphyſin, ac per hoc propter quietem: & per articulum, ac per hoc propter motũ, diuerſis rationibus copulari (prout anteà quoq; demonſtrauimus .d.) Mirandum igitur hic minimè eſt, ſiquidem Galenus συμπερυκῖαν, hoc eſt, connatum, ſiue coaleſcens eſſe ipſum acetabulũ cum femoris capite inquit. Id quod tametſi per vtrunq; ligamentum verum ſit: Nihilominùs tamen de proprio, ſpecialiq; ligamento intelleximus: cùm primum illud omnibus cõmune ſit, vt de eo meniniſſe hic penè ſuperfluũ dici potuerit. Ex his autem, priùs, quàm vltra progrediamur, huius oſſis, de quo loquimur, conſtructio tàm cum femore, quàm inter ſuas inuicem partes patet. Velut enim cum femore per ſynneuroſin, atq; etiã muſculorũ (vt poſteà videbimus) ratione, per ſyſſarcoſim: Ita partes eius inter ſe in puerili ętate per ſynchondroſim, deinceps autem per immediatam ſymphyſim, coaleſcunt: in os videlicet degenerante (prout anteà iam diximus .e.) intermedia illa chartilagine. Conſtruitur verò etiam Ilium os cum oſſe ſacro per ſynchondroſim, hoc eſt, per intermediam quandam chartilaginem, vſq; adeò tamẽ paruam, leuemq;, glutinis modo interillitam: vt ferè immediata ſymphyſis eſſe appareat, quæ tamen per elixationem promptè liquabilis eſt. Niſi in ſeneſcẽtibus interdùm exquiſitiſſimè coaluerint, ea chartilagine aſſiccata, & in oſſis naturam conuerſa. Quòd ſi aſperitates quędam, atq; inęqualitates vtrobiq; ſint: videlicet in oſſis Ilij nuncupati poſteriore parte, qua

ε. Quod præcedẽti com. poſuimus.

ζ. Quod ibidẽ primũ poſuimus.

b. In procę. com. 21. verſus finem.

c. Ibidẽ tex. & com. 22.

d. Ibidem com. 10. & 21.

Cõſtructio

ε. Com. præcedenti.

cum

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 248 sur 292

©BIU Santé

cum ſacro cõmittitur, ac ipſius etiã ſacri oſſis proceſſibus: adeò vt multæ tuberoſitates, atq; etiã ſinus in vtroque ſint: ac viciſſim alterius tubera in alterius ſinus, & econtrà mutuo quidem congreſſu recipiant, recipianturq;: Haud tamen ob id ad ginglymon talis cõſtructio reducitur: quæ propter motum articulatio eſt. Sed propter firmiſſimã quietem ſymphyſis eſt. Anteriùs demum ad pubis oſſa, dextrum cum ſiniſtro inuicem per ſynchondroſim, hoc eſt, per intermediã chartilaginem, tàm in maſculis, quàm in fœminis cõmittantur, multam quidem ab initio, procedente autem ætate pauciorem, ſenſim degenerante in os intermedia illa chartilagine, quanuis nunquã penitùs ita ſicceſcat vt ſynchondroſis deſtruatur. Nec aliter vniri huiuſmodi oſſa cõtingit. Oſſis Ilium figura impensè varia eſt: ſuperiùs tamen ſemicircularis eſt, muliebri ventilabro non abſimilis. Quam tertia præſertim figura litera .o. præſefert. In cuius apice, ſupremaue ſede appendix eſt characteribus 11. 12. 13. & 14. in 2. & 3. figuris annotata. Quæ ab anatomicis, Ilium ſpina nuncupatur. Velut externam eiuſdem oſſis faciem: quam ſecunda etiam, tertiaq; figura literis .o. vel .Θ. indicant, Ilij dorſum ijdem appellant. Quanquam duo hæc nomina Galenus nõnunquã pro eodem, vera ſcilicet ſpina, confundere apparet. Totius propoſiti oſſis vſus quadruplex a natura intentus eſt. Primus quidem, vt oſſi ſacro tanquam totius dorſalis ſpinæ, quæ corporis velut carina eſt, baſi annexũ Ilium, ac per hoc totum os, corpus vniuerſum, tam ſedendo, quàm ſtando, atq; etiam mouendo, ſubſtineat. Eſt enim ſcapulæ oſſi proportionale: velut illud inquã articulando humero, ita & hoc articulando femori percõmodum: ſicq; velut illius ope humeri articulus firmatur, ac vario modo mouetur, circumduciturq; : ſic & huius ope femoris articulus nõ firmatur modò, ſed quoquouersùs etiam cõmouetur. Eſt igitur nõ ſuperiorũ modò, ſed inferiorum quoq;, ac per hoc totius corporis baſis. Secundus verò vſus eſt, vt cu eodẽ ſacro oſſe vtrinq; annexum id os, quandã veluti peluim efformet, quæ inteſtina, præſertimq; rectum, ac veſicam, necnon in mulieribus vterũ quoq; concinnè cõprehendens, muniat, ſubſtineatq;. Tertius verò dein vſus eiuſdem oſſis eſt (cuius ratione nõ magnum modò, ſicuti propter duos alios prædictos vſus effectum eſt, ſed etiam vario modo figuratum, variſq; ſinibus, atq; prominentijs, & aſperitatibus dotatum eſt) vt diuerſorum muſculorum principium, baſiſq; ſit. Qui, niſi nos memoria deceperit, vel error in cõputando ſucceſſerit: ad quatuor & viginti reducentur. Imprimis igitur quinq; muſculorũ principia ex prædicta Ilium oſſis appendice ortum habent, quam paulò ante Ilij ſpinam appellari diximus. Primum quidem tranſuerſi abdominis muſculi .α. ab interna eius ſede ortum habẽtis, ob id quidem compreſſa, amplioreq; ibidem reddita tali ſede, vt cõmodiùs, validiuſq; tale principium oriatur. Secundum verò, aſcendentis muſculi .β. etiam abdominis à media eiuſdẽ appẽdicis regione. Tertiumq; .γ. ab externo eiuſdem ſpinæ latere oboriens (quòad infernam ſcilicet ſui partem) deſcendentis muſculi principium, ſedeſq; eſt. Hęc inquam tria ex tota appendicis ſpina ortum ducunt. Præter quæ, alia duo ſunt muſculorũ principia, quæ ab anteriore duntaxat eiuſdem appendicis ſede oborta ſunt. Alterum .δ. quidem tibiæ motorũ primi, alterum .ε. verò eorundem ſexti. Præter hos verò quinq; muſculos, alij tres ab eiuſdem oſſis Ilij externa regione, quam appellari dorsùm prædiximus, originem ſumpſerũt: Primus .ρ. inquam, ſecunduſq;, .ν. ac tertius .θ. femur mouentium muſculi. Vltra quos prædictos octo muſculos, alij duo ab interna oſſis eiuſdem Ilij regione enaſcuntur: videlicet dorſi quintus, .ι. ac femoris ſeptimus. .κ. Ab eiuſdẽ verò interno latere, quo in poſteriora fertur, extra ſacrum os prominens, muſculi tres ſuę originis partem ducunt, videlicet thoracem mouentium quartus, .λ. dorſiq; motorum ſextus, .μ. & ſeptimus. .ν. Eſt autem & in oſſe hoc Ilij tuberculum .ξ. quoddã exterius ſupra ſinum poſtea declarandũ: quod Ilium oſſi, & coxendicis cõmune exiſtens, nono tibiæ motorum muſculo .ο. principiũ prębet. Qui muſculus ab Ilio naſcentibus prædictis adiunctus ordine quartuſdecimus erit: Quintuſdecimuſq; tandem femur mouentium decimus .π. ab eiuſdem oſſis Ilij extuberante linea originem habens: quæ quidem ab ea eiuſdẽ oſſis ſede oritur, qua primi oſſiculi ſacri oſſis proceſſui tranſuerſo cõmittitur. Hi igitur quindecim ab Ilij oſſe pronaſcentes muſculi ſunt. Ab oſſe autem coxendicis alij ſex, ſeu mauis dicere (& quidem rectiùs) quatuor noui muſculi principium ducunt. Ab acuto enim, poſterioreq; eiuſdem proceſſu, prętęr ligamentũ inde exoriens, & in tranſuerſum quinti oſſiculi ſacri oſſis proceſſum pertinens, ſeu dicere mauis econtrà, aliud femoris quoq; motoris muſculi tanquã ſecundũ principiũ exoritur. Quem muſculum femoris vndecimum dicere poſſemus: veluti & aliud quoq; inferius principiũ ab appendice oſſis coxendicis enatum femoris duodecimũ proferre poſſemus. Rectiùs autẽ decimi femoris muſculi tria principia determinantes, ad quatuor nouos ab oſſe coxendicis pronaſcẽtes muſculos peruẽniamus: qui ab eius appendice principium ducunt. Sunt enim tibię motorum tertius, quartuſq;, & quintus, atq; etiam femoris motorũ quinti maxima portio. Tibiæ inquã tertius .ρ. ab elatiore ipſius, poſticaq; eiuſdem ſede originem ducens. Quartus .ſ. verò ab acutiore magis parte. Quintuſq; .τ. deinceps, ac demùm femur mouentiũ quintus .υ. omnium poſtremus antorsùm eſt, maximam appendicis prædictæ portionem occupans, ad pubis vſq; regionem. Ex anteriore autem

Figura.

Spina.

Dorſum.

Vſus totius oſſis quadruplex.

Ab oſſe toto muſculi 24.

Ab oſſe Ilij 15.

α δ. *muſc. tab.* Δ 5. γ β 4. *tab.* π γ 1. *tab.* Θ δ 1. *tab* Σ ε *Ibidẽ* φ. ρ 9 *tab.* π. ν 10. *tab.* Σ θ 11. *tab.* Σ ι 8. *tab.* Ξ κ *Ibidẽ* Λ λ *tab.* 12. Δ. μ 13. *tab.* Γ. ν 14. *tab.* Γ. V. ξ *Hic* 2. *fig.* α. ο 4 *tab.* φ. π 13. *tab. fig.* 16. F. G.

Ab oſſe coxẽdicis quatuor. ρ 10 *tab.* φ. ſ *Ibidẽ* Ψ. τ 11. *tab.* Ψ. υ *Ibidem charac. et ac* 12 *tab.* Ω.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 249 sur 292

©BIU Santé

Ab osse pubis musculi quinq;. φ tab. 8. Ψ

χ tab. 5. Δ

Ψ tab. 15. fig. 16. Δ.

ξ tab. 7. α

ζ tab. 16. fig. 14. l. k.

Vsus quartus.

f. In proœ. com. 1. Temperamentum.

Vsus.

Magnitudo.

Substãtia.

Foramina.

Figura.

Numerus.

Sensus.

Sinus quq;

Vsus.

α tab. 8 Θ

β tab. eadem Λ.

Vsus.

Vsus.

Vsus.

γ tab. 15. fig. 16. F. G. H.

Processus tres.

ſ 4 tab. φ

huius (de quo in præsenti capite loquimur) ossis parte: quæ peculiari nomine pubis os nuncupatur, secundùm diuersas eius sedes, quinq; alij musculi principium habuerunt. Vnum .φ. quidem eius musculi, quem femur mouentium nonum dicimus. Huius enim principium ex membrana pubis ossis foramen obturãte, ac ipso etiam osse circa foramen ortum habet. Ex superiore autem eiusdem ossis pubis sede, qua cum sibi socio cõmittitur, rectus abdominis musculus .χ. principiũ sumit. Idq; secundũ est. Quemadmodũ ab anteriore eiusdem cõmissionis sede tibiæ motorũ secundus .ψ. vtrinq; pronascitur. Vbi scilicet tubereculũ quoddam ad hoc dicatum à natura fabricatum est: tertiumq; ad pubis musculorũ principium est. Quartum .ξ. verò est octaui musculorũ femur mouentium, quod ab ea prominentia ossis oritur, quæ in anteriore pubis ossis sede existit, ab interiore scilicet ossis acetabuli latere, ad pubis ossium vsq; prædictam cõmissuram. Est autem id musculi principium illa quidem è regione oppositum, quod ab interna eiusdem ossis protuberante linea enasci diximus, musculi videlicet femur mouentiũ decimi. Quintum deniq; musculi .ζ. principium est eius, qui penis secundus est: ab inferiore pubis ossis sede pronascens, sub penis corpore iuxta coxendicis appẽdicis extremitatem. Tertius igitur ex prædictis vsus liquet, qui est, vt à præsenti toto osse musculi viginti quatuor sua principia suscipiant: speciatim verò ab ea parte, quæ Ilium os nuncupatur, quindecim: ab alia verò, quam os coxẽdicis dicimus, quatuor. Ab eaq; demùm, quæ pubis os appellatur, quinq;. Adeò vt à tota quidẽ pelui, præter os sacrum, quadraginta & octo musculi pronascantur. Quibus quidẽ tribus vsibus quartus quoq; addi ex prædictis potest, ipsius videlicet corporis penis origo. Ratione cuius substantiæ, musculorũq; omnium prædictorũ, vel tubercula, seu prominentiæ, vel asperitates singulis in locis, vnde oriuntur, existunt. His præmissis, octo fatuum abnitio proposita .f. contemplari tempestiuũ est. Temperamentum igitur, velut aliorum omnium ossium sæpiùs iam præscriptum est, frigidum inquam, & siccũ, ac terrestre est. Quadruplex verò vsus iam iam declaratus est. Magnitudo, tametsi quoad longitudinem, à femore, tibiaq;, & sura, necnon ab humero, cubitoq;, & radio, quinimmò a pluribus costis superetur: latitudine tamẽ reliqua omnia corporis ossa excellit, propter vsus iam iam prædictos. Substãtia verò fungosa, neq; admodùm dura, multisq; interim foraminibus pernijs etiam prædita: per quæ internas partes nutritura vasa penetrant. Vltra magnũ illud coxendicis, ac pubis ossis commune foramen omnium, quæ in corpore sunt, foraminum in ossibus exsculptorum maximum, non ratione tantùm leuitatis, sed cõmodioris enim ortus, absq; impediente mole, ipsius musculorũ femoris mouentium noni: cõmodioriq; sedis, nedùm ortus, musculi eiusdẽ femoris decimi. Quod foramen à porta, seu ianua: quæ πύλη Græcis dicitur, q. d. portiforme nuncupari solet: ob eius scilicet magnitudinẽ. Figura, numerusq; prædicta iam sunt. Sensusq; tandem, aliorum omniũ ossium, præter dentes, instar, omni destitutũ huiusmodi os est. Sinus quidem effatu digni in huiusmodi toto osse quinq; pernotãdi veniunt (præter acetabulum: de quo tãquam ingenti fouea potiùs, quam sinu, postea loquemur) tres quidem anteriores, duo autem posteriores. Anteriorum supremus ille est, quem antea declarãdum proposuimus, coxẽdicis ossis proprius, in elatiore scilicet, interioreq; ipsius sede exculptus litera .s. in secunda figura notatus inter duo quidem tubercula: quorum alterum superius prædictum iam coxendicis, ac Ilium ossibus cõmune est, nono tibiæ motorum musculo principiũ præbens (veluti prædiximus) alterum verò inferius coxendici proprium est, eidem coxendici, præsertimq; ipsius acetabulo robur adaugens. Per hunc igitur sinũ femur mouentiũ musculi sexti, .α. ac septimi .β. tendones, primusq; crus petentium neruus cõmodè pertransiunt. Quorum ratione, vt recte scilicet, concinneq;, ac leuiter conuoluantur, atq; reflectantur, ligamẽtum ibi lubricum, ac velut oleo inunctum educitur. Propter cuius ligamenti validiorem eductionẽ, nonnulla in tali sinu foraminula cæca, in emundato iam osse, cõspiciuntur. Secundus verò sinus pubis ossi proprius est, quanuis non adeò præcisus, è regione maximi prædicti foraminis, parte quidem pubis superiore litera .s. in prima, & secunda figura indicatus. Per quem maximæ crus petentes vena, & arteria, vna cum secundo in idem prorepente neruo, descendunt. Tertius autem eiusdem ossis pubis, sed manifestior interim sinus est, in parte scilicet superiore maximi foraminis, litera .s. in prima figura indicatus. Per quem vena, neruusq;, & arteria in femur digerẽdi pertrãseunt, vix ad ipsum genu peruenientes. Quartus verò sinus in coxendicis acetabuli tergo, supra acutum processum est, in secunda, & tertia figura charactere 15. notatus. Per quem neruus crus adeuntium quartus omnium corporis neruorũ tanquam ex pluribus cõpositus maximus existens cõmodè pertransire queat. Quintusq; demùm sinus est sub acuto prædicto processu, in acetabuli tergo, medusq; interim inter dictum processum, & coxendicis appendicem existens, litera .q. in prima, & tertia figura denotatus. Per quem, veluti per trochleę rotulam, decimus .γ. femur mouentiũ musculus tutò reflectitur. Sed de processibus nonnihil attingere volentes, tres eos esse effatu dignos recolligamus: Primum quidem anteriùs, quem cõmune coxendicis, atq; Ilij ossis tuberculum, supra primum paulò ante declaratũ sinum existens, & à quo nonũ .δ. tibiæ musculũ oriri prædiximus

litera

©BIU Santé

litera .e. in ſecunda, & tertia figura denotatum. Secundum verò pubis oſſis proprium, parte ſcilicet anteriore, qua pubis oſſa inuicem ſuperiùs cõmittuntur, &. β. litera in prima figura indicatum, à quo tibiæ motorum muſculum ſecundus .ε. ſuæ originis principium ducere, prẽoſtendimus. Tertiumq; demùm poſteriùs coxẽdicis oſſi propriũ, quem acutũ nominauimus proceſſum: inter quartum, & quintum præſcriptos ſinus prominentem, à quo muſculum femoris vndecimum, ſiue potiùs decimi portionem enaſci tetigimus: hunc litera .γ. in tertia figura nobis indigitat. Integrum verò tibi fuerit alios etiã proceſſus annotare. Appendices autem duas paulò ante iam innuimus: ſupraq; clariùs annotauimus: .g. Alteram quidem in ſuperiore oſſis Ilij ſede, quam eiuſdem oſſis ſpinam nuncupauimus: Alteram verò in inferiore coxendicis parte: quam eiuſdem oſſis baſin dicere poſſumus. Ambę quidẽ per ſe notę ſunt. Priorq; in ſecunda, & tertia figura characteribus .o. 12. 13. 14. inſignita. Poſterior autem in prima, & ſecunda figura à litera .n. denotata. Reliquũ eſt vt de coxendicis acetabulo (de quo prẽſens contextus loquitur) quædam adiungamus. Id enim corporis omnium ad dearticulationem dicatorum, ſiue finuum, ſiue acetabulorum maximum, profundiſſimumq; eſt. Circa quod quatuor perpendenda occurrunt. Primum, ꝙ in inferiore ipſius ſede antorsùm magis, ab acetabuli fundo deorsùm aſperitas quædam eſt, ſupra quidẽ maior, infrà verò minor multis cęcis foraminulis oppleta. Vnde teres illud primũ ligamentũ (de quo prẽſens Galeni ſermo eſt) exoritur, quod in femoris caput inſeritur. Reliquæ verò eiuſdẽ acetabuli partes læui, lubricaq; chartilagine, ob dearticulationis motus facilitatem, incruſtatę ſunt. Secundum, ꝙ perlibrandum venit, eſt, ꝙ huius acetabuli ſupercilium tali aſperitati, ac ligamẽti exortui reſpondens, inciſum, depreſſumue eſt, iuxta magni foraminis prędicti coxendicis, ac pubis oſſibus cõmunis medietatem. Tertium ſequitur, ꝙ huiuſmodi ſupercilium anteriore in parte, qua primũ iam iam declaratum ſinum, eoq; inferiorem protuberationem reſpicit, depreſſius, ac tenuius protuberat, quam in partibus alijs: vt ſcilicet ſedentibus hominibus femur in acutum angulum flecti introrſum abſq; impedimento, faciliùs queat. Eleuatiùs autem in alijs partibus meritò attollitur, vt firmiùs, ſiue ſtantibus, ſiue quouis modo mouentibus femur idem extendi, ſiue in poſteriora duci poſſit. Quartum deniq; notandũ ſuccedit, ꝙ in externa eiuſdem ſupercilij regione foraminula quoq; cæca quãplurima viſuntur: E quibus validiſſimũ alterum orbiculare ligamẽtum educitur: quod femoris caput coxendicis oſſi fortiter alligat, ipſumq; articulum ſubſtinet. Non tamen adeò validiſſima duo hæc ligamenta, eorumq; nexus ſunt, quin interdùm frangi, ac diſſoiui queant: vnde luxationem fieri, claudicareq; hominem cõtingit. Omne ſiquidẽ morbi genus tàm os prẽſens, quàm ipſa etiã ligamenta pati queunt. Hæc igitur omnia de toto coxæ, ſiue coxendicis generatim dicto oſſe prætacta, non in maſculis modò, ſed in fœminis etiam intelligẽda veniunt. Quicquid deridendi quidam medici anatomes prorsùs ignari palàm prędicare ſoleant. Oſſa videlicet pubis in mulieribus perſerratilem quandam, futurarũ inſtar, cõpaginem ſibi inuicem innecti: quæ (vt aiunt) partus tẽpore diuaricentur, quò faciliùs, ac promptiùs fœtus ipſe foràs egrediatur. Quanquam non pœnitus negligenda noſtri cuiuſdam vetuſtioris prœceptoris hiſtoria (alia tamen, non ea, quam ipſe dicebat, ratione) venit. Sericam nanq; velluti veſtem ſe lucratum eſſe iactabat à quodam ditiſſimo mercatore, ob raram, ingenioſamq; curationem in illius enixa iam vxore factam. Etenim (vt ille medicus referebat) cùm in partu vſq; adeò ſerratilis illa oſſium pubis inuicem facta cõpactio diuaricata fuerit. adeò vt dextri oſſis dentes cum ſiniſtri dentibus occurrerint, ad propriam à partu reduci cõſtructionem minimè potuerunt. Quam ob cauſam vehemẽtiſſimo dolore cruciabatur mulier, mortem potiùs exoptans, quàm adeò tyrannicè torqueri. Quo quidem viſo, referenteq; obſtetrice, ſe maius oſſium foramen, ſiue inter ea ſpatium intermediũ tangere: Prædictam oſſium pubis luxationem eſſe, tùm amplitudinis loci, tùm eruciantis doloris cauſam exiſtimans, tametſi quòad cognitionem ignauus, quòad curationẽ tamen, ſiue ex accidenti, ſiue diuino potiùs afflatus ſpiritu ſolertiſſimus ille medicus mulierem lata, validiſſimaq; faſcia per nates, & coxendices, ac pectinem ligari in orbem iuſſit, validiſſimeq; conſtringi: ſperans quidẽ (vt inquit) vehementi hac cõpreſſione diſtracta iam pubis oſſa in propriã ſedem, propriamq; cõſtructionem reducere. Nec ſe à tali intentione fruſtratum eſſe ſubdebat. Strepitu enim quodam ex oſſium inter reducẽdum attritione facto (quem nõ ipſa patiens modò, ſed aſtantes quoq;, ac prẽſertim mulieres illę, quæ faſciam vtrinq; trahendo cõſtringebant, clariſſimum audiuerunt) quamprimũ, non ſecùs ac in luxatorum omnium repoſitione contingit, ſedatus dolor eſt. Cuiuſmodi celerrima ſedatio conceptam iam de luxatione, ac reductione ſentẽtiam cõprobauit. Verùm enimuerò nos hiſtoriam hanc abnegare nõ cogimur: Sed eam libenter tanquam veriſſimam admittere, curationis quoq; modum cõprobantes. At interim oſſium pubis ſerratilem, aut digitatã (prout ipſe etiã aliquãdo proferebat) conſtructionẽ abnegamus, ac eorum ex conſequenti luxationem extitiſſe, tanquam falſiſſimum reprobamus. Adeò vt nõ mendacem, ſed quòad hoc ignarũ eum medicum concludamus. Ex coccygis enim oſſis retractione, aliquantulaq; luxatione talẽ euẽtiſſe caſum, firmiſſi-

tab. 15. fig. 16. D.

Appẽdices duæ.

Acetabulũ.

Morbi.

Pubis oſſa in fœminis vt in viris. Cõtra nõnullos.

Hiſtoria.

Hiſtoriæ cõprobatio.

Rationis impugnatio.

Ratio vera.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 251 sur 292

©BIU Santé

mè tenemus, quā obſtetrices præcipuè ſuo medio longiore digito (ac per hoc inſami nomine ſalto) in anum immiſſo, præter magni fętus cōpreſſionem, efficere nonnunquā ſolent. Vnde tam in ſibi cōnexo quòad inferiorē partem primo femoris muſculo. (prout antea iam tetigimus. *b.*) quàm in ipſius ſedis muſculis, ſubſtantiaq;, ac omnibus ſibi cōnexis ad muliebre pudendū vſq;, immenſum proueniſſe dolorem, veriſimillimū eſt. Non minùs autem ad coccygis reductionem talis natiū cōpreſſio cōmoda eſt. Eapropter doloris celerrima ſedatio, tenſionibus vndiq; ceſſantibus, ſuccеſſit. Nōnulli autem minùs imperitè intermediam illam oſſium pubis chartilaginem extendi, laxariq; in parturientibus, ad ipſius videlicet partus facilitatem, machinātur. Cuius tamen chartilaginis cōpactionem, ac duritiem ſi boni viri cōſpexiſſent, talem profectò, tantamq;, vt acutiſſimo, ſiue ſcalpello, ſiue quouis cultro diſcindere difficillimū ſit: in eum errorem minimè cecidiſſent. Sed omiſſis huiuſmodi reliquis ob anatomes imperitiā multorū fatuitatibus, cōlophonem huic capiti imponere volentes: verum eſſe concludamus, mulierū clunes ampliores, latioreſq; propter maiorē peluis dictę capacitatē, fuiſſe. Ideoq; in præſentis oſſis coxę deſcriptione, ſex differentias inter fęminas, & viros obſeruauimus: tres quidē quòad oſſa Ilium, duas verò quòad oſſa pubis, ac ſextam deniq; quòad oſſa coxendicis. E quibus alię duę cōſequuntur differentiæ, quòad peluis quidem capacitatem altera: altera verò quòad portam exitus ipſius fętus. Singulas igitur oſtēdamus: tres quidem ad Ilium oſſa pertinent. Quarū prima eſt, q̄ Ilium oſſa in mulieribus multò ampliora ſunt, quam in viris. Secunda, quoniā eorundē oſſium ſpina longè magis in latera fęminis educitur. Tertiaq; demùm, quoniā eadem oſſa extrorsùm inſigniùs excauantur. Ad pubis autem oſſa ſpectantes aliæ duæ differentiæ ſunt. Quarū prima eſt, q̄ oſſa hæc in mulieribus anteriùs breuiore lineā ſibi inuicem cōmittuntur. Secūda verò eſt, quoniā infimę eorundē oſſium partes multò magis ſub ipſorū cōnexu diremptę ſeiunguntur, ac veluti ſinuatę, tenioreſq; redditæ magis abinuicem diſtant. Sextaq; demùm differentia eſt, quòad oſſa coxendicis. Eorum nanq; infimę partes in mulieribus longè magis abinuicem diſtant, dextra ſcilicet à ſiniſtra, quàm in viris. E quibus quidem omnibus, tam geſtationis fętus, quàm partus quoq; facilitatem à natura mulieribus condecentem exhibitam fuiſſe compertiſſimum eſt. Geſtationis inquam facilitas, ex tribus primis differentijs maiorem peluim in muliere eſſe præferentibus, liquet. Vnde ſeptima colligitur differentia. Partus autem promptitudo, ex tribus aliis differentijs ampliorem inter coccygis, & infimarum partium, tàm coxendicis, quàm pubis oſſium portam oſtendentibus, patet. Vnde octaua differentia neceſſariò conſequitur, ne coacta fuerit natura in talem pubis oſſium minimè tutam, & miſerabilē potiùs diſſolutionē, ſiuę laxationē fruſtrà peruenire. Sed de huiuſmodi oſſe coxæ vlteriùs, quā propoſueramus, quadā quaſi ſermonis conſequentię neceſſitate ducti ſermonem protelauimus. Quoniā igitur nō modò ſuperiorū: ſed inferiorū quoq; omniū articulorū motus id os baſis, ac firmamentū eſt. Idcircò cùm de ſacro oſſe locuti priùs fuerimus, ciuſq; ad coxæ prędictum os connexione: *i.* cuius ratione ſuperiorū omnium fundamenta ſunt: Tempeſtiuū eſt, vt nunc ad femoris os, ciuſq; cum coxa dearticulationē conuertamur: quò inferiorum omnium partium motus eliqueſcant.

Περὶ μηρῶν. Κεφάλεον. κ.

De Femore. Caput Vigeſimum.

TEXTVS PRIMVS.

Τὸ κατὰ τὸν μηρὸν ὀστοῦν, μέγιστον μὲν ἁπάντων ἐστὶ τῶν κατὰ τὸ ζῷον. Διάρθρωται δ' ἄνω μὲν, πρὸς ἰσχίον· κάτω δὲ πρὸς κνήμην.

Magnitudo. Femoris os omnium animantis oſſium maximū eſt. Dearticulatur autem, ſuprà quidem, coxendici, infrà verò tibiæ.

COMMENTVM PRIMVM.

QVM de cruribus noſter ſermo futurus ſit; Quorum in mouēdo femur, velut in ſtando pes baſis eſt. De his aliquantulùm ex Galeno priùs digrediēdum eſt. Cur ſcilicet homo duobus, non quātuor, vt quadrupeda, multoq; minùs pluribus, vt multa etiā animalia ſunt, donatus eſt? Huius enim dubij ſolutio ſummaria eſt, q̄ propter manus homo factus neceſſariò bipes eſt: veluti ſolus propter manus ſtare, ac ſedere ſolus etiā poteſt. Propter manus inquā, vt ſcilicet illis cōdecēter vti in ſuis operationib⁹ omnibus queat. [Manus igitur (vt inquit *k.*) homo omniū animaliū ſolus habuit, organa animali ſapienti conuenientia

Bipes

i. Supra cap. 10.

k. 3. de v. p. cap. prim.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 252 sur 292

©BIU Santé

„ Bipes verò ipſe ſolus inter pedeſtria factus (omiſſis Satyris hominem quòad hæc immitantibus)
„ & erectus: quia manus habuit. Cùm enim neceſſariũ ad vitã corpus ex his partibus: quæ in tho-
„ race ſunt, & vẽtre cõpleatur, egeatq; cõlis, ideſt cruribus, ſeu artubus ad greſſum: In ceruis qui-
„ dẽ, canibus, equis, & alijs ſimilibus anteriora cõla poſterioribus ſimilia facta ſunt. Idq; ipſis con-
„ fert ad velocitatem. Homini verò (neq; enim propria indigebat velocitate, vt qui equum ſua ſa-
„ pientia, & manibus erat domiturus, fuitq; multò melius pro velocitate organa habere ad omnes
„ artes neceſſaria) anteriores artus manus factæ ſunt. Cur autem non habuit quatuor crura, & prę- Dubium.
„ tereà etiam manus, ſicut Centauri? Quoniam primò quidem impoſſibilis eſt ipſi naturę corporũ Reſponſio.
„ adeò differẽtium miſtio] Secundò quoniã etiam ſi poſſibilis eſſet, abſurda nihilominùs interim
„ eſſet, ac nutriri, viuereq; impoſſibilis. Tertiò quoniã dato cp poſſibilis eſſet, viuereq;, ac nutriri
„ poſſet: inutilior tamen, & minùs cõmoda talis conſtructio, quam humana foret. Deus autem, &
„ natura quod melius eſt ſemper eligunt. Vt autẽ clariùs hęc ex Galeno liqueant, ſigillatim ex eius
„ verbis enucleentur. Impoſſibilis (inquit) eſt corporũ adeò differentiũ miſtio. [Non enim ſicut Quòd im-
„ Plaſtæ, & Pictores ipſi, tùm colores, tùm figuras ſolùm ipſorũ natura cõpoſitura erat: Sed etiam poſſibilis
„ ſubſtantias totas cõmiſtura, quæ impermiſtæ, ac purę ſunt. Neq; enim ſi coitus quidã venereus centaurorũ
„ homini cũ equa fiat, perficient matrices ſperma. Pindaro autem, ſi vt Poeta quidẽ recipit illam, generatio.
„ quæ fertur de Centauris, fabulam: condonandũ eſt. Si verò vt ſapiens vir, & ſibi plus vulgo poe-
„ tarum ſcire quiddam aſſumens, audebat ſcribere (quòd equis magnetidibus bellicoſis cõmiſce-
„ bantur: ex quibus oriebatur exercitus mirabilis ambobus progenitoribus ſimilis, inferna quidem
„ parte, matri, ſuperna verò, patri) accuſandus eſt, cp ſibi ſapientiã arrogauerit. Equa enim aſini,
„ & aſina equi poterit certè recipere ſperma, & retinere, & perficere ad animalis miſti generatio-
„ nem: Ita & lupa maſculi canis. Canis verò ipſa nõ lupi ſolum, ſed & vulpis, ſicut & vulpes canis.
„ Equa autẽ hominis ſperma fortaſſis ne receperit quidẽ in ſinus matricis. Longiori enim puden-
„ do opus fuerat. Si quãdo autem ſuſceperit, corrumpat vtiq; vel mox, vel nõ multò poſt. Verùm
„ ò Pindare, tibi quidẽ cantare, & fabulari concedimus, ſcientes poeticã muſicam, inter alia pro-
„ pria ornamẽta, maximè ipſo miraculo egere. Admiratione enim velut attonitos reddere vultis,
„ opinor, & delectare auditores, non docere. Nobis autem, quibus de veritate non de fabulis cura
„ eſt, ſatis conſtat ſubſtantiam hominis, & equę omninò miſceri non poſſe.] Et hæc quòad primũ. Si genere-
„ Quòad ſecundũ verò dicemus [Quòd ſi conceſſerimus in conceptu ſaltem, & miſceri, & perfici tur cẽtauri
„ hoc animal ita abſurdum, & alienum. At quibus nutrimentis nutrietur iam natũ, nõ ſane inue- nec nutriri,
„ niamus. An herbis quidẽ quibuſdam, & hordeis crudis inferiora, & eadem equina: coctis autem nec viuere
„ & humanis cibis ſuperiora? Melius certè fuiſſet itidem & duo ora ei fuiſſe, hoc quidem humanũ, poſſent.
„ illud autẽ equinum. Erat itaq; (ni fallor) duo etiã corda habiturus, ſi quid ex pectoribus oportet
„ coniectare.] Sed hæc quòad ſecundũ. Quòad tertiũ verò ſic dicemus [Quòd ſi quis etiam miſſa Si viuerent
„ fecerit omnia hæc, quanquã abſurda, conceſſeritq; gigni poſſe, & viuere hunc equinis prędictũ inutilior
„ cruribus hominem: nihil accedet ex huiuſmodi conſtructione, pręterquam velocitas: neq; hæc corũ con-
„ ſimpliciter, neq; in omnibus locis, ſed in planis, & ęquibus ſolùm campis. Si verò aliquãdo opus ſtructio.
„ fuerit per accliue currere, aut per decliue, aut per obliquum, aut per inęquale, ea, quæ nunc eſt,
„ conſtructio humanorũ crurum multò eſt melior. Ad eundẽ verò modum, & tranſilire, petraſq;
„ acutas, & rectas prętergredi, & omninò omnes locorum difficultates ſuperare cõmodiùs poterit
„ homo, quam monſtroſus ille centaurus. Vellem autem videre eum, vel domos ędificantem, vel
„ naues fabricantem, vel per malum ad antennas nauium manibus reptantem, ac ſcandentem, vel
„ prorsùs aliquid nauticorũ operum pertractantem. Vt abſurdus, & ineptus admodũ in omnibus
„ eſſet, & in multis planè impotens hæreret? Quomodo enim ædificando per graciles, & longas
„ ſcalas ad parietes altiſſimos aſcẽdat? Quomodo verò poſſet remigare, cùm ne probè quidem ſe-
„ dere queat? Quanquã autem hoc ei adeſſet: tamen anteriora crura manuũ actiones impedirent.
„ At fortaſſis nauta quidem non probus: agricola verò frugi foret. Sed hic quoq; plus ineſt inepti-
„ tudinis: Maximè ſi quid agere oporteat, vt aſcendere arbores, & aliquos fructus decerpere. Nec
„ vtiq; hanc ſolam conſideraris abſurditatẽ eius. Sed ad artes vniuerſas tranſi, & finge animo eum,
„ aut fabrum, aut ſutorem, aut textorem, vel ſcribam: Quomodo quidẽ ſedebit? quibus verò cru-
„ ribus imponet librum? vel aliorum inſtrumentorũ quodq; quõmodo tractabit? pręter alia enim
„ omnia, quæ homo pręcipuè habet, etiam ſedere cõmodè in coxis, huic omnium animantiũ ſoli
„ ineſt. Sed hoc quoq; multos latuit exiſtimantes ſolum hominem ſtare rectum, nõ percipientes,
„ cp etiam ſedere ſolus poſſit. Centaurus igitur ille poetarũ (quem nõ hominem, ſed equinum ho-
„ minẽ quendã rectiùs voces) neq; firmari poteſt tutò in coxendicibus: neq; ſi etiã hoc ei ineſſet,
„ manibus vtiq; vteretur commodè, impediẽtibus eum anterioribus cruribus ad omnes actiones.
„ Velut ſi cuiuſq; noſtrũ pectori alligarit quis duo oblonga ligna. Etenim ſi nos ita cõparatos re-
„ cumbere vellet aliquis in conuiuio, mirabilis quędam rerum facies profectò apparebit, & multò
„ magis adhùc dormiturientibus nobis. Mirandum enim & id in illis centauris, cp neq; toto lecto
poſſint

©BIU Santé

possint vti, neq; super terram quiescere. Indiget enim constructio particularū corporis ipsorum altera altero: humana quidē lecto, equina verò terra. Sed fortassis non equinis quatuor cruribus, sed humanis melius fuisset nos vti. Sic quidem, prēter id, q̄ nihil haberet plus ad aliquam actionem: adhùc & velocitas deperiret hominibus. At qui si neq; humanis, neq; equinis, nec alterius alicuius animalis: siquidem quędam equinis, quędā humanis sunt similiora. Cùm igitur ex quatuor duo sint superflui, manifestum est, quòd si haberemus sex pedes, vel etiam plures: sic adhuc essent plures nobis superuacui. In vniuersum enim si quod animal manibus rectè vsurū est, nullum oportet in huius pectore prominere impedimentum, non solùm innatum: sed ne acquisitium quidem.] At omissis quadrupedibus, siue multipedibus animalibus: quibus pedū, siue crurum pluralitas condecens, ob diuersos illorum vsus, est [Bipedes .l. quidem & aues sunt: Rectus autem solus animalium omnium homo est. Soli enim ipsi secundum rectitudinem crurū est spina. Quòd si ea est, profectò & reliquū omne corpus ad vitam necessarium. Nam quędam veluti carina est spina huius corporis, & ad hanc crura ipsa auibus quidem, vt & quadrupedibus, angulum rectum efficiunt. Solis autem hominibus vna recta linea extendūtur. Talem igitur figuram crura ad spinā habent in quadrupedibus, & volatilibus animalibus, dum ambulant, qualem hominibus sedentibus. Ob eamq; causam paulò ante dictū est, nullum eorum vnquā stare rectum. .m. Quare iure optimo diximus, solum hominem stare rectum. Alia enim animalia quędā magis, alia minus. Attamen omnia sunt prona, & modo gradiuntur simillimo infantibus, qui serpunt manibus. Stelliones quidem, & omnia animalia, quęcunq; sunt breuium crurium, prorsus sunt prona. Cōtingit enim ipsorū venter terram semper, & ijs ampliùs adhùc serpētes. Equus autem, & canis, & bos, & leo, & omnia quadrupeda medium locum obtinent inter prona exactè, & planè recta. Ita autem & aues vniuersæ, quanuis bipedes sint. Neq; enim hæc vna linea recta cum spina habent gressus instrumēta. Solus igitur omnium animalium homo rectus stat. Sicut etiam sedere omnium solus mōstratus est. Etenim omnes manuū in opificijs actiones duabus his egent figuris. Hæc enim erecti, hæc verò sedentes manibus conficimus. Nemo autem aut pronus, aut supinus molitur quicquam. Meritoq; nullum aliorum animalium, quod erectū stare, vel sedere posset, fabricata est natura. Quippè q̄ nihil manu elaboraturū erat. .n. Incipiamus igitur rursùs a cruribus, & ostēdamus vnamquanq; eorum particulam artificiosè adeò constitutā: vt ne excogitari quidem possit alia melior constructio. Via autem etiam hic sermoni & ipsa singulorū propositorum inuentio, ac demonstratio secundū dictam a principio methodum erit. Postea igitur quàm vt manus apprehensionis instrumētum, ita crus ambulationis fuit, nec id quidem simpliciter, sed vt maximè conueniebat sapienti animali (idipsum certè expendentes, sermone nunc finito, de crurum numero disseruimus) reliquū fuerit ostendere, singulas crurum particulas ita esse constructas, vt maximè cōmodum erat futurū bipedi animali ratione prędicto .o. Postquam igitur ambulandi instrumentū diximus esse humanū crus, non simpliciter, sed vt maximè conueniat sapienti animali, compositam videlicet, nec omninò simplicem conseruemus adhuc eius notionem. Dicendum itaq; nobis est prius quidē, quomodo fiat ambulatio? Deinde qua re ipsi accedente fiat homini cōueniens ambulatio? Fit autem ambulatio, altero quidem crure in terra firmato, altero autem circumlato. Sed firmari quidem, pedis: circumferri autem, totius cruris est actio. Quapropter cùm per firmationem, & motum perficiatur ambulatio: illius quidem, pedes sunt instrumenta, huius autem tota crura. Hoc autem & in stantibus immobiliter admodū perspicuū est. Stabilitatē enim, cuius gratia facti sunt pedes, nō minùs etiā tunc prēstant. Quinetiā & ambulantibus, & currentibus alter quidem pedum in terra firmus est: alter verò simul cū toto crure fertur. Et mutare quidem loca, beneficio cruris, quod mouetur, nobis ineſt. Hoc enim est, quod loca permutat. Quòd verò non cadamus, hoc pes in terram fixus efficit. Quomodo enim posset is transferre animal, cùm nec ipse quidem moueatur?] Sed nostrū prosequamur intentum, ad prēsentis textus expositionem conuersi [Est igitur (vt idem Galenus ait .p.) vnum quidem in femore os, quemadmodum in brachio. Duo autem in tibia, his similia, quæ in vlna cernuntur. Quorum alterum quidem vocatur κνήμη, hoc est, tibia, eodem cum toto membro nomine: alterum verò minus, περόνη, ideſt fibula. Maximum certè omniū corporis ossium femur meritò fuit. Primum enim hoc firmamentū est acetabulo, & primū omnem superiacentem corporis molem vehit.] Non solùm femoris magnitudinem proponit his verbis Galenus: sed rationes quoq; adiungit, quia scilicet primum id acetabulo firmatum est, ac per hoc in motu cruris primū fundamentum est: Secundò quoniā superiacentem corporis molem vehit. Duplici igitur fundationis ratione, maximū omniū corporis ossium esse debuit, atq; etiā, si rectè perpenderis, validissimū. Maximum esse, in homine stante, ac sedente, duobusq; duntaxat cruribus innitente, intelligas: atq; etiam in simia hominem ipsum quammaximè imitante. In cæteris enim animantibus, maximeq; in auibus multò breuius femur, quam tibia est. Vnde nōnulli decepti sunt, aues ipsas femore destituentes. Idipsum igitur femur supra quidem, coxendicis ossi per simplicem enarthrosim

l. Ibidē c. 2. versus finē.

m. Ibidem cap. 3. versus med.

n. Ibidem cap. 4. in princ.

o. Ibidem cap. 5. circa princ.

p. Ibidem cap. 9. in princ.

©BIU Santé

sim (vt antea diximus .q.) dearticulatur, infrà verò, cum tibia per duplicem, nõ autem per ginglymon, vt ibidem præostendimus. Vtrobiq; autem capitatum ipsum femur est. Adeò vt suprà per simplex caput, infraq; per duplex recipiatur: suprà inquam, a coxendice, infrà verò, à tibia (vt posteà declarabimus .r.) Quæ vt melius intelligãtur, Galenum intelligamus de femoris capitibus, connexioneq; sic subdentem.

q. In proœ. com. 12. & 13.

r. Com. seg.

TEXTVS SECVNDVS.

» Καὶ ἄνω μὲν ἐπίφυσιν ἔχει κεφαλῆς ἀκριβῶς περιφερῆς ἐπ' ἀυχένι προμήκει πρὸς τὰ ἐντὸς μέρη βέποντι, κάτω δὲ
» εἰς δύο κονδύλους τελευτᾷ διαστηκότος ἰξέμα. καλεῖν δ' ἔξεστι τοὺς ὄυτω μεγάλους κονδύλους, κεφαλὰς, καὶ μὲν δὴ καὶ
» συνδεῖται πρὸς τὴν κνήμην, ὁ διὰ τῶ ὑμενωδῶν μόνων συνδέσμων, τῶ ἐν κύκλῳ πᾶσαν διάρθρωσιν περιειληφότων,
» ἀλλὰ καὶ δ' ἄλλων τριῶν ἐυρώστων τε ἅμα, καὶ σφαιροειδῶν· ἑνὸς μὲ, ἐκ τῶ ἔξωθεν μερῶν ὅλης τῆς διαρθρώσεως παρα
» τεταμένου. τὸ δεύτερον δὲ, ἐκ τῶ ἔσω, τρίτου δὲ, ἐκ τῶ μεταξὺ τῆς ὀπίσω τε καὶ τῆς ἔσω χώρας.

» Et suprà quidem, capitis exquisitè rotundi appendicem habet, super ceruice prolixa, ad interiores partes declinante. Infrà verò in duos condylos leuiter dilatescens desinit. Vocare autem
» contingit hos adeò magnos condylos, capita. Eaq; tibiæ colligantur, non membranosis modò
» ligamentis totam dearticulationem circumsumẽtibus: sed alijs quoq; tribus validis, rotundisq;:
» vno quidem ab exterioribus totius dearticulationis partibus exporrecto: secũdo autem ab interioribus, tertio verò in medio posterioris, interiorisq; regionis.

COMMENTVM SECVNDVM.

Supernum caput. s. Cap. 13. tex. 2.

EX loquendi modo non solùm in parte superiore caput habere, sed ipsius etiã capitis appendicem patet: vtrumq; enim verum est, & numero 18. in tribus hic propositis figuris annotatũ. Sic etiã de humeri capitis appẽdice superiùs .s. descripta intelligere licet: quòd scilicet suprà, siue in summa sui parte caput habet, capituq; appendicem. Quod quidem caput, eiusue potiùs appendix, vbi iam leui chartilagine incrustata sit, susscipienti acetabulo congruentissima est: adeò vt aptissimè in eo femur omni motu ducatur, circumuoluaturq;:

t. 12. d. v. p. cap. 2. ante med.

» [Cùm enim motus obliquos (vti perbellè Galenus ait .t.) à rectis distare, plurimùm præstatet,
» duorum alterum accidat, est necesse: aut duplices esse dearticulationes, aut locum vnum vndiq;
» admodùm rotundũ, vt enim quoquo versùm articulus facile circũferretur, similem vndiq; esse
» oportet ipsius formam. Quandoquidẽ si pars eius quæuis
» alia eminentijs, vel concauitatibus iniquis exuperarit ali-
» quando, ac propemodũ labefactabit vtriusq; generis mo-
» tum aliquem. Ita nanq; humeri, atq; coxendicis articulus,
» simul quidẽ rotũdissimus, ac laxissimus extitit. Ob eamq;
» causam brachium potest quoquouersùs circumagi, ac fe-
» mur, idq; à musculis dearticulationes cõplectentibus, &
» magis certè brachiũ, quam femur. Manus enim ad illius
» membri finem: ad huius autem pes adhęrescit: Illa quidẽ
» apprehensionis, hic autem ambulationis instrumentum.
» Quapropter illi quidem motuũ varietas: huic autem am-
» bulationis securitas magis cõpetit. Ob eam igitur causam
» humeri articulus non modò, quam ischij fuit laxior, mu-
» sculiq; ipsum imbecilliores, ac ligamenta tenuiora conti-
» nent: verùm etiam cauitatem quidem superficiariã, ischij
» verò profundam est adeptus: ligamentum prętereà teres,
» & idem fortissimũ, ex femoris capite medio ipsi acetabulo
» cõnexum in coxendicis, ischijue articulo ob eandem cau-
» sam natura effecit. Non tamen in humeri articulo, quòd
» ipsum ad motus multiplicis agilitatem comparabat, &c.] Est autem in superiore prędicto capite paulò inferius medio verticis eiusdẽ, introrsumq; magis vergens, angustus, profunduq;, & inęqualis quidam sinus est, in quem teres illud, robustissimumq; iam iam prętactum ligamẽtum ab acetabulo enascens validissimè inseritur, implantaturq; .e. litera Greca in secunda figura sinum hunc ostendit: quem in sinuũ catalogo deinceps vt primũ supponemus. Ceruix autem numero 17. tribus in his figurisdesignata, cui prędictum caput innititur, prolixa est: reliquis omnibus, quæ in corpore toto sunt, ossiũ ceruicibus longior ad interiorem femoris partem declinans: licet alia ratione tãquam à capite intùs acetabulũ posito procedens, extrorsùm vergere dici potest, &



Sinus primus.

Ceruix prolixa.

ab

©BIU Santé

ab acetabulo foràs procedere. Cuius tàm acetabuli ſitus, quàm ceruicis longæ rationem ex eodē
u. 3. de v.p. cap. 9. poſt princ. Galeno didicimus alibi ſic ſcribente .u. [At qui niſi collum femoris ſtatim ex cotyle obliquū foras abſceſſerit, propinquū ſic fuerit alterius femoris collo. Hoc verò ſi acciderit: quis adhùc locus fuerit reliquus internis femoris muſculis, qui maximi neceſſariò eſſe debent? Quis autē neruis à ſpinali medulla in tota crura diſtributis? Quis venis, quis arterijs, quis deniq; glādulis ſpatia ipſarum replentibus? Non enim per externas cruris partes dixerimus demitti hæc oportere. Omnium enim foris incidētium nōxis admodùm expoſita eſſent. Forſan autem ne nos quidem id ſaltem (tantum abeſt, vt natura) lateat, oportunis ad læſionem locis collocaſſe venas ita magnas: quarum ſi qua vulnerata fuerit, vix ſuperſtes animal eſſe queat. Arteria nanq; inſigni earū, quæ illic ſtatutę ſunt, vulnerata: nullo pacto ſeruetur. Si igitur venis, neruis, arterijs, glandulis, & muſculis multis, & magnis oportebat præparaſſe id ſpatium foras ex cotyle ſecedere, neceſſe fuerat femur. Et certè ſecedit, apparentq; externæ eius partes rectitudinē totam excedere exter-
Dubium. narum corporis partium. Si quibuſdam verò minùs foras extuberauerit collum capitis femoris, his inguinū loca ſunt anguſta, & mutuò ſeſe collidentia, foraſq; nutare ob id femore toto, & genu coguntur. Cur igitur non extrinſecùs poſuit natura cotylas, vbi nunc ſunt cōuexitates femorum? Ita enim & colla ipſis cotylis ſubmiſiſſet ſecūdùm rectitudinem capitum, & femora recta
Reſponſio. feciſſet. Quoniam pondus corporis recta ad perpendiculum linea ad cotylem oportebat eſſe, & ad femoris caput: & maximè quando ambulantes, vel currentes, alterū quidem crus altum circumferimus, reliquū autem in terra firmum tenemus. Hoc autem, quòd firmatū ſit in medio id, quod portat, maximè fiat. Si verò huiuſmodi poſitio cruris tutiſſima gradientibus eſt, manifeſtū eſt, contrariā fore periculoſiſſimā. Propterea certè ad externas partes iſchiorū cotylas abduxiſſe, & cum eis capita femorū, honerat tutum. Sed optima poſitio eorū prēſens eſt. Cùm verò rursùs locorum anguſtia ex hoc naſceretur, vnicum relinquebatur remediū non ſecundū rectitudinem capitum extenſa efficere femora: ſed vt nunc ſunt, foràs vergentia.] Sed hæc de ſuperno capite, ſua cum appendice, ac ſinu, tandemq; de ipſius ſubiecta ceruice dicta intantùm ex Galeno nunc ſint. Inferiore autem bicipite ſede multa pernotanda occurrunt. Primum, quoniā leniter dilate-
Inferiùm caput. Notādum primum. x. Cap. 5. com. 2. y. 11. d v.p. cap. 18. poſt princ. ſcens (vti Galenus inquit) in duo oblonga, inſigniterq; craſſa capita, vſq; adeò quidem magna, quinimmò totius corporis oſſium capitum maxima dirimitur, ac deſinit: vt quanuis generatim loquendo, veterum more (prout antea oſtendimus .x.) non condyli modò: ſed epiphyſes quoq; (Galeno metipſo referente .y.) nominari poſſint: Prēſertim cùm ſine ceruice euidenti ſint: Speciatim tamen à propriè dictis condylis differentia, nō condyli, ſed ob eorum magnitudinem capita nominanda veniunt. Non ſolum igitur dicendum eſt cum Galeno in præſenti textu, quòd ἔξεστι, q.d. contingit, ſiue licet, nominare capita: ſed ꝙ neceſſariò nomenclanda ſunt capita. Infrà igitur femur in duo capita paulatim, paulatimq; in latius vergens deſinit. Quæ quidē in prima, & ſecunda figuris, literis .β. & .γ. in tertia autem figura, numero 15. & 16. deſignantur. Item in prima, & tertia figuris, parte poſteriore, in ſecūda verò, parte anteriore indicātur. Interius quidem caput in prima, & ſecunda figuris, litera .β. in tertia autem numero 15. litera autem .γ. ſed numero 16. exterius indicatur. Secundò annotandū eſt, quòd cùm anteriùs, poſteriuſq;, necnō ad latera huiuſmodi inferiora duo capita protuberent: In poſteriorem tamen ſedem ambo magis
Cōtra Veſalium, & Realdum. porriguntur, quàm in anteriorē: prēſertimq; quod interiùs eſt. Id enim retrorsùm, atq; introrsùm quoq; tantò magis exteriore protuberat: quātò magis antorsùm exteriori cedit. In lateribus autem, quod interiùs eſt, groſſitus quidem in medio factū eſt: quòd autem exteriùs, vltra mediū lateris retrorsùm aliquantulò magis exporrigitur. Tertiò perlibrandū vlteriùs eſt, quòd nō idcò ſimplici motu femoris cū tibia articulus moueri videtur: quia mutuo ingreſſu, ſicq; per ginglymon dearticulentur (prout nonnulli minùs rectè crediderunt) ſed quia duplici articulatione, dextra ſcilicet ac ſiniſtra, enarthroſi firmatū femur eſt. Quanquam verè ſimplex motus non eſt, licet talis appareat, cùm aliquātulus etiā motus tibiæ introrsùm à latente muſculo .α. fiat (prout antea iam tetigimus .z.) Cuius muſculi alterū quoq; vſum aliàs eſſe oſtendimus: videlicet ad firmandum retrahendo tibiam ipſam, ac per hoc totū quoq; crus: quādo ſcilicet rectū animal ſtare debet (vt homo) aut ad ſeſe poſterioribus ſuper pedibus ſtabiliendum (ſi quadrupes ſit.) Haud enim ſicuti Galenus .a. dicebat, propter flexionē factus ille ſub poplite latēs muſculus eſt. Quartoq; deinceps perpendendū eſt, quòd in anteriore, mediaq; duorum inferiorū capitū ſede ſinus quidam effatu dignus eſt, lęui chartilagine incruſtatus, ad molam, ſiue patellam recipiendā (de qua poſteriùs loquemur .b.) paratus: huncq; ordine ſecundū femoris oſſis ſinū declaratū ſtatuemus in ſecunda figura .δ. indicatū. A quo tertiū (vt quintò notandū adiunxerimus) in poſteriore regione longè maiorem, profundioremq; ſinum obſeruamus in tertia figura .π. notatum, non prędicti anterioris inſtar, chartilagine illinitum, ſed aſperū, & inęqualem: vt ſcilicet validiſſima ſemper, nonnunquā verò etiam (vt poſteà videbimus) tertium duo ligamenta in ipſum implantentur; alterum .β. quidem à medio tibiæ oſſis ſibi ſubiecto tuberculo .γ. exoriens, alterū verò à
Cōtra Galenum. a. 2. d anat. adm. cap. 5. verſus finē, & 3. de v.p. cap. 16. poſt princ. b. Cap. 22. β tab. 15. fig. 17. x. γ 2. ſequē tis capitis fig. r. r. indicato.

poſte-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 256 sur 292

©BIU Santé

posteriore ossis eiusdem tibiæ sede .♪. principiũ ducens: seu malumus econtrà dicere, ꝙ scilicet ab eo sinu exoriantur, & in prędictũ tibiæ mediũ tuberculũ, partemq; eiusdem ossis posteriorem duo hæc ligamenta inserantur. Quorum ortuũ, siue implantationũ causà, vtrobiq; foraminula quædam, asperitatesq; visuntur. Hicq; primus sit talis insignis quidem sinus vsus, non ginglymoidis (vt aliqui reputarunt) articulationis occasione. Alter verò, vt per ipsum hunc tertium sinum neruorum quoq; femur adeuntiũ quartus, maximus quidem, & in tibiam ad pedem vsq; distribuendus, cumq; eo simul arteria, venaq; notabiles in tibiam descendentes tutò deducãtur, ac pertranseant. Qui secundus quidẽ vsus duobus illis posterioribus capitibus attribuendus magis est: vt quæ in sui medio neruum, vasaq; prędicta cõprehendunt, tutò quidem firmãtia, & ab extrinsecùs occurrentibus defendentia. Sextò deinceps perlibrandũ est, ꝙ non is tantùm prędictorum capitum vsus est: at præcipuus quidem alter: vt scilicet (præter articuli flexionem, quæ omnium principalissimus scopus est) inde pedis motores quidam musculi enascantur, sueq; generationis originem suscipiant. Ab interno enim capite, quod in prima figura .β. in tertia verò numerus 15. indicant: scilicet ab elatiore ipsius sede, iuxta genu articulũ, partim exteriùs, vt in tertia figura litera .κ. neruoso, ligamẽtosoq;, ac liuido principio, partimq; interiùs magis, superiusq; iuxta medium femoris (eiusdem figurę litera .l.) carnoso: Duplici inquam hoc principio primus pedis motorũ musculus .ε. enascitur. Ab externi verò capitis in tertia figura numerò 16. denotati superiore etiam sede, quam litera .m. præsefert, pedem quoq; mouentiũ musculorũ secundus, .ξ. ac tertius .ν. principium ducunt, ac sub poplite quoq; latens musculus, .ζ. si non totam: partem quandam tamen suæ originis assumit. Septimò prætereà notandum est, duos alios sinus in prędictis capitibus inueniri: quos ordine quartũ, & quintũ annumerabimus: Quartum quidem in capitis interni latere externo litera .r. in tertia figura insignitum quidem, euidẽterq; compressum: per quem musculorũ tibiam mouentiũ primi, .θ. secũdi, .ι. tertijq;, .κ. & quinti .λ. tendones opportunè, ac tutò interno ipsi capiti firmati percurrant, ac reflectãtur, siue antorsùm conuoluantur. Supra quẽ paulò altiùs quinti femur mouentiũ musculi .μ. tendo inseritur. Quintum verò sinum in externi capitis externo latere obseruamus, litera .n. in eadem tertia figura notatum, per quem appositissimè quarti .ν. pedem mouentium musculorũ tendo reuoluatur: ne in suo quidem obliquo reflexu aberrare contingat. Octauoq; demùm remanet annotandum, quòd amborum capitum inferiorũ latera multis foraminulis, absq; chartilaginea quidem crusta, pertusa fuerunt, vt validissima inde ligamenta pronascantur, vel in eadem inserantur: præsertimq; illud cõmune omniũ articulorũ membranaceum ligamentũ, quod in orbem obducitur, tametsi in huiusmodi genu articulo non in parte anteriore, quæ à patella interim adeò occupatur, vt tali ligamẽto locus minimè remanserit. Sunt enim, Galeno metipso hic declarãte, alia tria ligamenta rotunda, validaq;. Primũ quidẽ: quod ipse posuit, ab exterioribus totius dearticulationis partibus exporrectũ, crassum quidem, ac teres, nõ modò femur cum tibia, sed ipsam quoq; fibulam exquisitè inuicem colligans. Secundum verò ab internis productũ iam iam prædicto ligamento exteriore gracilius, molliusq;: cùm interior articuli regio in motuũ vehementia minùs elaboratura sit, quam externa, minusq; ob id periclitatura. Quod interim internum ligamentũ, licet ex femoris interni capitis latere pronascatur, ac per hoc internũ veniat nuncupandũ: nihilominùs tamen in tibiæ latus minimè implantatũ, sed antorsùm procedens, in tibię priora pro maiori sui portione cõtendit. Tertiũ deniq; ligamentũ in medio posterioris, & τῆς ἔσω, quod est, interioris (fortè legendũ τῆς πρόσω, idest, anterioris) Melius autẽ dixisset, interioris, & exterioris, regionis: chartilagineũ quidẽ, ac validissimũ ligamentũ: quod inter duos tibię sinus ex protuberante illius parte originem ducens, in femoris maximũ illum sinum, quem paulò ante tertiũ sinum ordine declarauimus, implantatur: vel si malumus econuersò dicere. In quem porrò sinum aliud nonnunquam, licet nõ semper, ligamentum, muccosum quidem, gracileq;, ad anteriorem prędicti ligamenti sedem implantatur, quod ab anteriore tibię ossis etiam regione enatum fuerat. Præter quæ tertium quoq; (quanuis inter prędicta ordine sextum) à posteriore eiusdem ossis tibię sede enatum robustũ quidem, neruosumq;, ac bifidum (Galeno etiam rectè id declarante .c.) in posteriorem eiusdem quoq; sinus partem inseritur. Ex his autem tribus Galenus hic vnicum duntaxat cognouit, quod in medio est. Pium verò magis est, vt pro vno, & eodem tria ligamenta ipsum computasse dixerimus. Simul enim omnia hæc in media consistunt interioris, & exterioris regione. Sex igitur, si exquisitè perpenderimus, vel ad minus quinq; huiusmodi inferioris articulationis ligamenta existunt. Quibus præintellectis, cum ipso etiam Galeno, femoris huius ossis figuram contemplemur: quùm sic subdit.

♪ *Ibidem fig. 1. A.*

ε *12. musc. tab. φ.*
ξ *Ibidẽ Ψ*
ν *13. tab. φ*
ζ *13. tab. Γ.*
θ *1. tab. Σ*
ι *tab. 15. fig. 16. Δ.*
κ *tab. 10. φ*
λ *tab. 11. Ψ*
μ *tab. 12. & 13. Ξ.*
ν *tab. 10. Ψ.*

c. 2. de anat. adm. c. 10. post princ.

TEXTVS TERTIVS.

Ἔστι δὲ ὅλος ὁ μηρὸς τῷ σχήματι κυρτὸς μὲν ἐν τῷ πρόσω. καὶ ἔξω, σιμὸς δὲ ἐν τοῖς ὀπίσω, καὶ ἔνδον.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 257 sur 292

©BIU Santé

Eſt autem totius femoris figura gibba quidē anteriore in parte, atq; exteriore: ſima verò parte poſteriore, atq; interiore.

COMMENTVM TERTIVM.

d. 3. de v. p. cap. 9. poſt princ.

[CVM optimam ſedem capiti eius (ſcilicet femoris) præparaſſet natura (prout aliàs perbellè Galenus idem ait .d.) ipſam nuncupati iſchij cotylen, non ſecundū rectitudinem cotyles apparet extenſum femur: ſed vt cuipiam negligenter expendenti videri queat, figura femoris admodùm vitioſa eſt. Quippè ꝙ conuexū quidem, ac curuū priore, & externa parte: reſimum verò partibus his cōtrarijs factū ſit. Hanc eius formam, & Hippocrates .e. nouit, conſulitq; eo fracto ſeruare, neq; mox inuertere. Porrò quibus natura femur fuerit rectius, quam conuenit: bleſi fiunt omninò ad genu. Hoc autem quantū malum ſit, nō ad curſum ſolum, ſed etiā ambulationem, & ſtationem tutam, refert quidem, & ille quodam loco: immò, & quemuis ex plebe. Cùm cernat quotidie arbitror idipſum, non latere.] Paulòq; infrà rursùs [Quòd ſi rursùs vſq; ad genu foràs vno tenore abſcederent, & nuſquā introrsùm reuerterentur (ſcilicet femora) alter vtiq; ipſis eſſet bleſitatis modus. Itaq; optimo iure collum & primū, & maximè à capite foràs vergit: Poſt id autē & continuò dimidia pars totius femoris, poſtea autem rursùs reuertitur ad genu. Ob eamq; cauſam vniuerſa figura femoris curua quidē exteriore parte, reſima autem interiore efficitur. Ad eundem autem modū magis quidē ſima retrorsùm, antorsùm verò magis curua ad ſeſſiones idonea eſt, & ad multa opera, quæ agimus ſedentes. Cuiuſmodi eſt ſcribere libro ad femur extenſo. Ita autem & quodcunq; aliud ſecūdùm curuitatem eorum extendatur faciliùs, quā ſi fuiſſent aliter facta. Quinimmò dum firmamus vno crure corpus (ſæpè enim cōperimus hoc nobis eſſe vtile cùm in vita omni, tùm artibus) melior fuit figura ῥαιβή, ideſt, curua, quā recta. Vt enim, ſi latitudo eſſet æqualis vehentibus artubus, & vectis corporis partibus, tuta ſic maximè, & euerſu difficilis firmitudo in altero ipſorū eſſet, habente vnaquaq; ſuperiacentiū in corpore partium ſuffulciens ſibi ipſi aliquid ad perpendiculū: Ita & nunc ꝙ curuū factū ſit crus partibus eius partim quidē externis, partim verò internis magis, & alijs in medio locatis, nulla ſuperiorū partiū ſubiecta caret rectitudine. Eiuſq; vtilitatis occaſione, non ſolùm hoc crus, ſed etiā tibiā magis curuā extrinſecùs natura fabricata eſt. Maxima autem fides huius ſermonis ſit, ꝙ qui plurimùm curuis ſunt cruribus (Hi quidem, dum adhùc generētur in vtero, alij verò à prima educatione facti ſunt) ſiue duobus pedibus, ſiue altero ſolo ſtare velint: firmiorem multò, & difficiliorem euerſu, quam qui crura habent recta, obtinent firmitudinem. At verò in conſtructione crurū, firmitudinem certam, tanquā ſcopum nō modò natura ſibi propoſuit: ſed prouida etiā nihilominùs, vt citò poſſemus currere, ſi quando vſus incidiſſet: ne plurimum quidē ea peruerterentur, cauit: Curua autem eatenùs fecit, vt & ſecuritatem firmationis habeant, & velocitas curſus nihil lędatur.] Hæc idem Galenus. Quibus aliū quoq; obliquitatis, præſertimq; ſimitatis poſterioris vſum addere poſſumus, vt ſcilicet muſculis appoſitè cedat poſteriorem ipſius femoris ſedē occupantibus, in quibus vena, neruus, arteriaq; inſignes occultari debebant, ac tutò per ea pertranſire. Sunt autem hi muſculi femur amplectentes, ipſiq; annexi duo, videlicet muſculus tibiam mouentiū octauus .ξ. qui totam ferè femoris oſſis amplitudinem obcingit. Præter eam poſteriorem partem, quam femoris motorū quintus .o. præoccuparit: per totam ſcilicet acutam, protuberantemq;, ac aſperam, & inęqualem illam lineam in tertia figura Λ. indicatam, quæ à proceſſuū femoris radice vltra medium longitudinis eius procedit, in quam talis femur mouentiū quintus implantatur. Duo igitur hi ſunt femoris partem poſteriorē primò occupantes: Dein verò multi, de quibus meminiſſe nunc ſuperfluū eſt cùm oſſi minimè inhęreſcant. Quòad partiū verò extremarū, ſuperioris inquam, inferioriſq; figuram pernotandum eſt, vtrobiq; illas dilateſcere: ſuprà quidem, parteq; anteriore, iuxta ipſius ceruicis radicem: vt validiùs, ampliореq; principio muſculus tibiā mouentiū octauus enalci potuerit. Infrà autem, iuxta capitū amborū radicem, non amplum modò, ſed depreſſum quoq;, tùm vt capita femoris prędicta oportunius pronaſcantur: tùm vt cōmoda magnis vaſis, ac neruo eò pertranſeuntibus ſedes parata ſit. Ne fortaſſis errabunda declinent. Quamobrem & lene illic os eſt: cùm præcipuè nulli muſculo principium ibi dari oportuerit. Erat autem locus ille tutus, ac defenſus vtrinq; à capitibus ibi ſubiectis: vt rotundū os ea parte fieri nō oportuerit. Sed alia Galeni verba cōtemplemur. Quùm de proceſſibus eiuſdem femoris ſubdit, dicens.

ξ tab. 5. et 6. π.

o tab. 12. & 13. Ξ.

TEXTVS QVARTVS.

Ἀπόφυσεις δὲ ἔχει δύο μικρὰς ὑποκάτω τῦ αὐχένος, ἃς τροχαντῆρας ὀνομάζουσι. πολλῷ δὲ μείζονα τὴν ἔξωθεν, ἣν γλυτὸν ὀνομάζεται.

Proceſſus

©BIU Santé

Proceſſus autem duos habet paruos ceruici ſubiectos, quos rotatores vocant. Longè maiorem verò externum, qui nates appellatur.

COMMENTVM QVARTVM.

DVO ſunt femoris proceſſus, proprijs vnumquodq; ſuis appendicibus (non ſecùs ac tria prędicta eiuſdem femoris capita) dotatũ: quos à femoris reuolutione, quam in ipſos inſerti muſculi (vt videbimus) faciũt, Grękè τροχαντῆρας, latinè rotatores, anatomici nuncupant. Alter quorũ inferior, internaq; in parte exiſtens, minor eſt, in ſecunda, & tertia figura litera .υ. annotatus. Alter verò in externa longè maior, ſuperiorq; in tribus figuris litera .T. deſignatur, quem non tãtùm trochantera, ſed γλυτὸν, latinè nates nominarunt. Nõ alia opinor ratione, niſi quia in ipſum inſerti muſculi quatuor ſcilicet femur mouentiũ primus, .π. ſecũdus, .ρ. tertius, .ſ. & quartus .τ. natem cõſtituunt. Horũ enim causà trochanter hic maior proceſſus factus eſt: Quinimmò propter hos quatuor muſculos, in eiuſmodi proceſſus parte externa, quatuor velut impreſſiones quædam in ætate prouectis euidentiſſimæ apparent. Sed ne horum quidem quatuor tãtùm primorũ femoris muſculorum causà maior hic proceſſus emerſit: verùm alij duo, videlicet nonus, .υ. ac decimus .φ. ex femoris etiam motoribus muſculi in ipſum parte interna, qua femoris caput reſpicit, muſculi implantantur. Quorum inſertionis, implantationiſq; ratione, ſinus quidã aſper, & inęqualis, ac profundus exiſtit litera .R. in tribus figuris propoſitis indicatus (quem inter ſinus ordine ſextũ ſtatuemus) ſex igitur prędicti muſculi in maiorem hunc trochanterem inſeruntur. Pręter quos adhùc ſeptimus remanet nõ implantationis, ſed originis vſus, vt ſcilicet ab ipſius proceſſus radice, in externa, anterioreq; radice originem alius muſculus duxerit, quem tibię motorũ ſeptimũ. Ψ. cõnumerare cõſueuimus. Maioris igitur rotationis, ac circumductionis femoris ratione, quùm ſimpliciter trochãterem anatomici pronuntiant, de hoc maiore proceſſu intelligere ſolent. Quanuis alter etiam rotator ſit. Etenim propter duorũ muſculorũ implantationem paratus ille eſt, videlicet femoris motorũ ſexti, .χ. & ſeptimi .ω. Vltra quos octaui .α. etiam inſertio ad huius proceſſus radicem eſt, poſteriore ſcilicet in femoris regione. Cuius implantationis causà, linea quędã aſpera protuberat, obliquè deorsùm in poſteriora quadãtenùs vergens, quæ literis .α. .α. in tertia figura denotatur, in quam dictus femoris octauus muſculus inſeritur. Cùm verò de tribus his muſculis, ſexto ſcilicet, ſeptimoq;, & octauo femur introrsùm, versùs alterum crus mouentibus, attrahentibuſq, ac de eorum in os facta implantatione mentio facta ſit: ab re nequaquam hic fuerit, mirabilem caſum enarrare, qui anno abhinc propemodùm duodeuigeſimo, Domino Don Blaſco à Septimo contigit. Hic enim quùm in Terra Cammaratę vnà cum ſuo Cognato eiuſdem Terræ Comite, necnon & alijs multis equitibus haſtiludio certaret, compreſſis vltra modum cruribus, ob ſuperfluam ſtaphylis nuncupati longitudinem, inter currendum bis, & ter circa horum muſculorũ inſertionem, dolorem quendam extenſiuũ, & quaſi diſſipatiuũ percipiens, rumore demum quopiam, ſtrepituq; inſtar percutientis baliſtę facto: non ſecùs ac in durę cuiuſlibet ſubſtantię fractione fieri ſolet: in maximum eiuſdem loci dolorem repentè cecidit, vſq; adeò vt equitare nõ ampliùs potuerit: ſed ab equo deſcendere coactus, in animi ferè deliquiũ peruenerit. Quotquot igitur ibi aderant medici quamprimùm aduocati, viſo quidem in femine (parte quidem femoris interiore, quadantenuſq; poſteriore) oblongo quodam tuberculo ad digiti, tam in groſſitie, quàm in longitudine magnitudinem, magiſq; inferiùs in extremo eleuatũ, ex vulgari idiotarũ nomenclatione, ſuperequitantem eſſe nerũ determinarũt: vt vulgò ſcilicet noſtri dicere ſolent [neruo incauallcato] Quamobrem nullius momenti caſum eſſe reputantes, anodinis fotibus, inunctionibuſq; curare ad doloris mitigationẽ vtebãtur. Cùm verò fruſtrà illos laborare Blaſcus ipſe patiens aduerterit, medicis illis minimè confidens, in vrbem Panhormum ſeſe cõferre decreuit. Vbi octo iam conuocatis inſignioribus medicis, quatuor quidem phyſicis, totidemq; chirurgicis, coxendicis articuli luxatio ab eis reputata eſt. Cuius curãdę causà, multis tùm per ſanguinis miſſiones, tùm per medicamenta, victumq; extenuantem, pręmiſſis euacuationibus: Itemq; fotibus, atq; mollientibus, laxantibuſq; inunctionibus, tyrannicè pauperculum ægrotantem cruciantes, ad manutigium deniq;, hoc eſt, luxati femoris, vt perperàm credebant, repoſitionem deuenire determinauerant. Quod enim in femine, ſub inguine eleuatũ tuberculũ, tametſi nõ orbiculare, ſed oblongum apertiſſimè appareret, nil anatomicum perpendentes, femoris eſſe caput reputabant: quod ſcilicet ab acetabulo coxẽdicis deficiens, ibi emineret. Ideoq; curationem per ſubmiſſam illi tumori faſciam: quæ ſurſùm à valẽti quopiam chirurgo patientis viri humeris adhęrente attracta, in proprium acetabulum tale femoris reputatum caput reduceret, explẽdam determinauerant. Minimè interim aduertentes ſolertiſſimi illi medici non tumoris modò longitudinẽ, minimeq; femoris capiti reſpondẽtem figurã: ſed eius quoq; loçũ infrà inguen, inferiuſq; maiorem factam

Trochãter maior.
π tab. 9.
Π.
ρ tab. 10.
Ξ.
ſ 11. tab. Ξ. 12. t.
τ Ibidem
11. tab. φ.
υ tab. 8. Ψ
φ tab. 10.
ſ. 12. α.
Ψ tab. 5.
Λ.
Trochãter minor.
χ tab. 8. O
ω Ibidem
Λ.
α Ibidem
Ξ.
Hiſtoria.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 259 sur 292

©BIU Santé

eleuationem, desuptusq; cedentem quandam comprimenti regionem: adeò vt digitum submittere, sursùm premẽdo, liceret: nisi carnis musculosę multitudo, crassitieq; (carnosissimus enim homo erat) resisteret. In qua etiam pressione punctio quædam sentiebatur, ossis frustulum esse quod emineret, acutum, pungensq; exquisitiùs perpendentibus prę se ferens. Cùm verò luxationis reputatæ iam reponendæ dies ab eis deputatus appropinquaret, ægrotantis pater, qui Baro est Iarratanæ, vir quidem omni laude dignissimus, tametsi nil de luxatione, eiusq; patranda repositione ambigeret: Diuino tamen spiritu afflatus, minimè perficiendum tale opus absq; mea præsentia iussit. Me igitur (quanquam inuitis cunctis curationi astantibus medicis) accersiri præcepit, consilium non de opere, quod necessariũ supponebat, sed de operationis modo petiturus. Quamobrem absentibus medicis accersito mihi, priùsquã in ęgrotantis habitaculũ peruenirem, factus obuiam mœstissimus pater est, casum filij, vocatamq; a se luxationem referens. Cumq; inter narrandũ, rectum, & absq; claudicatione, æquisq; cruribus, & absq; vllo articuli genu dolore ipsum ægrotantem incedere audiuerim, sic Deus me adiuuet, vti casum cuestigiò percepi, quemadmodũ posteà referam. Subridens igitur nullam inesse femoris luxationem respondi, absentium interea medicorum tepiditatem, ac studendi negligentiam increpans (nolo enim ignorantiam tantis viris, primatibusq; medicis ascribere) Quod autem ex auditu quamprimũ animo conceperam, viso deinceps ægrotante ad nos quidem sponte à suo cubiculo egredeunte, tactuq; tandem certissimè cõfirmaui, antequàm ipse referret ei prędiscens, se nimiũ longis firmatũ esse staphilibus, dum equitans in hastiludio percurreret. Quod audiens idem ęgrotans nõ sine admiratione respondens cõprobauit. Declarato igitur casu (posteà iam iam enarrãdo) patri, & ęgrotanti filio præcepi, vt aduenturis medicis vesperi dicerent, me eorũ negligẽtiam, simul & incharitatem increpuisse: vt qui minimè pro tali casu studuerint, neq; librũ aliquẽ aperuerint. Quantus enim (vt illis prędixi) probi viri munus sit (id quod semper obseruare enixi sumus) præterita medicorũ, quęcunq;, & qualiacunq; sint, cõprobare, nulloq; pacto medicorũ infamiam desiderare, multoq; minùs eam excitare, cùm ægrotantis saluti obsit potiùs, quam conferat: nihilominùs tamen vbi de futura curatione disceptatio proponitur, sanctũ est veritatem prehonorasse, eamq; Socrati, & Platoni quãtumcunq; amicissimis proposuisse. Cùm igitur aduersùs ignarum medicũ, qui rem minimè intellexerit, difficilius longè sit disputare, illumq; à sua refractaria pertinacia, vel tãtillùm dimouere: econtrà verò facillimũ sit doctum quemcunq; virum proposita sibi veritate superare (erubescit enim hic, vt inimicus mendacij, veritati contradicere) Ideircò ad studendũ illos medicos vi quadam, æmulatione sibi proposita, impellere, atq; irritare potiùs, quàm persuadere, vel hortari decreui: dicens eos ęgrotantẽ neglexisse, ac per hoc multos aureos in mensis spatio, plusue paulò deprędatos potiùs, quã lucratos fuisse: vt studerent igitur præcepi, remq; diligentiùs perlibrarent, postridieq; paratiores, ac meliùs armati ad cõsultationem, suæq; negligentię defensionem deuenirent. Quæ quidem cùm adiuerint medici, quanta non bile, sed rabie agitati fuerint, ignemq; per os, & nares exufflarint, tibi perpendendũ omitto. Non modò igitur per libros, sed per cæmiteria vagantes, ossaq; coxendicum, ac femorum disquirentes, eaq; omni sedulo perlibrantes (quanuis antequã aliquo modo curationem aggressi essent, hæc facere debuerint) vt talem luxationem aptare possent, suamq; sententiam defendere, ac tumoris figuram, & situm rationabiliter ostẽdere, per totam noctem simul cuncti laborarunt. Cùm verò nil inuenire ad suũ propositũ valuerint, tristes tandem non ampliùs luxationem esse, neglecta interim tumoris ratione, sed quandã subluxationem, præ pudore interim, atq; iracundia nõ pallidi modò, sed Chamęleonis instar varios colores recipientes, pronuntiabant. Quibus expeditis, respondimus, eorum sapientiam, nostramq; insimul stupiditatem admirantes: vt qui multa dicerent, quæ imbecillimus noster intellectus percipere nequiret. Quamobrem ossa hęc ambo, tam scilicet ischij, quàm femoris, serò à nostris scholaribus, prącipientibus nobis, illùc allata in medium adduci iussimus, superq; mensa quadã coram nobis reponi. Quibus quidem tanquã exemplis suam nobis interpretari sententiã velint, instanter rogauimus, quomodo scilicet ex luxatione (vti priùs dixerant) vel fortassis subluxatione quapiã (vt nuper effinxerant) tuberculũ illud in interna femoris regione prędicta enasci, attolliq; potuerit talem figurã prę se ferens: quod tamen interea non humorem, sed osseam substantiã cuti subiectam, omniũ, ipsorumq; etiã aduersantium cõmuni consensu, proferebat. Cùm igitur nil probabile, vel rethoricũ nobis ostendere potuerint, partim erubescentes, partimq; iracundi nostram efflagitarunt (vt eorũ nomine vtar) phantasiam. Quibus coràm illustriũ multorũ equitum consessu respondimus, considerata casus origine, tuberculiq; figura, & reliquis symptomatibus, exquisiteq; perlibratis his, quæ per anatomicas administrationes euidenter apparent, nil aliud esse potuisse, quam totã illam ossis femoris partem discissam, desquamatamq;, ac per hoc segregatam: in quam quidem musculi implantantur femur mouentiũ sextus, septimusq;, & octauus: totus videlicet trochanter minor: de quo paulò ante locuti iam sumus, in quẽ sextus, ac septimus inseruntur: ac totũ illud quoq; os, quod

Casus declaratio.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 260 sur 292

©BIU Santé

predictę aſperę, inęqualiterq; protuberanti lineę ſubijcitur, in quam octauus muſculus implantatur. Cùm enim trium horum muſculorũ munus ſit, contrahendo crus alterũ alteri cõiungere, firmiterq; applicare: hiq; tres ſint, quorum vi equitantes, ac preſertim aliquo modo preliantes, ſiue currentes, aut quouis deniq; modo equum circumuoluẽtes, firmantur, preſertimq; ſi abſq; ſella, vel ſtaphilibus nuncupatis, vel illis fortaſsè nimiũ longis, vt ſuper ſtapede pedes cõſtanter ſtabiliri nequeant, equiſeſſores exiſtant. Cumq; (vti predictum iam eſt) immodicè prolixis loris illis coriaceis (quas ſtaphiles dicimus) predictus Dominus Blaſcus in haſtiludio certaſſet, ob niniam cruris, violentamq; quandam contractionem: precedente fortaſſis aliqua eius findente, ac deſquamante ſiccitate, totius predictę partis oſſeę, ſuis cum muſculorũ inſertionibus, ſegregatio à magno femore, apertioq; in parte inferiore facta eſt. Quòd ſi a ſeipſis propoſitã illi curationẽ medici proſecuti fuiſſent, credentes ſcilicet illam oſſis eleuationẽ, caput femoris eſſe, ac per hoc interpoſito, ſuppoſitoue laqueo, aut faſcia ſurſùm attollere curauiſſent, dubio procul omni hominem, compatientibus preſertim neruo, venaq;, & arteria effatu dignis illàc pertranſeuntibus, repentè trucidaſſent, vel in cõuulſionem, aut gangrenã citò perduxiſſent. Interrogantibus ergo cunctis aſtãtibus tàm medicis, quàm illuſtribus illis, nobiliſſimiſq; proceribus, quæ nam curandi methodus in tali caſu obſeruanda veniret? Reſpondimus, non alia incedendũ fore via, quam forti ligatura femur vniuerſum ea parte circundare, vt ea diſgregata pars, diſciſſaq; cum reliquo oſſe adglutinetur, præpoſito conſtringentiũ medicaminũ cataplaſmate: non ſecùs ac in cæteris omnibus oſſium fracturis procedere ſolemus. Cùm ſic igitur factũ eſſet, ante menſem talis coalitio, conſolidatioq; facta eſt: vt incolumis adhunc vſq; diem Blaſcus ipſe remanſerit. Quem profectò caſum poſtea tanquam rariſſimum, ac mirabilem quamplurimi nõ equites modò, ſed medici etiam, intelligendi causà, noſtram domũ frequentarunt, in noſtro priùs aptato ſceleto, cæteriſq; multis coxendicis, ac femoris oſſibus deincepſq; in muſculorũ tabulis hęc omnia perpendentes. Cumq; veritas ipſa omni ex parte ſibi conſona ſit: aduerſarij medici tanquã viri procul dubiò doctiſſimi, tametſi in anatomicis adminiſtrationibus non perfectè exercitati, bonique; interim chriſtiani veritatem eueſtigiò palàm faſſi ſunt, propriũ in huiuſmodi caſu errorem publicè acceptantes, noſtręq; interim ſententię, atq; medendi methodo ſubſcribentes. Quæ omnia tandem quãmaximè cõmendarunt, multoq; magis ad ſidera extulerunt, vbi experimento quod dixeram totum cõprobatum eſſe cognouerunt: ſed hæc obiter ob caſus raritatem hic prętacta iam ſint. Ad tibiam igitur vnà cum Galeno conuerti tempus eſſet: niſi velut in alijs quoq; capitibus obſeruauimus, prælibandorũ hic epilogum priùs abſoluerimus. Pręter cõmune igitur omnibus oſſibus temperamentũ: quod frigidum, & ſiccum eſt. Vſum femoris cõtemplati iam anteà, preſertimq; cõmento primo, & tertio ſumus: vt ſcilicet tàm cruris, inferiorumue partiũ in mouendo, quàm in cedendo ſuperiorũ baſis eſſet, tibięq; motores muſculi ex ipſo pronaſcerẽtur, ſeptimus inquam, octauuſq;, ac ſub poplite latens, quem numero decimũ dicere poſſemus: Item pedem mouentiũ primus, ſecũduſq;, ac tertius. Magnitudinem prętereà textu primo, veluti figuram textu tertio, ex ipſomet Galeno didicimus. Subſtantia verò ex proœmij textu quinto liquet: duriſſima enim exteriùs eſt, intùs autem cõcaua, medulloſa. Quòad numerum ſpectat, vnicum vtrinq; os eſt, tametſi varias partes habeat varijs nominibus inſignitas. Foraminula multa etiam in eo ſunt, vel oriundorũ ligamentorũ, vel nutrientiũ venarũ pertranſeuntiũ gratia. Nullũ verò effatu dignum in eo foramen adeſt. De ſenſu demum nil ampliùs repetendũ, cùm aliorũ omniũ (pręter dentes) inſtar, ſenſu deſtitutũ id os ſit. Appendices in eo quatuor (prout anteà oſtendimus .g.) ſunt, in ſuperiori videlicet capite, duobuſq; trochanteris. Quartumq; demùm inferiùs: vnica enim appẽdix vtrunq; inferius caput cooperit. Proceſſus quinq; annumerari poſſunt: duo videlicet trochanteres, ac tria predicta capita. Sinus deniq; multos annotare poſſemus. Verumtamen anteà nos ſex effatu dignos declarauimus: quinq; ſcilicet cõmento ſecundo, ſextum verò in cõmento preſenti. His ergo repetitis, ad tibiam conuertamur.

Curãdi vera methodus.

Temperamentum.
Vſus duplex.

Magnitudo.
Figura.
Subſtantia.
Numerus.
Foramina.
Senſus.
Appendices.
g. In proœ. com. 6.
Proceſſus.
Sinus.

Περὶ κνήμης. Κεφάλεον. κά.

De Tibia. Caput Vigeſimumprimum.

TEXTVS PRIMVS.

Κνήμη. καλεῖται μὲν οὕτω καὶ ὅλον τὸ σκέλος τὸ μέρος, ὅσον ἐστὶ μεταξὺ γόνατος, καὶ ἀστραγάλου. καλεῖται δὲ καὶ τὸ μεῖζον ὀστῶν ἐν αὐτῇ. τέτακται δ' ὕσθιον τῶν, καὶ πρὸς μόνον αὐτὸ διαρθροῦται ὁ μηρός.

Tibia, vocatur quidem ſic tùm vniuerſa cruris pars, quãta inter genu, talumq; media eſt: tùm maius os, quod in eadẽ eſt. Tenditur autẽ id interiùs: & ad ipſum duntaxat femur dearticulatur.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 261 sur 292

©BIU Santé

Nomen.

DVO apud Græcos nomen id κνήμη, latinè tibia, significat: Alterum quidem, totã eam partem, quæ inter genu, & talum est, non solum icilicet ex duobus ossibus aggregatũ, vt duę propositę figurę hic prę ferunt: sed vnà etiam cum musculis, venisq;, arterijs, & neruis, ac ligamẽtis quoq;, & ipsa demũ cute: idq; generalius significatũ est: Alterũ verò specialius: videlicet ex toto hoc aggregato, duobusq; eius ossibus, dũtaxat quod maius est. Nos igitur in præsenti hoc toto capite speciatim id nomen sumemus, ab alio minori osse distinguẽtes, quod fibulam siue suram nuncupabimus [Nominatur itaq; (inquit idem alibi. *b.* Galenus) maius os κνήμη, hoc est, tibia, eodem cũ toto cœlo nomine: Alterum verò περόνη, idest fibula. Tenue id admodùm, & multò minus, quam tibiæ os, & extrinsecùs ipsi adtensum est.] Pauloq; infrà [An igitur non æquum est hic quoq; admirari prouidentiã conditoris? qui ad vtrunq; vsum & si certè contrarium, exactè conuenientes, & cõsentientes in vicem fabricatus est totius cœli particulas? Quoniã enim superius portari oportebat ab inferiori: fortius, si mul & maius rationabile fuit esse id, quod subiectum esset, vt videre est in columnis, muris, domibus, turribus, & ombus inanimatis. Quia verò mouere quidẽ oportebat, quod superiacet: moueri autem ab eo, quod subiectũ est, maius rursùs, & fortius, ratio fuit esse ipsum superius: vt in brachio cõtingit, cubito, & sũma manu. Itaq; cùm & tibiam portandi femoris gratiã prę staret esse maiorem, vt autem ipsa moueretur facilè, minorem, essetq; necessariũ alterũ eligere: cùm ambo simul conuenire nõ possent: ratio certè fuit, eligere quidem quod vtilius, alterum verò non omninò neglexisse. (Est verò totum crus organum ad ambulationem factum, vt suprà *i.* declaratũ iam satis superq; fuit) sed in organis propter ambulationem institutis, ad motum promptior cõstructio longè vtilior fuit ea, quæ ad securitatem firmationis erat oportuna. Propterea igitur minorem fecit femore tibiam: nõ tamen eousq; minorem, vt nõ posset iam tutò ipsum portare] Quinimmò, vt postea videbimus, cum tibię fibulam addiderimus, ad sustentandũ maioris rationem habebit [Tibiq; hic primò quidem memoria est repetẽda methodus initio dicta: *k.* in qua dicebamus cuiusq; particulæ vsum ad actionem organi totius oportere referri: Secundò autem, & si omnia, quæ ipsarũ sunt, partium, mente immutauerimus, neq; inuenerimus positionem aliam meliorem ea, quam nunc sortitæ sunt, neq; figuram, neq; magnitudinem, neq; connexionem, neq; (vt paucis omnia complectar) aliud quidquam eorum, quæ corporibus necessariò insunt, perfectissimã pronuntiare oportet, & vndiq; rectè constitutam prę sentem eius constructionem. *l.* Quod certè, & quæ ante dicta sunt secundũ hanc methodum nobis diligenter expressa sint, & in sequentibus itidem eam seruabimus, nemo (si modò intentus fuit ijs, quæ priùs scripta sunt) ignorauerit. Quòd autem & tibiæ magnitudo ad certam symmetriam, seu cõuenientiam venit, quòd tùm ad femur, tùm ad pedem pertinet, adeò vt optimè sit cõparata ad velocitatem motus, nihilq; ad firmationis securitatem lędatur, euidenter disces tùm ex ijs, quæ propter varices, aut scirrhum crassiores sunt redditæ, tùm ex earum contrarijs, quæ propter aliud symptoma quoddam sunt extenuatæ. Siquidem quibus crassior, quàm par est, contingit, superfluo pondere impedit, & vitiat velocitatẽ ambulationis. Quibus verò est gracilior, facile ij euertũtur, & cadunt: maximè si citiùs moueri voluerint. Opus enim est, sicut & anteà dictum est, *m.* ad benè ambulandum altero quidem crure totum corpus tutò vehi, circumferri verò celeriter alterum. Ambo autem eiusmodi habet tibiæ secundùm naturam magnitudo. Etenim portandis superiacentibus sufficit, & transferri ab eis facilè potest. Itaq; iam manifestum est, maiorem, quam nunc est, non oportuisse esse tibiam.] Sed nostrum prosequamur intentum, Galeni cõtextum interpretantes.



h. 3. de v. p. cap. 13. circa princ.

Magnitudo.

i. Cap. 5. eiusdem.

k. 1. eiusdẽ 8.

l. Cap. 14. 3.

m. Cap. 5.

Situs. Figura. Linea prima. Tibiæ spina. *a Musc. tab. 15. fig. 17. a. & fig. 15. T.*

Interiùs igitur tibiæ os tenditur, exteriùs autem fibula. Cuius tibię figura triangularis est, tribus protuberãtibus, tametsi nõ exquisitè rectis lineis, ac tribus quoq; acutis angulis insignita. Quarum prima anterior est, cæteris prominentior, adeò vt spinam tibiæ anatomes professores nuncuparint. Hanc in prima figura litera .γ. .γ. prę fefert. Duæ autem aliæ, secũda scilicet, & tertia: Secunda quidem exterior fibulam respiciens: quam in secunda figura .δ. .δ. indicat. Tertia verò interior ad alterius cruris tibiã vergens, in vtraq; figura .ε. .ε. indicata. Sed hæc superiore in parte, inferioreq; ad obtusum angulum magis declinat. Quemadmodum tota ferè secunda acutior est. In quam cõmune ligamentum .α. secũdùm longitudinem extensum tibiæ fibulam colligans inseritur: seu mauis dicere & ab ipsa exoritur in fibi respondens fibulę angulũ, lineamue (de qua

poste-

©BIU Santé

posteriùs loquemur) implantatum. Prima autem anteriorue, quam spinã diximus, medio se habet modo inter secundę scilicet obtusionem, ac tertię acutiem. Inter has tres quidem lineas, siue angulos tria latera cõsistunt. Primum quidem exterius fibulam respiciens inter primã, & secundam lineam in prima figura .ρ. designatũ, quod planum iam, quinimmò quadantenùs cõpressum pedis motorũ musculorũ sexto, .β. & nono, .γ. digitorumq; pedis eiusdem quartodecimo, .δ. & quintodecimo .ε. sedem ex parte sua prębens: cui reliquam fibula distribuit. Secundũ verò latus interius est à prima, & tertia lineis circumscriptũ: quod insigniter gibbũ, carnisq; omnis expers, ac nudum existit solo periostio, cutiq; coopertũ (vt paulò post Galenus idem referet .n.) à Grę-cis κρέα, & ἀντικνήμιον appellatũ: quod quidẽ latus in prima figura .ν. litera, denotatũ est. Tertiũ verò dęmùm latus est posterius, in secunda figura .θ. designatum, quod secunda, & tertia lineis cõterminatur: Depressum quidem magis, quam secundũ, licet minùs, quam primũ est, musculis pedis digitos mouentibus secundo, .ζ. & tertio, .ν. pedisq; motorũ quinto .θ. idoneam sedem præparans. In cuius quidem lateris tertij superiore sede aspera quædam linea, sinuosáq; potiùs, quàm protuberans perpendenda venit, obliquè introrsùm à medio ferè latitudinis ipsius in tertiam lineam descendens. In quam sinuosam, asperamq; obliquam lineam musculus tibię motorum decimus .ι. sub poplite latitans dictus implantatur. Propè quam lineam asperam extrorsùm vltrà medium talis asperitatis non contennendũ foramen obseruatur nutrientiũ vasorum gratiã exculptum, vt scilicet intrò penetrent. Cur autem tibia extrinsecùs curua sit, dictũ iam anteà .ο. fuit. Sed hæc quòad tibię figuram, speciatimq; quòad eiusdem latera, angulosq;, ac lineas dicta iam sint. E quibus omnibus iam iam prędictis tibiæ vsus liquet duplex: Alter quidem, vt non secùs ac in manu cubitus, ita in crure tibia, quarundam motionum basis sit, sic etiam stando, ac sedendo femoris firmamẽtum sit: Alter verò, vt ab ea tàm pedis, quam eius digitorum motores quamplurimi musculi originem sumpserint, ac ipsi adhęrentes firmentur. Pedis inquam motores quartus, .κ. quintus, .λ. sextusq;, .μ. ac aliquo modo etiã nonus, .ν. digitorũ verò motores secundus, .ξ. tertiusq; .ο. ac decimusquartus, .π. & decimusquintus .ρ. Pedem inquam mouẽtium quartus ex posteriore sede coarticulationis tibiæ cũ fibula principiũ nerueum, validumq; sumit, toto propemodũ progressu tibiæ ossi, ac ipsi etiam fibulę incumbens. Quintus deinde ab eadem posteriori sede, qua tibia, & fibula inuicem dehiscere incipiunt, originem ducit: nõ solùm membraneo ligamento, quod secundũ longitudinem tibię fibulam colligat, incumbens: sed magnam quoq; posterioris tibiæ sedis partem intẽgens, internoq; interim fibulæ lateri adnatus, ab eoq; robur assumens. Sextus autem ab anteriori sede coarticulationis fibulę cum tibia ex vtroq; videlicet osse, eorumq; cõmuni ligamento principium ducens externo tibię ossis lateri innititur. Secundus deinde eorum, qui pedis digitos mouent, atq; etiã tertius à posteriori sede ligamẽti fibulam cum tibia connectentis enascuntur, totam ferè tibiæ, ac fibulæ longitudinem posteriore in parte perreptantes. Quartusdecimus autem digitos mouentiũ musculorũ ab osse tibiæ originem sumit, quà parte scilicet id sub genu articulo fibulæ cõmittitur. Ab hoc autem pedis nonum originem susc̃ipere, dicere possumus. Quintusdecimusq; tandem ab externo ipsius etiã tibię latere originem sumit: vbi membraneũ illud ligamentũ, .τ. quod secundũ longitudinem tibiam cũ fibula cõmittit, principiũ susc̃epit. Sed de his quidẽ musculis obiter intantũ dictũ hic sit, pro tibię vsu enarrãdo. Subdit autem Galenus in prędicti textu, ad ipsum duntaxat tibiæ os femur dearticulari, quanuis cum fibula post articulationem tibia coniungatur, pro ipsius etiã articulationis, ac totius quoq; corporis substentamẽto, de qua quidem femoris ad tibiam dearticulatione cùm posteriùs locuturi simus, .ρ. nõ est, vt hic frustrà sermonem dilatemus. Idcircò ad fibulę sermonem priùs ipso cum Galeno pertranseamus, quùm sic videlicet subdit.

Latus primum.

βtab. 1. ♆
γtab 4 ♌
δ Ibidẽ ♆
ε tab. 5. φ.
n. Tex. 4.
ζtab. 14. Λ.
n Ibidẽ ♐
θ tab. 15. figu. 15. D. E.
ι tab. 14. Γ.
o. Cap. prę-cedenti cõ-men. 3. Vsus du-plex.
κtab. 13. ♈.
λtab. 15. figu. 15. D. E.
μtab. 1. ♆
νtab 4. ♌
ξtab. 14. Λ.
ρ Ibidẽ ♓.
πtab. 4. ♈.
ρtab. 5. φ.
τ Musc. tab. 15. fig. 17. a. & fig. 15. T.
p. Tex. & com. 3.

TEXTVS SECVNDVS.

» Τὸ μὲν ἔξωθεν ὀστοῦν, ἤ πτέρνη καλεῖται, καὶ τῷ πάχει μὲν ἀπολείπεται τῆς κνήμης συχνῷ, καὶ τῷ μήκει δὲ οὐκ
» ἐξικνεῖται πρὸς τὸ γόνυ. Συναρθροῦται δὲ τῇ κνήμῃ κατ' ἄμφω τὰ πέρατα. τὸ δ' ἐν τῷ μέσῳ πάντη ἀφεστήκασιν
» ἀλλήλων.

» Os enim exterius, fibula nuncupatum, crassitudine quidem à tibia multùm superatur: longi-» tudine autem ad genu minimè peruenit. Coarticulatur verò tibiæ secundùm ambo extrema. » Quòad medium autem à seinuicem penitùs abscedunt.

COMMENTVM SECVNDVM.

FIBVLÆ magnitudinem perpendentes, eam tàm grossitie, quàm longitudine tibiæ cedere inuenimus. Tenuior enim, ac breuior ipsa fibula est: longè tamen tenuior, quã breuior. Ideoq; Galenus crassitudine à tibia multum superari; alibiq; .q. tenue adno-dum, & multò minus, quam tibiæ os, esse ait. Quòad longitudinem verò, non sic locutus est: sed φ οὐκ ἐξικνεῖται, q. d. φ non tangit ipsum genu, siue φ non peruenit ad genu; paruũ esse

q. 1. de v. p. cap. 13. post prine.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 263 sur 292

©BIU Santé

esse excessum per huiusmodi loquēdi formam, parteq; duntaxat superiore innuens. Eoq; magis, quoniam inferiore in extremo fibulę longitudo tibiam superat. Adeò vt cōpensata inferna longitudine cum superna breuitate in idem ferè perueniant. Extrinsecùs igitur tibię fibula apposita

1. Ibidem. Fibulę vsus quadruplex.

„ est [Vtilitatem geminam quidem (eodem Galeno declarante .n.) animali prestans primā, & necessariam: ex abundanti autem (vt ita dicam) tertiam. Prima quidem certè vtilitas eiusmodi est „ dearticulationis ad astragalum: à qua extendi, & flecti pedem dicebamus: alteram enim partem „ dimidiam exteriorem hæc propemodū efficit totam: vt tibia internam. Alter autem vsus fibulæ „ hic quidem est, quòd qua potissimū parte ab incidentibus foris lędenda erant, facilè omnia tibię „ vasa, & musculi hac circūposita est fibula. Tertius vsus est in externo femoris capite, quod tibia „ substinet. Ad id loci enim affirmata, ad securitatem simul, & firmationem non parùm confert. „ (Quibus quartum vsum nos postea addemus, scilicet vt multorū musculorū tàm pedem ipsum, „ quàm pedis digitos mouētium aptissima sede, vel etiā principiū sit, vt posteà videbimus) Quòd „ si quis putat, crus nihil indigere fibula, cū possit tibia, sicut supernè ad genu sola ad femur dear- „ ticulatur, sic & infernè dearticulari ad astragalum. Non intelligit se desiderare in ea id magnitu- „ dinis, vt nihil vincatur à femore. Hoc autē lapideo cuidam, & ligneo animali & accidere potest, „ & prętерquam ꝙ nihil incommodabit, tutiùs puto substentaturū superiora. Quemadmodum si „ pedem quis, non cuiusmodi nunc est, sed multò maiorē fecerit. At animali viuo, & vero per su- „ periora moturo inferiora, omninò absurda esset huiusmodi constitutio. Fortiora enim esse opor- „ tet, & maiora motura rebus à se mouendis. Rectè igitur natura extrinsecùs ad tibiam extendens „ fibulam, simul quidem munimentum quoddam hoc musculis, & vasis fabricata est: simul autem „ media inter tibiam & fibulam regione multos musculos posuit: per quos mouēdus pes erat. Ma- „ gnum autem os vnū si fecisset hic solum, extrinsecusq; ei vasa, & musculos sine munimento cir- „ cumposuisset, malè habitum totum ita crassum, & graue fecisset cœlum. Neq; enim hoc licet di- „ cere, ꝙ supernè quidem, & infernè ipsi apophyses producere prętiterat, quibus dearticularetur „ adiacentibus: ipsum autem os per totam tibiam tenue facere. Facillimè enim ita essent patibiles „ eius apophyses, & maximè quæ essent ad astragalum plurimùm excidentes à totius ossis rectitu-

f. Cap. 14. ante med.

„ dine.] Pauloq; infrà .f. [Itaq; iam manifestū est maiorē, quàm nunc est nō oportuisse esse tibiam. „ Et cùm eius sit magnitudinis, fibulam ipsam haud mediocrē prębere articulo astragali tutelam,

Fibulæ ad radiū cōparatio.

„ ac veluti aduersùs externas iniurias propugnaculum quoddam tibię adiacere. Cuius etiam capiti „ prętер hæc omnia adfirmatū est. Manifestum igitur ex dictis est, ꝙ plurimùm differt cōstructio „ fibulæ à cōstructione radij, quodq; sapienter natura, vbi nihil plus accessurū erat, ambulationis „ organis, ex multitudine articulorum, ibi compositiones ossium immobiles omninò fabricata est. „ Nam promptitudo, & diuersitas motuū apprehēsorijs organis, firmationis verò securitas ambu- „ lationis est vtilior. Propterea igitur cùm radius supernè, & infernè dearticuletur, etiam fibula in „ vtraq; parte dearticulatur tibiæ. Sicut enim si simplex esset totū crus nulla parte interceptū arti- „ culis, securiùs ab eo totū animal substineretur: ita & tūc ꝙ plurimas dearticulationes nō assūpsit, „ ad perfectā securitatē propè peruenit. Si enim absq; articulis fuisset omninò, neq; ostēdi posset, „ neq; flecti, & ita amisisset vsum omnē, cuius gratia factum est. In multas autem dearticulationes „ diuisum, lubricū, & fallax esset, adeò vt nunquā constanter vno crure stare possemus, quin con- „ festim circumuerteremur, atq; caderemus. Quare & hic admirari oportet naturā: vt quæ ex cō- „ trarijs, & vitiantibus se multò, & pugnātibus, necessarijs tamen ambobus cruri, tantū ex vtroq; „ acceperit, quantum neq; motus facilitatem, neq; firmationis securitatem vitiaturum erat.] Sed

Figura.

vt hęc omnia exquisitiùs perpendantur, ipsius fibulę figuram cōtemplemur (ita enim quartum superadditū vsum pernouerimus) Haud igitur ita exquisitè triangularis est, sicut tibia, nisi parte duntaxat inferiore. Prętер superiorem enim partem: quæ secundū compressam quandā sphe- ram orbicularis est: totum quod in medio est, ad quadrangulum potiùs vergere determinādum est. Quatuor enim euidentissimę lineę in ipsa apparent, ac per hoc quatuor etiā anguli. Quarum

Linea prima.

« linearum nulla exquisitā seruat rectitudinem. Prima igitur anterior est acuta, insigniterq; pro- « tuberans, primum quidem angulum acutum quoq; constituens: quam in prima figura .s.s. prę- « sefert. Secunda verò linea interior est, partim acutum, partim verò obtusum angulum efficiens, « gibbaq; hæc est. Velut tertia, quæ exterior est concaua non acutum, sed obtusum angulum con- « stituens. Internam, quæ tibiam respicit .f.f. Externam verò .u.u. in prima, & secunda figura « cōmostrant. Priuatim verò à secunda linea ligamentum cōmune fibulę, ac tibię, & in secundam tibiæ lineam insertum pronascitur. Sic igitur apud Vesalium tres lineæ prędictę annumerantur triangulam ipsam fibulam determinantem: ideoq; tria etiā latera exponētem: Primum quidem interius inter primam, & secundam lineam, quod quidē latus vna cum tibiæ ossis externo latere pedem mouentium sexto, .α. ac nono, .β. digitosq; extendentium decimoquarto, .γ. & decimo- quinto .δ. aptam sedem prębeant. Cumq; in huius lateris medio linea quędā protuberans adhùc sit, suprà quidem acutiorem, infrà verò obtusiorem angulum efficiens: à quo nonnihil principij

Latus primum.
α 1. tab. Ψ
β tab. 4. Λ
γ Ibidē Ψ
δ tab. 5. e

pedis

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 264 sur 292

© IU Santé

pedis digitos mouentiũ quintodecimo .ε. prębetur, hãc negligentẽ, ac inter effatu dignas lineas minimè cõputantem. Nobis autem vſq; adeò inſignem hanc lineam cõſpiciẽtibus, angulumq;, ac diuerſa linea efficientem, vt negligenda minimè veniret, tanquã lineam quartam, quatuorq; angulos, & latera cõputare magis arridet: Ideoq; quadratũ potiùs, quam triangulare huiuſmodi os determinare: at id parui momenti eſt. Secundum igitur latus exterius quadantenùs aſperum inter primam, & tertiam lineam ab anatomicis ponitur pedem mouentiũ muſculorũ ſeptimo, .η. & octauo .θ. locum aptè prębens. Ab externo enim appẽdicis eiuſdẽ oſſis latere circa genu principium ducens, in latus prędictũ attenſus, eiq; cõnatus vterq; hic muſculus eſt. Tertium deniq; latus eſt poſterius inter ſecundam, & tertiam lineam circũſcriptum, quod poſteriores tibię muſculi, pręſertimq; pedis digitos mouentium ſecundus, .ι. & tertius .κ. occupant. Sed hæc quòad fibulę figuram dicta intantum ſint. Annotatione autem dignum prętereà eſt, nullam huius oſſis partem excarnem eſſe, pręter externi lateris infirmam partem, ſupraq; inferiorem eiuſdem oſſis appendicem. Subdit autem in pręſenti contextu Galenus fibiam tibię oſſis coarticulari, q. d. per ſynarthroſim copulari, ſiue articulari, nec interim adeò ſurſùm protendi, vt genu attingat, hoc eſt, vt cũ femore ipſo articuletur: At ſuperior quidẽ eius appẽdix interno ſuo latere, retrorsùm, ſinum quendam lęuiſſimè cęlatum pupillaremq; obtinuit: in quẽ tibię appendicis cõdylus, ſiue capitulũ, poſteriore in parte lateris externi exiſtens, per arthrodiã coarticulatur. Vſq; adeò quidem intereà ſinus alterius, alterius verò capitulũ obſcurum, ancepſq; eſt, vt quodnam ingrediatur, recipiaturue, & quod recipiat, diſtinguere, difficillimũ ſit: Niſi incruſtantis cuiuſpiã chartilaginis leuiſſimæ interuentu fibulæ os apertiùs ſinuetur, tibiæ verò appendix aliquantiſper protuberet. Econtrà verò parte inferiore ſe habent. Fibula enim à tibia recipitur abſq; chartilaginis incruſtatione. Quinimmò cũ aliquali vtriuſq; aſperitate. Ideoq; cùm recipiatur à tibia parte inferiore, ipſa fibula, illamq; hęc ſuperiùs recipiat: Eapropter ad ſecundã ginglymi ſpeciem, hanc articulationem ſuprà reduximus, .τ. quoniam ſcilicet in diuerſis partibus huiuſmodi receptio fit tibię à fibula, fibulęq; à tibia. Quam prętereà oſſium amborũ coarticulationẽ, velut in alijs omnibus articulis contingit, validum quoddã corroborat, ſuſtinetq; orbiculare ligamentũ. Verùm enimuerò perpendenda deinceps nõnulla, pręter hæc, in alterutro oſſe veniunt. In tibiæ quidẽ anteriore parte, iuxta genu, ſuperioreq; ipſius appendice foraminula quædam prędicti ligamẽti oriundi gratiã: Itemq; aſperitas: in quam ſeptimi, .λ. octauiq;, .μ. & noni .ν. tibiam mouentium muſculorum tendines implantãtur: In fibulę autem ſuperiore appendice, eminentiore quidem, externoq; ipſius latere, aſpera quædã protuberantia: in quam pręter trium muſculorũ tendines tranſitu quodam pro parte inſertos, quarti .ξ. quoq; tibiam mouentis tendo implãtetur, pediſq; motorum ſeptimus .ο. inde principiũ duxerit. Sed hæc quòad ſuperiorem tibię cum fibula coarticulationem, amborumq; oſſium ſupernas partes, dicta iam ſint. Quòad infernam verò partem annotandum eſt, inferiores tibiæ, ac ipſius etiam fibulę appendices vſq; adeò vtrinq; extendi, vt mediam in ſe ipſius aſtragali, taliue cum tibia dearticulationem cõprehendant, quam primę ſpeciei, vereq; ginglymon eſſe, antea iam .υ. declarauimus. Ad internum nanq; latus tibiæ appẽdicis proceſſus deorsùm fertur, cauus quidem, lęuiterq; chartilagine incruſtatus extrorsùm quendam efficiens ſinum, in quem talus recipiatur, introrsùm verò gibbus, ſiue cõuexus. De quo, ac fibulæ quoq; proceſſu, quatenùs ambo malleolos efficiunt, ipſomet cũ Galeno poſteriùs tractaturi ſumus. .χ. Nũc igitur reliqua Galeni verba expediamus. Subdit enim ſtatim in pręſenti etiã contextu, quòd quòad mediũ à ſeinuicem tibia, & fibula abſcedunt, dehiſcuntue. Atq; idipſum quidẽ, vt muſculis eum locũ vtrinq; occupaturis cõmoda ſedes præbeatur, vt tamen intereà robur, firmamentumq;, & ſuſtentatio nõ deſit, ſecundũ longitudinẽ totũ id ſpatiũ, quo abinuicem oſſa hęc dehiſcunt, aliud propriũ ligamentũ intercedit, nõ ſecùs ac inter cubiti, ac radij os inuenitur eundem hic & ibi vſum pręſtans. Quoniam verò ſuperiùs tibiam femoris dearticulari prętactum iam eſt: Eapropter quomodo huiuſmodi dearticulatio fiat: an videlicet per ginglymon (prout nonnulli perperam dixerunt) an per duas potiùs enarthroſes (vt anteà nos diximus .ψ.) vberiùs cum ipſo etiam Galeno diſcutiamus: quùm ſic videlicet ſubdit.

t. In procœ. com. 6.

λ tab. 5. A
μ tab. 5. & 6. π.
ν tab. 4. φ. & tab. 5. charac. 5.
ξ tab. 10. Ψ.
ο tab. 6. φ.
υ. Ibidem.

x. Tex. & com. 4. huius.

y. In procœ. com.

TEXTVS TERTIVS.

» Ἀλλ' ἥ γε κνήμη καθ' ἃ τῷ μηρῷ συντέταχται, μεγάλην ἐπίφυσιν ἔχουσα κατὰ τὸ πέρας, ὑπιδέχεται τὸν μηρὸν
» ἐπιβαίνοντα δύο τισὶν ἑαυτῆς κοιλότησιν· ἐν μέσῳ δὲ τ' κοιλοτήτων ἐξοχήτις νευραχονδρώδης εἰς τὸ μεταξὺ τῶν
» κονδύλων ἐμβαίνει, καθάπερ εἴς τομήν τινα βαθεῖαν.

» Verùm tibia quibus partibus femori, magnam habens appendicem in extremo, connectitur,
» femur ipſum recipit: quod duas quaſdam ſuiipſius cauitates ingreditur. In medio autem earum
» cauitatum eminentia quędam neruochartilaginea in medium condylorum tanquam in profun-
» dam quandam ſciſſuram inferitur.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 265 sur 292

©BIU Santé

COMMENTVM TERTIVM.

NON vna quidem, ſed duabus, immò tribus partibus tibia femori cõnectitur, duabus videlicet inarticulationibus, & in earũ medio neruochartilagineo quodã ligamẽto: Idcircò non ſingulari numero, ſed plurali vſus eſt, dicens καθ' ἃ τῷ μηρῷ συντέτακται, hoc eſt, quibus ſcilicet partibus: ſiue ſecundũ quæ, ſcilicet ſecũdũ quas partes femori cõnectitur. Magnam habens appendicem, craſſam videlicet, ac latam, & anteriùs magis deſcendentem, vt in prima figura .B. litera ſignatur. Sunt igitur duæ eiuſdem appendicis cauitates oblongæ (quas in ſecũda figura .F.G. indicant) lubrica lęuiq; chartilagine incruſtatę femoris condylos, capitaue recipiẽtes, ſiue rectiùs Galeni verbis ytentes dixerimus, in quas femur ipſum ingreditur. Quanuis enim duæ enarthroſes ſint, interior ſcilicet, & exterior, dextraue, ac ſiniſtra; vnius tamen quodammodo rationem habent. Quodammodo inquam, propter vnicum manifeſtiſſimum motum ſcilicet flexus, & reflexus: non ſimpliciter tamen, & omniquaq; vnum, vt in proprijſſima ginglymo contingit. Cùm alter quidam obſcurus reuolutionis motus à lateralibus hinc & inde flectentibus muſculis, pręſertimq; ab eo, qui ſub poplite latitat, per eoſdẽ articulos aliquatenùs laxos expleatur. Quam ob cauſam cauitates hæ ſuperficiales magis ſunt, quàm vt femoris capitibus recipiẽdis aptè reſpondeant. Ne tamen interea periclitetur, ac lubrica nimis talis articulatio ſit, duabus ſagaciſſima natura lunaribus chartilaginibus talium cauitatum profunditates adauxit: alterã ſcilicet alteri cauitati apponens: quas in margine appoſita figura pręſefert. Quæ cùm neq; femori, neq; ipſi etiam tibię adnaſcantur, niſi ligamenti articulum amplexantis beneficio ipſi tibię alligentur, motũ minimè impediunt. Sunt igitur hę chartilagines, parte quidem interioris cauitatis interiore, atq; exterioris exteriore literis .N.N. vtrobiq; denotata, craſſiores, paulatimq; deinceps nõ modò versùs apices, at versùs ipſum quoq; centrum attenuando deſcendunt. Niſi enim ſic factę fuiſſent, pręſertimq; in lateribus cauitates minimè auxiſſent. Sic igitur cauitates has molliore hac, ligamentaliq; chartilagine adauctas cum Galeno femoris proportionatas eſſe dicemus, nõ vt in emundatis oſſibus apparẽt: Quùm ſcilicet ſic ille ait. ζ. [Atq; hæc ipſa quidẽ mirabiliter ab ea ordinata ſunt, & ijs adhùc magis ipſius genu dearticulatio. Epiphyſes enim oſſis ipſius femoris (vocatur autem ſimiliter, & ipſum μηρὸς, latinè femur, nomine totius cœli) mirabiliter conuenientes habent in tibia cauitates: vt neq; laxus ſit ingreſſus earum productionũ, neq; motu difficilis propter loci anguſtiam. Circumpoſita quoq; ligamenta vndequaq; tutò cuſtodiant, cõtineantq; dearticulationem: Adeò vt flectẽtibus nobis aliquando, aut extendentibus, plurimũ femur à tibia minimè excidat.] Hæc rectiſſimè Galenus: quanuis nonnulli reprehẽdere auſi ſint. Sed nos ad prędictas chartilagines reuertamur. Anteriùs igitur exterior, atq; interior chartilago inuicem, litera ſcilicet .p. colligantur: Poſteriùs autẽ ſcilicet litera .q. ob ligamẽti (quod ordine ſextum antea declarauimus .a.) exortum abinuicem abſcedunt. In harum igitur cauitatum, ac lunarium chartilaginum, quinimmò totius appendicis medio interſtitio tuber quidam: .π. velut appendicis proceſſus enaſcitur aſper, inęqualiſq;, ac duplex prędictas cauitates, ſiue ſinus abinuicẽ ſecernens. E quo quidẽ tubere, pręſertimq; ex media vtriuſq; apicis eiuſdem tuberis regione aſpera, foraminuliſq; nonnullis prędita ligamentũ illud validiſſimum exoritur, quod ſupra .b. ordine quartum poſuimos. Idipſum ergo eſt, quod νευροχονδρώδης, ob ſui robur, duritiemq; Galenus appellauit. Quod non ſecùs ac antea fecimus, .c. neruochartilagineum nuncupauimus, q. d. nerui, hoc eſt, ligamenti, & chartilaginis ſubſtantiæ particeps. Vnde neruum, ſiue potiùs ligamentum chartilagineum, aut chartilaginem neruearn, ſiue ligamentalem dicere poſſemus. Rectius autem dicemus ligamẽtum chartilagineum: quod quidem in cõdylorum femoris medium illum ſinum (quem priùs ordine tertiũ enarrauimus .d.) tanquã in profundam quãdam ſciſſuram inſeritur. Sed his omnibus exquiſitè penpenſis, ad anteriorem, inferioremq; tibiæ oſſis partem cum Galeno reuertamur: quùm ſic videlicet ſubdit.

§. 3. de v. p. cap. 15. in princ.

Cõtra Veſalium.

a. Cap. pcedenti cõ. 2. verſus finẽ.

π In 1. & 2. fig. prędictis capitis r. r. patet.

b. Cap. pcedenti cõ. 2. verſus finẽ.

c. Cap. 17. tex. & cõ. 2.

d. Cap. pcedenti cõ. 2. poſt med.

TEXTVS QVARTVS.

Ὅσον δ' ἄσαρκόν τε, καὶ λεπτὸν ἐν τοῖς πρόσω τῆς κνήμης ἐστὶν, ἀντικνήμιον ὀνομάζεται. τὰ δ' ἑκατέρωθεν αὐτῶν πέρατα τὰ κάτω κνήμης τε, καὶ περόνης, σφυρά· τὰ δὲ κυρτὰ πάλιν ἐντᾶυτα, καὶ παντελῶς ἄσαρκα, καὶ τἄλλως ἐκκείμενα, καλοῦσιν ἀστραγάλους οἱ πολλοὶ, τὸ παντὸς ἁμαρτάνοντες. ὁ γὰρ ἀστράγαλος κάτω τῶν ἑκατέρωθεν περιλαμβάνεται σκεπόμενος πανταχόθεν, ὥστε ὑ κἂν ἄψαιο αὐτοῦ. πέρατα δ' ἐστὶ πάντα τῆς κνήμης τε, καὶ περόνης φ' πορύσεων, κυρτὰ μὲ ἔξωθεν, ὥσπερ καὶ φαίνεται, κοῖλα δὲ ἔνδον.

Quantum verò excarne, ac tenue in tibię anterioribus eſt, protibia nuncupatur. Fines autem tibiæ, ac fibulæ vtrinq; inferni, malleoli vocantur. Hos ipſos gibbos rursùs ibidem, & omninò excarnes,

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 266 sur 292

„ excarnes,atq; alijs prominẽtiores plurimi talos appellant prorsùs aberrantes. Talus enim ſub his
„ vtrinq; cõprehenditur vndequaq; contectus, vt ne tãgere ipſum quidem poſſis. Fines autem hi
„ tibię fibulęq; proceſſuũ ſunt, gibbi quidem foris (vt patet) intùs autem caui.

COMMENTVM QVARTVM.

TOTVM id, quod in anteriore tibiæ parte, ad latus quidem ſecundũ (vt anteà diximus .e.) pertinens, excarne, ac per hoc (ob carnis ſcilicet defectũ) tenue, tàm ipſius appendicis anterior pars, quàm ipſius oſſis tibiæ prędictum ſecundũ latus, primaq; linea, ſiue primus angulus, quem tibię ſpinam vocant, pręſertimq; parte ſuperiore, à Gręcis κρέα, latinè ocrea, & ἀντικνήμιον vocatur. Latinè dicere poſſumus protibiam: quoniã ſcilicet extrinſecùs occurrentibus cauſis primum occurrens, tibię defenſoriũ eſt. Quomodo autem ſuperior huius pars ſe habeat, quiſue illius vſus ſit, pręoſtenſum iam eſt. .f. Reliquum eſt igitur, vt ad inferiores tàm tibiæ, quàm fibulæ partes enarrandas cõuertamur. Inferiùs igitur tàm tibiæ oſſis, quàm fibulę ipſius appendices exiſtunt, extra quidem gibbæ, protuberanteſq;, intùs autem quadantenùs ſimæ, ſeu cauæ aſtragalum, latinè talum nuncupatum, ſimul ambæ cõprehendentes, quanquam diuerſo articulationis modo, tibia ſiquidem per proprijſſimè dictam ginglymon (prout anteà iam enucleauimus .g.) fibula verò per arthrodiam (vt hanc etiam enarrauimus .h.) ambas quidem tanquã diarthroſeos ſpecies: quoniam propter motum manifeſtum. Per ginglymon inquam tibia cum talo dearticulatur: Ideoq; ſinus appendicis eius talum recipiens duplex eſt, in medio quidem protuberans: vt ſcilicet in geminos illos ſinus talum recipiat: per eam verò protuberationẽ ab ipſo talo recipiatur. Quanuis autem Galenus dicat, fines hos (quos verè malleolos, Gręcè σφυρὰ, nuncupamus) tibiæ oſſis, fibulæq; fines eſſe: Addere nihilominùs oportet, proceſſus hos immediatè non fibulæ, aut tibiæ eſſe: ſed appendicum horum oſſium. Sunt igitur qui deorsùm protenduntur talum cõprehenſuri, cumq; eo dearticulandi, parte quidem interna tibiæ, externa verò fibulæ appendicũ proceſſus. Qui quidem è regione ſinuati, partibus ſcilicet quibus talo dearticulãtur læui chartilagine incruſtati ſunt. Interna diximus parte tibiã: externa verò fibulam, ad corporis ſitum referẽtes. Tametſi Galenus in pręſenti cõtextu ἔξωθεν, quod eſt, foris: & ἔνδον, quod eſt, intùs (quùm ſcilicet foris gibbos, intùs verò cauos, tàm tibiæ, quàm fibulæ proceſſus ait) ad ipſam potiùs dearticulationẽ reſpexit: vt ſcilicet quod ad ipſam, ipſiuſq; colligationẽ ſpectat, intùs, quod verò extrà dearticulationẽ, ſiue à tergo eius dicere mauis conſiſtit, foris nuncuparit. Vnde vtrunq; extremũ, quod tangi à nobis poteſt, pręſertimq; nudum, & excarne, malleoli nomine inſignitum extrinſecũ dixerit. Priore autem ratione intùs & extrà conſiderantes, tibiæ proceſſum, malleolũ intrinſecum dicemus, fibulę autem, malleolũ extrinſecum. Sed circa hos quidem appendicũ inferiorũ proceſſus pernotanda quędam ſunt. Primoq; circa ipſius tibiæ infernam appendicem: quoniam ſcilicet tres in ea ſinus effatu dignos obſeruamus: Primum quidẽ versùs poſteriora, in infima videlicet eius ſede quadantenùs aſperũ. E quo chartilagineũ quoddam ligamẽtum egreditur ipſam talo ibidem firmiſſimè colligans. Hunc .r. in prima figura pręſefert. Secũdus verò eiuſdem appendicis ſinus eſt anteriùs trãſuerſim oblongus, aſperior, inęqualiorq; prędicto, ſupra mediam appendicis protuberantiã .l. in prima figura indicatus. Vnde ligamentũ aliud ſimile prodit, eandem quoq; tibiæ appendicẽ tali ceruici connectens. Tertiuſq; demùm perpendẽdus ſinus eſt, parte iterum poſteriore ipſius proceſſus malleolum producentis, oblongus, atq; ſupernè deorsùm cęlatus: vt per eum trium muſculorũ tendones à tranſuerſis ligamentis obducti tutò pertranſeant: videlicet tendones muſculorũ pedem mouentium quinti, .ξ. & digitorũ ſecundi, .o. & tertij: .π. quem ſinum .m. in ſecũda figura pręſefert. Quòad fibulæ verò infernam quoq; appendicem annotandũ eſt, hanc dum externũ malleolum conſtituit, tùm longiorem, tùm craſſiorem eſſe interno tibiæ malleolo, idq; condecenti ratione: vt ſcilicet validiùs exteriùs dearticulatio firmetur: vbi maius de luxatione periculum inſtare poterat. Eiuſdem prętereà appendicis malleolum externum cõſtituentis internæ ſedi, qua talo dearticulatur, ſinus quidam ſubeſt, maximè conſpicuus, ac .r. in ſecunda figura denotatus, ex quo chartilagineum quoq; aliud ligamentũ pronaſcitur, fibulam ipſam talo validiſſimè connectens. Poſteriùs autẽ litera .q. ſecundę figurę ſinus alter amplior eſt, ſed vix in emundatis oſſibus conſpicuus, niſi chartilagine quadam adauctus, tranſuerſoq; ligamento quodam obductus, vt tendones muſculorum pedem mouẽtium ſexti, .ρ. & ſeptimi .ſ. deducens, eos firmat. Ne fortaſſis à ſua ſede inter mouendũ aliquãdo declinent. Dicit autem Galenus hic nõnullos tempore ſuo fuiſſe, qui quidem prędictos appendicum tibię, ac fibulę proceſſus (malleolos Gręcè σφυρὰ, vti diximus, propriè nuncupandos inconſultè, ac falsò talos latinè, Gręcè autem ἀστραγάλους nuncupabant: Minimè interim aduertentes, talos vndiq; contegi, vt minimè ipſos tangere, quòad latera, queamus, nec duos eſſe, niſi vnum in pede quolibet. Quem licet in emundatis ſceletis poſteriore

e. Com.1. huius verſus finem.

f. Com.2. verſus finẽ.

g. In procę. com.17. h. ibidem com.14.

Tibię oſſis inf. ap. ſinus primus.

ξ tab.15. fig. D. E. in alia verò c.

o Ibidẽ o. tab.14.A.

π tab.14. π. & 15. fig.15.p.

Fibulę inferior appendix. Sinus primus.

ρ tab.1.Ψ ſ tab.6.ρ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 267 sur 292

©BIU Santé

ſteriore in parte, qua cũ calce, atq; anteriore, qua cũ ſcaphoide oſſe dearticulatur, cõſpicere nobis liceat: In viuente nihilominùs, vel etiã emortuo, non tamen à chartilagineis nonnullis ligamentis emundato, vſq; adeò cõtegitur: vt neutiquã videre, vel tangere fas ſit. Nunc priſcorum errorem annotaſſe operæpretiũ eſt, tantò magis, quoniã noſtro etiã æuo nõ pauci è noſtris Græcorũ interpretibus eoſdem oſſiũ fines talos nuncupent: talum pro σφυρὰ traducentes. Vbi ſcilicet venam incidendam in vteri affectibus fore aiunt in interno talo; veluti pro coxendice in externo talo. Cùm tamen interno, vel externo in malleolo dicere debuerint. Sed hæc ad grammaticos. Cùm verò cuncta iam prælibata ſint, quæ in alijs omnibus obſeruauimus. Idcircò tempeſtiuum eſt, ad molam cum ipſo etiam Galeno conuerti, ſic videlicet ſubdente.

Περὶ ἐπιγονατίδος. Κεφάλεον. κβ'.

De Patella. Caput Vigeſimumſecundum.

TEXTVS PRIMVS.

Κατὰ τῆς τε μηρῆς, καὶ κνήμης διαρθρώσεως, ἔξωθεν ὀστῶν χονδρώδες ἐπίκειται, περιφερὲς τῷ σχήματι. τὰ κυρτὰ μὲν καὶ δίον κονδυλώδη τῶν ὑποκειμένων ὀστῶν περιλαμβάνον ἐπιτηδείως κοιλότησιν· ἐξοχὴ δέ τινι βραχέια τὴν μετα ξὺ μηρῆτε καὶ κνήμης εὐρυχωρίαν καταλαμβάνον, ὁμαλίζουσι δὲ τὸ ὀστῶν τοῦτο τινὲς μὲν ἐπιγονατίδα, τινὲς δὲ μύλην.

In femoris tibiéq; dearticulatione, extrinſecùs, os chartilagineum, figuraq; rotundũ incubat, gibbas quidem, & veluti condiloſas ſubiectorum oſſium partes aptis cauitatibus cõprehendens: medium verò femoris, ac tibiæ latum ſpatium breui quadam eminentia cõplectens. Nominant autem idipſum os, nonnulli quidem ſupergenicularem, nonnulli verò molam.

COMMENTVM PRIMVM.

MVLTIS nominibus dotatũ id os eſt. A' molaris enim lapidis rotunditate μύλη Græcè dicitur, latinè autem mola. Cuius etiam rotunditatis ratione, rotula, quaſi parua rota nuncupari à noſtris conſueuit. Alia autem ſimilitudinis ratione, quam ad ſcutũ habet, nõnulli è noſtris ſcutale os, ſiue ſcutiforme nuncuparunt. Quemadmodum vel quia patellæ oſtracoſo piſci etiam ſimile eſt, patella vocari ſolet: vel fortaſſis quia tanquã femoris, ac tibiæ dearticulationi ſuperpoſitum id os omnibus pateat: ſicq; à patendo, patella nomencletur. Galenus autem hic à ſede, cui innititur, quæ γόνυ Græcè, latinè verò genu dicitur, ἐπιγονατίδα, q. d. ſupergenicularẽ, in titulo appellauit: quanuis poſteà molam quoq; ab alijs quibuſdam nominari ſubiunxerit. Vtroq; autem nomine vſus eſt libro de vſu partiũ tertio .i. Cuius verba poſteriùs enarrabimus. Quouis autem modo id appelletur, ſubſtãtiam eius, atq; vnà figuram Galenus impreſentiarũ tetigit, dicens chartilaginoſum eſſe, quòad ſubſtantiã, ac rotundum quòad figuram. Verùm circa eiuſdem verba nonnihil annotandũ eſt. Quidam nanq; aduerbium [ἔξωθεν] cum adiectiuo [χονδρώδες] coniungentes, intelligenteſq; interim à Galeno dici os id exteriùs, ideſt parte extrinſeca chartilagineum eſſe, Galenum inde reprehendunt, falſa docentem, os id exteriùs chartilagineum eſſe. Quanuis enim in pueritia (velut alia quoq; multa oſſa) chartilagineũ id ſit (prout anteà iam declarauimus .k.) Procedente nihilominùs, perfectaq; iam ætate, durũ exquiſitè eſt, ſolidumq;, ac parte præſertim anteriore, ſiue dixiſſe malumus extrinſeca. Nos autem Galeni manes, vbicunq; licuerit, excuſare obnoxij, aliter textũ hunc exponimus: vt ſcilicet dictio [ἔξωθεν] quod eſt [extrinſecùs] non cum [χονδρώδες] ideſt [chartilagineum] coniungatur: ſed cum verbo [ἐπίκειται] latinè, incubat, ſiue apponitur. Quocirca non quòd extrinſecùs chartilagineũ id os ſit, intellexerimus: ſed quòd extrinſecùs apponitur, ſiue incubat. Quod præterea chartilagineum vocare Græci idcircò ſoliti ſint, quoniam priùs exquiſita chartilago, in prima ſcilicet ætate, ſit: dein chartilago oſſea, deinceps verò chartilagineũ os fiat. Quòd ſi tandem purum os euadat: nunquã tamen deeſt, quin chartilagine vndiq; incruſtari appareat: parte inquam interna, ſeu dicere malumus poſteriore, qua cum femore, & tibia cõnectitur, vera chartilagine: parte autem ſui externa, ſiue anteriore, cùm tres duri, quaſiq; chartilaginei tendones, ſcilicet muſculorũ tibiam extendentium ſeptimi, .π. octauiq;, .υ. & noni .φ. cum ipſo coaleſcant. Quod maximè apparet, vbi per elixationem illi colliqueſcant: chartilagineam nanq; eliquatam quandam ſubſtantiã præſeferunt. Quocirca veteribus anatomicis chartilagineũ os idipſum abſolutè nuncupaſſe libuit. Quòd ſi circa hanc expoſitionem ambigas, quoniam ſcilicet nõ exteriùs, ſed anteriùs os id in genu articulo appoſitũ eſt: Idcircò Galenus nõ rectè locutus eſſet. Reſpondebimus eueſtigiò dicentes, diuerſis rationibus idem anterius dici poſſe, atq; exterius. Anterius quidem

j. Cap. 15. poſt princ.

k. In procœ. cõ. 5. in declaratione 5. cõcluſionis.

π tab. 5. Λ υ tab. 5. et 6. Π. φ tab. 4. φ. & tab. 5. declarat. 5.

Obiectio. Reſponſio.

©BIU Santé

quidem ad posterius cõparando, dextrumq;, & siniſtrum: tuncq; horum alterum internum dicetur: alterum verò externum: puta ſi dextrum internũ eſt, ſiniſtrũ remanet externũ, & econtrà. Idem verò, quodcunq; ſit, anterius iam iam prędictũ, alia ratione, ad ea ſcilicet quæ in profundo ſunt, comparatum, exterius dici poteſt. Quemadmodũ v.g. de huius articuli ligamentis proferri licet: Nonnulla ſcilicet externa eſſe: vt pręſertim quę articulum ipſum in orbem circumueniunt: alia verò interna: vt quod à tibiæ oſſis medio tubere prodiens, in medium condylorũ femoris ſinũ inſeritur. Cùm igitur mola hæc nõ intùs in profundo, ſed exteriùs appoſita ipſi dearticulationi ſit: Eapropter non temerè Galenus hic dixiſſe potuit exteriùs apponi, ſiue incubare (Niſi velimus fortaſsè deprauatã proferre literam, & loco dictionis [ἔξωθεν] quod eſt [exteriùs] legendum fore [ἔμπροσθεν] quod eſt [anteriùs] vtrunq; enim diuerſis rationibus verum eſſe decernimus.) Sic igitur libro de vſu partium tertio .*l*. de hac etiam mola loquens Galenus, quanuis anteriorem occupare partem (vt paulò poſt eius verba referemus) dixerit: Nõnunquam tamen
» exteriores partes modo prędicto conſiderauit: vt quùm ait [Extrinſecùs autem contineri ſupercilijs, &c.] omnem partem profundo oppoſitam extrinſecã appellans. Pauloq; infrà [Admiratur nihilominùs externam tutelam pro roboris actionis portione] Rurſuſq; paulò poſt [Hoc quidem externas partes oſſium colligans, illud autem internas] Sed hæc pro Galeni defenſione dicta intantùm ſint. Cur autem poſitione non exteriùs modò, ſed ſpeciatim anteriùs huiuſmodi os locetur, poſteriori ſermone cũ Galeno declarabimus. Vbi molę huius vſum enucleauerimus. Nunc igitur ad figurã reuertamur. Inquit enim Galenus rotundũ eſſe id os. Quod tamen exquiſitè rotundum nõ eſt: longius enim quam latum eſt: adeò vt ſcutum perbellè pręſeferat, parteq; pręſertim ſui anteriore, vnde os ſcutale, ſeu ſcutiforme nõ temerè à nonnullis nuncupatum eſt. Quinimmò ſi exactiùs perpenderis, ad minus ſex quidem lineas in eo obſeruabis: vnde ſex laterum Græcè ἑξαπλεύρου, ſeu ἑξάγωνον, hoc eſt, ſexangulum dicere poſſemus. Quorum laterum duo prima ſuperiora ab eius medio tubere, parte quidem ſuperiore antorsùm procedentia: veluti, & alia duo infima in infernum eiuſdem oſſis proceſſum terminata, obliqua ſunt: prædictorũ verò intermedia, recta magis exiſtunt. Præterea huius oſſis anterior pars conuexa quodammodò eſt, cui prędicti trium muſculorũ tendones in tranſitu coaleſcunt. Poſterior autem ſedes, quæ femoris, tibiæq; dearticulationẽ reſpicit, duplici ſinu, ſeu cauitate femoris condylis, capitibuſue proportionali prędita eſt: vt in quas ea inſeri debuerant, nõ propter motum, ſed propter quietem, ſtabilitatemq; in ipſo etiã motu: prout de ſeſamoidibus oſſibus contingit: velut anteà quoq; iam tetigimus: .*m*. rurſuſq; de eorundem vſu repetemus. .*n*. Ne autem dum tibiæ, ac femoris dearticulationem ſuſtinet os id, illam in ſuis motibus prępediat, huiuſmodi quidem cauitates lubricã, læuiq; chartilagine incruſtatæ à natura factæ ſunt femoris capitibus (vti dictum eſt) etiam proportionales. Quocirca cum exterior femoris oſſis condylus maior ſit, patellæ quoq; illi reſpondens exterior cauitas maior eſt. In quarum tamen cauitatũ medio ſecundũ longitudinem ſupernè deorsùm amplum quoddam, ſed mediocriter protuberans tuber eſt, quod cõdylorum intermedio femoris oſſis ſinui anteriùs occurrit. Velut autem poſteriùs id os chartilagine incruſtatũ, læui eſt, qua ſcilicet femoris condylos ſpectat. Ita quidem anteriùs aſperum quadantenùs eſt, & cęcis multis foraminulis obſitum: ſimiliterq; ex poſteriori parte quantũ acuto quodam proceſſu deorsùm ducto elatiorem tibiæ oſſis ſedem reſpicit: vt ſcilicet tres prædicti tendones aptiùs, ac firmiùs ipſi innaſcantur. His enim ſolis, non alio quidem ligamẽto femori, vel tibiæ os id alligatur. Cuius quidem vſus, poſt nominum, ac ſubſtantię quandam determinationẽ, ſic alibi ſubdit,
» dicens .*o*. [Mola verò à quibuſdam, ab alijs verò ſupergenualis vocata, os chartilaginoſum anteriores partes dearticulationis omnes continet: prohibens quidem & ipſum femur elabi ad partes
» anteriores, in illis maximè figuris, quæ vocantur Græcè γνὺξ, ideſt genuflexo, & ὀκλάξ, ideſt geniculatim, & curuè. Iam verò etiã ne cadamus, & maximè in decliuibus locis, quùm in anteriora
» totum corpus noſtrum nutat, nõ modicam prębet cõmoditatem. Id autem planè experti ſumus
» in quodam adoleſcente eorum, qui in paleſtra verſantur. Cui luctanti euulſa à ligamentis mola à
» genu quidem ſeceſſit, abijt autem ſurſùm ad femur: inerantq; ambo huic periculoſa: curuatio in
» genu, & ambulatio in decliuibus: ob idq; ſuſtentaculo, ac firmamento opus erat huiuſmodi loca
» permeanti. Porrò ſi omnes in genu cauitates, aut eminẽtias oſſiũ dixero: & oſtendero neq; emi-
» nentiam vllam carere idonea cauitate, neq; vllam cauitatẽ occupante ipſum eminentia: Sed om-
» nes ad vnguem cõuenientes quidem inter ſeſe, extrinſecùs autem contineri ſupercilijs quibuſdã
» ipſorum oſſium, & ligamentis alijs quidem latis, alijs verò teretibus: longior quidem ſic, quàm
» propoſueram oratio fuerit, nihilo autem apertior. Sufficit enim quæ priùs eſt habita cõmuniter,
» ac in vniuerſum de cõſtructione omnium articulorũ. Si quis verò vt fabulam anilem eam legerit
» orationem, nihil ampliùs iuuabitur, ne ab ijs quidem, quæ iam dicta ſunt. Quòd ſi examinare ad
» vnguem ſingula, & perpendere ea, quæ in anatomis apparent, voluerit: admiraturum puto eum
» naturam non in genu ſolùm, ſed etiam in ſingulis alijs articulis adamuſſim omnes tùm eminentiarum,

l. Cap. 15.

Figura.

m In proœ. com. 12. n. De mola hic, de ſeſam. c. 14.

o. 3. de v. p. cap. 15, poſt princ. Vſus triplex.

©BIU Santé

„ tiarum, tùm cauitatum eas ſuſcipientiũ magnitudines, & figuras ſibi inuicem cõuenientes effe-
„ ciſſe. Admirabitur autẽ nihilominùs externam tutelam pro roboris actionis portione adauctam:
„ vt tùm in pedis dearticulationibus anteà monſtrabatur: quando ipſa illis, quæ ſunt in manibus,
p. 3. de v. p. „ cõparabamus: .p. tùm in illa, quæ eſt ad genu, cùm ab olecrani, hoc eſt, gibbi cubiti cõſtructio-
cap. 7. 8. 9. „ ne differre aſſerebamus. .q. In alijs verò, quæ prędicta ſunt, & robur ligamentorum, & molę in-
& 10. q. Ibidem „ greſſus perſpicuè apparet proportione reſpondere. Pręter alia quidẽ ligamẽta, quæ ſunt in pro-
cap. 10. „ fundo, & quæ in circuitu cõprehendunt totam dearticulationem, alia quędam nõ valde quidem
„ teretia, robuſta verò admodùm (hoc quidem externas partes oſſium colligans, illud autẽ inter-
Vſus tertiꝰ. „ nas) operata eſt natura. Superpoſuit verò operimentum anterioribus partibus molam, vt vndiq;
„ aſtrictus ſit exactè articulus. Quatuor enim cũ ſint regiones circa genu ipſius articulũ: anterior,
Situs ratio, „ poſterior, dextraq;, & ſiniſtra. Et anterior quidem non ſolùm maximè fallax, & periculoſa, ſed
cur ſcilicet „ etiam pręter cęteras laboratura: ſecundo verò loco exterior ſit, ceu ijs, quæ incidunt cælo, & col-
in anterio- „ lidere, ac vulnerare poſſunt, obnoxia magis, quàm interna: plus autẽ poſterior laboratura, quàm
ribus. „ paſſura. Primę quidem dictę molam impoſuit: Secundę verò rotundum, & robuſtum ligamen-
r. Quod ſu- „ tum, .r. ſimul cum fine lati muſculi: .ſ. Tertię autem aliud ligamentum: .t. Quartę verò neq; os,
pra com. 2. „ neq; ligamentũ inſigne appoſuit, pręter illa lata, & tenuia, quibus omnibus articulus copulatur.
capitis vige- „ Atqui niſi vndequaq; prouidentiã, & artem ſummam oſtendiſſet natura, quid eam prohibuiſſet
ſimi ſecun- „ retrorsùm quidem poſita mola, ſine vllo autem munimento, parte genu anteriore relicta, ſimul
dum erat. „ quidem corrumpere genu ipſius flexionem, ſimul verò cælum facere promptum ad cadendum?
ſ. Qui tibiã „ Quid autem vetuiſſet rotundorũ ligamentorũ permutari poſitionẽ? Sed (vt diximus) ſi quis nõ
mouẽtium „ in genu ſolum omnia eiuſmodi examinarit: ſed etiã in quoq; articulo, ad ſummã omnia ſapien-
ſeptimꝰ eſt. „ tiam ſimul, & prouidentiã perueniſſe inueniet. Sed in his quidẽ nõ oportet me prolixiorẽ eſſe.]
t. Quod ter- „ Hæc de patella Galenus. De qua tanquã omnibus manifeſtiſſima nil amplius declarandũ reſtat.
tium erat „ Cùm ex prędictis etiã ea, quæ abinitio ſtatim propoſuimus octo prędicata liqueant. Tempeſtiuũ
ibidem. „ igitur eſt, ad pedis anatomen cum ipſo etiam Galeno conuerti: quùm ait.

Περὶ τῶν κατὰ τὸν πόδα ὀστῶν. Κεφάλεον. κγ΄.

De Pedis oſſibus. Caput Vigeſimumtertium.

TEXTVS PRIMVS.

„ Τὸ μὲν δὴ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἑρπόντων ἀποφύσεων, ἐπὶ τοῖς κάτω πέρασι κνήμης τε, καὶ περόνης, ὁ ἀστράγαλος περι-
„ λαμβάνεται, τὸ τέτρωρον αὐτὸ καλούμενον ἀνωγεγυκὸς ἔχων. Τὸ δὲ ἄλλων αὐτοῦ μερῶν, τὰ μὲ ὀπίσω λεῖα πάντα,
„ καὶ μετρίως ἐστὶ περιφερῆ, ῥέποντα μᾶλλον ἄνω. Τὰ δὲ πρόσω κεφαλῆ σφαιροειδεῖ ἐπ' αὐχένι προμήκει πεφυκέ-
„ διαρθροῦται πρὸς τὸ ὀστοῦν τὸ καλούμενον σκαφοειδὲς. ἑκατέρωθεν δὲ, ἐκ τῶν δεξιῶν, καὶ τῶν ἀριστερῶν, εἰς ὀφρυώδεις ἐξο-
„ χὰς τελευτᾷ, ταῖς γαστρομίναις ὑπὸ κνήμησι τε, καὶ περόνης λοιλότησι περιλαμβάνεται, τὸ ὅλον λεῖον ἑαυτὸ μέρος
„ ἔσωθεν ἔχων.

„ Sub paulò ante dictis proceſſibus infimarũ tibiæ, ac fibulæ extremitatũ, talus cõprehenditur:
„ ipſius quatrionem nuncupatũ ſurſùm vergẽtem habens. Ex reliquis autem eius partibus, poſte-
„ riores quidem lęuigatæ omnes, modiceq; orbiculatæ ſunt, ſurſùm magis vergentes: Anteriores
„ verò, rotundo capite oblongę ceruici adnato, ad os nauiculare appellatũ dearticulantur. vtrinq;
„ autem ex dextris, & ſiniſtris in ſupercilioſas eminentias deſinens, cauitatibus ſub tibia, & fibula
„ genitis comprehenditur: hanc, tanquam lęuem ſuiipſius partem, intùs habens.

COMMENTVM PRIMVM.

CVM de pedis oſſibus locuturum ſe propoſuerit: ab aſtragalo principium ſumpſiſſe neceſſarium fuit: quod immediatè poſt tibiam, fibulamq; ſequitur, quibus dearticulatus eſt. Os igitur, quod Greci ἀστράγαλον, ſiue ἄστριον vocant: nos latinè talũ dicimus. Cuius ſitum, partiumq; figuras, & dearticulationem Galenus hic enarrat. Eſt igitur huius tali ſitus ſub antedictis infimarũ partiũ, tibię intùs, exteriùs verò fibulę proceſſibus. Partiũ verò figura eſt diuerſa. Potior enim pars eius ſurſùm vergens eſt, quam Greci τέτρυρον appellant, latinè quatrionem dicimus, à quatuor ſcilicet lateribus ita nuncupantes: quibus quidem rotulæ quartam quaſi partem, pauloue plus, pręſefert, ſuo cum ſinu, in quem (velut illa funem in ſe recipit, qui per eam reflectitur) Ita id os mediũ tibię finis tuberculũ ſuſcipit: quod per eius ſinum, quemadmodũ, & prędictũ os quoq; per duplicem tibię ſinum extremis ſuis tuberibus ginglymo reuoluuntur. Sed ne abſurdum quidem eſt idipſum os inuerſæ etiam baliſtarũ nuci comparare: vnde nonnulli nuciforme os appellarunt. Sunt autem prędicta quatuor eiuſdem latera, primum

Situs. Figura. τέτρυρον.

Latus primum, & ſecundum.

quidem

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 270 sur 292

©BIU Santé

quidem & ſecundum, per quæ præcipua pedis reuolutio fit, anteriùs,& poſteriùs. Anteriùs quidem ad ceruicem poſteà declarãdam, quæ ad nauiculare os tendit: poſteriùs verò ad calcem: videlicet ſecundũ anteriorem, ac poſteriorem terminum. In quos, dum pes flectitur,& extẽditur, abſq; vllo in latera motu aptiſſimè reuoluitur, ginglymoq; cum tibię extremo ſecundũ mediam horum regionem dearticulatur. Tertium verò, & quartum latus, dextrum, & ſiniſtrũ ſunt, ſiue intrinſecum, & extrinſecum: Intrinſecum quidem, quo cum tibia, extrinſecum verò, quo cum fibula connectitur. Quæ omnia latera leuiſſima quidem, lubricaq; chartilagine incruſtata ſunt. Quod autem huic tetroro, ſiue quatrioni ſubeſt, id totũ eſt: quod poſteriore enarthroſi tota, anterioris verò enarthroſeos tantillo, cum calce coarticulatur. Hęc autem ſubiecta pars quatrionis reſpectu nõ ſurſùm, ſed deorsùm vergere ſuis proceſſibus dicẽda eſſet: Galenus tamen ad aliam potiùs eiuſdem cum calce coarticulationem cõparans: quæ anteriùs ad eius capitulum fit, poſteriorem partem rurſùm vergere inquit; quatenùs ſcilicet eleuatior illa pars eſt, capitulũ verò inferiùs poſitũ, deorſumq; vergentius, ſtante homine, exiſtit. Anteriores autem (vt rectè ſubdit) rotundo capite prominenti ceruici adnato ad os nauiculare appellatum dearticulãtur, iuxta Galeni dogmata, qui ad latera circumferri pedem, dearticulationis eius eſſe opus ait, .u. quæ eſt ad os nauiforme: Dearticulari igitur inquit, dearticulationemq; aliàs appellauit hãc tali cum nauiformi cõiunctionem: Cùm tamen occultum habeat motum, quantum ex ſe eſt, niſi alię cum ipſo coarticulationes cõiungantur. Quanuis enim ad latera pedis motus (ad quem articulus hic ſummoperè confert) manifeſtus ſit: occultus tamen ab eo ſolo fit. Cùm non parum ad eundem motũ faciat articulus, quo cum calce poſteriùs: ſimiliterq; alius, quo ſcaphoides cum tribus tarſi oſſibus, atq; etiã alius, quo calcaneus idem cum oſſe cyboide nuncupato coarticulãtur. Ex multis igitur occultis motibus manifeſtus vnus reſultat, quemadmodũ in ſpinæ vertebris contingit. Compertiſſimũ verò eſt quod demũ ſubdit: vtrinq; ſcilicet ex dextris,& ſiniſtris, in ſupercilioſas eminẽtias deſinens, cauitatibus, ſub tibia præſertim,& quodammodo ſub fibula genitis, cõprehendi, ſuiq; ipſius partem tanquã profectò lęuem intùs habere (tanquam lęuem diximus. Eſt enim dictio [οἷον] interdùm explicandi, declarandiq; aduerbium: vt eam ſcilicet partem totam exprimat, quæ lęuis eſt. Forteq; depraua-



tus textus eſt, legendumq;, prout nobis magis arridet, τὸ ὅλον λεῖον ἑαυτῦ, quod eſt totam ſuipſius lęuem partem, &c.) Quanuis autem lęue quod intus articulũ eſt, tàm ſuperiùs, quàm poſteriùs, & à lateribus ſit: Nihilominùs tamen læui, lubricaq; chartilagine totum id incruſtatũ eſt, magis quidem exteriùs, quàm interiùs: quoniam exteriùs fibula longiùs inferiore in parte, quàm tibia exteriùs extenditur. Habes autem id tali os in prima,& ſecunda figura litera .r. denotatum: particulatim verò ſingulas partes, habito præmanibus oſſe, contemplari facillimè poteris. Verùm enimuerò nonnulla hic annotanda ſuperſunt. Primũ quidem, quoniam interna ipſius parte, ſub lęui, chartilagineq; incruſtata ſede, ſinus quidam aſper ineſt: in quem chartilagineum illud ligamentum quod à tibię ſinu à nobis anteà .x. declarato, & tanquã primo inferioris appẽdicis tibię ſinu expoſito deſcendere diximus, inſeritur. Quemadmodũ in externo etiam tali latere, ſub ampliore eius partis lęuitate, ſinus alter eſt trãſuerſim oblongus, in quem à primo fibulę ſinu prętenſo .y. ligamentum alterum exoriens implantatur. Tertium verò ſinum in poſteriore tali ſede perpendimus: per quem quidẽ tres pertranſeunt muſculorũ tendones: videliçet pedem mouentium quinti, .χ. ac digitos mouentiũ ſecundi, .ϒ. & tertij. .ω. Quomodo autẽ talus cũ calce articuletur, poſteà dicemus .z. Nunc autem cum ipſo etiam Galeno eiuſdem tali oſſis cũ nauiculari claram inarticulationem cõtemplemur, omnes interim omittentes aſperitates, foraminulaq; nõ ob aliud facta, niſi propter ligamentorũ inſertionem, ſiue exortum, ac aliquorũ vaſorum nutritionis gratiã penetrationem. Eſt autem oſſis huius ſubſtantia exteriùs apparens ſolida, verè autẽ intùs ſpongioſa, multiſq; foraminibus peruia. Multa verò hic ex Galeni dogmate annotanda forent: quæ vt exquiſitiùs intelligantur, vnà cũ alijs pedis oſſibus in capitis huius fine enucleabuntur. Ad calcis igitur os cum eodem conuertamur, quùm ſic ait.

Tertiũ, & quartum.

u. 3 de v.p. cap. 8. circa med. Cõtra Galenum.

Galeni locus.

Sinus primus. x. Cap. pcedenti cõ. 4. circa med.

y. Ibidem verſus finẽ.

χ tab. 15. fig. 15. D. E.

ϒ tab. 14. A.

ω tab. eadem. Ξ.

z Com. ſeq. Foramina. Subſtantia.

TEXTVS SECVNDVS.

22 Κεῖται δ' ἐντὸς τὸ μέγιστον ὀστῶν τῶν ἐν ποδὶ. καλεῖται δὲ πτέρνα, τὰ μὲν περιφερῆ τῶν ἀραγάλων περιλαμβάνουσα

23 δύο δέ τινας ἐξοχὰς εἰς τὰς ἐπιτηδείας ἐκείνων κοιλότητας ἐναρμόζουσα. καθ' ἃ δὲ βαίνομεν αὐτῆ περιφερὴς ἐστιν

ἤρεμα

©BIU Santé

» ἠρέμα, καὶ πλατέια, περιφερὴς δὲ κατ᾽ ὀπίσω, καὶ πολὺ χ᾽ τοῦτο τῆς κνήμης ὑπερβάλει τὴν ἐνθύτητα. τὸ πρόσω
» δὲ αὐτῆς μερῶν, τὸ μὲ κατ᾽ εὐθὺ τῶ μεγάλε δακτύλε, ὑποβέβληται τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀστραγάλε, καὶ ὧδε ἐν ἑαυτῷ συν
» τιθέμενον ὅσων ἔχει. τὸ δ᾽ ἒν χ᾽ τὸν μικρὸν δάκτυλον πέρας αὐτῆς ὀπίσω τινὶ συναρθροῦται τῷ κυβοειδεῖ προσα-
» γορευομένῳ. παρατέτακται δ᾽ ἐν τῷ ἐκτὸς μερῶν τοῦτο τῷ σκαφοειδεῖ, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μὲ κοῖλον ἐστί, καθ᾽ ὃ διαρθροῦται
» πρὸς τὸν ἀστράγαλον· τὸ δὲ κυβοειδὲς τοῦτο κυρτόν.

» Subijcitur autem huic os eorum, quæ in pede ſunt, maximũ: vocaturq; calcaneum, rotundas
» quidem tali partes comprehendens, duas verò quaſdam eminentias in aptas illius cauitates con-
» gruenter inſerens. Quòad eas verò partes, quibus incedimus, leniter rotundũ, ac latiuſculũ eſt.
» Rotundũ verò & ex poſterioribus eſt: peneſq; has, tibiæ rectitudinẽ admodũ excedit. Ex parti-
» bus autem eius anterioribus, quæ quidẽ ẹ regione magni digiti ſita eſt, ipſius tali capiti ſubiacet,
» nullumq; ſibi ipſi copulatum os habet. Quæ verò eius extremitas minimo digito reſpondet, oſſi
» cuidã cubiformi nuncupato coarticulatur, quod ab externis partibus nauiculari iuxtapoſitũ eſt.
» Sed illud quidẽ cauũ eſt, qua parte ad talum dearticulatur: hoc autem cubiforme gibbum eſt.

COMMENTVM SECVNDVM.

TALO calx ſubijcitur: quem .Δ. in prima, & ſecunda figura præſefert. Dicitur verò calx, ſiue calcaneum à calcando, quia ſcilicet terrã calcat. Qua etiam ratione à Græcis πτέρνα vocatur, à verbo, πατεῖν, quod eſt, calcare, ac peſſundare, & ἔρα, quod eſt, terra. Vnde legitur [πτέρνη τῆς πόλεως] q. d. conculcatio ciuitatis, ſiue locus, quem tota ciuitas calcare ſolet. Omnium igitur pedis oſſium verè maximũ eſſe Galenus ait. Maximum quidem (prout aliàs inquit .*a*.) quoniam ad perpendiculũ ſubiacet toti cœlo: ſicq; tanquã totius corporis baſis exiſtens. Cuius ſubſtãtia talo ſimilis eſt. Quanuis vt laboraturum id os in motibus omnibus, atq; etiam firmationibus, cùm ſciret natura: duram quidem ſummè, propriam ipſius quoq; ſubſtantiam feciſſe, Galenus idem alibi .*b*. minùs cõſultè dixerit. Quamplurima enim ab eo naſci, vel in ipſum inſeri ligamẽta cùm oportuerit, muſculiq; ſimiliter (vt poſteà videbimus) ſummè duram eius oſſis ſubſtantiã eſſe non decuit: preſertim cùm fractionis pericula minùs obnoxia talis ſubſtantia mediocriter dura, quàm quæ duriſſima, ſit. Rotundas verò tali partes anteriùs comprehendens calcaneum eſt, eas ſcilicet quæ ſub illius capite poſt ceruicem ſunt. Quemadmodũ eiuſdem capitis tali anterior pars ab oſſe nauiformi ſuſcipitur. Duæ autem quędã calcis eminentiæ: quæ ſcilicet intùs, & extrà ſunt, in aptas tali cauitates congruenter inſeruntur, non articulatione quidem, ſed ligamẽtis duntaxat colligatæ chartilagineis quidẽ, craſſiſq; vſq; adeò, vt in emundatis oſſibus non paruũ inibi pateat interuallum. Sed prẹter dictam enarthroſim, qua calx tali caput ſubtùs comprehendit: altera etiam enarthroſis eſt, ſecundũ quam à talo calcaneus recipitur. Vnde nos anteà non modò vt duas enarthroſes connumerauimus: .*c*. ſed ad ſecundam quoq; ginglymi ſpeciem reduximus. .*d*. Quòad eas verò partes (ſubdit Galenus) quibus incedimus, leniter rotundum calcaneum eſt, ac latiuſculum. Rotundum quidem poſteriore etiam, ac ſuperiore (prout aliàs inquit) addeq; tu & interno, externoq; latere: vt alia omnia rotunda, diſpathię gratia. Preſertim verò infernis partibus, vt hic inquit, quibus incedimus, cũ in continuis terrę, ac durarum rerum calcationibus rotunda figura minùs offendatur. Latiuſculum autem, & quadantenùs etiam lęue, tutę baſis, ac firmę ſtabilitatis gratia factum eſt. Quanquã ob quorundam interea muſculorũ neceſſariam originem, quibuſdam protuberationibus inęquale eſt: vt ex quo loco muſculi quinq; pedis digitorum motores exoriuntur: videlicet primus, .*λ*. & quatuor omnium poſtremi, .*ι*. vt ſunt decimus nonus, vigeſimus, vigeſimus primus, & vigeſimus ſecundus. A quorum principiorũ tergo protuberationes dictæ prẹualent, deorsùm terrę priùs occurrentes, quò dictorum muſculorũ principia inter calcandum tutiora ſint, minuſq; cõprimantur. Cumq; rotundum ex poſterioribus ſit (vti prędictũ eſt) penes eaſdem partes, tibię rectitudinem admodũ excedit, tùm primò, vt validiùs tibia ſuper pede, inſtar perpendicularis lineę ſuper alia tranſuerſim ſuppoſita firmetur: tùm ſecundò, ac magis, vt robuſtiſſimus ille tendo .*ζ*. ex pedem mouentibus muſculis primo, .*ν*. ſecundo, .*θ*. quartoq;, .*ι*. ac etiam tertio .*ρ*. proueniens in ipſum inſeratur, quanuis minimus ille tertij tendo intùs à latere potiùs implantetur, ab alio diſtinctus, qui ex primo, ſecũdoq;, ac quarto veriùs cõmiſtus, cõpoſituſq; eſt. Huius enim validiſſimi tendonis ratione, poſterior illa calcis ſedes apertiſſimè depreſſa eſt: condecenterq; aſpera. Ex partibus autem eiuſdem anterioribus (ſubdit Galenus) quæ quidem magno digito reſpondet, aſtragali, taliue capitulo ſubiacet, illud in ſua cauitate recipiens, quod oſſi ſcaphoidi coarticulandum antorsùm erat, nulliq; alteri oſſi cõiungitur. Altera verò eius extremitas, quæ minimũ digitum reſpicit, lęui, lubricaq; chartilagine incruſtata eſt, ac per arthrodiam (vt antea diximus .*e*.) cum tarſi oſſe exteriore à cubi ſimilitudine cubiformi nuncupato coarticulatur, quod quidam Græ-

a. 3. de v. p. cap. 8. in princ.

Cõtra Galenum.

b. Ibidem verſus finẽ.

c. In procœ. cõ. 13. verſus finẽ.

d. Ibidem cõ. 16. poſt princ.

ζ tab. 14. Θ.

ι ibidẽ λ. *μ*. *& tab*. 15. Π. *Iterũq; tab*. 14 *θ dein ν. ſimul cõ iuncti notantur*.

ζ tab. 13. λ.

ν tab. 12. *φ*. 14. *η*.

θ tab. 12. Ψ. 14. *o*.

ι tab. 13. Ψ 14. *p*.

ρ tab. 13. *φ*

e. In procœ. com. 14.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 272 sur 292

©BIU Santé

ci, κυβοειδὲς, eadem ratione appellant. κύβος enim apud eos idem quod apud nos cubus eſt, ſex lateribus (vt poſteà videbimus) quodammodo inſignitus. Idipſum igitur os ab externis partibus ipſius ſcaphoidis, nauicularisue iuxta poſitum eſt. A quo tamen interea differre Galenus ſubdit, ſcaphoides ſcilicet qua parte cũ talo coarticulatur, cauum: id verò, quod κυβοειδὲς, cubiformeue dicimus, gibbum eſſe meritò dicens: vſq; adeò tamen pauca huiuſmodi gibboſitas eſt, vt difficile ſit diſtinguere, quodnam ingreditur, quodue ſuſcipit. Ex quo potiùs oppoſitũ de cyboide ſolertiſſimo Veſalio apparuit: vt ſcilicet à cyboide calx ſuſcipiatur, & non calx cũ Galeno cyboidẽ ſuſcipiat. De partibus autẽ interna, & externa Galenus hic nihil tetigit, ideoq; nobis ſuplendũ reliquit. Internum igitur calcis latus leue eſt, admodumq; ſinuatum, cauatumq;, per quam quidem cauitatem non ſolùm vena, arteriaq;, & neruus in pedis plantam diſtribuendi, ſed etiã pedis motorum muſculorũ quinti, ac digitos mouẽtium ſecundi, & tertij tendones oportunè pertranſeunt. Quorum tendonum ratione ſinus præcipuè cælatus eſt antorsùm à tergo interni proceſſus ipſius calcis, qui quidem proceſſus tali capiti ſubiectus, illud ſuſcipit. Nec deeſt hic eminentia quędam poſteriùs idcircò extenſa, vt ab ea pedis digitos mouentium muſculorũ duodeuigeſimus, .κ. ſui ortus principium duxerit. Quemadmodũ ab aſpera, nonnihilq; etiam protuberante parte exteriore, retrorsùm quoq; muſculus alter enaſcitur pedis digitos mouentium decimus ſeptimus, .λ. Antorsùm verò ſinus alter eſt: per quem ſeptimi, .μ. & octaui .ν. pedẽ mouentium muſculorũ tendones reuoluuntur: Septimi quidẽ tendo, vt in pedij oſſis, quod pollici præponitur, radicem: Octaui autem, vt in alterius pedij quoq; oſſis, quod minimũ digitum ſuſtinet, proceſſum implantentur. Sed de calcaneo ſatis dictum ſit. De altero autem oſſe nõnihil addendum: de quo in præſenti textu Galenus etiam meminit: ipſo videlicet, quod Græci σκαφοειδὲς, q.d. latinè nauiculare, à ſcaphę, ſeu nauiculę ſimilitudine, appellant. Idipſum igitur os eſt, quod parte quidem ſui poſteriore, effatu digno, atq; interim oblongo ſinu, lubrica quidem chartilagine incruſtato aſtragali, taliue caput ſuſcipit: Anteriore autem, tribus tarſi oſſibus pariter incruſtatũ coarticulatur: Primo quidem, quod pollicem reſpicit, vt ab illo ſuſcipiatur: duobus autẽ reliquis è conuerſo: vt illa ſcilicet ſuis lęuibus quibuſdam, ſuperficialibuſq; cauitatibus ſuſcipiat. Quanquam vſq; adeò lęues eorum ſuperficies ſint, vt difficile admodum appareat iudicare quod nam ſuſcipiat, quodue ſuſcipiatur. Vnde cubis Anatomicorũ nonnulli eas aſſimilantes, tres ſcaphoidis oſſis cubos nũcupare ſolent. Velut autem ſuperior huius oſſis ſedes ob maiorem ſecuritatem, gibba eſt, ita inferior, cauitatis pedis (vt poſteà videbimus) neceſſarię gratia, ſima eſt, introrsùm magis quendam ſinum habens, per quem ſexti .ξ. pedem mouentium muſculi tendo reflectitur. Compertiſſimũ verò id os tàm prima, quàm ſecunda figura .ϴ. indicatur. Sed hęc de tribus inſimul oſſibus, talo inquam, calceq;, ac ſcaphoide intantùm dicta iam ſint: tanquã de his, quæ pedi propria ſunt, nullũ in manu ſibi proportionale os obtinentia. Reliqua enim (vt poſteriùs oſtendemus) manus oſſibus proportionaliter correſpondentia ſunt. Quoniã verò Galenus in præſenti contextu de cubiformi etiam oſſe meminit: Eapropter nonnihil de ipſo etiã tetigiſſe hic, vtiliſſimum fore arbitrati ſumus. Idipſum igitur os non ſolùm κυβοειδὲς, latinè cubiforme nuncupatur, à cubi ſcilicet ſeu taxilli ſimilitudine, quem Græci κύβον vocant, ob ſex videlicet apparentia quędam eius latera: ſed etiam πολύμορφον, latinè multiforme, ob variã eius exquiſitiùs perpenſam formam, meritò nuncuparunt. Quod enim anterius vt vnum latus alij numerauerant: verè nõ ſimplex, at duplex eſt: Alterum quidem, quo cũ pedij oſſe coarticulatur, quod minimo digito præponitur: Alterum verò, quo cum altero pedij oſſe connectitur, quod anulari (vt ſic dixerimus) digito reſpondet. Quod præterea ſibi proximo tarſi oſſi coarticulatur, ipſiq; etiam ſcaphoidi inferiùs annectitur, nõ ſimplex proculdubio eſt, ſed duplex, forteq; etiã triplex. At quid de inferna ipſius ſede dicendum? quæ plura quidẽ inęqualia latera præſefert: quemadmodũ externa quoq; ſedes vix lateris nomen ob obſcuram quandã ſui planitiẽ meretur. Appoſitiſſimè igitur alij Anatomici Polymorphon, hoc eſt, multiforme id os (non ſecùs ac aliud capitis cuneũ referens) nominarunt. In huius igitur oſſis inferno latere, ſeu dicere malumus inferna ſede, qua terrã reſpicit oblongum quendam, effatuq; dignum ſinum obſeruamus: per quem quidẽ oportunè ſeptimi .o. pedis motorũ muſculi tendo in pedij os pollici propoſitũ inſerẽdus pertranſit. Hoc igitur os eſt, quod tanquam tarſi quartum Galenus hic, parte, qua digitulo reſpõdet, calci dearticulari determinauit: quanquam rectiùs coarticulari dixiſſet. Reliqua verò tria tarſi oſſa deinceps cum ipſo etiam Galeno declarabimus: vbi nonnulla eiuſdem monumẽta perlibrarimus: vt quùm ſic videlicet nobis teſtatũ reliquit. *f.* [Subiacens verò ipſi tibiæ pars pedis (cui parti totum crus incumbit ſecundũ rectitudinem) cõmunis omnium pedum, vnum quidẽ nomen, quale eſt tarſus, & pedion, nõ habet, ſed cõponitur ex tribus oſſibus nomina habentibus ἀστραγάλου, quidẽ, ideſt, tali, & πτέρνης, ideſt calcanei, cõſueta multis: tertio verò σκαφοειδὲς, hoc eſt, nauiformis, ab anatomicis medicis indito nomine. Iis quidẽ ſolis nulla eſt in manu particula, quæ proportione reſpondeat: ſed ſunt ſimpliciter baſis ſolius inſtrumẽta: Aliæ verò omnes particulæ, baſis ſimul, &

Latus internum.

κ tab. 3. p.

& 14. t.

λ tab. 15. s.

μ tab. 6. φ.

ν tab. 6. ψ

De ſcaphoide.

ξ 1. tab. ψ

De cyboide.

o 6. tab. φ.

f. 3. de v p. cap. 6. verſus finẽ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 273 sur 292

©BIU Santé

apprehenſionis. Neq; enim tarſus, neq; pedion, vtrunq; ſigillatim, vna eſt ſimplex particula: ſed ſicut carpus, & metacarpium, ex multis oſſibus, tùm duris, tùm paruis compoſita ſunt.] Hæc de tribus oſſibus Galenus. E` quibus patet, ꝙ cùm pes propter firmationem, ac ſtabilitatē factus ſit (prout anteà iam dixerat .g.) veluti crus propter motū, propria pars pedis, vt pes eſt, quæ ſcilicet verè ſubſtentaculi rationem habet, eſt quod tibiæ ſubiacet triplex os, videlicet talus, calx, & ſcaphoides. Quoniam verò pes non firmationis modò inſtrumentum eſt, ſed alia quoq; ratione ambulationis, atq; apprehenſionis: idcircò aliæ quędā partes neceſſariæ fuerunt ipſi etiā manui quodāmodo proportionales. Quamobrē .h. [Dicamus iam queadmodū in manu fecimus, quanta ſit vnaquęq; ſimplex pedis particula, & quam figurā adepta ſit, & quam poſitionem, quamq; inuicem ſyntaxin, atq; connexum vniuerſæ habeant, & quis ſit earum numerus: ſed etiam mollitiem, vel duritiem, vel raritatem, vel denſitatē, vel quęcunq; corporibus inſunt, percurramus, quem habeant vbiq; vſum exponentes, & monſtrantes non licuiſſe meliùs aliter eas cōſtruxiſſe. Longus quidē nihilominùs eſt hic ſermo, quàm qui de manu eſt habitus: ſed ſimilitudo conſtructionis eum minuit. Quæcunq; enim pes vt apprehenſorium inſtrumentū manui ſimilia eſt ſortitus, ea ad dictū de manu ſermonem remittenda ſunt: quęcunq; verò vt ambulatoriū, hic enarrare oportet: (erant autem ſimilia in his prędicta .i. iam tria, videlicet carpo, ſeu brachiali tarſus: metacarpio, ſeu poſtbrachiali pedion, plantaue pedis: digitiq; tandem digitis.) Siquidem quòd ex multis, ac varijs oſſibus conſtituti ſint, inuicem quidem multifariàm dearticulatis, per membranoſa verò ligamenta cōnexis, id vt apprehenſionis inſtrumentis pedibus accidit. Ob idipſum multitudo digitorum quinq;, & ſingulorū in ipſis articulorū numerus: Non tamen ꝙ vna ſerie poſiti ſint digiti omnes, ſed hoc propriū eſt pedibus tanquā firmationis organis. Similiter autem ꝙ minores digiti pedibus fuerint, quam manibus. Apprehenſorio nanq; ſolum organo magnitudo ipſorum fuit conueniens: Ei autem, quod vt ambulatorium eſſet vbiq;, propterea apprehenſorium eſt factum, etiam tanta longitudo, quantā nunc habet, ſatis eſt. Sed interna quidem eorū altiora, externa verò humiliora fuerunt: ſimul quidem, quatenùs apprehenſoriæ ſunt partes, vt comprehendant, & circumplicentur loco cuiuis conuexo: ſimul autem, quatenùs ſunt firmitudinis inſtrumenta. Cùm enim ambulando alterū quidem crus moueatur, alterum autem in terra firmatum totam corporis noſtri molem ſuſtineat altiorem, meritò ipſi interiorem ſedem natura fabricata eſt. Si enim ęqualis ex vtraq; parte eſſet pes, versùs ſublimem cruris partem (quæ exteriùs eſt) reperet, ac inclinaret ipſe pes primus, & maximè, ac cū eo crus totum. Quod ſi fuiſſet, manifeſtum ſanè eſt, ꝙ ambulantes facilè caderemus. Itaq; tutioris ambulationis gratiā altiores factę ſunt internę partes pedum. Quibus autem nō ſunt altiores, hi luctantes, aut currentes, aliquando autem & ambulantes in locis inęqualibus, facilè euertuntur, & collabuntur. Huius verò ſermonis euidentiorē adhùc fidem procedēte libro accipias, .k. in preſens autem hæc ſufficiunt. Apparet enim pes iure optimo internis partibus altus ſimul & cauus fuiſſe, propter ſecuritatem firmationis, & certitudinem apprehenſionis. Poſtquàm .l. verò, vt dictū eſt, externa quidē pedis oportuit eſſe humiliora, interna verò altiora: periculumq; erat, ne ſi multis & magnis oſſibus attolleretur pes, grauis redderetur, concauū medium eius inde effecit: prouidens etiā aliud quoddam cōmodum ex huiuſmodi conſtructione pedibus, vt apprehenſorijs inſtrumentis, ad firmitatis ſecuritatē in locis cōuexis, & inęqualibus multùm cōferens, de quo priùs diximus. Propter tria igitur cauitas pedis hæc videtur facta. Primum quidem, gratiā altitudinis interiorū partium pedis: Secundum verò apprehenſionis: & tertium adhęc leuitatis. Quorum primum quidem ad ſecuritatem firmationis (poſtquàm .m. enim rationabile fuit partium tibiæ ſuperiores quidem, quæ ſunt poſt genu, vt paulò ante à Galeno quoq; oſtenſū eſt, foràs ſenſim abſcedere: inferiores verò, quæ ſunt ad malleolos, intrò reuerti: par fuit ob id quoq; particularum pedis altiores fuiſſe internas, vt tibiæ partes eam intrò inclinantes obfirmet) Secundū .n. verò ad varietatem ambulationis: Et tertiū ad velocitatem motus, multum habent momenti. Nō igitur .o. adhùc quęres, cur calcanei oſſis anterior pars tenuior ſit, & anguſtior: neq; cur ad paruū digitū abſcedere magis videatur. Si enim anteriori parte, vt poſteriori, eſſet craſſum, & latum calcaneum, & tale manens, in anteriorem pedis partem extenderetur, quomodo fuiſſet interna eius pars cōcaua? Meritò igitur hic multū de craſſitie eius oſſis, & amplitudine interna parte natura abſtulit: ob idq; ad paruū digitū extenſum eſſe apparet. Propterea rursùs aſtragalus intrò magis vergere videtur: licet poſteriores eius partes ad medium calcaneum ſint firmatæ. At ꝙ ſemper magis, atq; magis gracileſcat, in anterioribꝰ partibus calcanei os, & ab internis abſcedere videatur ad externa, meritò aſtragalus ibi ab interna parte calcanei, & veluti ſuſpenſus apparet. Quomodo autem aliter cōmodiùs interna pedis cauitas facta fuiſſet, quàm ſi ſubiectū os minùs, & ſtrictiùs internis partibus factum eſſet: quod verò ſuperiacet, quale fuit à principio, ſeruaretur? Calcaneum nanq; ceu ſubiectum toti membro, ſemper validè oportuit in terra eſſe firmatum: ſuperpoſitum verò ei os ſublime pendere. Quapropter & quæ cōiunguntur his oſſa: quod calcaneo quidē

g. Ibidem cap. 5.

h. Ibidem cap. 7. in princ.

i. Ibidem cap. 6. Pedis conueniētia cū manibus.

Amborum differentia prima.

Interna pedis cur altiora.

k. Vt cap. 9. eiuſdē libri verſus finē.

l. Ibidem cap. 8. verſus finem.

m. Ibidem cap. 9. verſus finem.

n. Iterū c. 8. verſus finē, o. Iterū c. 7. poſt med

Calcanei figura, & ſitus.

Aſtragali ſitus.

Calcaneū.

Cyboides.

ideſt

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 274 sur 292

©BIU Santé

ideſt cubiforme nominatũ ab externis partibus pedis firmum in terra ſtatuitur. Quod verò aſtragalo ſcaphoides, ideſt nauiforme vocatum, ſimiliter ipſi aſtragalo ſublime eſt, & ſublatũ a terra, internis partibus pedis locatum eſt. Pari autem modo tria tarſi oſſa huic coniuncta, & ipſa ſublimia apparent, & internis pedis partibus poſita ſunt. Externa enim eorum parte firmũ, & humile cubiforme iuxta porrectũ eſt: quod ad ipſum calcaneũ dearticulari dicebatur, & ita iam ſeptem primorum pedis oſſium vſus conſtat. Calcaneum nanq; .p. maximum meritò factum eſt, & leue quidem inferna parte: poſteriori autem, & ſuperiori rotundum, & prælongũ ad exteriora pedis. Maximum quidem, quoniam ad perpendiculũ ſubiacet cœlo: leue autem partibus inferioribus, firmationis ſtabilis gratia: rotundũ autem in ſuperiore, & poſteriore, vt alia omnia rotunda, diſpathiæ gratia: externis verò partibus ad paruũ digitum, prælongum, & paulatim attenuatum, propter internam pedis cauitatem. Eadem verò ratione aſtragalus non attenuatur, ſed manens ſublimis altus alto nauiformi cõiungitur Ταλίδι, ideſt, fornici ſimilem illic efficiens figurã. His deinceps adiacent tarſi oſſa, tria quidem nauiformi coniuncta: quartũ verò calcaneo. Poniturq; ipſum (vt dictum eſt) in terra firmũ ab externis pedis partibus: alia verò paulatim attolluntur: & omnium ipſorum hoc eſt altiſſimum: vt ſimul quidem habeat, per quæ firmetur, & roboretur hæc particula: quæ vocatur tarſus: ſimul autẽ vt altiores fiant internæ pedis partes. Os itaq;, .q. quod ab externis ipſius partibus eſt locatum: quod ſanè & cubiforme nominatur, dearticulatur cauitati calcanei ad finẽ adiacenti. Reliqua verò tria tres cubos nauiformis oſſis obequitant. Hoc autem ipſum rursùs circumambit caput aſtragali ille rursùs iacet quidem inter epiphyſes tibiæ, & fibulę ſupernè à lateribus, & prętereà à tergo ab ipſis comprehenſus. Superiacet autem calcaneo duabus eminentijs ſibi in duabus calcanei cauitatibus firmatus. Atq; extendere quidem, & flectere pedem, ſupernæ aſtragali dearticulationis eſt opus: quæ ad tibię, & fibulę epiphyſes dicta eſt fieri: ad latera verò circumferre, opus eſt dearticulationis, quæ eſt ad os nauiforme. Alij enim certè oſſium connexus in pedibus itidem, ac in manibus multi, & parui parum quidẽ auxiliantur prędictis cõſtructionibus: ſenſibiles autem ipſi per ſeipſos non ſunt. Apparet igitur ex ijs aſtragalus quidem principaliſſimum oſſium eſſe: quæ ad pedes mouendos pertinent: calcaneum autem eorum, quæ ad firmationem. Propterea illum quidẽ vndiq; in circumferentias quaſdam deſinere decebat: Hoc verò leue eſſe inferiori parte: immobile verò quamfieri poteſt maximè, & cõſtanter firmum ad adiacentia oſſa. Quinetiam & magnitudine plurimũ excedere ipſum oportebat non alia ſolum, ſed etiam ipſum aſtragalum. Quanquam & hic magnus ſit: vt qui maximis quidem oſſibus ſupernis dearticuletur: Non paruã verò in anteriora apophyſim producens, vbi cõmittitur nauiformi: ſed tamen & ipſo eſt multò maius os calcanei. Retrorsùm enim prętерlabitur non ſolùm aſtragalum, ſed etiam ipſam tibiam, & anteriore parte quamplurimũ procedit, & reſpondentem habet longitudini amplitudinẽ, & his ambabus profunditatem. Subiacet enim rectitudini tibiæ, & ferè totam ipſam ſolùm ſuſtinet, & per hanc femur, & per hoc, ſuperiacens corpus, & maximè quando ſalire voluerimus, aut magnũ gradum facere. Magnitudinem igitur inſignem oportuit ob id ineſſe oſſi calcanei. Alioqui temerè natura commiſiſſet ei tanta onera. Propter eandem cauſam firmam præſtitit eſſe ei cõmiſſionem, non fallacem, neq; errabundam. Sed ſi fibulę ipſi & tibię fuiſſet dearticulatũ, neq; medius aſtragalus locatus: omninò infirmum, & laxum fuiſſet. Illinc enim enaſcens pes ad prius cœlon deſinens, maximã neceſſariò habiturus erat omnium, quæ in ipſo ſunt, dearticulationem, & motionem. Ob eam ſanè cauſam aſtragalus in medio eſt tibiæ, & calcanei locatus. Sed quoniam omninò huic quidem coniunctũ eſſe oportebat calcaneum, timens rursùs natura, ne quopiam propter vicinitatẽ eius, vehementiore motu fruendo, firmum quidẽ minùs, ac ſecurũ redderetur. Primum quidem (vt iam dictum eſt) duas ipſius apophyſes cõcauitatibus illius inſeruit: deinde verò plurimis ligamentis duris, chartilaginoſis, his quidẽ latis, alijs verò teretibus copulauit ipſum nõ aſtragalo ſolùm, ſed alijs etiã oſſibus vniuerſis vndiq; adiacentibus, quòad eius facere potuit, adaptans, vt ſeruaret conuenientem firmitudinem.] Sunt autem adiacentia oſſa tùm ſcaphoides, tùm oſſa tarſi quatuor: Quorum vltimum, quartumue ſolum nomine dotatum eſt, vt κυβοειδὲς nuncupatũ ſit. Reliqua verò tria innominata ſunt, de quibus ſtatim Galenus ſubdit, dicens.

Scaphoides.

p. Cap. 8. in princ.

q. Ibidem verſus medium.

Aſtragali articulatio duplex.

Articulationis duplicis vſus.

Aſtragali calcaneiq; vſus, magnitudo, & figura.

Aſtragali neceſſitas.

Aſtragali calcaneiq; nexus.

TEXTVS TERTIVS.

Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐστὶν ὀστᾶ τρία μικρὰ συναρθρούμενα τῷ κάτω πέρατι τοῦ σκαφοειδοῦς, ἅπερ καὶ αὐτοῖς ἔξωθεν συμπαρεκτείνεται τὸ κυβοειδὲς. μετὰ ταῦτα τὰ τέτταρα πάντας μὲ ὁ ταρσὸς τὸ τελεύτιον.

Deinceps verò tria ſunt oſſa parua inferiori nauicularis extremitati coarticulata. Cum quibus etiam his exteriùs cubiforme os exporrigitur. Poſtq; quatuor hæc pedis tarſius ceſſat.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 275 sur 292

©BIU Santé

TAMETSI multa sint tarsi nominis significata, παρὰ τὸ τερσαίνεσθαι, quod est, à verbo siccari dicta. Vt Pauli Apostoli patria, quia sicca fortassis existat: ita & triremiũ, aliorumq; huiusmodi nauigiorũ generis remorũ series: quia sine molli aliqua intermedia substantia extensi sint: Atq; palpebrarũ chartilagines, quibus pilorũ quoq;, nõ secùs ac ramorum ordo quidam inest: Nihilominùs tamen ad propositum nostrum bifariàm capi tarsus potest, eademq; semper nomenclandi ratione. Primò cõmuniter, pro tota videlicet pedis parte cum ipsius etiam digitis, quæ quidem tribus ossibus succedit: videlicet talo, calcique, & nauiculari. Adeò vt ossibus tribus, ac viginti, cum pedio scilicet, ac digitis, totus cõstituatur. Exquisitiùs enim perpendentibus nõ sicca modò tota pars hæc apparebit tanquã pauca, tenuiq; carne contexta: sed etiam remorũ seriem, atq; effigiem quandã præsefert. Præsertimq; in emundato sceleto. Apparent enim quinq; pedij ossa suis cũ digitis velut oblongi quidam remi: quorũ veluti manubria quædã, ac principia sunt quæ specialiùs tarsi ossa quatuor appellantur: quomodo impræsentiarum capimus tarsum. Idcircò enim propriè magis nomen id huic parti congruit: quoniã excarnis, ac sicca magis est. Cuius primũ quidem os intùs existit, quod pollicem respicit, cubiformi, quartoue omnium maximo parum profectò cedens, quòad magnitudinem: quanquã inferiùs, pedion versùs, seu dicere malumus anteriùs, tãtò maius superiore, seu dixisse mauis posteriore est: quãtò cubiforme vice versa latius, maiusq; ad calcaneũ, quàm ad pedion est. Septem verò lateribus primũ id os insignitum est. Quorum quatuor quidem, alijs ossibus coarticulãtur. Anterius enim latus cũ pedij osse, quod pollici præponitur. Posterius verò cũ nauiculari. Internum autem inferius, siue anterius, cum pedij osse altero: quod (vt sic dixerim) indici digito præfertur. Internum verò superius, siue posterius cum secundo, omniumq; minimo tarsi osse. Tria verò eiusdẽ reliqua latera chartilagineis ligamẽtis (vt videbimus) cooperiuntur. Quam ob causam nonnullas receperunt asperitates. Diuersis inquam rationibus anterius, ac posterius latera, superius etiã, & inferius dici posse. Velut enim in manu quod posterius os, calcique; propinquius superius etiã appellare possumus: quatenùs à tibia descendimus. Simpliciter autẽ superius latus intelligemus quod genu respicit quemadmodũ inferius determinabimus quod terræ immittitur. Id quod annotasse oportuit, cùm in præsenti contextu Galenus inferiorem nauicularis extremitatem intelligat: quæ altera quidem ratione anterior est. Velut autem omniũ tarsi propriè dicti quatuor ossium maximũ est cubiforme, quod quartum dicimus, secundoq; loco primũ, ac tertio tertium: ita omnium minimũ est os secundum. Quæ simul omnia sibi inuicem nõ chartilaginis incrustatione interueniente coarticulata, nisi chartilagineis duntaxat ligamentis exteriùs copulata eleuatiorem eorum superficiem gibbam efficiunt, infimam verò, quæ scilicet terrã respicit, cauam, ac simã, ob necessariæ cauitatis pedis cõmoditatem, prout antea .r. iam tetigimus. Inest autem ossi tertio, quod cubiformi proximũ est, processus quidam latus, deorsùm ad terram procedens, idoneus profectò, vt in ipsum quinti .π. pedem mouentiũ musculi tendo validissimè implantetur. Sed ne decipiaris quidem hic, veluti Galenus nõnunquam incuria quadam, ac negligentia deceptus est, vt quatuor ossa tarsi enumerans, cyboides os, cubiformeue tanquam ab illis distinctum computarit. Vnde non viginti sex (vt verè sunt) sed viginti septem pedis ossa, non secùs ac in manu esse determinauit: Hippocratis verba interpretari volens, dicentis, *ſ.* ϙ [pes hominis multis, ac paruis ossibus, nõ secùs ac summa manus constat.] Hippocratis enim hic sermo, quanuis ex multis, ac paruis constare vtrunq; membrũ exprimat: nõ tamen propterea eundem necessariò ossiculorum numerum determinat. Idem verò numerus ossium in toto crure, ac brachio, totaue manu est. Si pro deficiente hoc vno pollicis pedis osse, molam adiunxeris, vt sic in vtroq; membro triginta ossa sint, præter sesamina, prout antea iam ostendimus .t. Ex quatuor igitur ossibus cõpositus propriè dictus tarsus, prima pedis pars est, quæ manuũ partibus respondet. Carpo enim seu brachiali proportionalis est. Haud enim obstat ex octo carpum, tarsum verò ex quatuor ossibus constitui. Vius enim diuersitas, diuersitatis causã, sicut eiusdem similitudo similitudinis causa existit. Ad puram nanq; apprehẽsionem duobus ordinibus necessariò indiguimus, ideoq; maiore ossium, ac duplicato, magnitudine interim minorũ, horum numero. Ad ambulationem verò, stabilitatemq;, cum minima propter has apprehensione, paucioribus, ijsq; maioribus ossibus opus nobis fuit. Dicemus autem posteà .u. ex ipsius etiã Galeni dogmate, nonnullas congruentias, siue similitudines, atq; aliquas interim differentias, quæ in manuum, ac pedum constructionibus obseruantur. Vbi scilicet pedis reliquas partes cõtemplati fuerimus, totamq; ipsorum constructionem eo modo, quo in manu obseruauimus. Ad pedion igitur accedamus, cum Galeno sic dicentes.

ϱ. Com. præcedenti.
π tab. 15. fig. 15. D. E. deinde c.
Cõtra Galenum, ſ. 2. de fracturis tex. 8. Galenus in com. & com. 16. in fine.
ϱ. In proœ. com. 5.
u. Cap. ſeq. com. 2.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 276 sur 292

©BIU Santé

Περὶ τῶν τῦ ποδὸς ὀστῶν. Κεφάλαιον. κδ'.

De ossibus plantæ. Caput Vigesimumquartum.

TEXTVS PRIMVS.

Ἄρχεται τὸ καλούμενον πέδιον, ἐκ πέντε συγκείμενον ὀστῶν.

Incipit vocata planta, ex quinq; ossibus constructa.

COMMENTVM PRIMVM.

SECVNDA pedis pars ijs, quæ in manu sunt, proportionalis, πέδιον Græcè dicitur, latinè planũ, seu planta. Manus enim metacarpio, seu postbrachiali respõdet. Hanc Hippocrates à pectoris fortassis costarũ similitudine (quò ad seriem inquam, intermediaq; spatia) σῆθος, quod est, latinè pectus appellare nonnunquã solet. Nonnulli verò pecten: Alijq; pedis vestigium nuncupant. Quanuis autem vt digitorum basis, apprehensoriumq; organũ metacarpio ipsius manus proportionalis pedis planta sit: Ab illo tamen differt, quatenùs hæc ambulationis, firmationisq; instrumentum est. Vnde hæc ex quinq; ossibus constat, illud verò ex quatuor. Cùm ad cõmodiùs apprehendẽdum pollex illi tanquam ἀντίχειρ, hoc est, promanus, siue cõtramanus opponi largiore articulatione debeat. In hac autem eodem cum reliquis digitis ordine firmari: ob maiorẽ quidem, aptioremq; stabilitatem. Tota igitur substantia, interniq; finibus medullosis quinq; hæc ossa pedij, illorum quatuor metacarpij instar, tùm sibi ipsis inuicem, tùm ipsis tarsi etiam ossibus, velut illa brachiali, per arthrodiã coarticulantur. Quæ quomodo in singulis particulati fiat, præostẽsum à nobis est .x. Pedij verò ossium forma, similis etiam his, quæ in postbrachiali, quodãmodo quasi triangularis est: latioraq; interim sunt suprà, quam infrà: parte scilicet qua terrã respiciunt: grossioraq; posteriùs, tanquã in basi quadam, qua cũ tarsi ossibus coarticulantur. Intermedium verò spatium, præsertimq; parte inferiore ad terram vergente, non secùs ac in postbrachiali cõtingit, latius est. Vt quemadmodũ ibi: ita hic quoq; musculi quidam repositi sint pedis motorũ quintus .π. vsq; ad duodecimũ. Octo enim musculi sunt. Quibus addamus quartum .ρ. in interna eius ossis sede locatum, quod pollici præfertur (cuius ratione pars eadem attenuando descendit) illi proportionalem, qui in manu (si rectè, atq; exquisitè perpenderimus) ordine quidẽ vndecimus .τ. nuncupandus veniret: parte indicis suprema. Rursusq; tertiumdecimũ .υ. in externa ossis alterius parte repositũ, quod digitulo præponitur, illi quoq; & hunc proportionalem, qui in manu ordine quartus .φ. statuẽdus est; in parte scilicet digituli exteriore, siue inferiore. Quo magis verò ad digitos hæc ossa accedunt, eò magis attenuantur. Vbi autem cũ digitis coniunguntur, non secùs ac in manu, capitatis appendicibus in primi singulorũ digitorum ossis cauitatem enarthrosi dearticulantur. Peculiares verò demùm duobus pedij ossibus extremis processus contemplemur: Interno quidem, quod scilicet pollici præponitur, alterum: in terram videlicet respicientis eius sedis posteriori parte in prima præsentis capitis figura .σ. denotatũ, vt in quem septimi .χ. pedem mouentiũ musculi tendo implantandus erat: Externo autem, quod scilicet digitulo præfertur, alterũ in eiusdẽ externa sede: .Ψ. vt in quem octaui .ω. pedis quoq; motorũ musculi tendo alter inserẽdus veniebat. Sed hęc de secũda pedis parte manus partibus proportionali satis dicta nunc sint. Ad tertiam igitur accedamus manui quoq; respondentem, in qua digiti quinq; reponuntur.

πέδιον, Planum.

σῆθος.

x. In proœm. com. 14.
π tab. 15. l. dein. e, figu. 15. charac. 1. & 2.
ρ Ibidem.
τ tab. 8. o.
υ tab. 15. fig. 15. l. dein. e.
φ tab. 4 ζ. Processus.
χ tab. 15. fig. 15. u. x. y.
Ψ In prima præsentis capitis fig. ρ.
ω tab. 15. fig. 15. a. dein. b.

TEXTVS SECVNDVS.

Οἷς ἑφεξῆς ἴσιν οἱ δάκτυλοι τῦ ποδός. Ἐκ τριῶν δὲ ἅπαντες φαλαγγίων, ὁμοίως τοῖς χεῖρας, συγκείμενοι, πλὴν τῦ μεγάλου δακτύλου. Μόνος γὰρ οὗτος ἐν αὐτοῖς ἐκ δυοῖν ὀστοῖν ἐγίνετο. Συνδέουσι τὰς μὲ τέτταρα διαρθρώσεις ὑμενώδεις σύνδεσμοι· τὰς δὲ χεῖρα τὴν ἀστράγαλόν τε, καὶ τὴν πέρναν, ἰσχυρὸς τε πάνυ, καὶ τινες ἐξ αὐτῶν σφαιροειδεῖς ἅμα, καὶ νευροχονδρώδεις.

Quibus deinde pedis digiti succedũt. Ex tribus verò internodijs omnes, ad eorũ, quæ in manu sunt, similitudinẽ cõstructi, excepto magno digito. Solus enim hic inter ipsos ex duobus ossibus cõstat. Colligant harũ quidẽ dearticulationes membranacea ligamẽta, eas verò, quæ in talo, & calce sunt, multùm valida: Nonnullaq; ex his rotunda simul, ac neruochartilaginea.

COM-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 277 sur 292

©BIU Santé

QVÆ de digitorum ossibus, tàm in manu, quàm in pede, hic à Galeno enarrantur, suis cum vtrobiq; positis ligamentis, vsq; adeò clara sunt: vt nostra nō indigeant interpretatione. Cùm præcipuè multa de his, .y. eorumq; appendicibus, .z. ac dearticulationibus .a. anteà à nobis prænarrata iam sint: vbi de eorū quoq; medullosis sinibus nōnihil tetigimus. .b. Reliquum est, vt cum Galeno de toto pede, ac partibus, atq; etiā de eiusdem congruentia, differentiaq; cum manibus permulta discurramus. Imprimis igitur cur humani pedes oblongi sint, ac molles, plicabilesue cum ipso medicorum Phœbo cōtemplemur .c. [Vtrum scilicet præstitisset ei rotundos, & duros fieri pedes, sicut equis, an oblongos, latos, molles, & multifidos, quales nunc sunt? Priorem siquidem dictam constructionem velocitas, & patiendi difficultas forsan sequi videantur. Secundę verò horum neutrum quidem propriū: euidenter tamen apparet opportuna huiusmodi constructio ad omnes locorum difficultates: & sicubi oportet sublimes muros conscendere, aut arbores, aut petras. Si igitur neutra quidem constructio vtraq; illas dotes, ac excellentias habere poterat: oportebat autem omninò alteram eligere: perspicuū est, equis quidem priores, alteras verò hominibus fuisse optabiliores. Illis enim q̄ quadrupedes sunt, quatuor pedibus, qui rotūdi fuerint, licet tutò ingredi. Bipedi verò animali fallax omninò est huiusmodi constructio, nisi ipsis pedibus non solùm rotundas, sed etiā valde magnas & latas suppositeris sermone vngulas. Sed ita demùm & onus superfluum esset, & quiduis aliud potiùs, quàm velocitatis instrumenta (vt in mulieribus patet suis pedibus crepidas imponētibus) oporteret igitur, si velocitatis gratia rotundi sunt constructi pedes, non solùm tales, sed etiam paruos esse, quales sunt equis. Pariter autem & durities pedum, equis quidem, ne facilè lędantur, commoda, hominibus autem, calceamenta consuere cùm possint, non solùm cōmodi nihil, sed etiā detrimentum sæpè afferret. Nunc certè, priori contrito calceamento, aliud nobis nouū pro illo circumponere promptissimū est. Si verò haberent pedes aliquod tale cōnatum calceamentum, quale sunt vngulæ, equis quidem solidæ, bobus autem bisulcę, simul atq; ipsum calceamentum esset affectū, claudicare illicò ipsum esset necesse. Sed illis quidē animalibus, vt quæ nec manus, nec artes habeant, melius fuit quouismodo ad patiendi difficultatem pedes comparasse: homini verò, qui pro re nata idoneum calceamentū inuenire potuit, sæpè etiā nudis pedibus vti necesse habuit, præstitit eos esse prorsùs detectos. .d. Sed q̄ quidem satius fuit, non oblongos solùm, sed etiam molles esse pedes, abundè demonstratū est. Cur autem oblongi adeò quantùm nunc sunt, & lati adeò, & caui quidem sensim inferna, gibbosi autē superna parte sint, postremò cur multifidi, sequenti sermone monstrādum. Postquam igitur ambulandi instrumentū diximus esse humanum crus, non simpliciter, sed vt maximè cōueniat sapienti animali, compositam videlicet, nec omninò simplicem conseruemus adhùc eius notionem. Dicendum itaq; nobis est priùs quidem, quomodo fiat ambulatio: deinde qua re ipsi accedente, fiat homini conueniens ambulatio. Fit autem ambulatio, altero quidē crure in terra firmato, altero autem circumlato. Sed firmari quidem, pedis, circumferri autē totius cruris est actio. Quapropter cùm per firmationē, & motum perficiatur ambulatio: Illius quidem, pedes sunt instrumēta, huius autem, tota crura. Hoc autem & in stātibus immobiliter, admodùm perspicuū est. Stabilitatem enim, cuius gratia facti sunt pedes, non minùs etiā tunc præstant: quinetiam & ambulantibus, & currentibus alter quidem pedum in terra firmus est, alter verò simul cū toto crure fertur. Et mutare quidem loca beneficio cruris, quod mouetur, nobis ineſt: hoc enim est, quod loca permutat. Quod verò nō cadamus, hoc pes in terram fixus efficit. Quomodo enim posset is transferre animal, cùm ne ipse quidem moueatur? Testimonium autem eius rei locuples tulerunt nobis duo rerū exempla, quæ haud ita pridem casu quodā obtigerunt. Pestis sęua in summos pedes grassata. Et crudelitas prędonis circa Coracisium Pamphiliæ. Pestilentia nanq; putrefaciebat: prędo autē abscindebat extremos pedes, vt sine baculo nō possent ambulare qui in huiusmodi incidissent infortuniū: Non q̄ ad motum crurum à baculo iuuarentur: sed ad firmitatem, quam priùs habebant ex pedibus. Stare nanq; poterant duobus mutilis innixi pedibus, ambulare verò non poterant, q̄ totam molem corporis vni mutilato cōmittere cogerentur. Vidi autem & alios quosdā, quorū digiti mortificati à niue exciderant: sed hi quidem neq; stando, neq; ambulando, neq; currendo, in planis saltem, & lęuibus, vincebantur à sanis. Quòd sicubi oporteret aliquem peruadere difficilem locum, & maximè si præceps, ac præruptus fuisset, nō solùm superabantur: sed omninò erant inutiles, & præillis impotentes. Quibus autem non solùm digiti; sed etiam pars pedis ante digitos, quæ vocatur πάδιον computruit (vt in exemplo secundo patuit: similęq; cōtigit in primo) fallax his est gressus, non in locorū difficultatibus solùm, sed in planis quoq; campis. Si verò pars, quæ ante hanc sita est, corrupta fuerit, quam tarsον nominant: non solùm hi non possunt ambulare tutò,

y. Cap. præcedenti cō. 3. & in procœ. com. 5. 6.
z. In procœ. com. 5. & 6.
a. Ibidem com. 12. 13. & 16.
b. Ibidem com. 5.
Cur pedes oblongi, & molles.
c. 3. de v. p. cap. 4. post princ.
d. 3. de v. p. cap. 5. in princ.
Cur ampli sint cū longitudine pedes.
Ambulatio quomodo fit.
Pes propter ambulationem.
Crus propter motū.
Quòd pes propter firmitatem.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 278 sur 292

©BIU Santé

„ tutò, ſed ne ſtare quidem conſtanter. Ex quibus omnibus manifeſtu eſt ad firmam, ac tutam ſta-
„ tionem, amplos, & oblongos pedes eſſe appoſitos: obidq; tales potiùs hominibus ceu ambulatio-
„ nem firmam, & tutam baſim requirẽtibus, quàm quadrupedibus fuerunt. Hoc igitur vt bipedi-
„ bus ipſis ineſt ſolum: non tamen iam etiam vt ſapientibus. Vt talibus enim varietas firmitatis eſt
„ propria ambulare indigentibus in omnibus locorum difficultatibus: quod nõ accidiſſet, niſi va-
„ riæ fuiſſent in pedibus dearticulationes. Nam vt in manibus antea demõſtrauimus, .e. ex varie-
„ tate articulorũ, quæ in ipſis eſt, & cauitate interna factas fuiſſe accõmodas: vt circa omnes figu-
„ ras corporis circumplicarentur: ita & pedes, quantum maximè licuit, manus imitati, & dearti-
„ culationibus quidem variegati: caui autem illis partibus, quibus locum aliquẽ gibberoſum cal-
„ caturi erant, in omni loco rectè firmari poſſunt. Hoc ipſum igitur eſt illud eximium cõſtructio-
„ nis humanorũ crurum, quod antea inuenire deſiderabamus, quùm dicebamus, nõ vt greſſili ſo-
„ lùm, ſed etiã vt rationali animali conuenientes ipſi à natura datos fuiſſe pedes: vno autem verbo,
„ ac ſummatim maximè quis id cõplexus dixerit, multiplicem illam fiſſurã ſimul cũ ipſa in medio
„ cauitate. Quantum enim ipſa pollet ad ſecuritatem in locis gibberoſis, alia ratione nequaquã di-
„ diceris euidentiùs, quam ſi videris aliquando hominem oblongas, & tenues ſcalas aſcendentem.
„ Comprehendens enim tunc concauitate pedis cõuexitatem lignorum ſcalæ: deinde vtrinq; am-
„ plectens digitis, & calcaneo, quã maximè fieri poteſt, baſim efficit rotundam manus modo com-
„ prehendentem corpus ſubiectum. Diuerſa certè oratione etiam nunc videmur mõſtraſſe idem,
„ quod principio. Nam q̃ tutę firmitatis gratia pedes facti ſint, paulò ante demonſtrauimus, tùm
„ q̃ optimi ad talem firmitatẽ ſint prẽlongi, & molles, & lati. Præſens verò ſermo cùm oſtenderit
„ in omnibus locis bellè firmari poſſe humanum pedem, adieceritq; conſtructionis neceſſitatem,
„ nõ diuerſum caput quoddam, ſed id, quod initio dicebamus, cõfirmarit. Quidnam igitur adhùc
„ deeſt ſermoni, vt conſtructionem ipſorum, q̃ ex ſermone prẽſenti duplex videri poſſit, compre-
„ hendamus? Multifidum enim iuſta de cauſa factum fuiſſe humanum pedem diximus, & cauũ in
„ medio, vt omnia loca peruadere queat: cauis quidem, & medijs, vt nunc dictum eſt, quæcunq;
„ ſubiecta gibboſa ſunt amplexantem, digitis autem (etenim & hoc quoq; adijciendum) in rectis,
„ & obliquis, & decliuibus, ac prẽruptis vtentem. Quæ tandem eſt horum omnium cauſa? quam
„ in vnũ caput cõferre oporteat? Cuius paulò ante oratio noſtra ab ipſa rei natura coacta meminit.
„ Cùm diceremus humanũ pedem, quòad eius maximè facere potuiſſet, manum fuiſſe imitatum.
„ At qui hoc ſi eſt verum: apprehenſorium autem organum fuit manus, fuerit & pes ipſe, aut alio
„ quodam modo, aut vndequaq; huiuſmodi. At non equorũ certè: vt qui planè priuatus eſt omni
„ apprehenſione. Non enim ad varietatem motuum hic, vt rationali animali, ſed ad leuitatem &
„ promptitudinem, velox cõparatus eſt. Luporum autem, & leonum, & canum pedes medij inter
„ hos ſunt, neq; ſimplices omninò, vt equorũ, neq; variè dearticulati, vt hominum. Ad venatio-
„ nem nanq;, & cibationem vtuntur & ipſis tanquã manibus, .f. ad reliquam verò multitudinem
„ actionum, quas homo obit, omninò ſunt inepti.] Hæc Galenus pro quinq; propoſitorũ dubio-
rum ſolutione: videlicet primò cur humani pedes oblongi ſint: ſecundò cur lati: tertiò cur mol-
les, hoc eſt, plicabiles: quartò cur ſupra gibberoſi deſuptùs verò caui: quintò cur multifidi. Re-
liquum eſt, vt ex ipſius etiam dogmate cõtemplemur, quomodo pedes humani cũ manibus con-
ueniant, & quomodo ab illis differant. Quanuis autẽ multæ ſint (vt antea tetigimus .g.) pedum
cum manibus conuenientiæ, ac differentiæ: nunc tamen eas duntaxat enumerabimus, quæ ad
„ oſſa pertinent .h. [Rurſùs igitur, & hic oratio ab ipſis rebus coacta eſt manibus aſſimilare pedes
„ multifidos, nobiſq; in poſterum principium, & velut clementum quoddam omnium deinceps
„ dicendorum hoc ſtatuatur. Oportere quidem omninò humanum pedem, nõ nudæ ſolùm ſtabi-
„ litatis, vt equinũ: ſed apprehenſionis etiã gratia extitiſſe: Nõ poſſe autem ſimul cõſtare vtriuſq;
„ ſummam perfectionem. Sic enim futuri erant ipſi aut manus, aut equini pedes. At ſi manus qui-
„ dem fuiſſent, magnum digitum oportebat oppoſitũ alijs eſſe, vt ſermo prẽcedens probauit: .i. &
„ ſic perijſſet omninò firmitas. Quòd ſi parui, rotundi, & duri, ac lẽues omninò fuiſſent, vt equo-
„ rum: vitiata ſic fuiſſet omninò apprehenſio. Perinde igitur ac ſi licitũ fuiſſet vtranq; eligere qui-
„ dem cõmoditatem, vitare autem nocumentum: ſic natura creauit humanos pedes ſimiles quidẽ
„ manibus, multifidos verò, multorumq; articulorum: nõ tamen oppoſitũ alijs digitum magnũ
„ habentes, ſed in vno deinceps ordine omnes cõſtitutos. Num igitur hoc ſolo differunt à manuũ
„ conſtructione: An etiam quiddã adeſt ipſis aliud eximium, & ſelectum, ceu inſtrumentis βασικὸν,
„ ideſt fundamenti? Non eſt paruũ hoc quidem, neq; fortuitũ, ſed quod maximè cõmune eſt om-
„ nibus pedibus, in equis quidem peculiare accidit, quia nuſquã eorum pedes imitati ſunt manus:
„ In alijs verò animalibus non æquale quidem. Omnia tamen aliquid conſtructionis manus ipſius
„ aſſumpſerunt. Homines verò nihil omninò reliquerunt. Sed quod tarſus vocatur carpo aſſimile
„ habuerunt, & metacarpio pedion à recentioribus medicis vocatum: digitos autem ipſos digitis
„ admodùm ſimiles. Hæ igitur tres partes pedis ſunt: qualis & manus, digiti, tarſus, pedion: quarũ

nulla

Cur infeſtę caui, ſuperius gibbi ſint pedes. e. 1. de v. p. cap. 12.

Cur pes humanꝰ multifidus.

f. Idem c. 2. ante mediũ lib. 3. & lib. 11. cap. 2. in fine.

g. Cap. p̃cedenti cõ. 3. in fine.

h. 3. de v. p. cap. 6. in princ.

i. Vt lib. 1. cap. 5. & 7. & lib. 2. c. 9 Cõuenientia prima generalis. Differẽtia prima.

Cõuenientia ſecunda ſpecialis.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 279 sur 292

©BIU Santé

Differẽtia secunda.

nulla ineſt equis. Subiacens verò ipſi tibiæ pars pedis (cui parti totum crus incumbit, ſecundum rectitudinem) cõmunis omnium pedum vnum quidem nomen, quale eſt tarſus, & pedion, nõ habet ſed cõponitur ex tribus oſſibus nomina habentibus aſtragali, & calcanei conſueta multis: tertiò verò nauiformi ab anatomicis medicis indito nomine. Iis quidẽ ſolis nulla eſt in manu par ticula, quæ proportione reſpondeat: ſed ſunt ſimpliciter baſis ſolius inſtrumenta.] Ex his, quæ

Cõuenientia duplex.

prẽſcripta iam ſunt, duplicem duntaxat pedum cum manibus cõuenientiam elegimus: Primam quidem generalem: quoniã ſcilicet multifida ambo hæc membra ſunt, hoc eſt, ex multis oſſibus, ijſq; vario modo dearticulatis, ſiue coarticulatis, conſtructa (quam quidem conuenientiã prẽcedenti etiã capite tetigimus .*k*.) Secundam verò ſpecialem hic addidimus, quæ in tribus vtriuſq;

k. Com. 2. circa med.

membri partibus cõſiderãtur ſcilicet in pedis tarſo, plantaq;, & digitis, cũ carpo, metacarpioq;, ac manus etiam digitis. Differẽtias verò tres elegimus: duas quidẽ hic: primã ſcilicet in magni

Differẽtia triplex.

digiti ſerie: quoniã ſcilicet non inſtar eius, qui in manu, alijs opponitur. Secundã verò in tribus primis oſſibus, ſcilicet talo, calceq;, ac nauiculari: quoniã in manu proportionale nullũ habent.

l. Ibidem, & paulò prius.

Diximus verò vtranq; ſuperiùs .*l*. vbi tertiam tetigimus, quæ ex digitorũ magnitudine ſumitur. Cùm pedis digiti omnes minores, quàm manus digiti, propter rationẽ ibidem ex Galeno dictã, ſint. Sed primam, quæ ad pollicem ſpectat, differentiam adhùc triplicem poſteà, immò quadruplicem, ex eiuſdem Galeni verbis, oſtendemus. Viſis enim tribus pedi proprijs oſſibus, atq; etiã

m. 3. de v.p. cap. 8. poſt princ.

tarſo [Poſt hæc (ſubdit paulò poſteriùs Galenus .*m*.) ſunt plantæ oſſa, terram cõtingentia poſt aſtragalũ, & nauiforme, & cõtinua huic tria tarſi oſſa. Ob id & hoc nomen ab anatomicis impoſitum eſt huic pedis parti. Deinde ſunt digiti, quorum maximus eſt intùs, non ampliùs ex tribus phalangibus, & articulis, vt reliqui, conflatus, ſed ex duabus. Cùm enim alta, & concaua, qualis eſt fornix, futura eſſet interna pedis pars: rationabile fuit, firmitudines tutas vtrinq; ei adiacere

Pollicis manus, & pedis differẽtia triplex.

maximorũ oſſium. Poſteriori quidem parte os, calcanei erat, priori autem, niſi magnus digitus multò ſimul maior alijs fuiſſet, & duabus cõſtitiſſet phalangibus, nulla fuiſſet ſublimibus oſſibus ſecuritas. Quocirca primò quidẽ non modò tantò maior alijs magnus pedis digitus, quantò ille, qui eſt in manu: ſed etiam multò amplior. Secundò autem nõ ex tribus fuit oſſibus, vt ille, & alij omnes, ſed ex duobus. Tanquam enim (vt puto) magni egens natura oſſibus inibi ponendis, vitauit diuidere in multa, & parua. Quinetiã ei parti plantæ, quæ magno digito prẽpoſita eſt, duo

n. Com. ſequenti. Dubium. Plantę ad metacarpiũ cõparatio. Reſponſio. Cõuenientia. Differẽtia. Eudemi opinio. Impugnatio.

videntur ſubiecta eſſe inferiori regione, veluti ſuſtentacula quædam, & ſtabilimenta, vt prius os magni digiti prędictę plantę parti omninò iam in terrã defixæ cõiungantur, vndiq; opinor huic parti pedis natura ſuppeditante ſecuritatem ceu multũ laboraturæ propter prępoſitam ſibi cauitatem, & veluti fornicẽ oſſium.] Sed de his paruulis oſſibus, non pollici modò pedis, ſed manus quoq;, atq; alijs multis ſuppoſitis, tanquam ſeſaminibus quibuſdam, licet in pedis pollice maioribus, poſteà loquemur .*n*. Nunc ſat eſt tres differentias inter pedis, ac manus pollicẽ collegiſſe. Quibus cum aliam coniunxerimus paulò ante dictam, quoniã ſcilicet nõ vt in manu alijs digitis huiuſmodi pollex opponitur: quatuor huiuſmodi pollicum differentię computabuntur. [Num igitur planta proportione reſpondeat metacarpio, an quippiã differat, dicere, tempeſtiuũ fuerit. Mihi quidẽ videtur nõ omninò ſimiliter habere. In vtraq; enim parte primæ aciei vniuſcuiuſq; digiti apparet os prępoſitum. Sed in pedę quidem, ceu vno ordine omnibus iacentibus, quantus

Carpi ad tarſum proportio. Anteriores pedis partes. Poſteriores. Mediæ.

eſt illorum numerus, tantus meritò eſt & oſſium planta: In manu autem cũ magnus digitus poſitionem ſelectam ſit ſortitus, & ſeparatus ſit quidẽ plurimùm ab alijs, propè autem dearticulationem carpi abductus: meritò ex quatuor oſſibus metacarpiũ cõſtitit. Eudemus verò plantam, & metacarpium ſimillter vtrunq; ex oſſibus quinq; conſtare affirmans: pariter autem & magnũ digitum in pede & manu duas acies habere, q̃ putet exactam eorũ proportionẽ ſeruare oportere: hallucinatur. Ex tribus enim oſſibus magnus digitus in manu cõſtat euidenter: vt & dearticulationes eorũ & motus declarant. Attamen his ita habentibus proportio harũ particularũ euidens eſt: nec opus eſt, vt cum Eudemio mentiamur. At verò ne carpi quidẽ ad tarſum proportio conſtructionis eſt obſcura, ſiquidem ex quatuor oſſibus tarſus conflatus eſt. Nam ex pluribus, & minoribus cõponi particulis apprehenſoriorũ inſtrumentorũ erat proprium. At ex maioribus quidem, ſed paucioribus, ambulatoriorũ. Anteriores igitur partes pedis adamuſſim perſimiles cõprehenſorijs ex ęqualibus illis numero oſſibus factę ſunt: vnum enim, quod ablatũ fuerat magno digito, ipſi plantæ appoſitũ, fecit vt par numerus fuerit ſeruatus. Poſteriores verò, cùm inſtrumenta omninò ambulationis ſolius ſint, nullam habent in manu proportione reſpondentẽ particulam. Reliqua igitur pars media ambarũ neq; prorsùs eſt ſimilis, neq; iam omninò diſſimilis: ſed vt ſolùm decebat ipſam inter oppoſita ponendam, vtriuſq; naturã moderatè imitari. Sic ipſe tarſus cõſtitutus eſt .*o*. Mentionem autem faciemus hic etiam ſimię pedis. Nõ enim ſicut manus eius ſolũ magnũ digitũ habens curtum imitatio ridicula monſtrabatur .*p*. humanę manus: Ita & pes in cõſtructione vnius particulę cuiuſdã vitiatus, differt ab humano: ſed in plurimis diuerſus eſt. Diſtant enim plurimũ inuicẽ digiti, & multò ſunt ipſius manus digitis maiores. Quem autẽ

o. Eodem cap. 8. verſus finem. Simiæ pedes quibus ab humanis diſtent. p. 1. eiuſdẽ cap. 22. videq; rurſus in fine primi eiuſdẽ libri, & 15. 8. poſt principia.

oportẽ-

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 280 sur 292

„ oportebat maximũ esse aliorum, minimus est. Non subiacent verò prępositis ipsi partibus, quæ
„ firmant plantam, neq; enim tuta omninò est basis eorum. Vt quæ cõcaua magis, vt manuũ facta
„ sit. Et crurum etiã natura nõ est omninò recta ad spinam, vt hominibus: neq; ipsius genu flexio
„ similis est humanę. Perierunt autem omninò ipsis, & quæ ad ischia sunt carnes retrorsùm quidẽ
„ cooperientes, & occultãtes meatum excretionibus superfluitatũ destinatum. Sedentibus autem
„ super eas cõmodissimũ futuræ munimentũ aduersùs subiecta corpora. Quare non modò sedere
„ bellè, neq; stare: sed ne currere quidẽ potest simia. Velocissimè autem prensans obuia manibus
„ ascendit, sicut & mures tecta, & lęuia: eò q̃ cõcauũ sortita est pedem, & digitos plurimùm fissos.
„ Huiusmodi enim constructio circũplicari curuis omnibus corporibus probè cũ possit, & vndiq;
„ ipsa tutò cõprehendere, idonea est his, quæ alta perreptare nata sunt. .q. Postquàm igitur ratio-
„ nabile fuit, vt nunc ostensum est, partiũ tibię superiores quidẽ, quæ sunt post genu, foràs sensim
„ abscedere: inferiores verò, quæ sunt ad malleolos, intrò reuerti, par fuit ob id quoq; particularũ
„ pedis altiores fuisse internas, vt tibię partes eam intrò inclinãtes obfirmet. Eratq; id, quod priori
„ sermone .r. omiseramus, quùm vtilitatem internarũ partiũ pedis exponeremus. Nullum igitur
„ ossis crurum ornãmentũ adhùc supereſt narrandum: sed magnitudo cuiusq;, & paruitas, & po-
„ sitio, & figura, & cõpositio, & quæ ex duritie spectatur differentia, tùm ligamẽta inuicem tere-
„ tia, & orbiculata summa tùm prouidentia, tùm arte à natura ipsa sunt comparata.] Sunt autem
quamplurimę inter pedem, atq; manum cõuenientię, multęq; etiã differentię: quòad musculos
inquam, eorumq; origines, ac tendones: prętereà quòad articulos, eorumq; motus. Item quòad
digitos, præsertimq; quòad pollicem, ac ipsos etiam vngues: quas omnes Galenus ipse libro de
vsu partium tertio .f. perbellè declarauit. Verùm extra nostrũ propositũ sint: sat superq; nobis
fuerit eas, quæ ad ossa pertinent, pertransiuisse. Tempestiuum igitur est cum Galeno præsenti
libro colophonem imposuisse, sic scribente.

q. Cap. 9. 3. de v. p. versus finem. Epilogus. r. Cap. 7. eiusdem.

f. Cap. 10.

TEXTVS TERTIVS.

„ Ταῦτ' ἀρκεῖν μοι δοκεῖ τοῖς εἰσαγομένοις περὶ ὀστῶν ἐπίστασθαι. καὶ γὰρ ἡ τούτων σύνταξις ὁ σκελετός ἐστιν. εἰ δέ
„ τι κατ' ἄλλο τι μόριον ὀστοῦν μικρὸν εὑρίσκεται, καθάπερ ἐν καρδίᾳ τε, καὶ λάρυγγι, καὶ ῥινὶ, κἀτινι τῶν δακτύλων
„ τὰ σησαμοειδῆ καλούμενα, καὶ ἔτι τοιοῦτον ἕτερον ἐκ ἀνάγκη νῦν λέγεσθαι.

„ Hæc sufficere mihi videntur introducendis tyronibus de ossibus didicisse. Horũ nanq; com-
„ pactio sceletos est. Sin verò in aliqua alia parte paruum quodpiam os inuenitur: quemadmodũ
„ in corde, gutture q;, & naso, ac in digitorum aliquo sesamina nuncupata: necnon aliquod aliud
„ huiusmodi dicere nunc necesse non est.

COMMENTVM TERTIVM.

Σκελετὸς Græcis non aliud, quam nobis assicatũ corpus, siue cadauer prędefert, παρὰ τὸ σκέλλω, quod est exicco, siue attenuo. Remotis enim carnibus, ac reliquis alijs omnibus partibus emũdata ossa omnia, sibiq; inuicem intereà iuxtà naturalem ordinem cõpacta simul cuncta σκελετὸς nuncupantur. Vt de hoc vberiùs libro de anatomicis administrationibus primo .t. locuti sumus. Omisit verò tanquam tyronibus non adeò necessaria, multa paruula ossa. Vt illd imprimis est, quod in corde inueniri quibusdã animalibus solet: de quo nos anteà .u. nonnihil tetigimus. Vbi etiã de gutturis osse .x. meminimus, quod yoeides appellant, atq; etiã sesãminibus nuncupatis, quæ in multis manuũ, atq; etiã pedũ digitis obseruantur. De Nasi autem osse, quod ithmoides, siue spongoides nuncupamus, tanquã de octauo capitis osse, suprà .y. etiã locuti sumus, vt nunc repetere necessariũ non sit: sed illis addamus nonnulla. Imprimis de cordis osse: q̃ scilicet illud in homine visum ne per somniũ quidẽ est, neq; chartilagineũ, aut chartilago: sed aortæ, venæq; arterialis radix, tanquã eorũ vasorũ principiũ durior aliquantò est. In elephantis autẽ, & equis, ac (vt nõ temerè inquit Aristoteles .z.) in quodã boum genere inuenitur. Non temerè inquam, plurima enim diuersorũ boum quantumuis veterum corda cùm dissecuerimus, in vno duntaxat exquisitissimũ os inuenimus, anno millesimo quingentesimo trigesimo nono, notabilis quidem magnitudinis: Adeò vt auricularis nostri digiti secundũ os excederet: oblongũ intereà, leuiterq; cõpressum, quasiq; pyramidale existens, grossius videlicet parte, quæ ad aortę radicẽ pertinebat, vt cuius vasis amplior radix, circulusq; est. In cęteris verò bobus, tametsi duram quandã, chartilagineamq; substantiã eodem in loco inuenerimus: vix tamen exquisitã chartilaginẽ maxima ex parte, rarissimeq; hanc ossea dici posse chartilaginem, multoq; minùs os chartilagineũ cõspeximus. Siue autẽ os, siue chartilago reperiatur, duplex eius vsus descriptus à veteribus est: Alter
„ quidem ab Aristotele, .a. quùm sic dicebat [Cor sine osse est omniũ, quæ nos nouerimus, præ-

t. Cap. 2.

u. In proœm. com. 5.

x. Ibidẽ, & com. 23.

y. Cap. 1. cõ. 8. post med iũ, & com. 23. Cordis os.

z. 2. de hist. anim. cap. 15. ante medium.

a. 3. đ part. cap. 4. post med & 1. đ generatione animal. cap. 7. etiã pcst med.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 281 sur 292

©BIU Santé

terquam equi, & generis boum cuiusdã, quibus præ magnitudine quasi adminiculũ subditũ est:
b. 6. de v. p. cap. 19. quomodo totũ etiã corpus ossibus substentatur, & continetur.] Alter verò vsus à Galeno .b. tanquam verior ostenditur, ac generalior: vt scilicet ligamentorũ, siue membranarũ, quæ hostiola vocant, arterioſorũq; vasorũ, aortę scilicet, ac venę arterioſę principiũ, stabilimentũq; sit. Cùm igitur in homine tale os minimè, nisi quid vsu proportionale, reperiatur. Eapropter in nostris de
c. In proœ. com. 6. humanorũ ossiũ conclusionibus ipsum nullibi cõnumerauimus. .c. In gutture autem vt minimũ
Gutturis os. tria, vt maximum tredecim ossa vnius nomine appellari prędiximus, .d. quod ὑοides diceretur.
d. Ibidem. Cuius partes, clarioris doctrinę gratiã proprijs numeris tanquã nominibus designẽtur, à primo,
Os primũ. vsq; ad vndecimũ. Erit igitur primũ, quod cęteris maius, latiusq;, ac eorũ basis quędã est, in tertia fig. A. B. in quarta autẽ D. signatũ. Foris quidẽ, anteriusue gibbũ, vt in tertia: intùs verò, posteriusue concauũ, vt in quarta. Secundũ verò, ac tertiũ, quibus nullũ os aliud annectitur, nisi q scutiformi laryngis chartilagini alligantur, suis extremis H. H. vt vtraq; figura notãtur, amboq; E. F. designãtur, primi lateribus copulati, humilius quidẽ: velut superius quartũ, & quintũ eidẽ annectuntur I. & K. vtrobiq; etiã notata prędictis inferioribus longiora, sed interim angustiora.
Reliqua. Reliqua verò tria, quæ vtrinq; superioribus addi solent, in altero tantũ latere signantur in tertia figura, numerisq; in vtroq; eiusdẽ latere 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Duplex igitur ν. literę figura ex huiusmodi ossibus resultat. Prima quidẽ ex osse primo cũ secũdo, & tertio. Altera verò ex eodẽ primo cum quarto, & quinto, alijsq; vtrinq; cõsequentibus. Superiora tamen scilicet quartũ, & quintũ. Nonnunquã cũ alijs annexis ad vndecimũ vsq; minimè, præsertimq; in mulieribus inueniuntur. Quo casu eorũ vicẽ suplet validũ quodã, oblongumq; neruosum ligamentũ à styloide osse exordiens: quod in primi ossis prędicti superius latus inseritur; vt ipsum scilicet os ὑoides superiore in parte firmaret: tuncq; dũtaxat tria (vti prędictũ est) ossa erunt. Sępenumero autẽ superiora etiã duo indurata reperiuntur scilicet quartum, & quintum, deficientibus adhùc reliquis, tumq; ossa quinq; erunt. Procedente autem ętate, quò magis ficcescẽdo indurescunt, quæ prędictis tanquã additamenta supplentur: eò magis eorũ numerus augetur. Vt septẽ priùs, deinde nouẽ, posteaq; vndecim, ac nonnunquã (licet rarissimè) ad tredecim quoq; perueniant. At exquisitiùs cuncta perpendamus. In primo igitur osse tres obseruantur sinus: vnus quidẽ superiùs trasuersim: .e. in
Primi ossis sinus tres. quem propriorũ musculorũ ὑoidis secundũ par .f. inserendũ erat. Est autẽ os id anterius proprio
e. 3. fig. C. quodã tubere prominens, .g. in cuius lateribus, dextro scilicet, ac sinistro alij duo sinus existũt,
f. 4. musc. tab. R. .h. in quos primũ par musculorũ eiusdẽ quoq; ossis propriũ .i. inseruntur, ac deinde tertiũ quoq;
g. 3. fig. *. par, .k. & quartũ. .l. Ob propriũ igitur ὑoidis ossis vsum hi tres sinus in osse primo insculpti sunt:
h. Ibidem. A. & B. ob insertionem scilicet quatuor partiũ propriorũ musculorũ. At id nõ est totius huius ossis pro-
i. 4. tab. S. T. prium munus: sed aliud quidẽ triplex. Primũ vt linguę basis quędã, ac stabilimentũ sit: Secundũ
k. Ibidem. O. vt eadẽ ratione ab hoc osse linguæ musculi quatuor enascantur, siue paria duo: primũ videlicet,
l. Ibidẽ V. V. 5. R. S. .m. ac secundũ. .n. Primũ quidem ab osse primo exoriens: .o. secundũ verò à superioribus primis
Munera tria. ossibus, quarto scilicet, & quinto originem assumens. Quanquã aliquãdo (vbi scilicet superiora
m. 15. tab. fig. 24. & illa ligamenta potiùs, quã ossa sunt, vt præsertim in mulieribus cõtingere solet) ab humilioribus,
25. D. D. secundo scilicet, ac tertio ossibus hi musculi exoriri inueniuntur. Tertiũ verò tandẽ totius huius
n. Ibidẽ. E. ossis ὑoidis munus est, vt laryngis quoq; cõmuniũ quatuor musculorũ principia ab eius particu-
o. 4. huius cõ. fig. D. lari osse primo, parte scilicet inferiore, principiũ duxerint: videlicet primi paris, .p. & quarti .q.
p. 16. musc. tab. fig. 1. & 2. F. & 5. musc. tab. O. q. 16. musc. tab. fig. 3. & 4. K.

Sed de hyoide osse dicta intantùm hæc sint. Cumq; de nasi osse, ac sesaminibus (vt paulò ante iam tetigimus) satis superq; prescriptum à nobis sit. Reliquum est, vt huic nostro commentariolo colophonium imponamus, Deo, Optimo, Maximo gloriam semper, & vbiq; de bonis omnibus ascribentes. De ineptijs autem nostris humiliter veniam petimus: Sanctissimæ interim Romanæ Ecclesiæ cuncta remittentes.

TEAOΣ.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 282 sur 292

© BIU Santé

EORVM

QVAE HOC IN LIBRO CONTINENTVR,

INDEX,

In quo Numerus, paginæ ſuperficiem, P. ſuperficiei principium, M. medium, F. finem præſefert.

A.

Ἄκανθα. 152. M.
Acetabulum. 25. F.
Acetabuli coxendicis ligamentum. 242. M.
Acetabulum coxendicis quale. 245. P.
Acetabulum acromij. 202. P.
Acromij ſignificatio quadruplex. 200. M.
Eiuſdem vſus. 201. F.
Eiuſdem acetabulum. 202. P.
Ἄκρωμα ſummus humerus. 30. F.
Actiones organicis attribuedæ. 6. M.
Adnaſcentia. 21. F.
Additamentum. Ibidem.
Ἀγκυροειδὴς. 203. P.
Ἄμβονες. 40. M.
Ambulatio quomodo fit. 248. M. & 272. M.
Anatomes imperiti rectè curare nequibunt. 3. M.
Anatome ab imperitis ſycophantiſq; neglecta. Ibidē.
Anatomes cognitio quomodo chirurgis neceſſaria. Ibi.
Quomodo phyſicis. Ibidem.
Anatomes ordo. 3. F.
Anatome ſiccæ quæ. 23. P.
Anatomicorum quorundam veterum error. 121. F.
Ancyroides proceſſus. 202. M. (62. M.
Andernaci error in traductione dictionis σεφανιᾶιας.
Andernaci quædam excuſatio. Ibidem. F.
Annexus. 21. F.
Ἀντέμβασις. 42. M.
Antra frontis cur ſemper munda. 100. F.
Antra quæ ſunt ad vocem commoda. 99. M.
Antrorum generatio in oſſibus. 100. F.
Antrorum oſſium capitis vſus. 97. F. & ſequentibus.
Antrorum oſſium capitis vſus clariores. 98. F.
Cur puerulis deſint. Ibidem.
Quòd vtilia, & non ſimpliciter neceſſaria. 99. P.
Antrorum capitis numerus, & vſus. 114. P.
Aparthroſis, ſiue ἀπάρθρωσις quid. 24. P. & 26. M.
vnde dicitur. 27. P.
Ἄπαγμα. 83. P.
Ἀπήχημα. 85. P.
Ἀπὸ. 27. P. (ſeq.
Apophyſis ab Epiphyſi quomodo differt. 21. F. &
Ἀπόφυσις parum ſupra, & 22. P.
Eius vſus triplex. 22. P.
Apophyſes in capite vndecim. 114. P.
Ἀποσκεπαρνισμὸς. 84. M.
Appendix quæ. 21. F. (16. P.
Appendicum vſus ſecundū Galenum duplex. 7. P. &
Appendices oſſium quot. 14. F.
Appendix oſſium quæ. 15. F.
In ſenibus euaneſcit quomodo. Ibidem.
Quomodo in tenellis perſpicua. Ibidem.
Appendicum numerus ſecundùm Galenum. Ibidem.
Melior. 16. M. & ſequentibus.
Appendicibus dotatorum oſſium numerus. 16. M.
Appendicum numerus in diuerſis partibus diuerſus.
Ibidem, & ſequentibus.
Appendicum vſus octo. 19. P. & ſeq.
Appendicum ſymphyſis quomodo fit. 49. P.
Applantatio. 21. F. (ſonantia. 99. F.
Apponenſis error circa problematis expoſitionē de re-
Aqua pericardij. 109. F. (4. M.
Ariſtotelis, Galeniq; de oſſium generatione differētia.
Ariſtotelis error de pupillæ actione quæ debetur chry-
ſtallino. 5. M.
Error alius de aere auris interno quem ponit pri-
mum auditus organum eſſe. 7. F.
Error alius de virorum, & mulierū futuris. 63. P.
Error alius de triangulis virorum futuris. Ibid.
Error alius de mulierum futura rotunda. 63. M.
Error alius de canum futuris. Ibid. (74. F.
Ariſtotelis defectus circa oſſium auriū magnitudinem.
Error alius circa oſſis auriū meatū. 94. M. (96. F.
Error alius de vena quadam è cerebro deſcendente.
Ariſtotelis defenſio quòad cerebri ſitū, & vſū. 110. M.
Ariſtotelis error de maris dentium numero. 136. F.
Error alius de maxillaribus dentibus. 140. M.
Error alius, & contradictio de oſſe cordis. 151. M.
Ariſtotelis defenſio circa coſtarum numerum. 190. P.
Ariſtotelis error circa pollicis breuitatem. 229. F.
Ariſtotelis, & Platonis error circa vnguiū vſus. 235.
Arteriarum vſus qualis. 5. F. (F. & 236. F.
Articuli quem vſum in manu præſtant. Ibidem.
Articulus quid. 23. P. & F. quid apud Hippocratem
frequenter. 23. P. & 25. M.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 283 sur 292

©BIU Santé

Articulus largè sumptus quid. 23. F. & 25. M.
Apud Galenum quid. 24. P.
In præsenti libro propriè. 25. M. & F. & 26. P.
Ἄρθρον vnde dicitur. 26. P. & 27. F.
Ἀρθρωδῶς. 28. P.
Ἀρθρωδες. *Ibidem.*
Arthroides. 28. P.
Ἀρθρωδία vnde dicitur. 28. F.
Arthrodia quid, & quotuplex. 36. P. & seq. (37. P.
Arthrodiæ nomen apud Galenum largiùs. 35. M. &
Articulorum ossium numerus propter motum. 30. P.
Articulorum omnium, & ossium in quibus fiunt, numerorum epilogus. 33. F.
Ἀυχὴν. 40. P.
Auditus ossa. 57. F.
Auditus organi musculus. Ibidem.
Auditorius meatus cur osseus. 94. P. & 17. M.
Cur labyrinthi instar flexuosus. 95. P.
Auditus cur muros penetrat, visus verò non. 100. M.
Auditus per palatum, & buccas. 97. P.
Astragalos. 264. F.
Eiusdem latera quatuor. 265. P. & seq.
Eiusdem situs. 268. F.
Articulatio duplex. 269. P.
Duplicis articulationis eius vsus. M.
Eiusdem magnitudo, & figura. Ibidem.
Necessitas. Ibidem.
Eiusdem cum calcaneo nexus. F.
Ἄστριον. 264. F.

B.

Balamij versio cõmendatur, verbum tamen verbo reddere nonnunquã clarius, ac tutius est. 1. M.
Balamij error circa quandam partem Galeni in proœmio. 42. M. (207. F.
Error alius in interpretatione verbi διαρθρῶται.
Βαθμίδες *quæ.* 212. M. & 40. M. (212. M. & seq.
Βαθμίδων *necessitas, situs, & vsus, figura, & locus,*
Blasci à Septimo casus, & historia. 253. M.
Eiusdem casus declaratio. 254. F.
Curandi methodus. 168. P.
Βόθρια *quæ.* 47. M.
Brachium dupliciter. 207. P. *aliàs tripliciter. Ibid.*
Brachiale cur ex pluribus ossibus. 223. P.
Cur ex octo, & nõ plurib⁹, neq; pauciorib⁹. 224. P.
Cur duobus ordinibus. Ibidem. M. (224. F.
Brachialis os rectum cur dicitur, & chartilaginosum.
Bregmatis pulsatio vnde. 81. F.
Bruta cur dentata nascuntur: homo autem non. 130. F.
Bruta armis munita naturaliter: homo autẽ nudus, & inermis. 238. F.

C.

Calcaneus eius figura. 266. P. & seq.
Calcanei cum astragalo nexus. 269. F. *eorundem*
Calui error. 9. 87. P. (*vsus.* M.
Calx. 266. P.
Καμάρωσις. 83. F. *quib⁹ differt ab* ἐγγισώματος. *Ibid.*
Καμάρωμα, & καμάρα. *Ibidem.*
Caput prominens, & depressum quod est. 38. P. & seq.
Caput quomodo ad ceruicem refertur, in quibus ceruix deest. 39. F. (*Ibid.*
Capitis solutionis modi quinq;. 82. F. *qui periculosiores,*
Capitis ossa propria quæ. 72. F. *diuersa substantia.* 78.
Capitis figuræ deprauatæ quatuor. 64. M. (M. & seq.
Caput sine ceruice potiùs tuber, aut protuberatio, aut tuberculum, seu prominentia dicendum. 39. F.
Capitis figura triplex. 61. M. & 62. P.
Capitis articuli triplex securitas. 160. P.
Caput sine futuris. 66. F. *An salubrius. Ibid.*
Caput quomodo in ossium cõputatione capimus. 13. P.
Capita monstrosa multa. 65. F.
Capitis ossium magnitudo. 74. F. (85. P.
Capitis parte vulnerata quomodo altera respondeat,
Capitis ossium propria foramina. 89. F.
Cardinamentum. 29. P.
Cardinis ratio secundum Celsum. 42. P.
Caroli Stephani error de bregmatis pulsatione. 82. M.
Carpi, manusq; dearticulatio. 215. F.
Carpi totius figura. 226. P.
Καταγμα. 83. P.
Cauernarum ossium capitis vsus clariores. 98. F.
Cauitatis ossium abusus. 11. M. (*plex. Ibid.* F.
Cauitatis ossium ratio duplex. 11. P. *immo quadru-*
Cauitatis frontis vsus. 110. M.
Celsi error de capite sine futuris. 66. F.
Error alius de capitis futurarum numero. 71. F.
Error alius circa brachialis ossis numerũ. 222. M.
Centaurorũ generatio, nutritioq; impossibilis. 247. P.
Κεφαλὴ, & κεφάλεον *idest caput.* 34. P. & 40. P.
Cerebrum nobilissimum omnium membrorum. 59. M.
Forti septo muniri oportuit. 60. P.
Cerebri vera pulsatio quæ. 82. P.
Ceruix quæ dicitur. 21. P. *non sine capite. Ibid.*
Ceruices quæ sunt. 38. P. & seq.
Ceruix oblonga, & depressa quæ. Ibid. M. & seq.
Ceruix oblonga, caput tamen depressum. Ibid. F.
Ceruix nulla, caput tamen depressum. Ibid.
Interdum quoq; prominens. 39. P.
Ceruix depressa, caput tamen oblongũ. Ibid. M. & seq.
Ceruicis necessitas. 154. F.
Ceruix humeri quæ. 209. M.
Chartilaginis mucronatæ vsus. 190. M.
Χείλη. 40. M.
Χονδρώδης. 162. M.
Χόνδρος, & χονδρωσις. 49. M.
Clauicula, & eius vsus. 203. F.
Vsus alij. 205. F.
Clauicularum figuræ cauitas. 206. P.
Foramina. Ibidem. F.
Claues vnde dicantur. 204. F.
Cur dicantur etiam furculæ. Ibid.
Cur dicantur etiam iuguli. Ibid.
Clauum cum scapulis opportuna connexio. Ibid. M.
Κλινοειδεῖς. 76. M.
Coccygis vsus. 188. P.
Vnde dicitur. 186. F.
Cur ex tribus ossibus. 156. M.

Coccygis

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 284 sur 292

Coccygis neceſſitas. 155. P.
Cochlea in aure. 8. M.
Colli vſus triplex. 155. F.
Colli ſpondylorum proceſſus bifidi. 168. M.
Colli vertebrarum nexus cur laxior alijs. 169. P.
Columbi error de zygomatis cauitate. 118. M.
Condyli, epiphyſes, & capita quomodo differunt, vel idem ſunt. 19. F. 20. P. & 40. P.
Condyli dupliciter. 147. M.
Cordis os. 151. M. & 276. P.
Cordis caſulæ aqua. 109. F.
Cornarij error in interpretat. 87. P.
Cornua in capite. 116. M.
Κορακοειδὴς à dictione κόραξ. 202. F.
Coronalis ſuture. 62. M.
Corone quæ dicitur. 21. P. & 40. P.
Κορωνοειδὴς à dictione κορυνή. 202. F.
Κορωνη, κορωνίς, & κορωνόν. 40. M. & 202. F.
Coſta prima maxima ex parte cum ſterni oſſe prima coaleſcit. 31. P.
Coſta decima nonnunquam duplici articulo cõnectitur, nonnunquã triplici. 30. F. vt plurimum tamen duplex articulatio eſt. 36. M.
Coſtarum cũ ſterno articuli enarthroſes ſunt, nõ arthrodiæ contra Galenum. 35. M.
Coſtarum ad ſternon dearticulationes. 192. P.
Coſtæ nothæ cur dicantur. 194. M. & 195. F.
Cotyle quid. 25. M. & 40. P.
Κοτύλη. 40. M.
Coxendicis acetabulum. 245. P.
Coxendicis acetabuli ligamentum. 242. M.
Coxendicis vſus quadruplex. 243. P.
Coxendicis muſculi. M. & ſequentibus.
Coxendicis ſignificatio ſexcuplex. 241. F.
Coxendicis prædicata. 244. M. & ſeq.
Coxæ oſſa tria. 241. P.
Craneum vnde dicitur. 6. F. 51. M. & 59. P.
Ex Gallica lue corroſi periculum. 7. P.
Κράνιον. 51. F. & 59. P.
Cribroſum os. 76. M.
Eius vſus. 113. M. & ſeq.
Cribrum duplex. 114. M.
Cribrorum differentia duplex. 107. P.
Cribrum naſi. 113. P.
Cribrum ſub adena an conueniat. 112. M.
Crurum actio quæ. 5. F.
Crus propter motum. 272. F.
Cryſtallini actio. 5. M.
Κτένες. 37. P.
Cubitus dupliciter. 207. P.
Cubiti, manuſq; & carpi dearticulatio. 215. M.
Cubiti ad carpum articulatio duplex ſecundũ Galenũ.
Cubiti ſtyloidis verus vſus. 221. F. (220. F.
Cubiforme os. 267. M.
Cuccus. 186. F.
Cuculus. Ibidem.
Cultriforme os. 47. P.
Cuneiforme os. 70. P.
Cutis vſus. 5. F.
Κυβοειδὲς os. 267. M. & 268. F.
Κυνόδοντες. 137. P.

D.

Decrepitis quæ oſſa deſunt. 13. F.
Deltoidis oſſis inuentio prima. 7. F.
Dentiũ vſus. 7. P. & 134. F. Qui quadruplex eſt. Ibid.
Dentes concaui. 10. F.
Dentium ſenſus. 15. P. & 135. M.
Dentes an habeant appendices. 16. M.
Primos habere appendices abſurdum nõ eſt. 19. F.
Ipſorum ſubſtantia nuda cur durior. 20. P.
Dentiũ natura an ſit oſſea, queſtio pro ſophyſtis. 130. F.
Dentata cur naſcuntur bruta, homo autem non. Ibid.
Dentes cur renaſcuntur. 131. M.
Dentes cur bis homini naſcuntur. 132. P.
Quomodo intùs reconditi. 132. M.
Quomodo ex oſſium excremento. Ibid.
An ſemper augeantur. 134. M.
Cur quidam edentuli. 132. F.
Dentitionis tempora quatuor, vel quinq;. 133. P.
Dentium nutrimentum. 134. F.
Dentium ſubſtantia, & nuditas. 9. F.
Inciſoriorum numerus. 136. M.
Caninorum numerus. Ibidem.
Dentium poſitio concinna. 137. F.
Dentium inciſoriorum, & caninorum radices. 138. P.
Superiorum radices cur plures. 138. F.
Dentium ordo ſimplex. Ibidem. (141. M.
Dentibus ſolis nerui inter oſſa inſunt propter ſenſum.
Dentium cauitatis membrana. 142. M.
Dentibus ſumpta prognoſtica. 143. P. & ſeq.
Dentium prædicata. 145. P. & ſeq.
Dentiformis proceſſus poſitio cur anterior. 163. F.
Δεσμός. 51. M.
Διὰ in compoſitione quid. 27. P.
Διατοπὴ. 84. M.
Διάφυσις. 27. P. (27. P.
Διαρθρωσις propter motum manifeſtũ. 2. F. 23. F. &
Vnde dicitur. Ibidem.
Dionyſiſci. 116. F.
Διπλοη. 183. P.
Digiti pedum quomodo neceſſarij. 6. P.
Digitorum articulatio. 215. F.
Eorũ oſſa propter melius. 233. M. (ſtiones in ſeq.
Digiti cur ex plurib' oſſibus. Ibid. Et multæ aliæ quæ-
Digitorum articulationis ſupercilia. 235. P.
Chartilaginea incruſtatio. Ibidem.
Vncluoſus humor. Ibidem.
Digitis contortis, vel diſtenſis cur ſonus editur. 237. P.
Dorſum quomodo in oſſium numero capimus. 13. P.
Διχασῆρις. 137. P.

E.

Ἔκπίεσμα. 84. P.
Ἔκπιεσμα. Ibidem.
Ecpieſma. Ibidem.
Ἔκφυσις. 22. P.
Ἔκτάπλευρον. 75. P.
Ἔκθλιψις. 25. M.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 285 sur 292

©BIU Santé

Ἕδρα. 84. M. & F.
Edentuli quomodo masticant. 7. P.
Ἔγκοπή. 84. M.
Ἔγγεισωμα. 83. F.
Ἐικοσάγωνον. 75. M.
Ἐικοσάπλευρον. Ibid. & 76. P.
Ἔισφλασις, & εἰσφλασμα. 83. F.
Elisio. 25. M.
Ἔνάρθρωσις vnde dicitur. 28. F.
Quid, & quotuplex. 34. P. & seq.
Engysoma. 84. P.
Ἐνηρθρῶσθαι. 28. P. & F.
Dicitur à verbo ἐναρθρῶ. 28. F.
Ensiformia quæ. 193. M.
Ἔνθλασις. 83. M.
Ἔνωσις. 27. F.
Ἔπίφυσις. 15. F. & 21. F. (19. F.
Epiphyses, capita, & condyli an idem, vel differunt.
Epiphysis quid. 21. F. & seq.
Epiphyses in capite sex. 114. P.
Excessus. 22. P.
Excrementorum nocumenta. 59. F.
Excrementorum expurgationis modus. 107. M.
Excrementorum digressio. 107. F.
Quæ per nares. 108. P. & seq.
Quæ per oculos, & aures. 109. M.
Quæ per palatum. Ibidem.
Exostosis. 116. M.
Explantatio. 22. P.
Expurgationis sinus duplex. 107. M.
Expurgatio per suturas inferiores. 109. P.
Eudemi circa manus, pedisq; pollicem. 274. F.
Eustachij error de gonfiorum etymo. 139. F.

F.

Falloppij error circa sextam musculorum ceruicis coniugationem. 162. P.
Fœminarũ pubes à viris octo modis differunt. 246. P.
Femoris magnitudo. 246. F. & 248. F.
In brutis præter simiam breuior. 248. F.
Femoris appendices. 249. P.
Sinus. F.
Ceruix. Ibidem.
Caput supernum. 249. M.
Caput infernum. 250. M.
Femoris figura quæ. 252. P. & seq.
Propter ambulare, & stare. Ibidem.
Propter sedere. Ibidem.
Propter firmitatem altero tantum crure. Ibid.
Femoris prædicata. 255. M. & seq.
Fibulæ vsus quadruplex. 258. P.
Fibulæ ad radium comparatio. M.
Fibulæ figura, lineæ, & latera. F.
Inferioris appendicis eius sinus duplex. 261. F.
Figuræ capitis deprauatæ quatuor. 64. F.
Foraminum ossium capitis epilogus. 103. F.
Frontis cauitas, & eius vsus. 100. M.
Frontis ossis figura. 74. F.
Frontis antra cur semper munda. 100. F.
Foramina propria quatuor. 103. P. (106. F.
Fuchsii, & Renati error quòad Galeni intentionem.
Furculæ vnde dicantur. 204. F.

G.

Galeni defectus circa ossium concauorum, & medulloforum numerum. 10. F.
Galeni error de ossium medulla. 11. M. (11. F.
Error alius de leonũ, aquilarumq; ossium cauitate.
Error alius de appẽdicũ vsib⁹. 16. P. & M. & 18. F.
Error alius de appendicum numero. Ibid.
Galeni error de appendicum substantia & durior. Ibid.
Galeni contradictionis cuiusdam solutio circa nomina epiphyses, condylos, & capita. 20. P.
Galeni locus. 24. M. alius. 28. P. alius. 45. P. alius 63. F. & 227. F. & 265. M.
Galeni defensio circa synarthroseos definitionẽ. 24. M.
Galeni error circa costarũ cum sterno articulos. 35. M.
Galeni sententiæ vera expositio circa ceruicem, & caput. 39. M.
Galeni defensio circa vertebrarum ginglymon. 41. M.
Alia defensio à Vesalij calumnia. 50. M. (& seq.
Galeni increpatio à Vesalio de tẽdonũ substãtia. 51. P.
Galeni error de futuræ lambdoidis ad crassioris mẽbranæ duplicationem rectitudine. 60. F.
Galeni defensio quartam acuminati capitis figuram abnegantis. 100. 66. P.
Galeni defectus in futurarum epilogo. 66. P.
Alius circa sextam, & septimam futuras. 74. P.
Alius circa quandam futuram communem. Ibid.
Alius circa maxillæ inferioris duplicitatem. Ibid.
Galeni error circa ossium temporum figuram. 74. F.
Galeni error duplex in declarãda ossiũ substãtia. 78. F.
Galeni defensio circa ossium duritiei ordinem. 80. M.
Galeni error de Bregmatis pulsatione. 81. F.
Alius error de maxillæ inferioris ad caput articulatione. 88. M. (ne. 90. M.
Error alius de foraminis primi sphenoidis latitudi-
Galeni error circa foramen maxillæ superioris secundum. 91. F.
Error alius excusabilis circa arteriæ carotidis propaginem ad cerebrum ascendentem. 92. P.
Galeni error de obliquis aurium flexionibus. 95. M.
Error alius de quodã ossis tẽporis foramine. 96. M.
Galeni, & Vesalij error de arteriæ transitu per foramen commune. 103. P.
Galeni detractorũ error de sphenoidis cribro. 106. M.
Galeni error de spongoidis similitudine. 147. 104. M.
Galeni error de cerebri positione. 110. M. (112. M.
Galeni contradictiones duæ proponuntur, & soluuntur.
Galeni error circa maxillæ superioris futuras. 120. P.
Eiusdem erroris causa quæ. Ibid.
Error alius circa foramen futuræ cõmuni subiectum. 120. M. Causa erroris. F.
Error alius circa futuram communem. 120. F.
Galeni error circa ossa quibus capitis maxilla superior committitur. 121. M.

Eiusdem

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 286 sur 292

Eiusdem erroris excusatio. Ibidem.
Eiusdem excusationis reprobatio. Ibid.
Galeni error circa quasdam capitis futuras. 121. F.
Error alius circa futuras canum, homini attributas. 122. F. (125. P.
Galeni error de quodam superiorism axillæ extremo
Error alius de futurarũ max. super. numero. 126. M.
Galeni error de malarum ossium crassitie. 127. M.
Error alius de molarium radicibus. 138. P.
Error alius de radicum diuersitate. 138. M.
Error alius de eisdem. Ibidem.
Galeni error de inferioris maxillæ duplicitate. 146. P.
Error alius de eiusdem dearticulatione. 148. P.
Error alius penès eandem. Ibid.
Galeni excusatio in simijs. Ibid. (148. M.
Galeni error de maxillæ inferioris articuli defensione.
Error alius de vertebrarum cauitatibus. 151. F.
Galeni error de osse coccygis. 155. M.
Galeni excusatio pro eodem. Ibid.
Galeni error de ossium coccygis vnione. 157. F.
Error alius circa primæ vertebræ cauitates. 161. P.
Error alius circa primæ vertebræ musculos. 161. F.
Galeni error circa rationem duritiei primæ vertebræ. 165. P.
Error alius quòad primum primę vertebrę anterioris processus vsum. 166. P. (sus. 166. F.
Galeni error quòad transuersos primæ vertebræ proces-
Galeni error circa primæ vertebræ foramen. 167. F.
Error alius quòad aliarum vertebrarum foramina, seu circulos. Ibidem.
Galeni contradictionis solutio duplex. 172. P. & seq.
Galeni error quòad lumborum vertebrarum processuũ magnitudinem. 173. M.
Error alius quòad transuersorũ processuũ vltimarũ thoracis vertebrarũ defectus rationem. 174. P.
Error alius circa eorundem decliuitatem. Ibid.
Galeni error circa thoracis vertebras. 230. 174. M.
Error alius circa foraminum vertebrarum thoracis magnitudinem. 13. P. (cessus. 176. P.
Error alius circa trãsuersos thoracis vertebrarũ pro-
Error alius circa eosdem. 176. M.
Galeni error circa ꝓcessus accliues, & decliues. 177. P.
Error alius circa nonnulla vertebrarum foramina. 179. M. (179. F.
Galeni error circa quosdam decliues lumborũ processus.
Error alius circa os sacrum. 181. F. (P.
Error alius quòad ossis sacri ꝓcessus trãsuersos. 182.
Galeni error quòad ossis sacri partes. 184. M.
Galeni apparentis contradictionis solutio. Ibid.
Galeni error circa coccygis partes. 184. F. (185. M.
Error alius circa neruorum ossis sacri coniugationes.
Galeni error de coccygis neruis. 187. F.
Galeni contradictio. Ibid. (synarthrosim. 189. F.
Galeni defensio quòad vertebrarũ coarticulationes siue
Galeni contradictionis solutio duplex. 190. M. & seq.
Galeni error circa cuiuslibet costarum ad vertebras dearticulationem. 191. P.
Galeni error quòad humeri magnitudinem. 207. P.
Eiusdem excusationes. Ibidem.
Galeni defensio de inconstantia sibi attributa. 203. P.
Galeni error quòad humeri tuberis medij vsum. 211. M.
Error alius de tuberis humeri interni magnitudine.
Erroris huius causa. Ibid. (Ibid.
Galeni error circa ossis humeri externam gibbositatem. 213. F.
Galeni error quòad radij ad humerum, carpiq; ad cubitum dearticulationem. 215. F.
Error alius circa digitorum ginglymon. 216. P.
Galeni error quòad styloidis processus ad brachiale dearticulationem. 221. M.
Galeni contradictio. 225. P. Eiusdem solutio. M.
Galeni error circa quartũ, siue octauũ carpi os. 225. M.
Galeni defensio quòad ossium carpi medullam. 226. P.
Error alius circa tertij ossiculi cauitatem. 227. F.
Galeni error circa ossis carpi cum radio, & carpo dearticulationem. Ibidem. (vsum. 228. P.
Galeni error quòad noni ossis scilicet sesamoidis carpi
Galeni, & Vesalij error quòad musculorũ in metacarpio positorum vsum. 232. M.
Galeni error circa digitorum articulationem. 235. F.
Error alius circa latẽtẽ sub poplite musculũ. 250. F.
Galeni error quòad calcis substantiam. 266. M.
Galeni error quòad astragali ad nauiculare os articulationem. 265. P.
Galeni error circa cubiforme os. 270. M. (192. F.
Galeni error quòad costarũ cũ sterno dearticulationem.
Galeni vera defensio de sphenoidis cribro. 107. P.
Eiusdem vera sententia. F.
Gelasine seu γελασῖνοι, idest ridentes. 137. P.
Genu articulus non ginglymo, sed duplici enarthrosi
Genuini dentes. 140. P. (ligatur. 32. M.
Ginglymos quid. 40. F.
Ginglymos vnde dicitur. 28. F. Græcè Γίγγλυμος.
Ginglymoides. 28. P.
Γιγγλυμοειδῶς. 28. F.
Ginglymos apud Aristotelem. 29. P. & 42. P.
Ginglymos quincupliciter. 40. F. & seq.
Ginglymi essentia in duobus consistit. 41. P. & 42. P.
Ginglimationis ratio secundũ Celsum. 42. P. (43. M.
Ginglymi vertebrarũ improprij, sed potius arthrodiæ.
Glene. 25. M. & F.
Γλήνη. 40. P. & M.
Gomphosis synarthroseos species quomodo. 24. M.
Gomphosis in quibus. 30. P.
Gomphosis motus inuoluntarius. 44. M.
Gomphosis quid. 47. M.
Vnde dicitur. Ibidem.
Gomphos clauus. Ibidem.
Gomphoses quot, & quæ. 47. F.
Gomphosis an sit symphysis. 47. M.
Gomphij dentes vnde dicantur. 139. F. (& 276. M.
Gutturis os hyoides, hypsiloides, & lambdoides. 12. P.
Ex quot ossibus constat. 12. M.

H.

Harmonia synarthroseos species. 24. M. & 46. M.
Harmonia in quibus. 30. P.
Harmoniæ motus inuoluntarius. 44. M.

Harmo-

©BIU Santé

Harmoniæ quot, & quæ sint. 46. M. (71. M.
Hippocrati attributi libri error circa futurarũ numerũ.
Hippocratis locus expositus de capitis vulnere illo., quod dicitur sedes. 84. F.
Homini ossa cur necessaria. 6. F.
Homo solus stat erectus. 150. M. & 247. P.
Solus sedet. 150. M. & 247. F.
Solus inter animalia sapiens, & diuinus. 239. F.
Solus sine artibus, & armis nascitur. P. (150. P.
Homo manibus, & armis in pace, & in bello vtitur.
Solus inter pedestria verè bipes. 247. P.
Humerus. 207. P. (204. P.
Humeri articulus in homine cur à thorace distat.
Humeri ceruix quæ. 209. M.
Humeri processus interni vsus. 210. P.
Tuberis externi vsus. 210. F.
Tuberis medij vsus. 211. P.
Humeri articulationis præsidia quatuor. 208. P.
Humeri os cur simplex. 214. F.
Humeri dearticulatio cur laxa. 215. M.
Hyoides os. 151. M.
Hyoidis ossicula per synchondrosim, & nõ per articulũ vniuntur. 29. M. *vel per synneurosim. Ibid.*
Hyoides os idem hypsiloides, & lambdoides dicitur quod gutturis os est. 12. M.

I.

INcudis ossiculi in aure vsus. 7. M.
Quod molari etiam assimilatur. Ibid.
Infantium ossa quæ non adhùc vera. 14. M.
Cur pauciora, quàm iuuenum. 13. F.
Infantium vertebrarum distinctio. 14. P.
Aliorum ossium diuisio. Ibid.
Infantium ossium numerus. 18. F.
Infundibuli, & ventriculorum cerebri aqua. 109. F.
Internodia. 233. P.
Iuguli cur dicantur. 204. F.
Ἰσχίον vnde dicitur. 241. F.
Eius significatio sexenplex. Ibid.
Ἴτιες. 40. M.
Ἠθμὸς. 76. F.
Ἠθμοειδὴς. *Ibidem.*
Ἠθμοειδὲς. 103. M.
Ἠχέω. 85. F.
Ἠχώ. *Ibidem.*

L.

LAbyrinthus in aure. 8. M.
Lachrymarum generatio quomodo fiat. 111. M.
Quomodo per gaudium. 111. F.
Quomodo per risum. Ibidem.
Lambdoides futura. 62. F.
Lambdoides os. 12. M.
Leonis brachium. 76. M.
Libri præsentis titulus. 22. F.
Ligamenta. 50. F.
Quem vsum in manu præstant. 5. F.
Cur nerui putata sint. 51. P.
Limbus quid. 45. F.
Λαβοειδὴς. 78. F.
Lumborum necessitas. 154. F.
Lumbi cur ex quinq; vertebris. 156. M.
Lumborum vertebrarum reliqua exponuntur. 179. F.
Lumborum vertebrarum prædicata. 180. P. & *seq.*

M.

MAcrocephali cur caput habent oblongũ. 61. F.
Mallei ossiculi in aure vsus. 7. M.
Mammillaris processus substantia. 88. M.
Manus, carpiq;, & cubiti dearticulatio. 215. P.
Manus partium vsus. 5. F.
Manus actio quæ. Ibidem.
Manus communiter quæ. 206. F.
Cuius partes tres. Ibidem.
Manus propriè. 207. P.
Manus dupliciter. 222. P.
Manus encomium. 238. F.
Manus organum organorum. 149. F. (& *seq.*
Manus, & pedis conuenientiæ, & differentiæ. 268. P.
Maxilla inferior cur appendicem non habeat, ratio duplex. 20. M. & *seq.*
Medullosa est. Ibidem.
Quot musculorum principium est. 21. M. & *seq.*
Maxillæ superioris ossa duodecim. 47. P.
Maxillæ superioris futuræ. 119. P. & *seq.*
Capiendo tamen futuræ nomen largè. 119. M.
Futuræ eiusdem secundum Galenum. 119. F.
Maxillæ superioris futuræ propriæ & cõmunes. 124. M.
Maxillæ superioris ossiũ vsus, & alia prædicata. 127.
Maxillares dentes. 140. P. (F. & *seq.*
Maxillæ inferioris chartilago peculiaris. 148. F.
Maxillæ inferioris prædicata. Ibid. & seq.
Eiusdem os vnicum tantum. 74. M.
Medullæ nomen dupliciter. 10. P. & F.
Medulla ossium nutrimentum. 9. F. *secundũ Galenum.*
Medulla encephalitis. 10. M. (11. M.
Medulla ossium nutrimentum non est contra Galenum.
Opinio propria. 11. F.
Medullæ verior vsus. Ibidem.
Meleti error de gomphoseos etymologia. 140. P.
Membra simplicia quadruplicia. Vnũ scilicet propter actionem, tria verò propter vsum. 5. M.
Membrorum simplicium vsus triplex. Ibid.
Membranarum vsus. 5. F.
Metacarpij ossa. 229. M.
Eorum magnitudo. 232. P.
Molarum numerus. 221. F.
Molares cur tardiùs deciduunt. 216. M.
Molarium substantia, forma, magnitudoq;, & cur diuersa. 137. M. & *seq.*
Molariũ radices. 138. P.
Molæ. 140. P.
Momisci, Græcè μωμισχοι. 140. M.
Monstrosa capita diuersa. 77. M.
Motus est primus naturæ scopus. 11. M.
Motus animali quammaximè proprius. 23. M.
Mucronatæ chartilaginis vsus. 190. M.
Mulieris vtero gerentis ossa. 18. M. (70. M.
Mundini, & aliorũ multorũ error, de sceuris mendosis.
Musculi in aure vsus. 6. M.

Musculus

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 288 sur 292

©BIU Santé

Musculus temporalis cur additus. 117. M.
Μῦλαι. 140. P.

N.

NAsi cribrum. 113. P. (11. P.
Naturæ scopi in animalium generatione duo.
Naturæ maxima, præcipuaq; intentio. 59. M.
Naturæ iustitia circa suturarum numerum, & positionem. 63. M. & seq.
Nauiculare os. 267. M. (tur. 4. P.
Nerui, & ossa secundũ Aristotelẽ quomodo generen-
Neruorum ophthicorum vsus quis. 15. P.
Nerui quem vsum in manu præstant. Ibid.
Νεῦρον, & νεύρωσις. 49. M.
Neruorum genera tria. 50. F.
Quare sic dicantur. Ibidem.
Nerui voluntarij. Ibidem.
Nerui propriè dicti qui. 51. P.
Nerui velut rami. 150. F.
Neruorum cerebri distributio qualis. 169. M. & seq.
Νευροχονδρώδης. 260. F.
Nomina interdum fingere oportet. 28. F.
Nutrimentum ossium medulla secundũ Galenum. 9. F.

O.

OCcipitis ossis substantia. 79. M. (102. P.
Foramina, horũq; figura, magnitudo, & vsus.
Occipiti, & tempori foramina communia. F.
Oculorum, & aurium expurgatio. 109. M.
Ὀμιλία. 26. F.
Ὄμος dupliciter. 208. F.
Ὄφρυες. 40. M.
Ὀψίγονοι. 140. M.
Ossium consideratio per se quæ, & quotuplex. 2. P.
Ossium liber primo legendus. 3. F.
Ossa omnium membrorum siccissima. 4. P. (4. F.
Totius corporis fundamenta, sicut in orbe terra est.
Ossium temperamentum, sicut & aliarum partium similarium, forma substantialis eorum est. 1. P.
Ossiũ anatome quomodo cæteris pferenda. 3. F. & 5. P.
Ossa, & nerui quomodo secundum Aristotelem generentur. 4. P. (res differentia. 4 M.
Quomodo secundũ Galenũ, & quæ inter hos autho-
Ossium vsus quinq; diuersi. 4. F. & 6. M. & seq.
Ossium varietati succedit aliarũ partiũ varietas. 4. F.
Ossium vsus in manu ad bene esse. 5. F.
Ossibus carent multa animalia. 6. M.
Ossa homini cur necessaria. Ibidem.
Ossium actio nulla. 6. M.
Ossiculorum auditus vsus. 7. M.
Ossium differentia penès magnitudinem. 9. M.
Penès substantiam. F.
Ossium nutrimentum medulla secundum Galenum. F
Ossa concaua quot, & quæ. 11. P.
Cur concaua, & medullosa secundũ Galenum. Ibid.
Ossium figurarum distinctiones quatuor. 12. P.
Ossium numerus diuersus secundum Galenum. M.
Os gutturis hyoides, hypsiloides, & lambdoides. Ibid.
Ossa à Galeno prætermissa lib. de ossib' quot, & quæ. F.
Ossium numerus diuersimode per sex conclusiones declaratur. F. & 18. M. & F.
Ossium appendices quot sunt. 14. F.
Foramina, & eorum vsus. Ibid. & seq.
Ossa non sentiunt. 15. P.
Quomodo periostij ratione per accidens. M.
Ossium numerus in prægnante muliere. 18. M.
In infantibus. F.
Ossium compositionis causæ quinq. 23. M. (27. F.
Ossium compositio, seu cohærentia, seu structura idem.
Ossium numerus, quæ sunt propter motum. 29. M.
Quæ sunt propter quietem. Ibid. & seq.
Os cultriforme. 47. P.
Ossa auditus. 57. F.
Ossium structuræ, siue compositionis figura. 58. P.
Os palati. 72. M.
Os sphenoides parum supra.
Ossa capitis propriè quæ. Ibidem.
Secundum Galenum quæ. 73. M.
Osium sincipitis figura. 74. F.
Osium temporis figura. Ibidem.
Osis frontis figura. Ibidem.
Osis octaui capitis foramina. 76. M. & 103. M.
Horum foraminum vsus. 76. F.
Cur tortuosa. 77. P.
Quomodo tres vsus horũ sibi inuicẽ famulantur. M.
Osium temporis substantia quæ. 78. F.
Foramina duodecim, & vsus. 94. M.
Diuisio qualis. 78. F. & 79. P. (80. P.
Osium substantiæ duritiei ordo secundũ Hippocratem.
Os tenue apud Hippocratem largiùs. F.
Osis petrosi duritiei rationes quinq;. 87. M.
Cur asperum. 88. M.
Osis octaui capitis substantia. 89. P.
Osium capitis propriorum foramina. F.
Osis octaui capitis partes quatuor. 104. P.
Eiusdem comparatio ad palatum. Ibid.
Osium capitis diuersa substantia. 78. M. (& M.
Ossiũ capitis, & suorũ prædicatorũ epilogus. 114. P.
Osium cognitio quibus morbis necessaria. 115. P.
Osium vsus præcipuus duplex. 134. F.
Os cordis. 151. M. & 276. P.
Os sacrum vnde dicitur. 181. P.
Eiusdem figura. M.
Eiusdem ad vertebras comparatio. Ibid.
Ossa in digitis propter melius. 233. M.
Ὀστεαλογία. 22. F.
Ὀστεολογία. Ibidem.
Ὀστεατομὴ. Ibidem.
Osteatome sicca. 23. P.
Ὀστολογία. 22. F.
Ὀστοκόποι. 141. F.
Ὀξίβαφον. 40. M.

P.

PAlati os. 72. M.
Palpebrarum vsus quis. 5. M.
Patellæ os quale. 262. P.
Vsus triplex. 263. F.

Substan-

©BIU Santé

Substantia eius quæ. 262. M.
Figura quæ. Ibidem.
Situs ratio cur scilicet in anterioribus. 264. P.
Παρασάτης ὀστοῦν. 12. M.
Pectus. 189. P.
Pectoris ossa quot sunt. 13. P.
Pedes brutorum qui. 150. M.
Pedis ossa quot, & quæ. 264. M.
Pedum digiti quomodo necessarij. 6. P. (& M.
Pedis, & manuũ differentiæ, & conuenientiæ. 268. P.
Πεδίον. 271. P.
Pedes cur oblongi, & molles in homine. 271. F.
Cur ampli cum longitudine sint. 272. M.
Cur inferius caui, superius gibbi. 273. P.
Cur multifidi. M.
Pedis partium ad manus partes comparatio. F.
Pedes propter ambulationem. 272. M.
Propter firmitatem. F.
Pericardij aqua. 109. F.
Petrosum os penès Vesalium. 79. M.
Cur asperum. 88. M.
Phalanx vnde dicitur. 232. M.
Cur de singulis ossibus. Ibidem.
Φάτνια quæ. 47. M.
Φλᾶσις, & φλᾶσμα. 83. P.
Φόξος ideſt acuminata. 61. M. & 64. M. & seq.
Φραγμὸς. 134. P.
Pili non sunt membra, sed excrementa. 4. P.
Πῆχυς dupliciter. 214. M. (F. & 236. F.
Platonis, & Aristotelis error circa vnguiũ vsus. 235.
Planum. 271. P.
Plinij error de maxillarum dentibus. 140. P.
Pollex reliquis digitis maior. 229. F.
Polymorphon os. 73. M.
Polyporũ apprehensiones etiã sine ossibus fortes. 5. M.
Πόρος ἀκουστικὸς ideſt meatus auditorius. 17. M.
Posti brachialis ossa. 229. M.
Processus. 22. P.
Processus sine appendicibus. Ibidem.
Cum appendicibus. Ibidem.
Processus appendicum. Ibidem.
Processus pterygoides. 76. M.
Processus pyrenoides. 77. M.
Processus mamillaris substantia. 88. M.
Προσάρθρωσις. 26. M. & 27. M.
Pterygoides processus πτερυγοειδὴς. 76. M.
Vsus eius quis. 89. P.
Puberum ossa cur pauciora, quàm iuuenum. 13. F.
Pubis ossa in fœminis, sicut in viris. 245. M.
Fabulosa circa hæc nonnullorum deliria. Ibid.
Pupilla quæ. 5. M.
Quomodo famulatũ chrystallino cũ ophthicis præstat, & quis eius vsus. Ibid.
Pulsatio Bregmatis vnde. 81. F.
Pyrenoides processus. 159. P.

Q.

Quale quid, libro de ossibus quid significat. 1. F.

R.

Radius. 207. P.
Cur obliquus. 216. M.
Cur ab internis introrsum. Ibid.
Realdi error circa dentium foramina. 15. P.
Error alius de symphyseos speciebus. 44. F.
Error alius de symphyſi vera. 49. M.
Realdi error circa capitis foramina. 89. F. (98. M.
Error alius circa frontis, sphenoidisq; cauernulas.
Error alius de medicamentis ocularibus. 112. P.
Realdi, & Vesalij error circa femoris cum tibia dearticulationem. 250. F.
Renati pro Galeno solutio. 106. M.
Renati, & Fuchsii error quoad Galeni sensum. Ibid.
Resonantiæ vocis ratio duplex. 99. F.
Rete mirabile. 101. M.
Cur inuisibile in homine. Ibid.
Ῥῆξ. 83. P.
Ῥωγμή. Ibidem.

S.

Sacrum os cur ex quinq;. 156. M.
Sacri ossis necessitas. 154. F.
Sacrum os vnde dicitur. 181. P.
Sacri ossis foraminum vsus, & numerus. 185. M.
Σάρξ, & σάρκωσις. 49. M.
Satyriasmi. 116. M.
Scapularum vsus duplex. 196. F.
Vsus tertius. 197. M.
Scapulæ partium diuersitates quinq;. 198. P. & M.
Scapularum cũ clauibus opportuna connexio. 204. M.
Scaphoides os. 267. M. & 269. P.
Sceletos quid, & quomodo præparãdus. 3. F. & 22. M.
Sceleti partes quatuor. 13. P.
Σκελετός, & σκελετόν. 22. M.
Vnde dicitur. F.
Σκεπάρνος. 84. M.
Scopi naturæ in animalium genere duo. 11. P.
Σκυταλίδες. 232. M.
Scytalides. F. (dum est. 3. P.
Secundùm naturã quod existit, in omnibus perpẽden-
Sella sphenoidis pars est. 76. M.
Sellulares processus. Ibidem.
Sesamidea ossa. 216. P. & 7. P.
Σιγμοειδὴς. 203. P.
Siluanij error in correctione Galeni. 62. M.
Simia ridiculum animal. 204. M. (sunt. 6. M.
Simplicium membrorũ vsus propter organici actionẽ
Sincipitis ossa cur laxiora. 69. F.
Sincipitis ossis substantia. 79. M.
Raritas quare. 81. P.
Sinuum capitis numerus. 113. M.
Solutionum modi in capite quinq;. 82. F.
Σφαγή, ideſt iugulum. 206. P.
Sphenoides os. 72. M.
Sphenoidis figura. 75. M. (& eius vsus. 75. F.
Sphenoidis, & maxillæ superioris foramen cõmune,
Sphenoidis pars sella. 76. M.
Sphenoidis substantia. 88. F. (94.
Sphenoidis foramina duodecim, & vsus à 90. vsq; ad
Sphe-

©BIU Santé

Sphenoidis primi foraminis figura. 90. P.
Eiusdem vsus. Ibidem. & 91. P. (98. P.
Sphenoidis cauerna siue antrum cur quandoq; deest.
Sphenoidis cribrum. 106. P. & 113. P. (P.
Sphenoidis foramina quomodo magna, & parua. 113.
Σφὴν. 72. M.
Spina cur ossea. 5. F.
Spina ventosa vnde dicitur. 116. P.
Spina animalibus carina quædam. 150. P.
Spinæ vertebræ quot sunt. 149. F.
Spinæ vsus quinq;. 150. M. & F.
Spinalis medulla velut truncus. Ibid.
Spinalis medullæ ad cerebrũ comparatio duplex. Ibid.
Spinæ ossis vsus quadruplex. 151. P.
Spinales processus quare. 152. M.
Eorundem chartilagines. Ibidem.
Spina cur ex pluribus ossibus. F.
Cur non ex indeterminatis pluribus. Ibid.
Cur non ex duobus, tribusue, sed pluribus. 153. P.
Cur ex multis, & paruis. M.
Cur partes eius quatuor. 154. M.
Spinæ partes cur singulæ ex tot vertebris. 155. F.
Spinalis medullæ à dẽtiformi processu defensio. 163. F.
Spinæ processuum magnitudo. 172. F.
Στογγοειδὴ. 76. M.
Spongoidis ossis latera. 77. F.
Spondyli cur anteriùs tantum ligati. 158. P.
Spondylorum anterius ligamentum muccosum. Ibid.
Spondyli primi foramina qualia. 168. P & M.
In reliquis vide litera V, vertebræ.
Squamosæ suturæ. 149. F.
Cur sic factæ. 69. M.
Cur in alijs non similiter. 70. P.
Stapedis nomen aurium ossi. 8. P.
Staphæ nomẽ auris ossiculo inditũ à similitudine. Ibid.
Staphoidis ossis, aliorumq; duorum vsus. M. & F.
Στεφανιᾶια. 62. M.
Στέφανοι. Ibidem.
Στεφανίαι. Ibidem.
Sternon ex quot ossibus constat. 13. P.
Sterni ossium diuersitas. 14. M.
Sternon idem quod pectus. 189. P.
Sterni ad costas dearticulatio. 192. P.
Sterni vsus. 193. F.
Sternon vnde dicitur. Ibidem.
Στῆθος. 271. P.
Styloidis ossis in capite vsus. 87. M.
Quòd appendix sit. F.
Styloidis cubiti verus vsus. 221. F.
Superciliorum vsus quis. 5. M.
Sutura quod possit dici synarthrosis. 24. M. & 45. P.
Sutura in quibus. 30. P.
Suturarum motus inuoluntarius. 44. M.
Suturæ nomen vnde. 45. P.
Suturarum in capite numerus. M.
Communiter, & propriè. Ibid.
Suturæ integræ quæ, & quot. Ibid.
Mistæ. Ibid.
Cur mistæ dicantur. Ibidem.
Cur integræ aliæ. Ibidem.
Suturarum forma triplex. F.
Suturarum vsus nouem. 59. M.
Quòd non omnium suturarum singuli sint. 61. P.
Suturæ capitis secundũ variã figuram diuersæ. 62. P.
Sutura coronalis. M.
Sagittalis alia multa nomina habet. F.
Lambdoides. Ibidem.
Suturam rectam frontis os diuidere, quòd mulieribus proprium sit, fabulosum. 63. P.
Suturæ acuminatorum capitum quales. 64. M.
Suturæ squamosæ. 69. P.
Cur sic factæ. M.
Sutura sexta, & septima à Galeno ignotæ. 70. F.
Suturæ capitis propriæ quæ dicantur. 71. M.
Suturæ cõmunes apud Galenum declarãtur duæ. 72. P.
Suturæ zygomatum. 73. P.
Suturarum inferiorum expurgatio. 109. P.
Suturæ quæ in homine desint. 122. F.
Syluanij error. 62. M.
Syluij error circa cribrum sub adene. 112. M.
Symphysis quid. 23. P. & 27. F. & 48. M.
Duplex. 48. M.
Facta propter quietem. Ibidem.
Symphysis per se quæ. Ibidem.
Per accidens quæ. 49. M.
Tripliciter hæc fit. Ibidem.
Symphysis quæ per medium fit, non per se vnio est, sed per accidens. 48. M. (48. F.
Symphyseos causa materialis, finalis, & efficiens quæ.
Synarthrosis propter motum occultum. 2. F.
Synarthrosis quid. 23. F.
Apud Hippocratem quoq;. 24. M.
Synarthrosis, & eius species. F. & 25. P.
Quando est cum motu. 24. F.
Quando sine motu. Ibidem.
Sinarthrosis. 26. M.
Συνάρθρωσις vnde dicitur. Ibidem.
Synarthroseos species tres, sicut & diarthroseos. 28. P.
Synchondrosis. 49. M.
Exempla. F.
Syndesmosis συνδέσμωσις. 51. M.
Symneurosis συννεύρωσις. 49. M. & 50. P.
Syssarcosis. Ibidem.
Σύνταξις ossium qualis. 2. M. & 27. M. & 26. F.
Σύνθεσις. 27. M. & 26. M.

T.

Τέμνικοι. 137. P.
Temperamentũ ossium forma substãtialis ipsorũ secundũ Galenum, sic aliarũ partiũ similariũ. 1. F.
Tempori, & occipiti foramina communia. 102. F.
Temporalis musculus cur abditus. 117. M.
Temporis ossa cur duriora. 69. F.
Eorum foramina duodecim, & eorum vsus. 94. M.
Temporis ossis foramen quintum. 102. P.
Tendones. 50. F.
Tenuitas ossis apud Hipocratem largiùs. 78. F.
Τερηδὼν vnde dicitur. 116. P.

Joan. Philippi Ingrassiae,... In Galeni librum de Ossibus... commentaria, nunc ... - page 291 sur 292

©BIU Santé

Τέτρορον. 264. F.
θλᾶσις, & θλᾶσμα. 83. P.
Thorax cur ex duodecim vertebris. 156. P.
Thoracis neceſſitas. 154. M.
Thorax dupliciter. 188. M.
Vnde dicitur. F.
(ſtus. 195. P.
Thorax cur neq; oſſeus totus, neq; muſculoſus, ſed mi-
Thoracis oſſium prædicata. F. & 196. P.
Tibia. 255. F.
Tibiæ ſpina. 256. F.
Vſus. 257. M.
Prædicata. P.
Tibiæ ad femur dearticulatio. 259. F.
Lunares chartilagines eiuſdem. 260. P.
Tibiæ inferioris appendicis vſus tres. 261. M.
Titulus libri præſentis. 22. F.
Τομεῖς. 137. P.
Τόμεοι. Ibidem.
Τράχυλος. 40. P.
Τραπέζα. 140. F.
Τρηδών. 116. P.
Τριχισμός. 83. P.
Trochanter maior. 253. P.
Trochanter minor. M.
Tympani filum, ſeu chordula. 9. P.
Tympanum in aure quod. 8. M.

V.

VAluerdæ error circa iugalis oſſis figurã. 117. P.
Valuerdæ, & Veſalij error circa ceruicis muſcu-
Venarum vſus. 5. F.
(los. 162. P.
Vẽtriculorũ cerebri, & infũdibuli eiuſdẽ aqua. 109. F.
Vẽtriculorũ cerebri, & infũdibuli aquæ vſus ſex. Ibid.
Vertebrarum articuli cur ad ſynarthroſim reducuntur, præter primæ cum ſecunda, & cum capite dearticulationem. 31. M.
Vertebrarum articulorum an cum motu manifeſto, an occulto conſtructio fiat. 36. F.
Vertebrarũ ſuperiorũ cauitates cur maiores. 151. M.
Vertebrarum ſuperiorum paruitas. F.
Earundem maior tenuitas. 152. P.
Vertebræ cur anterius ligantur. 158. P.
Vertebrarum anterius ligamentum muccoſum. Ibid.
Vertebræ primæ cauitatum labia qualia. 164. M.
Vertebræ primæ ꝓceſſus trãſuerſi cur longiores. 165. F.
Anterioris eiuſdem proceſſus vſus. Ibid.
Vertebra prima cur careat ſpina. 166. P.
Pars poſterior eius cur aſpera. M.
Vertebrarum foramina pro neruorũ tranſitu. 168. P.
Veſalij error circa femoris cũ tibia articulum. 32. M.
Veſalij error circa ſymphyſis ſpecies Galenũ arguentis. 50. M.
Alius eiuſdem error circa Ariſtotelis ſententiam in eodem. Ibidem.
Veſalij error de quarta acuminatorum figura. 74. P.
Error alius de frontis oſſis lateribus. 75. M.
Veſalij error circa bregmatis pulſationem. 81. F.
Error alius de neruorũ tranſitu per ſuturæ lambdoidis additamenta. 102. P.
(101. P.
Error alius circa oſſis temporum foramen quartum.
Veſalij, Galenique error de arteriæ tranſitu per foramen. 103. P.
Veſalij error de foraminum cribri tranſitu. 103. M.
Error alius de octaui oſſiculi duplicitate. 129. P.
Veſalij error circa vertebrarum proceſſuum inflexiones. 178. P.
Error alius circa Galeni prauè intellectam ſententiam. 191. F.
Veſalij error in interpretatione Galeni circa radij ad carpum dearticulationem. 221. P.
Veſalij, & Galeni error quoad muſculorũ in metacarpio poſitorum vſum. 232. M.
Veſalij, & Valuerdæ error circa femoris cum tibia dearticulationem. 250. F.
Veſalij error contra Galenum inuehentis circa tibiæ articulationes. 260. M.
Viſus cur muros nõ penetrat, auditus verò ſic. 269. P.
Vlna. 207. P.
Vlnæ nomen tripliciter. Ibidem.
Vlnæ oſſa cur duo. 214. F.
Vnguium vſus ſex. 235. F.
Vnguium figura, & incrementum. 237. M.
Vſus ſimplicium propter organicorum actiones. 6. M.
Vſus organicorum dignior ipſa etiam actione. Ibid.

X.

Ξιφοειδὴ quæ. 193. M.

Z.

ZYgomatis oſſis ſubſtantia. 88. M.
Zygomatis vſus quadruplex. 117. M.

TELOS.